Et sic patet causa quare dauid fecit psalmos in versu et metro: et eisdem causis beatus Ambrosius fecit hymnos feriales ecclesie in persecutione arrianorum: quos fideles cantabant per totm noctem. et sic in tali cantu delectati et ꝯsolati: tolerabilib⁹ patiebãtur. imo ꝯtẽnebant ꝑsecutiões arrianorũ: vt inqt Dacius. ¶ Ad scđm dicendũ ꝙ causa quare dauid quandoq̃ vtit̃ modo tragico: quãdoq̃ modo heroico: quandoq̃ modo satyrico est secundũ exigentiã materie. Nam in hoc psalterio ꝓphetico ipse cãtat ⁊ pulsat triplex psalteriũ sc3 psalteriũ euãgelicum ꝯtinẽs illa decem mysteria quorum queda sunt leta sicut incarnatio ⁊ natiuitas christi et resurrectio: et quedam flebilia: sicut pctm̃ ipsius ade ⁊ passio xp̃i. Et sic quãdoq̃ introducũtur diuerse persone. Nam introducit̃ quãdoq̃ adã cum sua posteritate: ad deflendũ peccatum et miseriã suã. Et introducitur christ⁹ ad conquerendũ de sui iniusta persecutione ꝯtra iudeos et gẽtiles. Et sic i tali materia dauid vtitur modo tragico. Sed quando predicit magnificentiam regni christi: vtitur modo heroico: et sic quasi vtitur omni genere poetico. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ causa quare dauid fecit omnes psalmos pro maiori parte per modũ petitiõis fuit: q2 i oībus psalmis vel loquitur genus humanũ petẽdo aduentũ messie vt ipm liberet: vel loquitur xp̃s ad patrẽ petẽs salutẽ pro oībus fidelibus per passionẽ et resurrectionem suam tanq̃ mediator: **Nota.** et visionẽ de obstinatis tanq̃ iustus iudex: eo ꝙ xp̃o cõuenit, iudiciũ facere. ¶ Ad quartũ est dicendũ ꝙ causa quare dauid loquitur de futuro freqũẽter per verba de preterito: fuit triplex. Prima causa est quia dauid refert locutionem suam ad eternũ propositum diuinum. Nã licet passio christi et resurrectio nõ esset tunc impleta in actu: tamẽ apud eternum propositum iam erat decreta et predestinata. Secunda causa fuit ꝙ Dauid illam locutionẽ referebat ad reuelationem sibi iam factaz. Unde quando dicit Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis. nil aliud vult dicere: nisi ego vidi in spiritu qualiter dñs deus pater dicebat dño meo iesu christo: sede a dextris meis: ⁊ qualiter hoc ab eterno fuit a deo preordinatũ et mihi ex tpe reuelatũ. Tertia causa fuit veritas ⁊ imobilitas ꝓphetie. Nam sicut impossibile est preteritũ nõ fuisse: ita erat impossibile: ꝙ ea q̃ dauid dicebat in psalmis: nõ cõplerent̃ suo tempore a deo statuto. Ideo loquit̃ per verba de p̃terito ad certitudinẽ ꝓphetie: vt ppl's ille crederet humanã redẽptionẽ per xp̃m faciendã: ac si iam esset facta. Et hec est causa quare. lxx. interpretes spiritu prophetico afflati etiã multa verba de futuro traduxerũt de p̃terito vt ait hierony. super psal. lxxix. Quarta causa põt addi: q2 Dauid presciuit in spiritu ꝙ sui psalmi erant cantãdi in nouo testamẽto quãdo talia mysteria nr̃e redẽptionis iam essent gesta et cõpleta: ideo locut⁹ est per verba de preterito: vt iam nos in ecclesia cantem⁹ talia mysteria potius hystorice ꝙ prophetice. Nã ꝓphetia est de futuro ⁊ hystoria de p̃terito. Et ita cantamus nos hodie psalmos: simul memorãdo prophetiam: et agẽdo gratias: quia iam prophetia transiuit in hystoriã. ¶ Et sic patet quare Dauid fecit psalmos in metro: et quare in omni genere poetico: et quare per modũ orationis et petitionis ⁊ quare per verba de preterito predixit futura mysteria. Quia sic exigebat sua materia de qua loquebat̃: et finis ad quẽ loq̃bat̃: et ꝑsone cũ q̃bus loq̃batur. Et ideo dicit Rabi moyses de egypto in suo more: ꝙ quilibet ꝓpheta habet suã linguaz et suum idioma ⁊ suũ modũ loquẽdi. Et ideo Dauid habet propriũ et extraneũ ⁊ exquisitum modũ loquendi inter alios in suis psalmis et hoc ꝓpter causas supra assignatas. Et ideo ẽ necesse vt prudens lector et ecclesiasticus sit assuetus in modo loquendi ipsius dauid et attendat modũ eius. Et ideo decipiunt̃ ceci ⁊ obstinati iudei nõ attendentes ad modũ loquẽdi dauid quia ignorãt causas ideo dicunt multa inepta dicta ⁊ male intellecta.

Not. de psalterio spirituali. D ¶ Et est vlterius speculãdum ꝙ sicut sacra scriptura cõtinet triplicẽ sensum vltra litteralẽ. Ita illud psalterium materiale significat triplex psalterium spirituale: sc3 psalteriũ propheticũ et euangelicum cõtinens illas decem chordas ⁊ mysteria de christo ⁊ ecclesia. Et psalteriũ morale ꝯtinens decẽ precepta moralia. Et anagogicũ ꝯtinens. x. ꝑfectiões siue fructus: aut dotes beatoꝝ in gloria. Unde in ecclesia militãte cãtamus psalteriũ euãgelicum mysticũ: credendo per fidẽ et psalterium morale operãdo per charitatẽ: sed beati cantãt in gloria psalteriũ anagogicũ: fruẽdo ꝑ gloriaz. Et sic de quocunq̃ istorũ triũ intelligitur hoc psalterium in hoc loco expositũ siue exponẽdum. Et hoc triplex psalteriũ cantat dauid ꝓphetice in hoc li-

bro. Nam sicut crinitus hyopas canebat errantē lunā: solisq; labores: arcturum: pleyadasq;: hyadas: geminosq; triones: vt ait Virg. in .i. ita pariter noster diuinus poeta dauid canit in hoc libro filij a patre eternam generationem et spiritussancti ab vtroq; processionem: et verbum diuinū ex virgine in carne natum: et christum predicantem et miracula facientem et sicut Ouidius et Virgilius et seneca. et claudianus in tragedijs canunt herculem cum theseo ad tartara descendentem et proserpinam raptam ab ipso plutone: recuperantem et reducentem: ita iste noster poeta prophetice canit in hoc libro xp̄m ad inferos descendentē et diabolo in carcere obtruso lymbum expoliantē Item sicut poete canunt orpheum dulci carmine et sono eru[d]icem suam ex inferis reuocantem ita noster poeta dauid dulci cythara in hoc psalterio suo vocat et reuocat christū ex sepulchro et ab inferis in vitam gloriosam resurgētem et celos cum triumpho conscendentem. vt patebit locis suis. Et hec de causa formali huius libri. A

Cā finalis hu⁹ operis.

In quarto capitulo restat videre de causa finali et vtilitate hu⁹ libri. Qr finis h3 rōnem boni. et ideo q̄ tollit finē: tollit bonū. ij. meta. Et sic dō motus a spūsctō ꝓpter aliquē bonū finem fecit psalmos et aliquē bonū finē intēdebat cū eos faciebat. Primo ergo est notandū ꝭm aristo. i. ethi. ꝙ li3 in actibus hūanis possint esse multi fines: tn̄ oēs illi subordinantur ad vnū: grā cuius oīa fiunt. et ille finis est humana felicitas et cōsecutio illius. ¶ Ita ergo dō prio intendebat felicitatem et beatitudinē humanā: sed qr preuidit ꝙ illā nō poteramus habere nisi per xp̄3: ideo primo per tales psalmos intēdebat inducere illum ppl̄m ad cultum veri dei. et ex cōsequenti ad fidē et spem xp̄i futuri. sine quo talis felicitas nō poterat acquiri. Et ideo primus et immediatus finis fuit inducere illum populum ad fidem christi in carnem venturi et nos per passionem et resurrectionē3 redempturi. Et sic dicitur ꝙ christus fuit finis immediatus illius legis. vt ait apostolus ad Romanos .x. Sed vltimatus finis erat vt homo iam redemptus: in celo vltimate glorificarentur per xp̄m. Et sic xp̄us semper est finis totius legis tam noue q̄ veteris. Nam sicut xp̄s redemptor est immediatus finis legis veteris: ita xp̄us premiator et glorificator et felicitator est finis legis noue

Not. de psalterio spirituali.

Et hec est causa quare psalmi ꝓ maiori parte intitulantur in finem ad denotandum ꝙ dauid in illis psalmis nos dirigit in xp̄m q̄ ē finis vtriusq; legis eo modo quo dictum est. Quia christus est finis legis veteris vt redemptor et est finis noue vt glorificator et beatificator. Et ideo dicit apostolus ad Romanos .x. ꝙ finis legis ad iusticiam omni credēti est xp̄s. L ¶ Sed est aduertēdū ꝙ duplex est finis legis. Unus vltimatus et extrinsecus: qui est ipse deus et homo christus. Et alius est finis intrinsecus: qui est duplex scil3 finis qui acquiritur in ipsis beatis: qui dicitur ipsa felicitas et alius est finis legis habitualis: quo acquiritur et habetur ipse deus et ipsa felicitas et iste

Finis legis duplex.

finis dicitur charitas. et sic dicit apostolus .i. ad Thi. i. c. ꝙ finis oīs precepti est charitas. Et ideo ait Augusti. de doctrina ꝙ quicūq; legerit oēs scripturas: ita vt ex isto respectu nō colligit hanc geminam charitatē dei et ꝓximi non intelligit. Et sic pt3 ꝙ finis dauid in psalmis faciendis fuit. vt induceret omnes ad fidem xp̄i et charitatem dei et proximi et hec est causa finalis hu⁹ libri in generali. sed in quolibet psalmo poterunt allegari alie cause particulares. ¶ Finis ergo huius libri et totius sacre scripture vtriusq; testa. est: vt credamus vnū deum trinū in ꝑsonis et vnū in substantia creatorē oīum et xp̄m deum et hoīem redemptorem et glorificatore3 generis hūani per qua3 fidem diligamus deum et proximū declinādo a malo et operando bonum propter futuram gloriam cōsequēdam. ¶ Ex omnibus supradictis in his quatuor capitulis patent quatuor cause hu⁹ libri. Nam causa efficiens vniuersalis et principalis est ipse spiritussanctus. Et actor particularis est ipse dauid qui fecit oīes psalmos. Et materia ex qua est tota scriptura vete. testamen. sed materia de qua principaliter intenta sunt mysteria no. testa. et quasi tota lex euangelica prophetice in hoc libro vaticinata. Forma autem est modus tradendi et intelligendi eo modo quo dictu3 est. Et finis est fides christi redemptoris et glorificatoris et charitas dei proximi qua consequimur futuram felicitatem. D ¶ Tota ergo intētio dō in hoc libro fuit aperire sacras scripturas vete. testa. et ex illis ꝓphetice inferre mysteria xp̄i et ecclesie gestis vete. test. figurata. Et ideo dicit dauid in verbis in principio ꝓpositis. Ego dauid filius isai spūsancto afflatus et illustratus. Aperiā in hoc libro ꝓpositionē meā. i. totam scripturam ve. testa. i. omnia mysteria ibidem mistice et figuratiue inclusa et hoc faciam in psalterio spiritualiter intellecto: sc3 ex illa propositione legis veteris: eliciam decē mysteria euangelica de xp̄o et ecclesia et hoc faciam ad vtilitatem meam et totius corporis mystici sc3 ad fidem et charitatem xp̄i astruendam et confirmandam per quam summa felicitas est cunctis acquirenda. Ita etiā tota ista locutio potest a pt⁹ ad ipsum iesum christum referri. Nam sicut dauid aperit nobis prophetice in hoc libro omnia mysteria christi in ve. testamē. cōtenta: ita perāplius et perfectius xp̄s nobis aperuit ipsa Primo in se realiter cōplendo. secūdo apostolis et discipulis ea iterpretādo Dicit ergo christus seu ipse spiritussanctus. Ego xp̄s qui solus habeo clauem dauid que claudit et nemo aperit. et aperit et nemo claudit. Nā ego cū claue secreti mei clausi in lege veteri mysteria incarnationis et redēptionis q̄ nemo poterat aperire nisi claue mea ego inquā aperiā ꝓpositionē meam per seruum meum dauid: sibi ista mysteria reuelando. et ipsum illustrando. vt ea prophetice aperiat in h̄ psalterio. Sed primo ea ego idē aperiam: in meipso supradicta mysteria complendo et meis apostolis interpretando.

¶ Tractatus secundus.

Dauid quõ est dicend⁹ verus ꝓpheta.



N secundo tractatu de dignitate ⁊ excellentia prophetie dauid. B ¶ Est primo videndum: an dauid sit dicendus vere ꝓpheta. Et arguunt moderni iudei ꝙ non. Prio sic. Nã ille nõ est vere ꝓpheta: qui nõ fuit missus a deo ad aliquẽ reges nec ad pplm: sed dauid est hmõi igitur nõ est ꝓpheta: maior ptz discurrendo ꝑ oẽs. Naꝫ primo moyses fuit missus ad pharaonem ad liberandũ pplm israel. vt ptz Exod. iij. Itẽ deus misit Esaiam ad pplm israel. et ad reges iuda. vt ptz Esa. j. Itẽ misit hieremiã ad prophetandum hierem. j. Itẽ misit ezechielẽ: ad ꝓnũciandum ꝓpinquam captiuitatẽ. vt ptz ibidem. Et sic misit oẽs alios duodecim ꝓphetas. vt ptz in principijs librorũ. Sed nõ legit alicubi: ꝙ de⁹ miserit dauid ad aliqd ꝓnũciãdũ. Itez scdo arguitur. ille ẽ ver⁹ ꝓpheta cui deus immediate reuelat secreta sua et non ille cui ꝓpheta notificat secreta dei. sed deus nõ reuelauit ipsi dauid successionem sui regni: immo imediate illaꝫ reuelauit nathan. et precepit sibi vt notificaret illã reuelationẽ ipsi dd. ij. reg. ca. vij. ergo solus nathã dicẽdus est ꝓpheta et nõ dauid. q: vnus ꝓpheta nõ indiget amminiculo alteri⁹. Tertio volũt arguere quidã catholici ex auctoritate Hierony. qui in prologo libri reg. in quo diuidit totũ test. vetus in tres partes. s. in legem. et ꝓphetas. et agiographa: et ponit dauid inter agiographa ex quo ptz ꝙ non est ꝓpheta. Itẽ arguũt q̃rto ꝑ hoc ꝙ ait saluator Lu. xxiiij. opꝫ ĩpleri que scripta sunt in lege et ꝓphetis. et psalmis de me. Ex quo ptz ꝙ tã xp̃s: ꝙ btũs Hierony. segregant dd a collegio ꝓphetaꝝ et collocãt ipsum in tertio gradu et vltimo sacre scripture. Et sic cõcludit ꝙ dauid nõ fuit ꝓpheta. ¶ In oppositũ est saluator Mat. xxij. q̇ appellat dauid ꝓphetã dicens. Quare ergo dd in spũ vocat xp̃m dñm dicẽs. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Itẽ Mat. xxvij. et Jo. xix. appellant dauid ꝓphetã allegando scripturã psalmi dicentes sicut scriptũ est per ꝓphetã dicẽtẽ. Diuiserũt sibi vestimenta mea. et sup vestẽ meã miserũt sortẽ. Ex quibus ptz dd fuisse verũ ꝓphetaꝫ. ¶ Rñdeo. Ad decisionẽ huius q̃stionis quatuor sunt videnda. Prio q̇d est ꝓphetia. et que: et quot requirunt ad verã ꝓphetiã. ex quibus patebit dauid fuisse veꝝ ꝓphetã. Scdo quot sunt gñá siue modi visionis siue ꝓphetice reuelationis. Tertio videbit in quo genere ꝓphetie magis profecit dauid. Quarto videbitur vtrũ dauid sit eximius ⁊ excellentissimus omnium prophetarum. A

Quid est ꝓpheta.

Quantũ ad primũ est dicendũ ꝙ ꝓphetia tripliciter diffinit scdm ꝙ magis large et magis stricte: et ꝓprie sumit. Nã pmo diffinit ab augustino ꝙ ꝓphetia est diuina reuelatio eorũ q̇ ꝓcul sunt ab hũano intuitu. Et sic ꝓphetia largo mõ sumit: eo ꝙ ambit tã preterita ꝙ̃ futura. ⁊ oia q̇ sunt supra hũanã intelligentiaꝫ: q: oia ista sunt ꝓcul ab hũano intuitu. Nã futura sunt procul ab hũano intuitu. eo ꝙ nullum habẽt esse. et preterita contingentia q̇ nõ sunt in scripturis nec in memoria: etiã nõ habẽt esse et sic sunt procul a cognitiõe nostra. Itẽ diuina mysteria q̇ nullo mõ cadũt sub sensu sunt iã magis ꝓcul a nr̃a cognitiõe. Et sic reuelatio vnuscuiusq; horũ triũ dr prophetia. Et isto mõ nõ solũ esaias q: ꝓdixit futura diceret ꝓpheta sed ẽt moyses q̇ anũciauit preteritã creationẽ mũdi: et ẽt vnitatẽ vni⁹ dei: et multa q̇ sunt supra hũanã facultatẽ. Scdo mõ diffinit magis stricte prophetia ab ipso Cassiodoro in prologo libri psalmorũ dicente ꝙ prophetia est diuia inspiratio rerũ euent⁹ imobili veritate demonstrãs. Per hec aũt ꝙ ait diuia inspiratio demonstrat ꝙ cayphas nõ fuit ꝓpheta q̃n dixit: expedit vt vn⁹ hõ moriat pro pplo q: illud nõ dixit ex diuina inspiratione sed ex malicia ad malũ finẽ. Itẽ ꝑ hoc ꝙ ait rerũ euẽtus ondit ꝙ ꝓphetia est solũ de cõtingentibus futuris. Et sic moyses nõ fuit ꝓpheta: inquantũ annũciauit preteritã creationẽ rerũ. Itẽ ꝑ hoc ꝙ dicit imobili v̇itate demõstrans: excludunt vaticinia astrologorũ. et sortilegorũ: q̇ sepe ipediunt et fallunt. Tertio mõ diffinit ꝓphetia ab origene sup psalteriũ dicẽtẽ: ꝙ prophetia est de prophetijs futuris xp̄i et ecclesie in ve. test. diuinitus reuelatio facta. Et sic ꝓm origenẽ de cõsueto mõ loquendi. soluꝫ sunt sacri prophete q̇ in vete. tes. ex diuina reuelatione et inspiratione prenunciarũt mysteriũ incarnatiõis et nr̃e redẽptionis et vniuersalr futura mysteria xp̄i ⁊ ecclesie. Et hoc mõ iohannes euangelista in apocalipsi nõ esset propheta q: nõ prenũciauit primũ aduentuꝫ xp̄i. Sed origenes q: loquit de cõsueto mõ loquẽdi eccl̃ie distinguendo ꝓphetas ab aplis et euangelistis: solũ vocat ꝓphetas eos q̇ prenũciãt aduentũ xp̄i in carnẽ et eos appellat aplos et euãgelistas qui euangelizarũt et annũciauerũt xp̄m iaꝫ venisse. Sed ipsemet origenes in enumerando libros sacre scripture appellat iohannẽ euangelistam prophetã: inquantũ prenunciauit ꝓm aduẽtum xp̄i. et totũ discursum ecclesie vsq; ad iudiciũ in libro apocalipsis. ¶ Et sic pꝫ q̇d est prophetia et q̇s est vere propheta ꝓm modũ cõsuetũ eccl̃ie. Nã vt sic ecclesia solũ appellat prophetas q̇ ex diuina reuelatione et inspiratiõe predixerũt futurũ aduentũ xp̄i et mysteria nr̃e redẽptionis et salutis in ve. tes. Et sic distinguit eos ab aplis et euãgelistis et doctorib⁹. Et sic isto mõ ꝓphetia ꝓprie dicta: nil aliud est nisi prenũciatio futurorũ mysteriorũ de xp̄o et ecclesia in spũ et lumine supnaturali precognitorũ in veteri te. C ¶ Ex supradictis ptꝫ: ꝙ sex sunt de rõne prophetie ꝓprie dicta. et se requirunt ad verũ prophetã. Prio ꝙ prenunciet futura q: de preteritis non est prophetia Unde dicit Greg. sup ezechi. ꝙ cũ id prophetia dicta sit eo ꝙ futura predicat: q̃n de preteritis vel de presentib⁹ loquit ut nois rõnẽ amittit. Scdo req̇ritur: ꝙ sit de futuris mysterijs xp̄i ⁊ ecclesie: q: de rebus mũdanis et prophanis: non est proprie prophetia sed quedam prenosticatio et coniectura. Tertio requiritur: ꝙ talia mysteria representur ipsi prophete in aliquo obiecto enigmatico. Nam talia futura mysteria nullum esse reale habentia, se nec in aliquo cõiuncto igitur oportet ꝙ

Sex requirunt de rõne ꝓphetie.

enigmatice ⁊ obscure representent̄ in aliquo ob/
iecto rep̄sentatiuo: vt clari⁹ patebit. Quarto req/
ritur ꝙ talia futura mysteria sint p̄mōstrata p̄ di/
uinā reuelationē. Et iō locutio cayphe nō fuit p/
phetia nec somniū pharaonis. Quinto req̄rit̄ ꝙ
ꝓpheta intelligat ⁊ interpretet̄ visionē siue reue/
lationes: q: aliter nō diceret̄ ꝓpheta: s3 vidēs tm̄
iō ātiquit⁹ oēs quos nūc appellam⁹ ꝓphetas: et
oēs q̄ videbāt visiōes siue intelligerēt siue nō ap
pellabant̄ vidētes vt pt3. j. reg. ix. S3 ꝓprie nō ap
pellat̄ nec est vere ꝓpheta nisi intelligat nec inter
pretet̄ visionē. Nā ex hoc ꝓphetia dr̄ diuina inspi
ratio eo ꝙ intuit⁹ ꝓphete inspirat⁹ lumie supna
turali et ꝓphetico interpretat̄ ⁊ intelligit visionē
aliter nō esset ꝓpheta: s3 vidēs tm̄ sicut pharao ⁊
nabuchodonosor iō dr̄ danie. x. ꝙ opus est intel/
ligentia in prophetia. A Et ideo theodor⁹ fuit
cōdēnatus hereticus in cōcilio toletano eo ꝙ as/
serebat ꝓphetas nō intellexisse visiones ⁊ ꝓphe
tias suas. Cuius oppositū pt3 p̄ totū discursum
danielis q̄ eo dictus est propheta q: interpretat⁹
est visionē regum caldeorū ⁊ persarū nec vnq̄ q̄e/
uit vsquequo intellexit visiones somniorū vt pt3
ibidē. Ex quo pt3 sexto ꝙ requirit̄ lumē superna/
turale ⁊ ꝓpheticū ad interpretandas ⁊ intelligē/
das obscuras et enigmaticas visiones. ¶ Ex om/
nibus supradictis pt3 ꝙ dauid fuit verus ꝓphe/
ta. Probatur. Nam habuit omnes conditiones
q̄ requirunt̄ ad verū ꝓphetā. Na3 primo predixit
in veteri testamēto oīa mysteria futura nostre re/
dēptiōis de xp̄o ⁊ ecclesia. Secūdo talia predixit
ex diuina inspiratione. Tertio omnia illia myste/
steria ex lumine ꝓphetico a spiritusancto sibi col
lato intellexit vt ipsemet profitet̄. ij. regū. xxiij. q:
dicit dn̄s meus mihi locutus est: ⁊ spiritus domi/
mini locutus est per linguam meam. Ergo est ve/
rus propheta vt latius patebit.

Tria genera prophetiarum seu reuelationū.

Quantum ad secundum articulum

est aduertendū ꝙ tria genera ꝓphetiarū siue reue
lationum distinguit nobis deus numeri. xij. cum
dicit. Si quis fuerit inter vos propheta dn̄i in vi
sione apparebo ei aut in somnis loquar ad illum
aut non talis seruus meus moyses ore enim ad
os loquar ei palam et non per enigmata et figu/
ras deum videt. B In quibus verbis ostendi/
tur ꝙ tribus modis reuelabat deus prophetis di/
uina et futura mysteria scilicet per somnia aut
per visionem in vigilia aut per locutiones ange/
lorum et familiarem doctrinā. Primo modo ap
paruit angel⁹ domini in somnis ioseph dicēs ac
cipe puerū ⁊ matrē eius ⁊ fuge in egyptū. Mat.
ij. Scd̄o per visionem in vigilia esaias vidit dn̄m
sedentē esaye. vi. Tertio modo per locutiones an/
gelorum ⁊ familiarem doctrinā moyses accepit
legem in monte synay exodi. xx. Et angelus gabri
el reuelauit danieli totum mysterium incarnatio
nis et primum et secundum aduentum xp̄i ⁊ quasi
totum discursum a suo tempore vsq3 ad iudicium
danielis. ix. C ¶ Sed est aduertendum secundū
aug. cōtra adamātium circa finem li. ꝙ reuelatio
facta in vigilia quādo fit per visionem realem. i.
corpalē ad extra sicut hieremias videbat realiter
cathenā ligneā quā ferebat in collo ex precepto
dn̄i vbi preuidebat futurā captionē sedechie. hie
re. xxvij. Quādoq3 aūt talis reuelatio fiebat p̄ vi/
sionē imaginariā ab intra sicut esayas vidit dn̄3 se
dētē. Unde est aduertēdū ꝙ reuelatio p̄ imagina
riam visionem fiebat sub tali ordine. Nā qn̄q3 fie
bat p̄ spēs acceptas p̄ visū ad extra: sicut dictum
est de cathena lignea hieremie. Sed qn̄q3 fiebat
per nouas species ⁊ imagines obiectas in fanta
sia ipsius ꝓphete. Et sic apparebat in fantasia
esaye ymago dei sedētis sup̄ soliū excelsum: ⁊ ap/
parebant duo seraphim cū senis alis. Itē eodem
mō apparebāt in fantasia ezechielis silitudines
et imagines quatuor aīaliū habētiū facies qua/
ternas plenas oculis ⁊ trahentiū illā rotam. Iste
aūt similitudines ⁊ imagines existētes in fanta/
sia obijciebant̄ intellectui ꝓphete sed intellectus
ꝓphete ex ꝓprio lumine naturali nō poterat ab/
strahere a talibus specieb⁹ ⁊ imaginibus siue fan
tasmatib⁹ species futurorū mysteriorū per illas
imagines significatorum: q: lumē intellect⁹ agē/
tis non potest abstrahere a speciebus sensatis ni
si species non sensatas ipsius q̄ditatis naturali/
ter coniunctas ipsis accidentib⁹ vt pt3. iij. de aīa
Et ideo spūssanctus inspirabat ⁊ influebat lumē
supernaturale ⁊ ꝓpheticum in intellectū ipsius
ꝓphete ⁊ irradiabat sup̄ ipsas imagines ⁊ simili
tudines. Et tunc intellectus prophete sic confor/
tatus ⁊ adiutus ⁊ eleuatus p̄ lumē ꝓpheticū pre
uidebat futura mysteria in illis fantasmatib⁹ fi
gurata ⁊ representata q̄ dicebant̄ veritates que/
dā supnaturales. Et sic ꝓpheta iterpretabat̄ vi
sionē imaginariā sibi obiectā. Et tūc visio imagi
naria ⁊ enigmatica fiebat visio intellectualis ⁊ ꝓ
phetica interpretata in virtute luminis ꝓphetici
infusi ⁊ inspirati. Et sic p̄ maiori parte oēs pro/
phete contemplādo tales visiones imaginarias:
ex nutu dei eis obiectas in lumine ⁊ spiritu pro/
phetico preuiderunt futura mysteria eis reuela/
ta. A ¶ Ulterius autē est aduertendum ꝙ talis
eleuatio intellectus sumpta ex imaginaria visio/
ne per lumen supernaturale poterat fieri triplici
ter in ipso vigilante. Nam primo eleuabatur in/
tellectus prophete supra lumen naturale per lu/
men supernaturale illustrādo fantasmata ⁊ ima
gines sibi obiectas: per quas preuidebat myste/
ria futura de christo et ecclesia in illis imagini/
bus representata: vt dictum est. In qua visione
propheta nondum erat alienus a sensibus in/
terioribus in quibus lucebant ille imagines.
Et iste gradus visionis fuit communicatus om
nibus prophetis qui dicitur excessus mentis in/
quantum illud lumen propheticum supernatura
le excedebat lumen naturale ipsius intellectus
agētis. Scd̄o poterat eleuari mēs prophete per
altius lumen cum alienatione ab omnibus sen/
sibus non solum exterioribus. sed etiam interiori
bus vtendo solo intellectu per species intelligibi
les quas abstraxerat fantasmatibus ⁊ imaginib⁹
prius obiectis. In quibus bonis contemplatis ⁊
precussis ipsa voluntas delectata cōq̄escebat per.

aliquā morā ꝛ tūc dicebatꝰ esse in quadam extasi. B Extasis eīm dicitꝰ quidā statꝰ hoīs cōtemplatiui existētis alienati quasi extra seipsum. Est quidē verū ꝙ quidā nō faciūt differētiā inter extasim et mētis excessum. Sꝫ in vitate extasis icludit mētis excessum addēdo alienationē ab oībꝰ sensibꝰ et etiā addēdo effectū mentis scꝫ quietē in bono contēplādo vel stuporē in aliquo terribili sibi obiecto ex pauore. Et ideo dicit dio. iiij. ca de diuinis no. ꝙ amor diuinꝰ extasim facit ꝛc. Tertio mō pōt multo altꝰ eleuari intellectꝰ cū magna violētia ab ipso spiritusancto vsqꝫ ad visionē diuine essentie que qñ ē eleuatio dicitꝰ raptꝰ rōne violentie et rōne termini ꝛ rōne superioris nature per quā eleuatꝰ. Iste aūt tertꝰ gradꝰ excedit limites ꝓphetie quē pauci potuerūt attingere in hac vita. Nā primū gradum mentis excessus attigerunt oēs ꝓphete. In scdo aūt gradu scꝫ in extasi ðr frequenter fuisse ipse dd vt patebit. In tertio autē gradu fuit beatus paulus qñ raptus est vsqꝫ ad tertium celum vbi vidit archana dei que nō licet homini loqui. ij. cor. xij. E Vñ isti tres gradus eleuationis intellectus supra naturam sui dicunꝰ tres celi contēplationis. Nam excessus mētis simplex dicitur primum celum contemplationis. Extasis vero dicitur secundum celum. Raptus aūt dicitur tertiū celū ad quod tertiū celum raptus fuit paulus ꝛ etiā iohānes euāgelista: quādo supra pectꝰ dñi in cena recubuit. Et forsan omnes apostoli in die sancto penthecostes vt patebit psalmo. lxvij. De quibus tribus celis dicitur in oratiōe dñica pater nr̄ q̄ es in celis. i. in viris cōtēplatiuis. ¶ Et sic patēt tres gradus eleuatiōis intellectꝰ supra naturā in visiōe facta in vigilia. Ad quorū duos primos peruenerūt prophete ve. te. Tertius autē gradus excedit limites ꝓphetie ad quē pauci peruenerūt in nouo testamento. Sed quia raptus includit extasim ꝛ extasis includit excessū mētis iō vnum sumitur quandoqꝫ pro alio in sacra scriptura. Nam raptus pauli ðr mentis excessus sicut patebit psalmo. lxvij. ¶ Et sic per supradicta ptꝫ scdm genꝰ ꝓphetice visionis qđ fit in vigilia per internā inspirationē. Tertiū aūt genus ꝓphetice visionis fiebat qñqꝫ ꝑ familiarē locutionem et reuelationem angelorū. Sed iste poterat fieri duobus modis. Uno modo per visum ꝛ auditū sicut moyses realiter videbat ꝛ audiebat angelum qui sibi loquebatꝰ in corpe assumpto in illis. xl. diebꝰ in monte ꝛ daniel realiter videbat ꝛ audiebat gabrielē angelum sibi reuelantem futurū aduētū christi post. lxij. hebdomadas. danielis. ix. Secundo autē modo talis doctrina et locutio angelica fiebat per solum auditum non videndo angelū sicut audiebantur responsa de tabernaculo domini a sacerdotibus et sic audiuit samuel vocem angeli ter vocantis ipsum. i. regum. iij. Quartum autem genus prophetice visionis addit iosephus quod fiebat per hurym et thummym in rationali sacerdotis de quo dicetur in sequenti articulo. Ex quibus omnibus patet ꝙ visio prophetica non poterat fieri absqꝫ lumine supernaturali eleuante mentem prophete. A ¶ Sed istud lumen supnaturale desup infusum q̄ ðr spūs ꝓpheticus nō eodē mō ꝯsecuti sunt oēs ꝓphete. Nā quidā ꝯsecuti sunt simplex lumē siue simplicē spm̄ ꝓpheticū. Quidā aūt cōsecuti sunt duplicē spm̄ ꝓpheticū. Spūs eīm simplex ꝓpheticus dicebatꝰ ille per quē prophete ꝓuidebāt materialia et tēporalia gesta futura ꝛ faciēda i illo populo ante aduentū xp̄i in tabernaculo: ꝛ in primo et scdo tēplo nō ptinentes vsqꝫ ad xp̄ꝫ. Spūs aūt duplex ꝓpheticꝰ dicebatꝰ ille ꝑ quē ꝓphe prio ꝓuidebant gesta materialia ꝛ tpalia futura in illo pplo ꝛ templo. sꝫ ꝑ illa materialia ꝛ tpalia transcēdētes ꝓuidebāt futura mysteria de xp̄o ꝛ ecclesia in illis rebus materialibꝰ et tpalibus figurata. Exēpli gratia. Nā esayas in spū prophetico simplici ꝓuidit captiuitatem ꝛ destructionē hierl'm faciēdā ꝑ chaldeos ꝛ remissionē captiuitatis faciēdā per cyrū: ꝛ reedificationem tēpli et ciuitatis faciēdā ꝑ cyrū ꝛ zorobabel ꝛ hyesum sacerdotē magnū. Sꝫ in duplici spū preuidit qualiter remissio illius tēporalis captiuitatis erat figura remissionis gñalis ꝛ eterne et spūalis liberatiōis faciēde per xp̄m. i. qualiter xp̄s debebat redimere totum genus humanū a captiuitate miserabili seruitute peccati. ꝛ debebat edificare nouam hierl'm toto orbe diffusam. Et sic vaticinando ꝛ predicendo futurā remissionē illius captiuitatis temporalis faciendā ꝑ cyrū ꝛ reedificationem templi et ciuitatis materialis predicit et interniscet remissionem totius generis humani faciendā per xp̄m vt patet esaye. xlv. Et sic oēs sacri prophete ꝑ istum duplicē spm̄ propheticum non solū dixerunt gesta materialia ꝛ tpalia illius populi sꝫ etiā mysteria spūalia de xp̄o et ecclesia per illa materialia figurata. B Et iste est ille spiritus duplex ꝓpheticus: quē postulabat helyseus ab helya. iiij. reg. ij. vbi legitur ꝙ cum venisset helyas cum helyseo in hyerico. dixerunt filij. i. discipuli prophetarum ad helyseum. Nūquid nosti qꝛ dominus tollit hodie dñm tuum a te. quibus rñdit. Noui silete. Ex quo patet ꝙ tam filij prophetarum ꝙ helyseus preuiderunt in spirtu futurum raptum helye: sed nesciebāt figurā illius raptus: nec quid amplius futurū esset de helya. Quia nesciebant quomodo ille ascensus helye figurabat ascensum christi in celū. Et quomodo helyas erat venturus in tempore antixp̄i ad predicandū ꝓm aduentum xp̄i. Ex quo patet ꝙ tam filij prophetarū ꝙ helyseus tm̄ habebant simplicem spiritū propheticum de futuro raptu helye et ideo helyseus cupiens scire quid esset futurū de helya. dixit ad eum quādo ferebatur in paradisum. Obsecro domine vt spiritꝰ qui est in te duplex fiat in me. quasi diceret. vt sciā in duplici spū quid figuret ꝛ significet iste raptus tuus ꝛ sciā ꝛ preuideā futura mysteria de xp̄o messia in lege ꝓmisso que non possunt preuideri nisi per duplicē spiritū ꝛ lumē propheticum. Cui respondit helyas. rem difficilem postulasti. Quasi diceret. difficile est et paucis est concessum talem duplicem spiritū propheticū attingere. Hoc autē dicebat helyas: quoniā ipse in duplici spiritu ꝓuiderat per suū raptū qualiter xp̄us post passionem ꝛ resurrectionem erat ascensurus

Extasis quid sit.

Spūs duplex propheticꝰ quid sit.

in celū et accepturus vniuersale dñium et iudicia
riam ptātem sup oēs creaturas et qualr erat ven
turus in fine mūdi ad iudicādū oēs gentes ꝛ qua
liter ipse Helyas debebat preuenire ante ipsum
xp̄m ad p̄dicandū scōm aduentū ei⁹ et qualr erat
ab antixp̄o occidendus. Hūc igit̄ duplicē spm̄ p
pheticū ipetrauit helyas a dño p ipso helyseo vt
pȝ ibidē. Judei aūt et multi catholici dicūt q per
duplicē spm̄ hely sel: intelligit̄ duplex virt⁹ faciē-
di miracula qꝛ in duplo fecit plura et maiora mi-
racula q̄ helyas. Sed lȝ hoc sit verū tn̄ p̄in⁹ intel
lectus est magis cōformis ꝛ cōtinet mai⁹ sacr̄m.
¶ Ex supradictis pȝ q̄lr spūs dñi simplex pphe-
ticus nō attingebat nisi materialia et tp̄alia ge-
sta illi⁹ ppli et ciuitatis ꝛ tēpli. Spūs aūt duplex
Nota. erat ille q̄ nō solū preuidebat et attingebat futu
ra gesta materialia ve. te. sed per illa trāscēdebat
vsq ad mysteria xp̄i et eccl̄ie in illis figurata. im-
mo pphete in spū duplici pphetico p gesta ve. te.
preterita et presentia ꝛ futura p̄uidebāt mysteria
de xp̄o et ecclesia in illis figurata. Vn̄ sicut hō ha
bens bonū visum p mōtes ppinquores videt mō-
tes vlteriores: ita p̄iter pphete duplici lumie et
spū pphetico illustrati nō solū preuidebāt gesta
materialia et tp̄alia ppinquiora: sed etiā preui-
debāt qualr illa gesta materialia erāt figura fu-
turorū mysteriorū spūalium de xp̄o et ecclesia. Et
sic trāscēdentes illa materialia perueniebāt vsq
ad ppheticā noticiā xp̄i et nr̄e redēptiōis. Et sic
dd̄ et esaias et ceteri pphete p futurā liberationē
babylonice captiuitatis et per exitum de egy-
pto preuidebant futuras liberationem totius ge
neris hūani faciendaȝ p xp̄m vt patebit. Et ideo
qꝛ miseri et ceci iudei nō p̄nt pcipere istū spm̄ du
plicē ppheticū: inde est q oēs pmissiones et oia
dicta pphetarū putant esse dicta in simplici spū
materialr et tp̄aliter de illo p̄mo et scōo tēplo et
de illa captiuitate et liberatiōe tp̄ali et reedifica
tione illius materialis hierl̄m et sic oia glosant
tp̄aliter. B Per supradicta patēt tres gradus
tres gradus prophetie. pphetie cōes. Prim⁹ p reuelationē factā in som
nis. Scōs p visionē imaginariā enigmaticā. Ter
tius p familiarē doctrinā angelorū. Et iste est p-
fectior scōo: et scōs p̄mo eo q viua vox hȝ nescio
q̄d latētis energie vt inq̄t Hierony. ad paulinū
Sȝ quart⁹ grad⁹ quē hūit dd̄. s. p locutionē spūs
sci in extasi eis pfectior ceteris trib⁹ eo q sit cū al
tiori lumie et claritate et distinctiōe et pueniat ad
altiora. ¶ Ex supradictis seq̄tur p̄rio q ppheta
rōne luminis et spūs pphetici. dr̄ ppheta. Pro-
bat̄. Nā sine tali lumine null⁹ posset interpretari
tales visiones qꝛ in virtute istius luminis pphete
interpretabātur illas enigmaticas visiones. Et
iō nec pharao nec nabuchodonosor fuerūt pphe
te qꝛ nescierūt interpretari suas visiones eo q ca
rebant tali spū pphetico siue tali lumie sȝ ioseph
et daniel interpretati sunt tales visiones eo quia
habebant lumē et spm̄ ppheticū immo Daniel
nunq̄ dictus est propheta vsq quo sciuit interpre
tari visiones suas et alienas Scōo sequitur q oīs
ppheta est interpres. qꝛ intantū dicebat̄ intellige
re visiones inquantū interpretabat̄ eas per tale
lumen. Unde dr̄ daniel. viij. nesciebā interpreta-
tionem visionis ꝛ sic daniel nō intellexit pphetā i
nec visionē. vsq quo sciuit eā interpretari. C Ter
tio sequit̄ q dignitas pphete sumit̄ s̄m altioreȝ
gradū luminis pphetici. eo q dignitas sumitur
a forma rei: sed lumen est forma in tali interpreta
tione: qꝛ lumen propheticum dat esse et dignita-
tem pphetice visioni et sic s̄m gradus luminis p
phetici erunt gradus pphetarum et vnus pphe
ta dicetur dignior altero s̄m gradū altioreȝ ipsi⁹
luminis et spūs pphetici. et etiaȝ s̄m gradū ipsius
raptus et extasis inquātū sit maior excessus supra
naturalem intelligentiam. D

Quantū ad tertium articuluȝ in quo

Q̄ñõ r[illegible] est ver⁹ ppheta

erat videndum quō dauid est verus ppheta et in
quo gn̄e pphetie magis profecit. et in q̄bus ob-
iectis preuidit futura mysteria de xp̄o et ecclesia.
¶ Est p̄mo notandū q oēs doctores hebreorū añ
aduentū xp̄i et vsq ad tp̄a cōstantini asseruerūt
dd̄ fuisse maximū pphetā inter oēs vt pȝ per io-
sephū et ionathā abenhuziel. ꝛ p philonē disertis
simū iudeorum q̄ fuit tp̄e aplorū. et pȝ p plures No. bñ.
alios illius tp̄is. Unde dixerunt quidā thalmudi
ste q. deus in p̄ncipio mundi creauit oēs aīas si-
mul cū aīa ipsius adā. Et qn̄ deus duxit oēs crea
turas ad Adam. vt videret q̄d vocaret eas ondit
etiam oēs aīas filiorū successiō. n̄ suorū in corpo-
ra humana vēturas et tunc adam cognouit aīam
abrae. et isaac et iacob. et moysi. et Dauid et om
niū aliorū. Inter quas preuidit in spū animā da
uid nobiliorem. et quō in altitudine scientie et p-
phetie oēs alias debebat superare. Sed preui-
dit in spū ipse Adam qualiter dauid in infantia
ante annum completū erat moriturus. Unde tūc
Adam tactus dolore cordis dixit ad dominum.
O domine quare vis tantū bonum futurū impe-
dire. ppter mortē huius pueri. Rogo vt pmittas
ipsum viuere vsq ad septuagesimū annū ne tan-
ta scientia perdat̄ in mūdo. Cui dñs respōdit q
hoc nō poterat fieri. Nam ipse iam diuiserat to-
tā vitā hūanā inter oēs illas aīas futuras et vni-
cuiq assignauerat suā ptē vite. ꝛ sic nō remanebat
plus spacij vite p dauid nisi vnus annus qꝛ iam
inter oēs erat diuisa et distributa tota vita hu-
mana. Cui dixit adam. O dñe ego debeo viuere.
M. annis quos mihi assignasti ad viuendū ergo
aufer a me. lxx. annos et da eos ipsi dauid. qꝛ ego
cōtentus sum de residuo. ne tantū bonū perdatur
in mundo. Cui petitioni annuit deus: et ita factū
est. Nā dauid vixit. lxx. annos et ideo adā nō vixit
nisi [illegible] annos. sublatis. lxx. annis q̄bus vi- 930
xit ipse dauid. Que opinio licet sit falsa et hereti
ca. s. q oēs aīe humane fuerint simul cuȝ aīa ipsi⁹
adā tn̄ ex dictis istorum doctorū hebreorū pȝ q
dauid fuit maxim⁹ propheta. et pfundior ceteris
in scientia diuinorum. ¶ Itē dicūt etiā doctores
eorum antiqui. q postq̄ ionatha abenhuziel fue
rat interpretatus totā scripturā legis et prophe-
tarum ex hebreo in chaldaicū quam translationē
appellant targū. incepit interpretari librum psal
morū ipsius dd̄. Sed tūc audiuit vocē de celo di-

centē. q̇s es tu q̇ vis reuelare ꝓfunda secreta mea quasi diceret. nō sufficit tibi ꝙ permisi vt declarares legem et alios ꝓphetas: sed etiā vis interpretari librum psalmorū: in quo latent ꝓfundiora secreta mea. Cui respōdit ionathaꝫ abenbuziel. O dn̄e ego volo hoc facere ad honorē ⁊ seruitiū tui et vtilitatē totius ppl̄i. Et sic dicūt ꝙ deus permisit: vt ionathā interpretaretur psalmos dauid. Quā interpretationē iudei habēt in tanta reuerentia ⁊ auctoritate ꝙ nullus est ausus ei ꝯtradicere. vt latius patebit. Ex quibus pꝫ ꝙ de intētione antiquorum hebreorum erat ꝙ altiora secreta ⁊ mysteria cōtinentur in libro psalmorū ꝙ̄ in toto residuo legis et ꝓphetarū. et iō cōplures eorū dicūt: ꝙ tota lex et ꝓphete ꝯtinentur in libro psalmorū. immo dicūt ꝙ si tota lex et ꝓphete perderentur liber psalmorū sufficeret. q: ibi reperitur tota lex et ꝓphete.

B ¶ Sed causa quare quidā eorū negant dauid fuisse ꝓphetā fuit ista. Nam vidētes magistri iudeorum ꝙ per cōuersionē Cōstantini totus populus gentilis cōuertebatur ad fidem xp̄i: et vidētes etiā ꝙ maior pars iudeorū ꝯuertebantur ad xp̄m simul cū gentilibus: cognoscentes manifeste xp̄m fuisse verum messiam in lege promissum per scripturas ꝓphetarum maxime per scripturas libri psalmorum eo ꝙ manifeste pronunciat cōuersionem gentium in aduentu messie: tunc hoc vidētes magistri hebreorum congregati sunt in babylone egypti que modo dicitur cayre et ibi ꝯfinxerūt scripturam thalmud. vt retinerent simplices eorum et glosauerūt falso modo scripturam vete. test. Et q: quotidie conuincebantur a conuersis de iudaismo per scripturam psalmorum que clarius loquitur de cōuersione gentiliū: ideo negauerūt dauid fuisse ꝓphetam. Et ideo distinxerūt totaꝫ scripturam vete. testa. in tres partes scꝫ legem et ꝓphetas. et agiographa. Et sic posuerunt dauid et danieleꝫ inter agiographa. vt auferrent eis dignitatem ꝓphetie eo ꝙ clarius loquūtur de xp̄o et de tpe aduentus eius: et q: magis sepius cōuincebātur p dauid et danielē. Et sic hodie inter hebreos est maxima confusio. Nam quādoqꝫ dicunt ꝙ dauid est maximus inter om̄es ꝓphetas propter ea que supradicta sunt. quādoqꝫ aūt dicūt ipsum nō esse ꝓphetam propter rationeꝫ iam dictā. Et sic mentita est iniquitas sibi. q: manifeste confudit eos dauid.

E ¶ Sed cōtra istos peruersos ponitur pro conclusione. ꝙ dauid fuit verus ꝓpheta. quod probatur rōne ⁊ auctoritate ve. testamē. Nam ille est verus ꝓpheta qui hꝫ oēs cōditiōes veri prophete: sed dauid est huiusmodi. igitur dauid fuit verus propheta. Maior est nota: sed minor probatur. Nā de rōne veri prophete est ꝙ pronunciet diuina mysteria futura de xp̄o et ecclesia ex diuina reuelatione: in aliquo obiecto representata per prophetā interpretata et intellecta ꝓut dictū est in p̄mo et scd̄o articulo. Sꝫ ꝙ dd̄ habuerit oēs has cōditiōes nō solū est manifestū ex experientia q: oia que predixit de xp̄o et ecclesia, et de conuersiōe gentiliū et occecatione et perpetua captiuitate iudeorū videm⁹ manifeste esse cōpletas: sed etiam probatur auctoritate sacre scripture. vete. testa. ij. Regū. xxiij. vbi sic legitur scꝫ. Hec sunt verba nouissima que dixit dauid filius Ysai. dixit vir cui cōstitutum est de xp̄o dei iacob egregius psaltes israel. Spiritus dn̄i locutus est per me et sermo eius per linguam meā. deus israel locutus est mihi. Sicut lux aurore oriente sole mane absqꝫ nubib⁹ rutilat. et sicut pluuijs germinat herba de terra. Nec tanta est domus mea apud deum: vt pactū eternum iniret mecum firmum in omnibus atqꝫ munitū. Cuncta em̄ salus mea et oīs voluntas. nec est quicq̄ ex eo qd̄ nō germinet Preuaricatores aūt quasi spine euellentur vniuersi que nō tolluntur manibus. Et si quis tangere voluerit eas armabitur ferro et ligno lanceato igneqꝫ succense cōburentur vsqꝫ ad nihilum. Hoc canticulum predictū fecit dauid in sua senectute. in quo ostēdit dignitatem et veritatē ⁊ vtilitatē suarū visionum et ꝓphetiarū. et vaticiniorū: que predixit in libro psal. ¶ Ex quo cātico pōt recolligi octo cōclusiones quarū p̄ma est ista. s. ꝙ dauid fuit verus propheta et egregius inter oēs prophetas israel. Per hoc ꝙ dicit. dixit vir egregius psaltes israel. Nam egregius dr̄ quasi extra gregē aliorum et sic dicit sup excellentiā. ¶ Scd̄a cōclusio. ꝙ oia que dixit dauid in psalmis: sunt intelligenda de christo in lege promisso. et ad eum referenda. per hoc ꝙ dicit. Cui cōstitutū est de christo dei Jacob ¶ Tertia conclusio. ꝙ prophetia dauid ab ipso deo et spiritusancto ipsi dauid reuelata. ⁊ per cōsequens autentica per id quod ait. Spiritus dn̄i locutus est per me et sermo eius per linguā meaꝫ. Et per ꝯñs adeptus est tertiū gradum prophetie per familiarē doctrinam sp̄ūsancti que quidem locutio facta fuit sibi in extasi vt patebit ¶ Quarta cōclusio ꝙ dauid clarius ⁊ perfectius preuidit futura mysteria de christo et ecclesia et gloria sanctorum: ꝙ̄ aliquis alius propheta per hoc ꝙ ait Sicut lux aurore oriente sole mane absqꝫ nubib⁹ rutilat. quasi dicat. ꝙ ita fuit mihi clara prophetia et reuelatio sine enigmatibus: sicut sol videtur de hominib⁹ in mane sereno absqꝫ nubibus. ¶ Quinta conclusio. ꝙ promissio facta ipsi dauid de eternitate sui regni et rege eterno successore: non est intelligenda de salomone. nec de illo regno temporali sed est intelligenda de christo rege messia: et de eius regno eterno. per hoc quod ait. Nec tanta est domus mea apud dn̄m: vt pactum eternum iniret mecum firmissimum atqꝫ munituꝫ Et etiam per illud quod supradictū est. Cui constitutum est de christo dei iacob. ¶ Sexta cōclusio ꝙ in prophetia psalmorū dauid cōtinetur et predicitur ꝓphetice totū mysteriū nostre redemptionis. et desideriū nostre salutis. per hoc qd̄ ait. Cūcta enim salus mea et voluntas. i. desideriū redēptionis continetur supple in libro psalmorum. ¶ Septima cōclusio. ꝙ nihil est scriptum in libro psalmorū: quod nō fuerit cōpletum in primo aduentu xp̄i aut sit implendum in secundo aduentu per id quod ait. Nec est quicq̄ ex eo quod non germinet idest faciat fructuꝫ et impleatur in tēpore suo per christum in primo vel secundo aduentu. ¶ Octaua conclusio. ꝙ quicunqꝫ fuerit pre-

Not. hic ꝙ dauid ꝓpheta

uaricator et contemptor libri psalmorum id est qui cunque non receperit christum in suo aduentu et legem euangelicam. prout in psalmis prophetice p̄dicit: ⁊ vaticinatur ille talis popul⁹ ⁊ ciuitas euellet igne ferreoque destruet q̇ manifeste fuit impletū in populo iudaico xp̄m negāte ⁊ prophetiam dauid p̄uaricāte: qui p Titū et Romanos partim fuit trucidat⁹: ⁊ parti ab illa terra euulsus ⁊ captiuus p mūdū dispersus ⁊ ciuitas eorum a fundamētis euersa ⁊ igni succēsa per hoc quod subdit p̄uaricatores quasi spine euellentur. ¶ Ex supradictis omnibus patet qualiter dauid fuit verus ꝓpheta q: obtinuit omnes conditiones veri prophete q: in spiritu ꝓphetico ⁊ lumine spiritussancti preuidit et predixit omnia mysteria christi et ecclesie et omnia mysteria nostre redemptionis et salutis: que oīa videm⁹ impleta ꝓut ipse p̄dixit in psalmis. Et non solum fuit ꝓpheta preuidendo futura per imaginarias visiones ⁊ enigmata sicut ceteri: sed adhuc fuit ⁊ egregius ⁊ excellētior q: ipsi locutus est deus claro modo absque enigmate: et eius visio fuit clara sicut lux aurore oriēte sole absque nubibus. ¶ Sed quia dictum est q dauid prius inclinauit aurem suam in parabolā et postea aperuit in psalterio ꝓpositionē suā. Et dictū est q ista parabola ad quā inclinauit aurē est scriptura vete. test. cōtinēs mysteria ex q̇bus accepit ꝓpositiones ⁊ ꝑabolas ad inferēdū ꝓphetice v̇itates ⁊ ꝯclusiones euangelicas. Ideo vidēdum est in hoc tertio articulo que et quot sunt illa mysteria ve. te. in quib⁹ dd̄ figuraliter ⁊ ꝓphetice preuidit mysteria euangelica: ex quib⁹ assumpsit ꝑabolas ⁊ ꝓpositiōes ad ꝓphetandū ⁊ p̄dicēdū ⁊ inferēdum v̇itates euāgelicas in psal. Et videndum est in quo gn̄e ꝓphetie magis profecit dauid inter ceteros ⁊ quē modū habuit in ꝓphetando. B ¶ Ad cuius intellectū est notādū q ex materia ⁊ titulis psalmorū possumus recolligere qualiter dd̄ in quatuor obiectis sibi representatis p̄uidit ꝓphetice in duplici lumine ⁊ spiritu ꝓphetico omnia futura mysteria de xp̄o et ecclesia. Primo cōtēplando oīa gesta patriarcharū ⁊ oīa scripta in quinque libris legis. Et legis iosue ⁊ iudicum et .i. ⁊ .ij. Reg. vsque ad suū tp̄s. Scd̄o cōtemplando oēs ꝑsecutiōes ⁊ ꝓsperitates suas ⁊ exaltationem sui regni. Tertio cōtemplando ꝓmissionem ipsi factam de successione regni eterni in filio suo .ij. Regū .vij. Quarto cōtemplādo exēplar et descriptionem templi edificandi sibi traditam a spūsancto ꝓut dicit .ij. paralip. xxviij. In his ergo supradictis .iiij. obiectis tanq̄ in speculo preuidit dauid per lumen et spiritum propheticum oīa futura mysteria de xp̄o et ecclesia sed de statu et modo ꝓphetādi ipsius dauid dicūt thalmudiste: q postq̄ dd̄ quieuit a bellis et maxime postq̄ vidit angelum percutientē in area iebusei cessante pestilentia tunc relictis voluptatibus et concupiscentijs ⁊ mundanis negocijs totaliter statuit magis ampliare cultum diuinum et ordinare sacerdotes ⁊ cantores ⁊ leuitas per vices suas in tabernaculo quod mutauerat a domo sua ad aream iebusei: quam quinquaginta siclis emerat pro tabernaculo tenendo et templo edificando. Et non solū preparauit materialia. s. lapides et ligna et ferrum ⁊ argētum ⁊ aurū: sed etiā spiritualia. Et sic condidit psalmos qui cātarentur in templo ⁊ tabernaculo: et diuisit eos cantandos tribus cantoribus. s. asaph ⁊ ethan ⁊ heman in determinatis festiuitatib⁹. Et dicunt vlterius thalmudiste q dauid sic seclusus et semotus in contemplatione in statu ⁊ secreto penetrali suo in tali contēplatione opprimebatur somno. Sed mane diluculo ante auroram intrabat ventus per fenestrā ex parte aquilonis et mouebat chordas cytbare siue psalterij pendentis ad caput lecti. Et sic dauid excitabatur a somno ⁊ repletus a spiritusancto rapiebat psalterium ⁊ condebat psalmos de rebus quas cōtēplatus fuerat ex parte noctis. Et de talibus mysterijs intellectis cōdebat psalmos immo dicunt q dauid anteqū dormiret dicebat illum versiculū psalmo .cvij. scz. Exurge gloria mea: exurge psalterium ⁊ cythara: exurgā diluculo: quasi diceret. O tu psalteriū ⁊ cythara exurge mane motum a spū scō et exurgā diluculo ad ꝓphetandū. Unde dicunt hebrei q hanc excellentiā habuit dauid sup omnes alios prophetas: nā dies excitabat alios prophetas sed ipsemet spiritussanctus excitabat ipsum dauid mane diluculo ante diē ad ꝓphetādū: ⁊ hec est sentētia quorūdā magistrorum hebreorum. q̄ q̇dē positio nō est cōtēnēda eo q cōtinet aliqualem veritatem. Sed insufficienter explicat modū et dignitatē ꝓphetie dd̄. C Ideo ad pleniorem noticiā ⁊ euidentiam est notandum secundum aliquos q non est negandum dauid fecisse aliquos psalmos anteqū quiesceret a bellis: aliquando dum erat in statu gratie: prout videbitur in expositione: sed maiorem partem fecit dum quieuit a bellis et voluptatibus et mundanis negocijs et sedit totaliter contemplationi et statuit ampliare diuinum cultum et preparare omnia necessaria pro edificando templo per salomonem: vt patet in fine .ij. paralipomenon prout dictū est. Quia tunc totaliter deditus contemplationi incepit sedulo contemplari diuina mysteria contēta in quatuor obiectis supradictis. Unde sic contemplando diuina mysteria et illa quattuor obiecta rapiebatur a sensibus exterioribus et manebat in sola imaginaria contemplatione. Sed rursus eleuatus per lumen propheticum supernaturale preuidebat futura mysteria in illis obiectis tanq̄ in speculo et talis visio imaginaria fiebat intellectualis in virtute luminis prophetici inspirati confortantis et eleuantis intellectum ipsius dauid et irradiantis super illa obiecta imaginata et representantis futura mysteria in illis obiectis tanq̄ in speculo sicut intellectus agens astat et representat species quiditatum rerum materialium in fantasmatibus naturalibus. Et talem gradum prophetie ⁊ visionem propheticam intellectualē sumptā ex imaginaria visione obtinuit Esayas et omnes sacri prophete. Sed supra istos obtinuit altum gradū. ipse dauid nā postq̄ semel speculando sua obiecta preuiderat mysteria futura representatiua in

Not. dū ꝙ dauid ppheta

Nota in quo gn̄e ꝓphetie magis ꝓfecit dauid.

illis per lumē propheticū retētis speciebus futu rorū mysteriorū de christo et ecclesia quas abstra/ xerat ab illis imaginatis obiectis tūc p altius et for tius lumē magis eleuatus rapiebat totaliter a sensi bus interioribus et illis obiectis imaginatis ad so la mysteria futura. Et tūc oblitis oībus tēporali bus rebus materialibus et etiā seipso vn et absq; figu ris et enigmatibus puidebat clare et distincte et cōtē plabat totū mysteriū incarnatiōis et nostre redē ptiōis in se et nō in aliquo enigmate nec obiecto representatiuo. Et tunc subtilius et magis parti/ culariter et distincte contēplabatur nō solū incar nationē sed resurrectionē et ascensionem et gloriā paradisi quam xps erat daturus suis fidelibus: et in tali contemplatione non vtebatur sensibus ex terioribus nec interioribus. Et sic erat in quadā extasi qui quidem status tenet medium inter vi/ tam hominum et angelorum in qua quidem exta si dicitur fuisse frequenter dauid et loqui cum deo immo deus loquebatur ipsi in spiritu ostendens ipsi absq; enigmate mysteria xpi et secreta celestia vnde de tali clara visione et diuina locutione fa/ cta ipsi dauid eleuato in extasim dicitur. ij. Re. xx/ iij. dominus mihi locutus est sicut lux aurore oriē te sole mane absq; nubibus rutilat q: in tali exta si iam videbat illas supernaturales veritates et illa futura mysteria et secreta celestia non per ob/ iecta enigmatica sed per ppriàs species intelli/ gibiles in virtute altioris luminis. Et ideo vide/ bat subtilius et clarius mysterium incarnationis et predicationis et passionis et resurrectionis et ascensionis et future beatitudinis q̄ ceteri pro/ phete. Et ideo locutio et doctrina facta in spiritu sub tali raptu et extasi potest esse q̄nq; perfectior q̄ facta per locutionem sensibilem per angelum inquantum ipsi dauid potuit concedi altius lu/ men et plura et altiora reuelari: q̄ per sensibilē locutionem angelicam factam ipsi iosue et gedeo ni et plerisq; aliis. Nec est etiam negandum da/ uid quandoq; habuisse similes familiares locu/ tiones cum angelis. Ordo ergo et modus prophe tie siue prophetandi ipsius dauid est discutiendus per singula obiecta. Unde primo legendo littera lia mysteria sacre scripture reponebat tales spe/ cies in fantasia puta de creatione mundi aut my sterium diluuij aut sacrificium abrae aut agni pa scalis et imaginando et contemplando talia my steria in sua cella et camera secreta largiebatur ipsi lumen propheticum. et tunc illa obiecta imaginata: illustrata lumine supernaturali re/ presentabant ipsi futura mysteria et sic intelle/ ctus dauid confortatus et eleuatus per tale lu/ men preuidebat futura mysteria de christo et ec/ clesia in illis obiectis representata. Et sic p crea/ tionem mundi materialis preuidebat recreatio/ nem mundi spiritualis que est ecclesia christi.

Ordo p phetādi ipsius da uid.

do eius fructū. iuxta preceptū domini fuisset preseruatus ab omni infirmitate et morte: et in tempore suo collegisset et adeptus fuisset imortalitatem et post magnum tempus trāslatus esset in vitam meliorē sm Augustinū: ita deus post lapsum dedit hoī hanc legē loco illius ligni vite vt eā seruaret ⁊ coleret expectando ex ea fructū vite. Et patres vet. testa. eam seruauerūt vsq ad tempus christi: et sic ex ea receperunt fructū in tēpore suo scz fructū redēptiōis: et sic eandē legem scōm veritatem colētes nos expectamus fructū glorie. Ista arbor sicut in primo aduentu xpī fecit fructū gratie et nostre redēptionis: ita ⁊ in scōo aduentu faciet fructum glorie. Item lex domini dicit etiam vinea domini. Nam sicut vinea prio plātat: et postea facit palmites et exinde vuas ex quibus expressis in torculari extorquet vinū in tēpore suo: ita pariter xps in principio dedit legē nature q̄ fecit folia in noe ⁊ abraā: ⁊ sic incepit facere vuas in dauid ⁊ prophetis que mature sunt in aduētu xpī. Ex quibus xps expressit et extorsit vinū ecclesiasticorū sacramentorum in torculari crucis: ⁊ ex eadē lege vere. extorsit veritatē euangelicā quam nos colimus et obseruamus: ex qua extorquemus et extorquebimus vinum glorie in die iudicij et etiam in fine cuiuslibet fidelis. Ex quo patet q lex diuina accomodate dicitur vinea domini. Matthei. ij. ⁊. xxij. que data est nobis ad colendum. Item lex diuina dicitur etiam seges. Nam sicut frumentum primo seminatur et postea crescit in herbam: et exinde in granum ⁊ vltimo in area cum ventilabro separatur granum a paleis: ⁊ granum reponitur in horreo ad sustentādum vitam hominū: palee vero cōburuntur igni et proijciūtur bestijs ad comedendum: pariformiter deus in principio seminauit legem post lapsum in adam ⁊ abel q̄ creuit in herbā et incepit facere spicas in moyse et incepit facere granum in prophetis: que quidē seges legis fuit matura in christo. vnde dixit xps luce nono. messis quidem multa. Item ioh quarto. Aspicite messes. quoniam albe sunt: sed hanc messem xps messuit ⁊ in sua area crucis triturauit ⁊ vētilabro suo granū euangelice veritatis a paleis cerimonialiū ⁊ ceterorum legalium separauit: ⁊ granū sacramētorū et legis euāgelice in horreo ecclesie pro nobis reposuit: et paleas cerimonialiū tradidit igni extinguibili: quia cerimonias et cetera legalia totaliter reprobauit et eiecit et abdicauit. Et sic sicut iā recepimus granū sacramentorū: nunc expectamus granum glorie post hanc vitam. Iudei autem ceci et obstinati adhuc comedunt folia cerimoniarum sine fructu: et bibunt siue comedunt vinacium sine vino quod iam exinde expulsum est: ⁊ ita comedūt paleas legalium sine grano tanq̄ bestie. A ¶ Et sic patet quō lex diuina siue sacra scriptura nominatur istis viginti nominibus: scz lex domini. verbum domini. eloquiū domini. sermo domini. preceptum. mandatū. testamentū. testimonium. iusticia. iudiciū. iustificatiōes. via domini. semita domini veritas misericordia: pax. arbor siue lignū vite. vinea dñi. ager siue seges domini: ⁊ hoc sm diuersos respectus ⁊ effectus: ⁊ idō q̄cunq aliquod istorum

Lex dñi est vinea.

Dicitur seges.

Nota.

nominū in sacra scriptura ponitur semper est intelligenda lex diuina que semper est distinguenda scōm suas etates: vt dictum est tractatu. ij. regula. vij. verumtamen de vnoquoq istorum clarius dicitur in suis locis. B.

In quinto capitulo memorantur et exponūtur noia diaboli ⁊ ppli eius magis frequētata in sacra scriptura: vñ diabolus dicit: q: diuisus q ab initio in veritate nō stetit: sed a deo discessit et sicut ipse fuit diuisus ita fuit etiā diuisor: q: hominem a deo per pctm̄ separauit: et cōtinue inter homines zizaniā seminauit. Matthei. xxiij. ⁊ a veritate diuine legis nos separe conat. Scōo dicitur sathanas. i. cōtrarius ⁊ aduersarius: q: ab initio nobis aduersat ⁊ inimicat: ⁊ omni veritati resistit. Itē dicit pctōr: q: ab initio peccat ⁊ mentit. Iohā. vi. Itē dr exterminator Apoc. ix. q: hoiem extra terminos diuine visiōis et beatitudinis eiecit et cōtinue conatur extrahere. Item dicitur mors. Apoc. xi. quia hominē in mortem deiecit et actor mortis ipsi fuit: ⁊ sic hec sunt nomina diaboli magis frequentata. dicitur etiā belial ⁊ leuiatan: nā belial interptat ascēsus siue supbia ⁊ leuiatā terribilis ⁊ vastās. Sed nomina populi diaboli sunt sodome egyptus in epistola iacobi: eo q tales sunt obcecati in tenebris peccatorū. Item dicitur babylon: quia cōfusio. Apoca. xvi Quia inter membra diaboli nō est ordo sed error ⁊ confusio cū omnes seruiant vitijs et malis cupiditatibus: ⁊ sic in eis non ratio sed sensualitas dominatur. Et ideo per talia nomia in scripturā cōmuniter populus siue mēbra diaboli aut heretici et infideles ⁊ mali intelliguntur. C.

De nominibus diaboli.

Tractatus quintus.



In quinto tractatu exponūtur generaliter et explicantur tituli psalmorum. Ad cuius intellectū est notandum q titulus in psalmis est cum sacramento occulto aliquid significans prescriptio: vnde per hoc quod dicitur prescriptio denotatur q in tali titulo describūtur aliqui termini siue q talis fit per aliquos terminos: per hoc autem qō dicitur aliquid notificans denotatur q illi termini ponuntur ad aliquid notificandū. per hoc aūt qō additur cū aliquo sacramento denotat q illi termini icludūt aliqō sacramentum de xpo et ecclesia. Itē sm aliquos titulus in psalmis est quorundā terminorū sacramentum psalmi cōtinentiū annotatio. que quidem descriptio idem significat cū superiori. ¶ Et ideo est notandum q sex prenotātur in titulis psalmorū: nā talis titulus aut notificat nomen psalmi: aut personam aliquā: aut materiam psalmi: aut modū cātandi: aut instrumentū cum quo cantabantur illi psalmi: aut tempus in quo cantabātur. Nomina autem psalmorū sunt octo: scz psalmus. canticū hymnus. intellectus siue eruditio. oratio. alleluia psalmus cantici. canticū psalmi. Psalmus dicitur quasi sermo laudatorius. Et sic omnes generaliter dicuntur psalmi. Canticū dicitur inquantū cantabatur voce humana. hymnus autem dicitur

De titulo ipsal.

inquantum dicit laudē dei cū leticia. Alleluia dr inquantū cōtinet laudes dei simpliciter. Unde dicit Rabi abenazara in .plogo hmōi q hec est differentia inter hymnum et alleluia: qr hymnus dicit simplr laudē: sed alla dicit laudē simul cū deo Nam alleluia idē est qđ laudate: sed ya. idē est qđ deus: idest laudate deum. Et sic alleluia includit simul deū cū laude. Sed ista sunt satis friuola qr hoc idem dicit hymnus nisi q addit leticiā. Sed Alla dicitur inquantum in illo psalmo narrantur beneficia dei. Intellectus vero siue eruditio dicitur inquantum ille psalmus continet aliquod mysterium profundum a spiritu sancto prophetice reuelatum. Oratio dicitur inquātum in illo psalmo fit aliqua petitio. Canticum vero psalmi dicitur inquantum ille psalmus cantabatur simul cum instrumento musico. Sed erat ista differentia. Nam quando chorus cantorum incipiebat primum versum psalmi et instrumētum sonabat versum sequentem tunc dicebatur canticū psalmi Sed quando instrumentum incipiebat psalmū et chorus sequebatur secūdum versum. tunc dicebatur psalmus cantici. Et sic patet q ista octo sunt nomina psalmorū in titulis prenotata et nō plura. Secūdo prenotatur quādoq in titulis aliqua persona. Sed illa persona potest esse triplex. Nā quādoq prenotatur et prescribitur persona actoris ipsius psalmi: vt quando dicitur psalmus dauid. Quādoq autē persona cantoris vt cū dicit ipsi asaph siue filijs chore. Quando vero persona de qua est psalmus: vt cū dicitur in salomone vel docch psalmo .li. Tertio in titulo quādoq prenotatur materia de qua est psalmus siue ex qua est psalmus: vt cū dicit. cū dauid fugeret a facie absalon. Quarto prenotatur quādoq in titulo modus cantandi. vt cum dr in finem siue ad victoriā siue sup octauā: qr tunc vnus chorus conabatur superare alium in eleuatione vocis. Sed hoc nō fiebat sine sacramēto vt patebit suis locis. Quinto quādoq in titulo prenotatur instrumentum cum quo psalmus cātabatur: vt cum dr in organis dauid. Sexto quādoq in titulo prenotatur et notificatur tempus in quo psalmus cantabat: vt cum dicitur pro torcularibus siue prima et quarta sabbati. Sed omnia ista nō fiebāt sine sacramēto vt patebit: et dicit Rabi abenazara q quando in titulis ponitur ad victoriam siue in finem aut canticū: semper prenotabat aliquod futurum. Item dicit camhy in prologo hui⁹ libri q omnes psalmi qui intitulantur ad victoriam siue in finem: siue in organis loquūtur de messia et semper denotant aliquod mysterium profundum. Item dicit secundo q dauid fecit omnes psalmos qui sunt sine titulo. Item dicit tertio q dauid nō solum fecit psalmos in persona sui sed etiā in psona aliorum: scilicet in psona adam horison. i. primi locutus et in persona moysi. Unde quādo dicitur oratio moysi viri dei nō ponitur ibi moyses q fecerit ps. iiij. sed q fecit dauid psalmum illum in persona ipsius moysi inquantum introducit ipsum ad loquendum. Et sic est dicendum de psalmo. xvij. qui intitulatur in salomōe. Et sic dicimus nos q

Nota de psonis i titulis psalmorum.

Nota.

Multi psalmi sunt facti in persona illius qui introducitur ad loquendum. sicut in psalmo. iij. et. xv. et xx. et multi facti sunt in persona ecclesie siue corporis mystici vt est psalmus. v. Et multi sunt facti in persona ipsius ade cū sua posteritate fidelium vt est psalmus. vi. et. xij. Et ideo debet diligēter aduertere lector que persona introducit ad loquendum in quolibet psalmo et cuius est vox siue locutio. qr aliter nō potest haberi vera intelligentia psalmi. Et etiā preter psonā actoris psalmi est prenotanda et valde consideranda psona introducta ad loquendū in psalmo sicut in comedijs et tragedijs prenotantur et cōsiderantur persone introducte. qr nusq loquit auctor. Ex quo pz q oēs ptīcule in titulis posite sunt valde notande qr nulla ponit sine magno sacro. Nā vbicūq ponitur in finē prenotat q ille psalmus dirigit nos in xpm qui est finis legis. Et sic dauid p illū psalmum dirigebat illum populū in christū messiam futurum qr in illo psalmo loquebatur prophetice de christo futuro quem ille populus tāq finem illius legis expectabat in quem tendebat et peregrinabatur. B ¶ Item sunt etiam attendenda et consideranda instrumēta musicalia que nominātur in titulis et in psalmis que sunt septē scilicet Psalterium. Cythara. Tympanum. Chorus. Organum. Cymbalū. Tuba. Quorum quodlibet non ponitur sine sacramento: immo significabat aliquod mysterium futurū de christo et ecclesia. Nam psalterium est instrumentum musicale quadrangularis figure altera parte longiori habens decem chordas principales. Per quod significabatur mystice lex euāgelica que primo est quadrangularis. quia per quatuor euangelistas fuit scripta et testificata. Quorū duo sunt maiores et de visu: scz Johannes et Mattheus. et duo minores de auditu scilicz Lucas et Marcus. C ¶ Item secundo q lex euangelica habet decem chordas: scilicet que continet in se decem euangelica mysteria scilicet primo mysterium trinitatis. Secūdo mysterium incarnationis et natiuitatis. Tertio mysterium predicationis. Quarto mysterium miraculorum operatiōis. Quinto mysterium mortis et passionis. Sexto resurrectiōis. Septimo āscensionis. Octauo spiritussancti missionis. Nono gentilium vocationis et totius ecclesie congregationis. Decimo future glorificationis. Hec sunt decem chorde psalterij euangelici. Et hoc dicitur psalterium decachordum figuratum per illud psalterium materiale cū quo cātabantur psalmi legis veteris. Item lex euangelica dicitur etiam moraliter psalterium decachordum inquantum continet decem precepta moralia. Et sic in hac ecclesia militanti ptinue cantamus psalteriū morale per obseruantiā decē pceptorum. Sancti vero in celo cantant psalterium anagogicum decem fructum et gaudiorum glorie et felicitatis. Item cythara que est triangularis figure. Primo significabat mysterium trinitatis scilicet tres personas diuinas in vna substantia et essentia. Secūdo significabat vnam ecclesiam septē triplici uirtu. scilicet fidei spei et cha

Not. de istrumētis musicalibus psalmorum.

De cythara.

ritatis. Nã in tota lege euangelica nihil precipit nisi quid credendũ: quid agendũ. quid sperandũ. Item, significabat anagogice statũ future beatitudinis que cõsistit in visione et tentione et fruitione. Unde vigintiquatuor chorde ipsius cythare triangularis significabant viginti quatuor seniores cantãtes. Sanctus Sanctus. Sanctus. in cõspectu agni. Item tertio tympanum significabat mysterium passionis xpi specialiter: quia fuit percussus. Item quarto per organum specialiter significabatur mysterium resurrectionis. Itẽ quinto per chorum significabatur mysterium glorificationis. Sexto per tubam significabatur mysterium ascensionis. Septimo per cymbalum significabatur mysterium vocationis gentilium et cõgregationis in vnam ecclesiam. Item quando dauid aut sacerdotes in tẽplo cantabant psalmos cum decem chordarum nihil intelligebãt nisi vocare christum vt veniret in carnem ad implenda illa decem mysteria euangelica. Et sic est dicendũ de ceteris instrumentis. Nos autẽ iam cantamus psalterium euangelicũ agendo grãs pro bñficijs illis iam receptis. Ex quib' patet q̃ quãdo ponũtur in psalmis et memorant̃ talia musicalia istrumenta nõ debemus sistere in litera materiali: sed transire ad sensum spũalẽ et ad mysteria euãgelica q̃ significabant illa materialia istrumẽta. Itẽ qñ in psalmis siue in titulo alicuius psalmi ponitur aliqđ tempus in quo cantabantur puta p torcularibus aut pro dedicatione templi: tũc debem' recurrere ad mysteria illarũ festiuitatũ puta quid significabant futurum in nouo testamento. Et sic sunt exponẽdi tituli: et etiã psalmi illius tituli, put latius patebit in suis locis. A ¶ Ulterius est tertio notandum q̃ in psalterio .lxx. interpretum preter titulos cõmunes reperiũtur quidam particulares tituli scripti in rubeo qui dicũtur diapsalmata ⁊ hoc sub numero .vij. Et hoc in medio quorundam psalmorum et quãdoq̃ in pn̄cipio de quo diapsalmate nulla est certitudo apđ hebreos immo inter se multipliciter discordant. Nam quidam dicunt q̃ est mutatio metri. quidã autem q̃ est cõmutatio siue pausatio cantus quidam vero q̃ est mutatio sententie. Sed hoc non placet beato Hieronymo in epistola ad marcellã Sed dicit q̃ vbi greci habent diapsalma literis rubeis. Hebrei habent sela quod significat semp Et sic aquila vbicunq̃ reperit sela sic scriptũ ipse traduxit semp. lxx. vero et symachus ⁊ theodociõ traduxerunt diapsalma. Sed beatus Hieronym' sequens aquilam transtulit semper in latinum in sua traductione. Sed in veritate nullam videtur importare rationem. Nam quasi in infinitis versibus psalmorum reperitur hoc aduerbium semp: vbi nõ scribitur diapsalma tali modo literis rubeis: q2 solũ reperiunt̃ .vij. diapsalmata sic in rubeo scripta in medio psalmorũ. Et qñq̃ bis aut ter in eodem psalmo et ideo Augusti. aliter dicit vnde dicit: q̃ sicut sympsalma đ cõtinuatio psalmi apud grecos: ita diapsalma đ diuisio psalmi siue manifeste snie. Nam manifeste videtur q̃ vbi ponitur diapsalma est distinctio seu mutatio sententie in eodem psalmo. Et sic cassiodorus sequẽdo sententiam Augustini. vbicunq̃ reperit diapsalma semp fecit diuisionem in litera sui cõmenti et in snia. Sed lz hoc sit bene et vere dictum: q2 diapsalma realiter significat diuisionẽ psalmi. Tñ adhuc positio augustini nõ euacuat totã cãm huius mysterij quare hoc nomẽ diapsalma preponatur siue interponatur literis rubeis siue alteri' coloris. ¶ Et ideo est aduertendũ q̃ si bene inspexerimus titulos psalmorũ potius pro maiori parte denotant modũ cantãdi q̃ materiã. Nã dauid qui ordinauit diuinũ cultũ in tabernaculo et distribuit psalmos in proprijs festiuitatibus: et sic intitulauit eos: sicut ecclesia nunc intitulat hymnos appropriatos singulis festiuitatib': et precepit dauid vt cãtarentur illi psalmi cũ ceteris instrumentis significantibus mysteria cõtenta in illis psalmis. Et sic in titulo psalmi memorabat instrumẽta determinata cũ quib' psalmi cantantur Et etiã explicabat modũ cãtandi vt supradictũ est: vt vnusquisq̃ chorus sciret ẽm vices suas quẽ psalmũ deberet cantare in qualibet festiuitate et per quẽ modũ: et talis modus qñq̃ explicatur in titulo. Et sic dđ intitulauit psalmos sicut Terentius intitulauit suas comedias: explicãdo modũ cãtandi et psonas et instrumẽta cũ quibus cantabantur. Cũ dicit acta ludis megalensib' duabus tibijs ⁊c. Item dauid qñq̃ diuidebat psalmũ quẽ cantabat chorus in sua festiuitate et accipiebat vnã particulam psalmi abscissam alteri festiuitati cõmodatã et appropriatam quã vocabat diapsalma. Et cantores in medio psalmi vbi fiebat talis diuisio scribebãt diapsalma in rubeo vt cognosceretur diuisio et distinctio illius pticule. Et sic reperiunt̃ .lxv. diapsalmata, idest diuisiones in toto psalterio ẽm ritũ cantãdi qui fiebat tunc in templo salomonis. Quẽ modum etiam nos seruamus in aliquibus psalmis q2 de toto psalmo accipimus quãdoq̃ aliquam particulam et cãtamus illam in aliqua hora. Nã de psalmo .xxx. excepimus sex primos versus scz. Domine speraui. Et sic relicta .ij. parte psalmi cantamus primam particulam in cõpletorio. Et sic prima particula pprie đ diapsalma .i. ptitio siue diuisio psalmi. Et sic etiam excerpimus et abscindimus duos vltimos versus de psalmo .lxx. i. Domine refugiũ et dicimus eos cũ Gloria patri. post. Preciosa in cõspectu dñi ad primã et sic illa particula et abscissio psalmi đ diapsalma et sic etiaz psalmuz .cxviij. Beati imaculati in via qui hz .xxij. octonarios diuidimus in .vj. partes ponendo duos octonarios in qualibet parte et ponimus eos prima et tertia et sexta et nona horis. Que quidem ptitiones dicũtur diapsalmata. Et sic patet quid est diapsalma. Item per oppositum etiam ecclesia latina facit aliqua sympsalmata. idest continuationes multorum psalmorum. Nam quandoq̃ dicit duos psalmos sub vno. Gloria patri. vt in laudibus dicimus. Deus deus me'. ⁊ de' misereatur nostri. sub vno. Gloria pr̄i. E postea in fine dicimus tres psalmos. scz laudate dñm de celis. Et Cantate dño. et laudate dñm in sanctis eius. sub

Notãde diapsalmate.

vno Gloria pri. Et ista talia dicitur sympsalma ta: siue apopsalmata. i. cōtinuationes siu cappositiões diuersoꝝ psalmoꝝ. Itaq; sicut diapsalma est diuisio siue partitio psalmi. Ita p oppositum sympsalma siue apopsalma est ꝯtinuatio siue appositio psalmoꝝ qñ vnꝰ psalmꝰ apponit̃ alteri: ꝛ ꝯtinuat̃ cū eo. Et sic pꝫ quid est aut q̄d significat diapsalma: quare lr̃is rubeis scribat̃: q: significabat diuisionē seu partitionē psalmi factā in illa parte psalmi propter causas iā dictas. Sꝫ q̄d dicēdū ad btm̄ Hieronymū virū tante autoritatis q̄ dicit: ꝙ sela significat semp. Ad hoc respōdet̃ ꝙ hoc nomen sela in hebreo erat tūc equiuocum ad semper ꝛ ad partitionem. Et iō .lxx. cū symacho ꝛ theodotio ceperūt vnam significationē ꝛ veram. Aquila autē q: ignorauit hanc equiuocationē, cepit tm̄ vnā significationē sibi notam. ꝛ hūc secutꝰ est beatus Hieronymus. L ¶ Unde est aduertendū ꝙ multa fuerūt in primo templo quātū ad diuinum cultū: q̄ postea fuerunt ignorata in scd̄o tēplo vt ait Josephus quia in secūdo templo nō fuit seruatus totaliter idem ritus cantandi psalmos: immo multa fuerūt omissa ꝛ ignorata propter destructionē primi templi: et ciuitatis: q: cū magno labore reuocauit esdras sacerdotes ꝛ illum populū ad cultū diuinū in secundo templo: ꝛ sic nō potuerūt omnia recuperare que fiebāt in p̄mo templo immo dicit Josephus ꝙ nō solum pdiderūt iudei existētes in babylonia cultū diuinū ꝛ obliti sunt ritus colēdi deū. Sed etiā obliti sunt lr̃as ꝛ linguā hebreā ꝛ iō esdras alios charactere literarū reperit quibꝰ restaurauit ꝛ scripsit legem vt inq̄t Hieronymus in ꝓlogo libri regum. Non ergo est mirū si iudei moderni post destructionem scd̄i tēpli a finibus eoꝝ electi ꝛ per totum orbē dispersi perdiderūt oēs ritus colēdi deū antiquos et linguam hebreā ꝛ ignorant multas significationes et equiuocationes vocabuloꝝ: ꝛ iō inter eos sunt multe contradictiōes ꝛ discordie in literali expositione scripture veteris testamēti. Et iō nulla fides est eis adhibēda: q: nesciunt quid dicāt ꝓpter longam obliuionem. Et iō est magis credēdū .lxx. interpretibus ꝛ ipsi Josepho qui fuerunt multo tempore ante destructionem scd̄i templi qui melius nouerunt ritus colendi deum ꝛ significationes vocabulorum hebraicoꝝ q̄ aquila ꝛ thalmudiste quos sequitur beatus Hieronymus in hac parte quia iudei moderni multas significationes vocabulorum ignorant vt latius dicetur in sequenti tractatu. Et ideo iudei iam nesciunt quid dicant in titulis psalmorum nec in ceteris ritibus antiquis.

Nota.

Tractatus sextus.



Quātū ad sextum tractatū quia totum testamentum vetus est tractum ex hebreo in grecum et latinum et multe et diuerse sunt huiusmodi interpretationes ex quibus est eligenda vna ad exponendum librum psalmorum Ideo tria sunt premittenda et videnda in hoc sexto et vltimo tractatu. Primo vnde habuit ortum lingua hebrea ꝛ in quo differt a caldea ꝛ ab arabica ꝛ syra. Scd̄o q̄ fuerunt interpretes maioris autoritatis. Et q̄ fuit causa diuersitatis eoꝝ. Tertio q̄ eoꝝ interp̄tatio in libro psalmoꝝ ad exponēdū nobis sit magis itelligēda. D ¶ Quātum ad primū est notandū s̄m ꝙ dicit albumasar in suo introductorio: ꝙ Noe post diluuiū descendit a montibus armenie ꝛ venit in caldeā et quia vidit terrā aptā ad scientiā: eo ꝙ est sita in quarto climate ideo decreuit i ea manere cū filijs suis et nepotibꝰ quos docuit astronomiā; ꝛ artes mathematicas ꝛ naturalēꝫ philosophiā. Postea caldei docuerūt arabes ꝛ phenices. Sed arabes docuerunt egyptios ꝛ ethyopes: phenices autēꝫ docuerunt grecos: ꝛ greci latinos ꝛ sarmatas. Et sic semper manēt alique diuersitates in literis et linguis: ꝛ alique silitudines in fonte literaruꝫ. Ex q̄bus patet ꝙ in prima etate iam erāt litere vt dicit lisander. Nā enos incepit inuocare nomen domini Gene. iiij. ergo iā habebat lr̃as quibꝰ comēdabat mēorie orones quas cōficiebat. Et sic noe nutritus in prima etate iam sciuit literas que literere ꝛ lingua dicebātur naturales eo ꝙ in lege nature fuerunt tradite quas litteras et linguam Noe docuit filios ꝛ nepotes in scd̄a etate post diluuium. Et sic illa lingua naturalis cū literis durauit vsq; ad heber et falech. In cuius tempore facta est confusio et diuisio linguarum in babylonia. Unde dicit Augustinus .xvj. de ciui. capitulo xj. ꝙ illa lingua naturalis mansit in heber ꝛ in filijs suis ideo dicitur hebrea ab heber. Sꝫ hebrei dicūt ꝙ illa lingua naturalis totaliter fuit extincta in illa confusione babylonie. Sed in veritate hoc non est necesse ꝙ illa lingua naturalis totaliter extingueretur: sed sufficit ꝙ fuit facta confusio et mutatio ex illa lingua in multas alias permutationem aliquarum literarum in principio dictionum aut in fine. Et mansit aliqua similitudo et dissimilitudo inter linguas maxime vicinas vt patet manifeste. Sed cum hoc stat secundum Aug. ꝙ māsit illa lingua naturalis integra ꝛ perfecta apud filios heber ꝛ suos successores: et ista fuit lingua caldaica vt manifeste patet. B ¶ Ad cuius intelligentiam est aduertendum ꝙ sicut lingua gallica et hispana conueniunt cum italica siue latina eo ꝙ descendunt ab illa. Nam romani cogebant hispanos et gallos: quibus dominabantur loqui modo Romano.: eo etiam ꝙ Romani habebant plures colonias in hispania et gallijs ꝛc. Et sic tam galli q̄ hispani loquuntur romanum quasi in quibusdam literis ꝛ syllabis. Et sic lingua hispana moderna nil aliud est nisi lingua romana obliquata. Et ideo hispani pro maiori parte intelligunt linguam italicam ꝛ econtrario: eo ꝙ ista descendit ab illa. Et etiā hispani intelligunt linguā gallicam. eo ꝙ ambe descendunt ꝛ deriuant̃ ab italica ꝛ latina. Idem ergo pariter est dicendum de lingua hebraica ꝛ syra et arabica. Nam quia omnes descendunt a caldaica vt dicit Albumasar: ideo omnes se intelligunt inter se: et omnes intelligunt faciliter linguam caldaicam: vt manifeste patet intuentibus

No. vñ habuit ortū lingua hebrea.

Nā p maiori parte vocabula hebraica non differunt ab arabicis ꝛ caldeis nisi mutatis quibusdā litteris aliqñ in principio aut in fine. Et idō iudei facile addiscunt arabicū ꝓpter vicinitatē ligue. Sz causa q̄re lingua hebrea deriuet a caldea fuit ꝙ abraam vir caldeus exiuit a caldea ꝛ mesopotamia: que eadē est ꝛ venit in terra chanaā q̄ est in syria citra eufratē ꝛ ibi loquebat caldaice cū filijs et familia sua. Sed p lōgā tpis morā illa lingua fuit obliquata cōuersando cū chananeis. Sz qz chananei ꝛ omnes syri vocabant hebreos omnes venientes vltra flumen euphratem: ideo omnes de familia abrae loquentes illa lingua appellabant hebreos et illam linguam appellabant hebream. Nam hebreus interpretatur transiens peregrinus veniens vltra. Sed quia abraam cum suis venerat vltra de caldeo ideo appellabant ipsum hebreū cum omnibus suis. Ideo dicitur Genesis. xiiij. ꝙ venit abraam hebreus quasi homo peregrinus veniens vltra euphratem Et sic exinde omnes sunt dicti hebrei quasi peregrini et vltrafluuiani a caldei. Ex quibus patet ꝙ abraaz fuit caldeus et lingua sua que dicitur hebrea fuit caldea. Et sic lingua hebrea est ligua caldea obliquata et aliqualiter alterata propter ꝯuersationem aliarum nationum. Item quia ysmael filius abrae ꝛ esau filius ysaac populauerunt arabiam Ideo lingua arabica est ipsi hebraice vicina et similis. Et sic lingua syriaca ꝛ arabica dicitur lingua caldea alterata et obliquata inter quas est tanta vicinitas vt ait Hieronymus in prologo galeato ꝙ se adinuicem intelligunt. Nam tota terra que est vltra iordanem pertinet ad arabiam. Sed ab hierusalem vsqꝫ ad iordanem vix sunt septemdecim miliaria. Inde est ergo ꝙ beatus Hieronymus ita in breui tempore didicit ita perfecte litteras et linguam hebream eo ꝙ habitauit in terra promissionis ferme per. xl. annos in qua terra omnes vulgares loquebantur indifferenter arabice et syraice. Et sic Hieronymus iam practicus in lingua arabica ꝛ syriaca faciliter transiuit in linguam hebream et caldaicam propter vicinitatē linguarum. Nam ipse prius nouit arabicū nā immediate ex arabico in latinuz trāstulit librū Job: vt ipse ait in plogo eiusdem libri. Et sic patet ꝙ lingua hebrea nisi aliud est nisi lingua caldaica quam abraam duxit in terram chanaan siue palestinam. Que postea fuit obliquata propter cōuersationē chananeorum. Et iam fuit magis obliq̄ta dū ipe ppls deguit vltra cētū annos in terra egypti. Et sic in hac lingua scripsit moyses legem dni: siue iuxta barbeucā ꝛ in eadē lingua fuit scriptum residuū vete. test. ꝛ in eadem lingua fuit tota scriptura per esdram scripta post captiuitatem babylonis. sed forsan non eisdem characteribus litterarum vt ait Hieronymus in prologo galeato et sic illa lingua et littera durauit et perseuerauit vsqꝫ ad xp̄m et destructionem secundi templi. Sed postea iudei expulsi a finibus suis et mixti inter alias nationes obliti sunt illam linguam et multas significationes vocabulorum: nec sunt alia vocabula hebraica nisi tantū illa que ponunt in scriptura. Et etiā ignorāt magnam partem significationū illorū. Sz qz post expulsione iudeorū Syri ꝛ arabes inhabitarūt illā terram: ideo omnes vulgares loquebātur arabice et syriace indifferenter. Et sic patet vnde habuit ortum lingua hebraica ꝛ eius littere. C ¶ Quātum ergo ad secundum est dicēdum ꝙ causa ꝛ modus: quare ista sacra scriptura peruenit ad grecos et latinos. Fuit ista. Nam sm Aristeum ꝛ Eusebiū de preparatione euangelica lib. viij. Et Augusti. xviij. de ciuitate dei. cap. xlij. Et de doctri. xp̄iana. ca. x. Appropinquāte tēpore aduentus messie spiritussanctus cuius est puidere de ecclīa sua regenda: preuidēs futurā cecitatē ꝛ obstinationē iudeorum ꝛ ꝯuersionē gentiliū: ꝛ ex oibus linguis ꝛ nationibus in vnam ecclesiā et fidei ꝯgregationem: tunc per. ccl. annos ante aduentū xp̄i iniecit cupiditatē animo ptholomei philadelphi regis egypti habendi scripturā siue leges iudeorū in sua bibliotheca īter ceteros codices ꝛ facultates. Et sic misit nuncios ad eleazarū sacerdotem qui misit ei. lxxij. viros peritissimos in lingua hebrea ꝛ chaldaica ꝛ greca qui interpretati sunt totam scripturam veteris testamenti ex hebreo in grecū nemine in aliquo discrepāte: imo omnes in eandē sententiam fuerunt conformes et cōuenientes quā interpretationē ptholome⁹ reposuit in sua bibliotheca ꝛ coluit cum maxima reuerētia ꝛ hanc primam interpretationem vt ait Eusebius procurauit spiritussanctus ante aduentū xp̄i ꝓpter quinqꝫ. Primo ne iudei post aduentū xp̄i in sua proteruitate et cecitate manentes scripturam vete. testa. christianis occultarent. Secundo ne ipsam falsam et corruptam christianis cōmunicarent. Tertio ne dicerent ꝙ christiani ad suū libitū falsam transtulissent. Quarto vt greci in quibus vigebat sciētia ipsam haberent: eo ꝙ primi erant ad fidem ꝯuertendi. Quinto quia latini qui omnibus nationibus dominabātur erant maxime fidem christi amplexuri. Et sic erat necessarium vt scripturam ex grecis iam interpretatā haberent vt faciliter ex greco in latinum possent traducere. A ¶ Sed quia ex consequenti preuidit spiritussanctus q̄ omnes chaldei et perse. et medi. parthi. et arabes. et armeni et ceteri adiacentes populi et nationes erant ad fidē xp̄i venturi: ideo in principio imperij cesaris augusti quasi. xliij. annis ante natiuitatem xp̄i suscitauit Jonatha abenuziel babylonicum in lege et prophetis peritissimū: et iste trāstulit totum testamentū vetus ex hebreo in chaldacum. Sed scripsit illam translationem litteris hebraicis que non multuz distant a chaldeis sicut dictum est. quam traductionē iudei appellant targum. que translatio magis exprimat sensum: quia magis fuit solicitus traducere sensum ex sensu quā verbum ex verbo: eo ꝙ ille lingue sunt valde vicine: immo ponit talia vocabula que magis explicant et declarant sensuz sicut facit magister historiarum apud nos in texendo hystoriaz veteris testamenti. Unde iste Jonathan vbi nos habe/

Nob. de interpti h' sacre scpture.

Spūssanct⁹ pcurauit interptationē scripture. p⁹ pt q̄nqꝫ.

mus. Dixit dns domino meo &c. ipse transtulit di xit dns verbo suo. Que translatio apud hebreos est tante auctoritatis quod nullus fuit ausus contradi cere ei tum propter viri peritiam et auctoritatem: tum pro pter eius sanctitatem. Nam dicunt iudei quod quando ille scribebat istam interpretationem si aliqua musca descendebat in chartam tunc ignis descendebat de celo et comburebat illam muscam ne sibi inferret impe dimentum absque lesione charte et manus illius. Sed quia iudei moderni viderunt hanc translationem ita con formem et fauorabilem fidei catholice. Nam vbi cunque in scriptura ponitur vel nominatur xps ipse transtu lit messias: vt ibi. Quare fremuerunt gentes aduer sus deum et aduersus messiam eius. Et quia ex tali translatione multi iudei conuertebantur ad fidem et etiam frequenter per eam christiani conuincebant iudeos in disputationibus. Ideo Rabini iudeo rum occultarunt illam translationem. et maxime illam que facta est super psalterium nec permittunt vt iudei sim plices videant eam: etiam nec xpiani propter causas iam dictas. Sed hec translatio habetur in vsu apud christianos chaldeos et persas et medos et par thos et ethiopes et arabes et armenios. eo quod iste nationes vtuntur literis et lingua chaldaica in re bus arduis et sacris: sicut Hispani et Galli et Ita lici vtuntur lingua gramaticali latina in similibus. Tempore autem adriani a natiuitate christi. An no centesimo quadragesimo quarto postquam iudei fuerunt expulsi a finibus eorum et mixti extraneis nationibus et linguis obliti sunt linguam hebream et antiquam et ritum colendi deum et significatio nes vocabulorum hebraicorum. E ¶ Et ideo qui dam proselitus ponticus nomine aquila ex gen tili factus iudeus propter quandam pulchram iu deam filiam cuiusdam magni diuitis Rabi iudeo rum adhibuit studium solicite literis hebraicis et chaldeis vt placeret socero et ceteris iudeis pro pter lucrum. Et iste ex hebreo in grecum transtulit to tum vetus testamentum. Sed quia iam nomen xpiano rum incipiebat crescere: ideo in multis peruertit scripturas. Et ideo Theodotion xpianus vtriusque lingue peritus. vt confunderet peruersitatem huius aquile: idem vetus testamentum etiam in grecum tra duxit hoc postea idem fecit simachus. Sed quia isti fuerunt sectores ebionitarum ideo non habiti sunt in magna auctoritate apud ecclesiam B ¶ Ori genes autem omnium linguarum peritus et sacra rum scripturarum subtilissimus indagator videns tantam diuersitatem in translationibus grecis omnes translationes habere procurauit et ex omnibus sub asterisco et obelo vnam correctam confecit osten dens editionem ipsorum. lxx. fuisse veriorem: et in hoc apparuit admirabilis labor et ingenium ori genis. Et sic tota ecclesia greca vtebatur transla tione ipsorum. lxx. per Origenem correcta et aste risco et obelo notata. ¶ Tertio est iterum valde ad notandum quod causa tante diuersitatis istarum transla tionum est ista. Nam chaldei et hebrei et arabes non habent vocales in literis suis: sed tantum consonan tes. Sed vtuntur quibusdam punctis appositis aut prepositis literis consonantibus loco vocalium sicut manifeste videmus in literis arabicis. Et sic

No. bij. | Aquila. | Origenes. | Causa diuersitatis istarum translationum.

tota sacra scriptura fuit scripta per esdram sine vo calibus et sine punctis. Et ideo non sciebant lege re scripturam legis et prophetarum ante aduentum xpi nisi magni magistri eorum ex longo studio et con suetudine eo quod vocabula sic posita erant multum con uoca et poterat adduci ad diuersos sonos et signi ficationes per appositionem diuersarum vocalium aut punctorum. Et ideo. lxx. interpretes spiritusancto inspi rati et in lege et prophetis peritissimi elegerunt pro pria et veras significationes vocabulorum hebrai corum. et secundum illas significationes interpretati sunt totum vetus testamentum. Et sic transtulerunt ex hebreo in grecum et non solum verbum ex verbo: sed etiam sensum ex sensu. Ideo multis in locis aliqua mutarunt vo cabula et aliqua aliud addiderunt ad sensum explican dum: et hoc fecerunt ex spiritussancti auctoritate quia fuerunt veri prophete et pleni spiritusancto: vt ait Au gustinus. xviij. de ciuitate dei. cap. xliij. et Hiero nymus secundo prologo super paralipomenon. Et sic dicit Augustinus quod tanquam prophete sunt habendi. Et ideo ceteris interpretibus non est adhibenda tanta fides maxime iudeis. qui semper conati sunt auertere scripturas a vero sensu. D ¶ Ad cuius intelligentiam est iterum aduertendum quod post conuer sionem magni constantini videntes Rabini iudeo rum omnes gentiles cum tanta deuotione ad fidem xpi conuerti per totum orbem: et ecclesiam tanto fauore prosperari: et etiam quod infinita multitudo iudeorum videntes manifestam veritatem per ex perientiam et miracula pariter conuertebantur. Et sic deficiebant questus et redditus et tributa Rabinorum. Hac igitur iniquitate commoti ma gna multitudo rabinorum congregata fuit apud babyloniam egypti que dicitur cayre vbi quan to magis caute potuerunt conati sunt falsificare et peruertere scripturas a vero sensu et significa tione. Unde confinxerunt supra. v. vel. vij. puncta lo co vocalium. Nam loco ipsius. a. confinxerant vir gulam transuersam quam paca appellant: et aliam quam come vocant et posuerunt pro ipso. a. sub qualibet consonante. Et pro. o. preposuerunt vnum punctum supra quod holam vocant. Et pro. i. po nunt punctum sub consonante: quod hyri appellant Et loco ipsius. e. ponunt duo puncta sic facta: que secunda vel tria sic. ˙. facta: quod cegol appellant. Et loco ipsius. v. ponunt tria sic facta. ˙. que xure vocant Et sic hec puncta apponunt vel supponunt in li teris consonantibus loco vocalium. Et sic isto mo do deduxerunt omnia vocabula sacre scripture ve teris testamenti ad sonos et significationes prout eis libuit et ad intentum suum vbi erant manife sta mysteria de christo et ecclesia peruertendo ad eorum intentum. Et sic dixerunt quod translatio ipso rum. lxx. in multis deficiebat. Quorum punctorum inuentores fuerunt Raula et Rauasse. duo doctores eorum. Ex quibus patet quod scriptura vete. testamen. eo modo quo scripsit esdras: ita indiget interpre tatione apud hebreos sicut apud nos. Et quibus etiam patet quod tota scriptura quam hodie habent hebrei sic punctuata est iam interpretata et ducta ad sen sum et intentum eorum per illa puncta. et ideo nul la fides est adhibenda scripture hebraice: sicut vo

Nota.

die habent sic interpretatã et punctuatam immo ipsimet confitent q potuit esse error in tali punctuatione et interpretatione. Et ideo scribunt oĩs nõ sine punctis illam legem Moysi quam cũ veneratione tenent repositam synagogis eorũ quã Thorat appellãt. Illa enim thorat est scripta omnino sine punctis. sicut Moses et esdras scripsit eam. Et faciunt vt ipsi dicunt ne possit misceri aliquis error propter illa puncta posita loco vocalium: que possunt peruertere et sonum et sensum et significationem vocabulorum. Item isti Rabini nõ solum peruerterunt scripturas modo supradicto sed etiam confinxerũt libros thalmud in quibus scribuntur multa et falsa et digna irrisione et contra totam veritatem nõ solum sacre scripture sed etiam philosophorum et contra omnẽ rationem humanam. Et ideo quando iudei negãt sibi interpretationem. lxx. vel Hieronymi. eo q non conuenit cum sua litera dic q mentiuntur: immo ipsi habent interpretatam literam et falso modo per illa puncta deductam. Sed dices eis q remoueant puncta et reperient veritatem. Est verum q iam ignorant pro maiori parte significationes vocabulorũ et etiã ipsa antiqua vocabula hebraica vt dictũ est: imo manet per oĩa ceci: ignari et confusi.

Nota q interpretatio fit a nobis magis intelligenda

A ¶ Quantum ad tertiũ articulum est aduertendum q tota ecclesia tam greca q latina vsq ad tẽpora theodosij semper vsa est translatione ipsorum. lxx. et illaz colebat et venerabatur. Sed quia vt dicit Hieronymus illa translatio venerat in tãtam corruptionem ex vicio scriptoruz q vix vnus codex concordat cũ altero. Et ideo in quibusdam ecclesijs grecorũ legebat traductio origenis: et in alijs traductio luciani. Et sic erat magna confusio in ecclesijs grecorũ. Sed maior ɔfusio erat in ecclesijs latinis pp̃ter diuersitatem traductionũ latinorũ. Nam vnusquisq doctor latinorũ traducebat vetus testamẽtum ex greco in latinum. eo q omnes nouerant literas grecas intantum erat q quot erant ecclesie: tot erant traductiones apud latinos vt inquit Hieronymus. Et ideo paula et eustochium videntes tantam confusionem inter ecclesias latinas rogarunt beatum Hieronymuz hebraicarum et grecarum et latinarum literaruz virum peritissimum: vt ad vitandam talem confusionem vetus testamentum immediate ex hebreo interpretaretur et verteret in latinum. Et sic rogatu earum transtulit penthateucũ et iosue et librum iudicum et libros regum. Sed rogatu chromacij transtulit libros paralipomenon prout patet in plogo biblie: in qua traductiõe beatus Hieronymus tenuit istum modum: quia noluit sequi literam iam per iudeos punctuatam: sed voluit videre translationem ipsorum. lxx. et Origenis et oĩm aliorũ: et sic elegit significationes et sensus put sibi melius et rationabilius visum fuit. Et in quibusdam nõ transtulit verbũ ex verbo: sed sensum ex sensu sicut sepius fecerunt. lxx. vt ipse dicit in epistola ad pammachiũ de optimo genere interpretandi. Unde hieronymus nõ intendebat in tali interpretatione reprehẽdere. lxx. Sed vitia scriptorum et defectus eo q vitio scriptoruz et imperitia et negligẽtia illa translatio in multis locis erat vitiata. et quedam etiam erant omissa que allegantur in scriptura noui testamenti. vt ipsemet inquit. C ¶ Et ideo papa damasus et etiam vniuersalis ecclesia Romana hñ acceptauit trãslationem Hieronymi tanq veraz et catholicam. Sed noluit ecclesia vt traductio Hieronymi nec aliqua alia proferretur nec anteponeretur interpretationi ipsorum. lxx. immo voluit vt haberetur tanq pphete in oĩbus que interpretati sunt. et in his que addiderunt: eo q spũsancto pleni locuti sunt vt ait Augustinus. xviij. de ciuitate dei. cap. xlij. et. xliij. Ueruntamen paulatim consuetudo inoleuit in ecclesia: vt vnusquisq pro maiori parte scriberet ex exemplaribus Hieronymi ad vitandam confusionem aliarũ editionũ. Et sic intantũ celebrata fuit editio Hieronymi: q ipresentiarũ aut vix aut paucis bibliothecis latinis reperitur traductio ipsorum. lxx. immo per omnes ecclesias latinas celebrat traductio Hieronymi. De psalterio autem fuit maior difficultas. Nam damasus papa propter confusionem et corruptionem diuersorum exemplarium latinorum rogauit beatum Hieronymum vt ex greca editione ipsorum. lxx. traduceret psalterium: et sic correctum redderet latinis. Et sic hoc psalterium per Hieronymum primo ex greco translatum et correctum precepit damasus cantari in episcopatu romano. Postea vero qr sophronius frequẽter disputabat cum iudeis nõ acceptantibus immo negantibus interpretationem ipsorum. lxx. ideo rogatu eius beatus Hieronymus traduxit psalterium de verbo ad verbũ ex hebreo iam punctuato et interpretato per iudeos thalmudistas. Et hanc trãslationem bene acceptãt iudei, eo q conuenit cũ litera punctuata et interpretata. Sed ecclesia latina nõ tenuit hanc translationem: veruntamen noluit q cantaretur in ecclesia eo q est aliquantuluz suspecta cum sit traducta ex hebreo iam interpretato et punctuato. et ad determinatas significationes ad libitum iudeorum per illa puncta ab eis deducta. Et hoc dicitur psalterium ſm hebraicam veritatem non q illa traductio sit magis vera q traductio ipsorum. lxx. Sed qr fideliter de verbo ad verbuz absq aliquo addito siue remoto ex hebreo iam punctuato sit facta traductio. Et ideo hebrei imposuerunt sibi tale nomen scilicet psalterium Hieronymi secundum hebraicam veritatez. Postea vero quia traductio quam primo ad rogatum damasi pape fecerat Hieronymus ex greco in latinum vitio scriptorum aut astutia maliuolorum emulorum: iterum fuerat corrupta. ideo Hieronymus ad instantiam Paule et Eustochij psalterium ex greca editiõe ipsorum. lxx. vertit in latinum quod quidem psalterium sic emendatum et correctnm receperunt omnes ecclesie gallicane Ideo dicitur psalterium gallicanum. Et sic omnes ecclesie italie et germanie et hispanie pariter sunt secute. Intantũ q omnes ecclesie cantant hodie hoc psalterium per Hieronymum ex interpretatione greca ipsorum. lxx. in latinum translatum et emendatum et correctum. Ex supradictis

patet quod beatus Hieronymus licet totum residuum veteris testamenti fuerit interpretatus ex hebreo non punctuato in latinum, tamen nullam interpretationem facit de psalterio: sed solum fecit translationes scilicet duas ex greco interpretato per .lxx. et vnam ex hebreo iam interpretato et punctuato vt dictum est. ¶ Reperitur ergo triplex translatio siue triplex psalterium translatum per hieronymum scilicet psalterium Romanum quod primo transtulit ex greco ad rogatum damasi: quod iam non est in vsu. Secundum psalterium quod dicitur Hieronymi secundum hebraicam veritatem immediate ex hebreo in latinum translatum: quod quidem psalterium licet reperiatur in multis bibliothecis antiquis tamen in nulla ecclesia legitur propter rationes iam dictas. Tertium dicitur psalterium per .lxx. interpretatum ex hebreo in grecum, sed ex greco in latinum per Hieronymum translatum et emendatum siue correctum quod quidem psalterium per omnes ecclesias latinas cantatur et allegatur et celebratur. Et apud omnes tam seculares quam ecclesiasticos habetur in vsu. Secundum ergo hanc communem translationem intendo sequi psalterium ipsius Dauid in presenti expositione. Est tamen verum quod vtranque translationem ante oculos habere intendo. Et ideo vbi videbo aliquam contradictionem aut sacramenti occultationem in littera Hieronymi: aut concordabo translationes ad inuicem aut differentiam assignabo. Sed si fuerit sola differentia in rebus absque contradictione sententie nullum intendo facere casum aut mentionem.

Triplex psalterium per Hieron. translatum

Prologi tam prolixi cause.

¶ Non ergo quis miretur si antequam venirem ad expositionem psalmorum ita prolixum premisi permium et tractatum: quia hoc visum est mihi necessarium: non solum ad intelligentiam libri psalmorum et aliorum librorum sacri canonis: sed etiam ad percipiendam mentem beati Augustini et aliorum sacrorum doctorum qui in virtute supradictorum principiorum nobis sacras scripturas exposuerunt. Unde necesse est prudentem et catholicum lectorem prescire in quolibet psalmo non solum auctorem psalmi: sed que propositio veteris testamenti in illo psalmo proponatur et que conclusio siue quod mysterium noui testamenti nobis ex illa propositione aperiatur: et in virtute cuius principij talis veritas exquiratur. Et per quam regulam ille psalmus exponatur. Et quid per nomina significetur spiritualiter. Et que sacramenta per titulos importentur et quomodo diuerse translationes concordentur et ad inuicem verificentur. Et ne omnia simul ista in quolibet psalmo quererentur et iterarentur ad vitandam prolixitatem et fastidium: fuit necesse ex singulis in hoc prologo particularem et specialem premittere tractatum.

Protestatio autoris.

¶ Veruntamen antequam deueniam ad expositionem huius libri duo intendo cum protestatione premittere. Primum quod non intendo aliquid dicere nec asserere quod sit contra determinationem romane ecclesie nec sacrorum doctorum ab ea approbatorum: sed omnia mea in hoc opere et dicta et dicenda sacrosancte romane matri ecclesie submitto corrigenda: sub cuius fide et obediendia viuere et mori intendo.

Intentio autoris.

¶ Secundum est quod cum ego non susceperim hoc opus aggrediendum ad ostentationem mei: sed sed ad satisfaciendum deuotioni et petitioni simplicium sacerdotum et christianorum. Ideo in hoc opere non intendo disputare materias. cum iam sint satis digeste et examinate per catholicos doctores tam modernos quam antiquos. Et sic non intendo adducere diuersitatem opinionum doctorum scolasticorum: ne videar alicui eorum contradicere vel derogare. Sed solum intendo ex doctrina sacrorum doctorum antiquorum secundum gratiam mihi desuper datam veritatem et thesaurum euangelicum in hoc sacro agro libri psalmorum absconsum et latentem in lucem fidelibus detegere et referare et tandem cecitati et obstinationi modernorum iudeorum obstare: et eorum maledictis et vanis argumentis respondere et satisfacere.

Inuocatio autoris.

¶ Ergo in nomine sancte trinitatis ad expositionem accedamus.

¶ Finis prologi.

¶ Sequitur expositio psalterij. Per eum qui supra per venerabilem videlicet dominum Jacobum de Ualentia Christopolitanum episcopum.



Esayas.



Ezechiel



Abachuch







Hieremias



Zacharias



Helias.



Arg. in l.ncīū & meuīū. ff. de ad mi. tut. Et not. bartol. in.l.j.§. si plures ff. de excu.



Eatus vir q non abijt in consilio im-piorū et in via pctōrū nō stetit: et in cathedra pestilentie non sedit.

¶ Iste liber vulgariter appellatur liber psalmo-rū Dauid inquantū oēs gnaliter appellant psal mi; qz cōtinet totā sacrā scripturā veteris testamē ti p modū laudis: vt dictū est in plogo. Scdo dr liber hymnoꝝ vō & hoc rōne finis: eo φ finis oim psalmoꝝ est leticia & graꝝ actio pro bnficio redē ptionis vt patebit. Hymnus eni dr cātus leticie. Tertio dr liber soliloquioꝝ vō & hoc rōne modi lo quēdi: eo φ vel solus vō loquit deo in spū & contē platione: vel introducit xp̄s loquēs solus ad prēz vel itroducit chorus mystice loquēs ad prēz vl ad filiū messiā in lege pmissū. Quē librū hebrei ap-pellāt tibilin. i. librū orōnū. ¶ Sz quātū ad di-uisionē hui' libri est aduertēdū: φ liber psal. non pōt sufficiēter & pcise diuidi p ptes & materias pp iā dicta i plogo tra ctatu scdo caplo primo. Et hoc ppter qtuor. qz prio psal. nō sunt facti successi ue in eodē tpe: immo in diuersis tēpori-bus ppter diuersas causas & occasiōes mouētes ipz vō ad cōdendos psalmos sicut accidebat sibi ex aduersitatib' aut psperitatibus. Scdo quia psalmi non sunt ordinati et collocati in hoc volu-mine: eo ordine quo fuerunt facti. Sed sicut successiue fuerūt reperti vt ait Hye ronymus in prologo maiori. Tertio nō pnt diuidi per titulos: eo φ inter psal-mos eiusdem tituli interponuntur psal mi aliorum titulorum. Quarto non pos sunt diuidi per materias: eo φ quando-φ multi psalmi habent eandem mate-rias. Et ideo oportet vt vnusquisqz psal mus tanqz diuisus ab altero exponatur et diuidatur per partes. ¶ Sic ergo ad expositionem psalmi primi accedamus cui nullus titulus preponit in hebreo. Et sic non apparet actor huius psalmi. Sed dicit beatus Hiero. sm opinionez quorūdaz hebreoꝝ φ Esdras fecit hūc

psalmum tanq̃ ꝓlogum totius libri psalmorum vt induceret oēs fideles ad studiū diuine legis. Tn̄ beatus augustin⁹ ⁊ origenes ⁊ basili⁹ ⁊ cassiodorus dicunt q̄ dauid fecit hūc psalmū cū oībus alijs. vnde dicit basilius in omelia primi versus hui⁹ psalmi q̄ dauid siue hesdras q̄ collegit oēs psalmos in hoc volumine preposuit istū psalmū in principio huius libri tanq̄ breuiū ⁊ ꝓmiū oībus obseruantib⁹ diuinam legem ⁊ vt inducat oēs ad amorē sapiētie diuine legis q̄ maxime in hoc volumine cōtinet̄. eo q̄ i hoc psalmo explicat̄ ⁊ promittit̄ vera felicitas ⁊ beatitudo contēplatorib⁹ diuine legis ⁊ obseruatorib⁹. Itē ipsemet hierony. in epistola ad paulinū de oīb⁹ libris sacre scripture attribuit hunc psalmū ipsi dauid cū dicit descriptionē viri iusti. Cū dauid eū arbori vite q̄ est in paradiso cōparet: hoc intulit in lege dn̄i voluntas eius ⁊ in lege dn̄i meditabit̄ die ac nocte Ex quo patet q̄ dd̄ fecit hunc psalmū. Nec valet euasio quorūdam dicentiū q̄ licet dauid nō fecerit oēs psalmos: tn̄ totus liber psalmorum denominatur a dauid tanq̄ a maiori parte. Sed hec responsio videt̄ friuola. Nam hieronymus in maiori ꝓlogo psalmorū de mente doctorū ebreorū dicit q̄ dauid nō fecit nisi nouē psalmos. ergo ſm illum modū loquēdi: dauid minorē partem fecit Et sic totus liber nō denoiaret̄ ab eo. Ex quo pꝫ q̄ hiero. ibi solū locut⁹ est ſm opinionē magistri sui barrabā: quorūdā aliorū ebreorū illius tēporis. Sed postea hiero. locut⁹ est ſm veritatē cum in diuersis epl̄is ⁊ tractatibus oēs psalmos diuisim allegat pro ipso dauid vt patebit. Ex dictis ergo aug. ⁊ basilij pꝫ q̄ dauid fecit hūc psalmū in quo ꝓmittit̄ vera beatitudo cōtemplatorib⁹ ⁊ obseruatorib⁹ legis.

Beatitudo finis oīm actuum hūanorū

ui et ceteri frẽs cõspirãtes ↄtra eũ. D ¶ Unde
nõ solũ dauid sꝫ etiã pĩarcha iacob pũidit i spũ
oĩa supradicta futura mysteria de xp̃o figurata
in ꝑsecutione et vẽditiõe ipsius ioseph. Et iõ an-
te obitũ suum vocauit oẽs filios vt pdiceret eis
oĩa q̃ erãt futura in gñatiõib9 suis in nouissimis
diebus. i. tp̃e messie sicut glosat Rabi. moyses ge
rundensis. geñ. xlix. Et sic qñ deuenit ad symeon
et leui videns in spũ qualr scribe et pharisei de-
scendẽtes de symeõ: ⁊ sacerdotes ð leui debebãt
cõspirare in mortẽ xp̃i. ⁊ cõcitare pplm ↄtra eũ:
sicut symeon et leui principalr cõspirarũt cõtra
ioseph et cõcitarũt alios: iõ dicit iacob Symeõ
et leui vasa iniquitatis: in cõsiliũ eoꝝ nõ veniat
aĩa mea. Et in cetu eorũ non sit gloria mea qꝫ in
furore suo occiderũt virũ et in volũtate sua suffo-
derunt murum: quasi dicat sicut symeõ et leui fue
runt fratres ⁊ vasa iniquitatis ad coniurãdum ⁊
cõspirandũ in mortẽ nõ solum cõtra sychẽ: sꝫ et
cõtra ioseph dicendo ecce somniator venit: veni-
te occidam9 eũ ⁊c. Jta pariter scribe ⁊ pharisei ⁊
sacerdotes descendentes de symeõ et leui cõspi
rabunt in mortẽ xp̃i messie venturi dicentes expe
dit vt vnus moriat pro pplo ⁊c. ⁊ ita cõgregabũ-
tur et facient cõsilium cõtra eũ vt eum morti tra
dant ⁊c. Et ideo subdit iacob in cõsiliũ eoꝝ nõ ve
niat aĩa mea qꝫ maledictus furor eorum: qñ per
tinax ⁊ indignatio eoꝝ qꝫ dura et crudelis ⁊ ini-
qua erat ↄtra xp̃m: diuidã eos in iacob ⁊c. Et sic
etiã pĩarcha iacob: postq̃ pdixit iniquũ ↄsiliũ ⁊
cõiurationẽ phariseoꝝ ⁊ scribaꝝ sup symeõ et le
ui allocut9 est iudã p xp̃o pdicens mortẽ et pas-
sionẽ et exaltationeꝫ regni xp̃i sup vtrunq̃ pplm
put pũidit per mysteriũ ipsius ioseph: vñ ait. o
Juda te laudabũt frẽs tui: man9 tua in ceruicib9
inimicorũ tuoꝝ adorabunt te filij patris tui ⁊c.
q. d. o xp̃e de tribu iuda fratres tui apl̃i et ceteri
cõuersi de iudaismo laudabũt te et adorabunt te
sicut adorauerunt et laudauerunt ioseph fratres
sui: qñ viderũt ipsum regnantẽ: et manus .i. ptãs
tua erit sup ceruices inimicoꝝ tuorũ tã gentiliuꝫ
q̃ iudeorꝫ: qui ꝑsecuti sunt te sicut ioseph fuit dñs
eoꝝ qui vẽdiderunt eũ et ꝑsecuti sunt euꝫ. Et tu
xp̃e de tribu iuda eris catulus leonis in vincen-
do diabolum qꝫ ad predaꝫ repetendã ascendisti
in crucẽ ⁊ ibi accubuisti vt leo ⁊ quasi leena para
tus ad predam qꝫ qñ fueris exaltat9 in cruce oĩa
trahes ad teipsum. Et subdit quis suscitabit eũ.

q. d. nullus nisi pater sed qꝫ post resurrectionem
xp̃s regnaturus sicut ioseph post exitum de car-
cere ideo sequitur non auferetur sceptrum de iu-
da ⁊c. sed qui erat regnaturus super vtrunq̃ po-
pulum: ideo subdit: erit expectatio gentiũ ligãs
ad vineã pullum suum. i. populum gentileꝫ et ad
vitem asinã suam. i. populũ iudaicum sed qꝫ hoc
regnum erat xp̃s accepturus per mortẽ et resure
ctionem. Jdeo subdit lauabit in vino stolã. i. hu-
militatem suã et in sanguine vue palliũ. i. carnẽ
suam: sicut vestis ioseph fuerat intincta in san-
guine hedi. Ex supradictis ergo ptꝫ qualr iacob
predixit totum mysteriũ cõspirationis xp̃i super
symeon et leui. Et predixit totũ mysteriũ resurre
ctionis xp̃i et exaltationis regni eius in persona
ipsius iude put preuiderat figuratiue in myste-
rio venditionis ioseph et exaltionis regni eius
Quõ aũt symeon ⁊ leui fuerint principales cõ-
iuratores ⁊ ↄcitatores ↄtra ioseph. Et quõ pba
tur q̃ scribe et pharisei descenderunt de symeõ:
dicetur in fine expositionis huius psalmi. ¶ Da
uid ergo qui postq̃ quieuit a bellis die ac nocte
contemplabat in lege domini vt dictũ est in pro
logo. tractatu. ij. contemplando totum mysteriũ
et discursum venditionis ioseph et exaltationis
principatus ei9 ⁊ cõtẽplãdo vaticinia pĩarche
iacob que dixerat super symeõ et leui: et sup iu-
da de xp̃o preuidit in spũ qualiter sicut symeõ et
leui iniqui et ex inuidia coniurauerãt in mortem
ioseph ita scribe et pharisei de tribu symeon: et
principes sacerdotum de leui debebant cõspira
re in mortẽ cõtra messiam suũ et tradere ipsuꝫ in
man9 pylati viri gẽtilis ad crucifigẽdũ: sed sicut
fratres ioseph fuerunt frustrati in suo cõsilio: qꝫ
post venditionẽ et exitum carceris fuit exaltat9
in principẽ toti9 egypti: et exinde fuit dñs fra-
trum suoꝝ ⁊c. ita pũidit dauid q̃ scribe et phari
sei debebãt deludi et frustrari in cõsilio suo. Nã
xp̃s post mortẽ erat resurrecturus de sepulchro ⁊
acceptur9 vniuersale dñium nõ solũ sup iudeos
sed etiã sup pplm gẽtilẽ et in celo et in terra: ⁊ in
inferno debebat esse vniuersalis iudex oĩm: oĩa
ergo supradicta per ordinem preuidẽs dauid in
spũ iude assumpsit parabolam ⁊ positionẽ ad fa
ciendum istũ psalmum. ¶ Jn quo tria principali
ter facit. nã primo predixit iniquũ consiliũ ⁊ cõ-
spirationẽ scribaꝝ ⁊ phariseorũ ⁊ sacerdotũ cõ-
tra xp̃m ⁊ qualr mãserunt delusi ⁊ frustrati i suo
cõsilio p resurrectionẽ xp̃i. Scđo predixit exalta
tionẽ regni xp̃i ⁊ iudiciariã ei9 ptateꝫ quã maxie
ostendit in finali iudicio. Tertio exhortatur oẽs
reges ⁊ principes ⁊ pplos vt recipiãt xp̃m in ei9
aduẽtu ⁊ seruet ei9 legẽ euãgelicã ⁊ timeãt eum
tãq̃ dñm ⁊ iustũ iudicẽ. Scđa ibi. Tũc loquet ad
eos. Tertia ibi. Et nunc reges intelligite. E
¶ Quãtũ ergo ad primũ est aduertẽdũ q̃ cã qua
re pricipes ⁊ pharisei moti sunt ad cõspirãdũ in
necẽ xp̃i fuit inuidia ⁊ timor ne pderẽt regnũ et
sacedotiũ ⁊ locũ ⁊ gẽtẽ. Et ne pderẽt redditus et
prebẽdas ⁊ oblationes. Et ideo dixerũt in cõsi-
lio. si hũc dimittimus veniẽt romani et tollẽt lo
cũ nostrũ ⁊ gentẽ. Joh. xj. Et respondit cayphas

Cã conspiratio nis in morteꝫ xp̃i.

Expedit vobis vt vnus hō moriat̄ p̄ p̄plō ⁊ nō
tota gēs pereat. Johā.xj. Et sic accusarūt ip̄sum
apud Pylatū. Sed cū pylatus nō inuenisset cām
misit eū ad Herodē tetrarchā. Sȝ herodes remi
sit eum ad pylatū. Sed cū pylatus vellet eum di
mittere totus cetus iudeorū clamauit crucifige
crucifige: q2 si hūc dimittis nō es amicus cesaris
⁊ tūc pylatus crucifixit eū. Et sic oēs isti tres cō/
uenerūt in vnū aduersus xp̄m. s. Herodes ⁊ Pyla
tus ⁊ cōuent⁹ sacerdotū ⁊ phariseorū et vnusq̄sq̄
istorū motus fuit ex timore. Nā pylatus timebat
ne p̄deret p̄curationē. Et herodes timebat p̄de/
re tetrarchiā: eo q̄ iudei accusabāt xp̄m q̄ cōmo/
uisset totā galileā vsq̄ in hierlm: ⁊ sic timuit p̄de
re galileam. Sacerdotes vero timebāt p̄dere lo/
cum ⁊ sacerdotiū. Scribe ⁊ pharisei timebāt p̄de
re iudiciariā p̄tātem q2 sedebāt sup̄ cathedram
moysi docētes ⁊ iudicātes eās. Et sic tā pylatus
q̄ herodes q̄ iudei putātes euadere hec pericula
oēs cōspirauerūt in mortē xp̄i ⁊ p̄uenerūt aduer/
sus dn̄m ⁊ aduersus xp̄m eius. Et sic occiderunt
eū putātes eū totaliter de terra delere ne āplius
eis noceret. Uerūtamē aliter putabāt: imo totū
oppositū euenit eis: q2 inciderūt in illa pericula:
immo maiora q̄ vitare putabāt: q2 xp̄s surrexit
ad gloriā immortalē: ⁊ accepit p̄tātē a p̄re in ce
lo ⁊ in terra: ⁊ pylatus p̄didit p̄curationem ⁊ sce
ptrum ⁊ mortuus est in exilio apud viennā in gal
lia ⁊ iudei p̄diderūt locū ⁊ sacerdotiū: ⁊ fuerunt
expulsi a finibus suis ⁊ disp̄si ⁊ captiui per mun
dum: in magna p̄te trucidati: ⁊ tēplū ⁊ ciuitas in
cēsa ⁊ destructa. Et ēt Herodes miserabilr̄ finiuit
dies suos. Et sic p3 q̄ oēs isti tres fuerūt frustra
ti a desiderio suo: ⁊ cōsiliū eorū fuit cassum ⁊ vanū
et fatuū q2 nō potuerūt implere desideriū ⁊ votū
suum imo totū oppositū accidit eis. Et sic māse
runt ⁊ manēt delusi. ¶ Hec ergo oia supradicta
p̄uidēs dauid in sp̄ū dixit. quare. i. ad quid fre/
muerūt gētes. cōmoti sunt pylatus ⁊ sui milites
qui erāt gentiles qui cōmoti sunt cū magno fre/
mitu ⁊ tumultu ad crucifigendū xp̄m. Et q2 simili
ter populi iudeorū meditati sunt inania consilia
cogitātes occidere xp̄m ⁊ putantes euadere peri
cula. Et silr̄ qualiter astiterūt reges terre sc3 He
rodes ⁊ principes sacerdotū ⁊ scribe et pharisei
qui regebāt p̄p̄lm iudicantes iudicia: ⁊ iō dicun
tur reges in scriptura cōuenerūt in vnū cōspirā/
do aduersum iesum xp̄m eius. i. per deū constitu/
tū ⁊ missum. Quasi dicat q̄ in vanū laborauerūt:
q2 nō est cōsilium contra dn̄m. Et ideo desideriū
eorum fuit frustratū ⁊ vanū. Et sic ad nihilū va/
luit immo magis nocuit: q2 in vindictam mortis
xp̄i vnusquisq̄ eorū in suo ordine punitus est vt
supra dictū est. Et sic meditati sunt inania ⁊ vana
q2 inaniter ⁊ frustra laborauerunt. E ¶ Et no/
ta q̄ tripliciter populi iudeorū meditati sunt ina
nia ⁊ vana. Primo q2 xp̄s venit ad liberandum
eos a seruitute ⁊ ad dandum eis regnum eternū
⁊ ipsi putabant q̄ veniebat ad auferendū eis re
gnū ⁊ sacerdotium ⁊ bona temporalia cū vellet
dare celestia. Secundo quia putarunt ip̄sū per
mortem totaliter extinguere: ne haberet p̄tātem

Tripliciter iudei meditati sunt inania.

super eos. Sed ip̄se surrexit ad altiorē vitā: ⁊ acce
pit p̄tātē a patre in celo ⁊ in terra ⁊ in inferno.
Tertio q2 per mortē eius putabāt euadere supra
dicta pericula t̄palia ⁊ inciderūt in maiora ⁊ sp̄i
ritualia. Nā nō solū p̄diderūt sacerdotiū ⁊ ciui/
tatē terrenā: sed etiā celestē: ⁊ non solūmō p̄dide
rūt vitā t̄palē. sed etiā eternā: ⁊ nō solūmodo inci
derūt in p̄petuā captiuitatē corporalē sed etiam
sp̄ualem. Et sic p3 q̄ūo meditati sunt inania.

Dirumpamus vincula eorū: ⁊ proij ciamus a nobis iugū ip̄sorū. Qui habitat in celis irridebit eos ⁊ dn̄s subsannabit eos.

xxiij. q. iiij. nō inuenitur. Et ca. si ecclia. Et ix. q iij. cap⁹. aliorū.

Iste versus oino cōtinuat̄ superioribus tn̄ diuersi
mode adaptat̄ s̄m q̄ pōt esse vox diuersorū. Nam
vno modo s̄m Aug. ⁊ Cassio. pōt esse vox iudeorū
⁊ tunc est sensus q̄liter p̄p̄li iudeorū meditati sunt
inania ⁊ vana p̄silia dicentes: si hūc dimittimus
venient romani ⁊ tollent locū nostrum ⁊ gentem.
ergo ne ista perdamus: occidamus christū vt di/
rumpamus vincula ⁊ subiectionem eorum scili/
cet Romanorum et proijciamus a nobis iugum
ipsorum id est ne veniamus sub indignationem:
et incurramus in captiuitatem iugum ipsorum.
Item dixerunt etiam occidamus christum ⁊ dirū
pamus vincula eorum: sc3 christi ⁊ apostolorum
qui volunt imponere nobis vincula noua ⁊ legē
nouam euangelicam prohibendo ne vendamus
in templo oues ⁊ columbas ⁊ cetera pertinentia
ad sacrificia ⁊ oblationes: ⁊ improperāt nobis
peccata legis volendo nos subijcere sue legi ⁊ iu
go euangelico: ergo proijciamus a nobis iugum
ipsorū xp̄m occidendo ⁊ apostolos exterminādo.
Ideo subdit p̄pheta q̄ lȝ talia consilia meditati
fuerint ipsi populi iudeorū: tn̄ dn̄s deus qui habi
tat in celis irridebit eos post resurrectionē non
adimplendo votū ⁊ desideriū eorū: ⁊ etiā sub/
sannabit eos multipliciter puniendo. ¶ Alio mō
iste versiculus pōt esse vox ipsorum apostolorum
et totius ecclesie vt sit sensus vt populi iudeorum
meditati sunt inania volentes occidere christum
⁊ nolentes recipere legem euangelicam vt retine
rent nos sub vinculis cerimoniarū ⁊ sub iugo le/
gis importabili. Dirumpamus ergo vincula et
onera importabilia sacrificiorum ⁊ cerimoniarū
eorum. Et proijciamus a nobis graue iugū ipso
rum ⁊ recipiamus legem euangelicā libertatis ⁊
gratie que absoluit ⁊ liberat ab omni iugo ⁊ vin/
culis legis ⁊ graui seruitute ⁊ tributo scribarum
⁊ phariseorū qui imponunt nobis onera impor/
tabilia: q2 iam dn̄s qui habitat in celis irridebit
⁊ subsannabit eorum consiliū infatuādo ⁊ supra
dicta vincula dirumpendo. B ¶ Unde nota q̄
tria vincula dirupit xp̄s ⁊ triplex iugū abiecit a
nobis per passionem et resurrectionem suā. Pri/
mo vincula cerimoniarū veteris legis. Scd̄o vin
cula tyrānica ⁊ iugum sacerdotum. Tertio vincu
la monopolij ⁊ cōiurationis ⁊ cōspirationis eorū
facte cōtra ip̄sum: q2 māserūt delusi ⁊ subsanna/
ti. Unde est aduertendum q̄ hec est differentia

Christ⁹ tria vincula dirupit p passionem.

inter irridere et subsannare. Nā irridere idem est qđ quasi per risum illudere. Sȝ subsannare idem est quod nasum rugare qđ totū hoc impletū est in iudeis nā oēs irridēt vos et rugant nasuȝ impro-perantes eis exilium et maledictionem propter mortē christi.

De pe-nit. di. j. nūquid cayȝ. Et vj. qđ. j. Si oia.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: et in furore suo conturbabit eos.

¶ Hec est scđa pars in qua describit regnū xp̄i et iudiciariā potestatē sibi traditā, ꝓuenientē xpo iure hereditario ex naturali filiatione: et ex merito passionis. Vn̄ q: dictū est superi⁹ ꝙ cōsiliū iudeorum mānsit infatuatū ꝛ delusum per resurrectionē xp̄i et quō dn̄s irrisit et subsannauit eos in hac vita: nūc aūt in ista pte ostēdit propheta ꝙ magis erūt delusi et confusi iudei in die iudicij qn̄ videbūt xp̄m venientē in ptāte magna et maiestate et videbunt eū quē crucifixerūt et pupugerūt et in quē trāsfixerūt quō erit deus et hō et rex et iudex eoꝝ qui loquit̄ ad eos in ira sua et in furore suo postq̄ noluerūt recipere eū in suo primo aduētu qn̄ venit ad eos cū benignitate et hūilitate. ¶ Ad cuius intelligentiā est aduertendū ꝙ xp̄s in iudicio nō solūmodo examinabit facta nostra sȝ etiā examinabit seipsum ostēdendo veritatē sue humanitatis et diuinitatis: et ondet v̄itatē legis euāgelice. et quō oia que dixit et fecit erāt vera et quō oia que erāt scripta in lege veteri fuerūt impleta in xpo in primo aduētu: ex quo poterāt iudei cognoscere: ꝙ ipse erat verus messias et ꝓmissus in lege. Sȝ q: occecauerat eos inuidia et auaritia et malicia eoꝝ. Ideo nō poterūt intelligere sacr̄a veteris legis que in xp̄o fuerūt apta et cōpleta ꝛ verificata. Sed in isto scđo aduētu ista nō poterunt negare qn̄ videbūt xp̄m in ptāte magna et maiestate et sic se videbūt magis delusos et cōfusos: q: videbūt xp̄m esse deū et verū messiā quē in p̄mo aduētu negauerūt et putauerūt esse purū hoiem. Et hoc est ꝙ dicit in hoc loco ꝓpheta. vn̄ dicit ꝙ tūc in iudicio xp̄s in lege ꝓmissus loquet̄ ad eos scȝ ad iudeos incredulos nō in benignitate sicut in primo aduētu. sed loquet̄ ad eos in ira sua increpando et improperādo eis iniquitatē eoꝝ et finalem obstinationē. nō recipiēdo eos amplius ad pniam: imo in furore suo ꝯturbabit eos ferendo in eam dānationis ꝑpetue. Et ostendet manifeste suā vlem potestatē. et quō ipse est vniuersalis rex et iudex cōstitutus a deo patre. et quō est verus filius dei et dicet hec v̄ba sequētia scȝ.

xvi. q. ij. visis. et xxiij. q. j. c. qđ cul pat̄. ꝛ. j. q. vij. testes.

Ego aūt cōstitutus sum rex ab eo, super syon mōtē sanctū eius: predicās preceptum eius.

¶ Quasi dicat. Ego veni in primo aduētu cū charitate et hūilitate et predicaui in ciuitate hierłm volūtatē patris mei ferēdo legē euāgelicā in mōte syon impleui figurā de agno pascali et instituī sacrm eucharistie et ꝓbaui ꝑ scripturas et miracula me fuisse messiā in lege ꝓmissuȝ et noluistis me recipe. imo me occidistis. Et iterū predicaui legē meā euāgelicā per apostolos et doctores et vocaui vos per predicatores et noluistis venire. Sed vos videtis nūc qualiter ego suȝ missus a patre. et qualr̄ sum ꝯstitutus rex sup syon mōtē scm̄ eius. i. sup totā ecclīaȝ toto orbe diffusaȝ: et nō solum militantē: sȝ etiā triūphātē: q: data est mihi ptās in celo et in terra. Nā sicut fui p̄dicās precep tū et legē eius sup syon terrenā a quo sumit exordiū et vocata est hierłm et syon tota ecclīa toto orbe diffusa: ita data est mihi ptās in celo et in terra et in hierłm militanti et triūphāti. Verūtn̄ ne putet aliquis ꝙ hoc regnū ꝓueniat mihi ex adoptiōe immo dico vobis ꝙ ꝓuenit mihi ex natura et iure hereditario: q: nō sum filius adoptiuus: sȝ naturalis. Nam.

He. j. et act. xiij. c.

Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te.

¶ Dn̄s pater dixit ad me filius meus es tu: quia ego hodie genui te. Nā inq̄ntum deus es genui te in hoc die eternitatis: et inq̄ntum homo genui et formaui te in hoc die grē. Nā sicut tota eternitas ē: vna dies sine p̄ncipio et fine ex successione in q̄ generat̄ verbū eternū. Ita et totū tēpus gratie ē vna dies in cuius principio genitus ortus est xp̄s in quo die oia regenerantur. Dixit ergo domin⁹ pater ad me. postq̄ tu es filius meus naturalis.

Apo. ij. g. Et. xix. c.

Postula a me ꝛ dabo tibi gētes hereditatem tuam: ꝛ possessionem tuam terminos terre.

Reges eos in virga ferrea: ꝛ tāq̄ vas figuli confringes eos.

¶ Postula a me regnū mundi naturaliter de iure debitū. Et postq̄ iudei noluerūt te recipere in dominū. Ego dabo tibi gentes idest populū gentilem in hereditatē tuā. Et dabo tibi oēs terminos terre in possessionē tuā et isti erūt tibi in populū et tu eris eis in dominū et saluatorē. Et q: iudei noluerūt venire nec te recipe. Idō reges eos in virga ferrea et crudeli et dura puniēdo eos tpaliter et eternalr̄. Et ꝯfringes eos tāq̄ vas figuli. Nam per Romanos destrues eoꝝ ciuitates et regnum. Et vna ps trucidabit̄ et alia in seruitutē ꝑ mūdū dispget̄. Et sic in p̄nti ꝛ in futuro pena eterna punient̄. Et nota ꝙ xp̄s non solūmodo rexit iudeos in v̄ga ferrea et tāq̄ vas figuli ꝯfregit eos. Sȝ et ꝯfregit totū pplm̄ gētilē. Nā quosdā ꝯfregit tpaliter et eternalr̄ scȝ Neronē et Domicianū ꝛ Diocletianū: alios aūt aliter tāq̄ vas figuli cōfregit. Nam sicut figulus qn̄ ex massa formauit aliquod vas et postea efficit̄ tortū et inutile. tūc cōfringit illud. et ex eadem massa reficit aliud rectū et bonum. Ita fecit xp̄s de populo gētili. Nam vidēs ipsum in idolatria et peccatis deprauatum confregit in eo infidelitatem et vitia et reddidit et refecit ipsum rectum per baptismum mundando ꝛ per legem euangelicam rectificando et iustificando. Et sic ex eadem massa de torto fecit rectum et vtilem. Et etiam confractis iudeis inutilibus ex eisdem filijs adam scilicet gentilibus fecit ecclesiam. Et sic dicit dauid propheta quod christus loquetur ad iudeos et infideles in iudicio et ostē-

det se esse verum deum ꝛ messiã in lege promissũ ꝛ iudicẽ vniuersalẽ.

Questio

A Sed hic tria querũt pmo qñ ꝛ quõ pater dixit ad filiũ aut ad xpm filiꝰ meꝰ es tu ꝛc. Secũdo qñ ꝛ quõ xps postulauit a pr̃e regnum mundi vniuersale ꝛ pplm gẽtilẽ in hereditatẽ. Tertio qñ ꝛ quõ xps rexit in ṽga ferrea ꝛc.

Pater loquitur ad filiũ dupliciter.

Ad primũ est dicẽdũ fm Aug. xv. de tri. et xj. de ciui. q deꝰ pr̃ dupliciter loquit̃. Primo locutus est ab intra ꝛ ab eterno. Et sic dicit verbũ eternũ seȝ filiũ p oĩa sibi coequalẽ õ tota substãtia sua. Secũdo locutꝰ est ad extra ꝛ ex tempore cũ dicit fiat lux ꝛc. Et sic pducit creaturas ad similitudinem suã ꝛc. Ex quo patet q patrẽ loqui ad filiũ est loqui ad intra. ꝛ dicere filiꝰ meus es tu: nihil aliud est nisi patrem dicere verbum ꝛ pducere filiũ sibi p oĩa coequalẽ in esse ꝛ substantia: q: p talẽ generationẽ cõmunicat pater filio eãdẽ essentiã ꝛ substãtiã. Et sic licet filiꝰ sit alia psona: tñ nõ est aliꝰ deꝰ. Itẽ patrẽ dicere ad filiũ ego hodie genui te nihil aliud est nisi patrẽ pducere filiũ non ex tempore sȝ ab eterno. Nam sicut pater cõmunicat filio eãdem substantiam. Ita eãdem eternitatẽ. Et sic est sibi cõsubstantialis ꝛ coeternus q: in principio erat verbũ ꝛ verbum ꝛc. Et h̃ ẽ qð dicit hic xps. dñs dixit ad me filius meus es tu ꝛc. Vñ non solũ pater dixit hoc filio ab eterno. Sed etiã hãc eternã generationem notificauit mũdo. ex tpe cũ dicit. hic ẽ filius meus dilectꝰ in baptismo ꝛ trãsfiguratione: vt pȝ Math. iij. ꝛ. xvij. Et etiã cũ vox de celo dicit clarificaui ꝛ iteruȝ clarificabo. Io. xij.

Qũo xps a pr̃e postulat regnũ mũdi.

Ad secundum est dicendum q filiꝰ postulauit a patre gentes in hereditatẽ sibi. Io. xvij. per totũ illud capitulum cum dicit: non solum pro his rogo sȝ p his omnibus qui credituri sunt ꝛ hua eos quos dedisti mihi ꝛc. Itẽ in trina oratione in horto cum dicit. pater si possibile est transeat a me calix iste. i. passio ista ad omnes gentes vt eis prosit Item in cruce cum dixit: sitio q: tũc sitiendo ꝛ desiderãdo petijt salutẽ omniũ ꝛ petiuit ꝛ postulauit a patre gẽtes oẽs in hereditatẽ suã. Et ideo in resurrectiõe data est sibi potestas vniuersalis in celo et i terra vt ipse ait Mat. vlti. Et sic filiũ a patre hereditatẽ postulare nihil aliud est nisi p precio sui sanguinis peccatores redimere ꝛ liberare qð quidẽ preciũ filiꝰ obtulit et pater acceptauit. Et patrem filio hereditatẽ dare nihil aliud est nisi patrem sup fideles filium dñm constituere.

Quos xpus rexit i ṽga ferrea.

Ad tertiũ est dicendũ q xps pmo rexit diabolũ in virga ferrea ꝛ in ptãte insupabili ꝛ inuisibili qñ fregit portas ereas ꝛ vectes ferreos iferni ꝛ expoliauit limbũ: ꝛ abstulit pdam ꝛ diabolum condẽnauit ad penã eternã. Scðo qñ vastauit ciuitatem ꝛ tẽplũ hierlm ꝛ abstulit iudeis regnum ꝛ sacerdotiũ ꝛ trucidauit eos per Romanos ꝛ dispersit per mũdũ vniuersuȝ. Tertio puniuit tyrãnos imperatores in ṽga ferrea. s. Neronẽ ꝛ domitianũ et dyocletianũ ꝛ ceteros obstinatos de populo gentili quos diuersis punitionibus ꝛ tormentis plexit ꝛ afflixit.

xxiij. q. iiij. ca. si eccl'ia. et q. vj. c. j.

Sed tandem rexit totũ populum gentile in ṽga ferrea cum in eis nephãdos ritꝰ gentilitatis ꝛ supstitionis extinxit ꝛ eos ad verã fidẽ suscitauit. Vltimo aũt in finali iudicio reget eos i fideles ꝛ obstinatos in ṽga ferrea cum dicet. Ite maledicti in ignẽ eternũ ꝛc. illa eñ virga ꝛ punitio dr̃ ferrea q: ignis eorũ erit eternꝰ ꝛc. Et sic xpm iudeos ꝛ incredulos i ṽga ferrea regere nihil aliud est nisi eterna pena sine mia punire. Et xpȝ malos tãq̃ vas figuli cõfringere nihil aliud ẽ nisi occidẽdo i eis errorẽ ꝛ pctm̃ ꝛ suscitãdo fidem ꝛ grãm eos ex via iniq̃ in viam iusticie dirigere ꝛ reuocare.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

¶ Hec est tertia pars in qua propheta exhortatur omnes reges et omnes principes et oẽs gẽtes ad timorem christi ꝛ eius iudicij. Et vt oẽs suscipiant eũ tanq̃ regem ꝛ messiam in lege promissum verum deum et hoiem. Que est causa finalis ꝛ intentio huius psalmi et ex consequenti exhortatur omnes ad cultum ꝛ obedientiam xpi vnde duo facit. Naȝ primo exhortat̃ omnes principes ad cultũ christi ꝛ timorẽ iudicij sub quadã cominatione. Secundo pmittit premium beatitudinis timẽtibus ꝛ colentibꝰ xpm. Ibi beati oẽs qui confidunt in eo.

Quid iudices debent attendere.

A ¶ Quãtum ad primũ est notãduȝ q oẽs prefecti ꝛ iudices q̇ preficiunt̃ in prouincijs ꝛ ciuitatibus p reges ꝛ principes duo pricipalr̃ debent attẽdere. Primo vt ipsi venerent̃ ꝛ defendãt nomẽ regis vice cuiꝰ gubernãt vt eorum exẽplo oẽs subditi deducantur ad obedientiã regis. Secũdo vt regant ꝛ gubernent populum iuxta leges ꝛ statuta legislatoris ꝛ regni vt ciues efficiant̃ boni: vt pȝ. iij. politicorũ. Cuȝ ergo oẽs reges ꝛ principes teneant locum dei in terris ꝛ sint xpo reddituri rõnem de grege sibi cõmisso. cũ venerit xps ad iudicium vt pȝ Math. xxv. Ideo primo reges ꝛ principes terre ꝛ prelati ecclesie tenentur xpo obedire ꝛ nomen eius defendere ꝛ legem eius seruare ꝛ oẽs subditos ad seruandam legem euangelicã deducere. Scðo dñt populuȝ dei regere vnusquisq; in ordine suo. Nã pricipes seculares tenent̃ regere pplȝ in tpalibꝰ ꝛ prelati eccl'ie in spiritualibus. Aliter oẽs reges ꝛ principes ꝛ p̄lati incurrunt indignationem xpi regis vniuersalis iudicis quos puniet in iudicio nisi duo supradicta seruauerint. Primo ergo exhortatur eos ad duo supradicta. Scðo cõminat̃ eis penã ibi. Apprehendite disciplinã. dicit ergo o reges ꝛ oẽs pncipes ꝛ p̄lati dicti reges a regẽdo q̇ iudicatis terraȝ quos xps reliq̇t loco ꝛ vice sui ad iudicandũ ꝛ regẽdũ in terrã q̇bus cõmisit gregẽ suũ regendũ ꝛ pascendũ: intelligite. i. examinate ꝛ discernite diligẽter hñ cãs tã ecclesiasticas q̃ secl'ares vt sciatis discernere inter iustũ ꝛ iniustũ et inter leprã ꝛ leprã q: grande officiũ vobis cõmissum est. Et erudimini vos qui iudicatis terrã tam iudices ecclesiastici q̃ seculares. et primo.

Seruite domino in timore: et exultate ei cum tremore.

xvj. q. ij. c. j. post medium

¶ Seruite dño nr̃o iesu xpo in timore: q: primo vos debetis ipsi seruire ꝛ ipm colere ꝛ venerari vt exẽplo vestro ceteros ad obediẽtiã ꝛ cultũ xpi deducatis. Secũdo exultate ei cum tremore. Tertio.

De pe. dist. ij. c. acbab. s. glosa.

Apprehendite disciplinā. neqꝫ irascatur dn̄s. et pereatis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius: beati oēs qui confidunt in eo.

¶ Apprehēdite disciplinā legis euāgelice. vel apprehendite hanc disciplinā quā dedi vobis vt intelligatis ꝛ discernatis cās iudiciales ꝛ suiatis domino. Et hoc facite neqꝫ. i. ne aliqn̄ dn̄s iesus xp̄s irascat᷑ vobis in iudicio finali cum exarserit ira eius in breui tp̄e: ꝛ ne dicat vobis. Ite maledicti in ignē eternū. Et sic pereatis de via iusta regni celorū: et mittamini per viā inferni ad ppetuā penā ꝛ ignē eternū. ℞ Sed est aduertendū ꝙ in predictis tribus versibus ponūtur octo vocabula que sunt valde discutiēda. Primo quia dicit. Et nūc reges intelligite. Scdo erudimini. Tertio. Seruite dn̄o in timore. Quarto. exultate ei cū tremore. Quinto. Apprehendite disciplinā. Sexto. Neqꝫ irascatur dn̄s cum exarserit in breui ira eius. Septimo. ne pereatis de via iusta. et iō de vnoquoqꝫ istorum est differendū. s. quid est reges intelligere. qd̄ iudices erudiri. quid seruire dn̄o i timore. quid exultare ei cū tremore qn̄o intelligit᷑ hr apprehendite disciplinā ſm diuersas interpretationes: ꝛ qn̄o ꝛ qn̄ irascet᷑ dn̄s in breui ira. Et qd̄ est pire de via iusta. viij. queritur quale est necessariū iudiciū gn̄ale cū vnusquisqꝫ iudicet᷑ pticulariter post mortē suā. Quātū ad primū ē dicēdū ꝙ intelligere idē est ꝙ intra eligere. vel iter duo vel multa vnū eligere. Et sic itelligere ꝑsupponit discernere. ꝛ hoc maxie cōpetit regib᷒ ꝛ principib᷒ ꝛ platis ꝛ vlr oībus iudicibus ad quos ptinet discernere inter cām ꝛ cāꝫ. ꝛ iustū ꝛ iniustū leprā ꝛ nō leprā bonū ꝛ malū. Et postꝙ hoc nouerit ꝛ discreuerint: tūc eligant ꝛ tribuāt vnicuiqꝫ qd̄ suuꝫ est. Et ad hoc opꝫ ꝙ sciant iura diuina ꝛ hūana. Nā iudex est quasi ius aiatū quasi ius vnicuiqꝫ dans v. etbi. Ad scdꝫ ē dicēdū ꝙ erudire idē est qd̄ extra ruditatē agere ꝛ erudiri extra ruditatē agi. Sꝫ ruditas ꝛ ignorātia pōt dupl'r alicui inesse. vno mō negatiue: alio mō p ꝯ̄riaꝫ dispositionē vt ait Ari. in lib. elenchoꝝ. ꝛ ideo licet iudex nouerit iura diuina vel hūana: tn̄ odiū aut amor pōt sibi ducere ꝯ̄riā dispositionē ꝛ ruditatē: intātū ꝙ illa passio obcecabit iudicē ne possit discernere inter iustū ꝛ iniustum: nec eligere. imo eliget ptēꝫ iniustā. Et sic nō tribuet vnicuiqꝫ qd̄ suum est. Sed erit acceptator psonaꝝ. ideo ait ppheta: ꝛ nūc reges intelligite. i. discernite inter iustū ꝛ iniustū. ꝛ qd̄ iustū est eligite ꝛ erudimini. i. ruditatē odij vel amoris deponite ꝛ oēm passionē abijcite et tribuite vnicuiqꝫ qd̄ suū est. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ duplex est timor. vn᷒ filialis alter seruilis. aliter eīn timet filius offendere patrēfamilias aliter seruus. Nā filius timet offendere patrē ne eū contristet ꝛ ne pdat hereditatē. seru᷒ aūt qꝛ nō amore opat᷑ non curat de hereditate nec sic contristat dn̄m qꝛ non diligit eū. Sed timet offendere timore pene ꝛ ne feriat᷑ aut mulctet᷑ aliqua pena. Et ita mulier casta timet displicere viro non timore pene. sed virtutis amore. Sed mulier adultera timet offendere virū formidine pene. Vn̄ Oratius. Oderūt peccare mali formidine pene. Oderunt peccare boni virtutis amore. Ideo primus timor dicitur timor filialis ꝛ castus. Secūdus vero dicitur adulter ꝛ seruilis. Et de primo timore dicit ppheta. seruite dn̄o in timore nō seruili nec adultero sed casto et filiali. Naꝫ solus timor castus ꝛ filialis est meritorius. alter aūt excusat penā. sed nō meret᷑ gloriam. Est verū ꝙ timor seruilis est aliqualiter laudabilis. Nam temerarius ꝛ presumptuosus diceretur si quis non timeret futurū iudicium iusti iudicis. Ad quartum est dicendum ꝙ operatio ſm virtutē semp delectat virtuosum. Et ideo iusti seruiendo deo semper delectantur ꝛ exultant vt patet Actu. v. ibant apostoli gaudentes a cōspectu cōcilij qm̄ digni habiti sunt pro nomie iesu cōtumeliam pati ꝛc. Sed talis exultatio nō erat sine tremore. Nam iustus ꝛ sanctus semp tremit: primo ne perdat gratiā in qua stat ꝛ ne cadat vt ait Apostolus. Scdo tremit an seruitiū suum sit deo acceptū ꝛ si inter bona que facit aliquid sit quod oculus diuine maiestatis offendat. qꝛ nemo scit an sit dignus odio vel amore. Eccle. viij. ꝛ ideo dicit ppheta. seruite dn̄o in timore non seruili sed casto ꝛ filiali vt opera vestra ꝛ seruitiū sit meritorium. Exultate ei nō ꝑsumptiōe ꝛ temeritate cōfidentes de vestris virib᷒: ꝛ putantes ex vestra virtute bene regere populum. Sed exultate cum tremore trementes ne in aliquo deū offendatis ꝛ ne cadatis a gratia vel dubitantes an sitis in odio an in gratia dei. Ad quintū est notandū ꝙ nassechubar sunt due dictiōes in ebreo. Naꝫ nassechu est verbū ꝛ bar est nomē. Sꝫ vtrūqꝫ est equiuocū ad tria. Nam nassechu est scda persona impatiui ꝛ vno modo significat apprehendere: alio modo adorare: alio modo osculari. bar. vero est nomen ꝛ vno modo significat disciplinaꝫ alio modo pure aduerbium. Tertio significat filiū vt patet ibi Beatus es symon bariona. i. filius Johannis. Et ideo interpretes diuersimode traduxerūt hāc orationem. Nam. lxx. interpretes traduxerunt apprehendite disciplinam. Hieronymus vero adorate pure: aquila autem osculamini filium. Sed hoc idem est nam adorare filium ꝛ eius disciplinam apprehendere ꝛ eius pedes osculari est sibi obedire et subijci. Et sic nemo turbetur in diuersitate transla tionum in hoc versiculo: qꝛ eadem ē snīa: qꝛ ad oīa ista tria exhortat᷑ nos scilꝫ vt apprehēdamus legē euāgelicam: ꝛ vt adorem᷒ xp̄m ꝛ vt osculemur pedes eius. Ad sextum est dicēdū ꝙ dies iudicij dr̄ dies ire dn̄i signāter eo ꝙ totuꝫ tempus a primo aduentu vsqꝫ ad iudiciū dr̄ dies ꝛ tēpus mie ꝛ venie. Nam in primo aduentu xp̄s venit cum benignitate et humilitate. et locutus est cum benignitate exhortando: ꝛ ad gratiā oēs vocando sed in secūdo aduentu venit cuꝫ potestate magna ꝛ maiestate: ꝛ cum ira contra dānatos ꝛ obstinatos ꝛ cum ira ꝛ furore proferet sententiā contra eos. Item totum tempus precedens dicit᷑ tempus venie. Sed in illa die non erit amplius venia malis. Sed ira et furor. Ideo cum fur dce

Quid sit itelligere.

Quid sit erudire.

Timor multiplex

Quid sit exultare cum tremore.

Quid sit apphendere disciplinā

De ira dei.

dicet dñs. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Et ideo dicit ꝓpheta. Seruite dño ⁊c. neq̃ irascat̃ dñs in iudicio supple cũ exarserit i breui ira eius. i. finalis sentẽtia cõtra obstinatos. Et dicitur illa ira breuis. i. nõ remissibilis. Sed q: vltra nõ erit patientia nec venia apud xp̃m. nam nunc longa patientia dei ad pẽnitẽtiam inuitat pecatorem ad Ro.ij. tunc autem nõ erit amplius talis patiẽtia: nec deus expectabit vlterius peccatores ad penitentiam. Et sic ira dei erit breuis cum sententia. Ad septimũ dicendũ ꝙ cum lex dñi sit via que ducit ad vitam eternam vt dictum est in prologo tractatu quarto et psalmo primo. Ideo ire p viã nihil aliud est nisi tendere in vitã eternã: ita per oppositũ perire de via siue a via iusta ⁊ a via iusticie deuiare nihil aliud est nisi ad interitũ ⁊ mortẽ eternã tendere. Sed q: tripliciter contingit a via ⁊ lege dñi deuiare. s. nõ credendo aut cõtra legez operãdo. aut in pctõ obstinari: aut falsa docere vt dictũ est primo psalmo. Ideo hic ꝓpheta exhortatur ne pereamus ⁊ ne deuiemus a via iusta. Et si al's deuiauerimus legẽ transgrediendo ꝙ reuertamur ad viam iusticie penitentiã agendo. Nam si quis manet obstinatus in pctõ tunc talis totaliter perit de via iusta: q: tendit in interitũ. Ex qb' ptz ꝙ reges ⁊ principes ⁊ prelatos ecclesie intelligere nihil aliud est nisi causas tam ecclesiasticas ꝙ seculares iuste discernere ⁊ bñ examinare: ⁊ qd iustum est eligere. Et erudire nihil aliud est ꝙ ruditatẽ deponere. i. passionẽ amoris vł odij abijcere: ⁊ psonas in iudicio nõ acceptare. Sz vnicuiq; qd suum est tribuere. Et seruire dño in timore nihil aliud est nisi non solũ formidine pene: sed etiã ꝟtutis amore ⁊ casto ⁊ filiali timore dño ꝟuire. q: tale seruitium est meritoriũ. Et exultare domino tali tremore nihil aliud est nisi in tali seruitio non vane gloriari nec gloriã sibiipsi: sz soli deo tribuere: q: aliter pderet̃ meritũ vt ptz de fatuis virginibus. Et sic in talibus semp deo gratias agere et semper ne cadat timere: ⁊ an sit dignus odio an amore dubitare. Itẽ apprehendere disciplinam xp̃i nihil aliud est nisi sibi obedire ⁊ subijci ⁊ ip̃m latrie adoratione adorare. Itẽ xp̃m irasci ⁊ in ira breui exardere nihil aliud est ꝙ in finali iudicio absq; spe venie contra dãnatos ⁊ obstinatos sententiam fulminare. Item perire de via iusta nihil aliud est nisi ad interitũ eterne mortis destinari: ⁊ nunq̃ ad viam vite reuerti. Sed tanq̃ legis trãsgressorẽ cõdẽnari. Ideo cõcludit. Beati oẽs qui confidunt in eo. Ad octauũ est dicẽdũ ꝙ lz dauid in psalmo intendat exhortari omnes gentes ⁊ nationes ad cultum xp̃i cũ sit verus filius dei ⁊ deus et homo et messias in lege ꝓmissus: tamen principaliter intendit exhortari principes ⁊ reges terre et prelatos ecclesie ad timendum xp̃m futurũ iudicem cui sunt reddituri rationẽ de populo ⁊ grege cõmisso. Nã xp̃s q̃ in primo aduẽtu fuit iudicatus a regibus. s. herode ⁊ pylato ⁊ a principib' sacerdotum ⁊ populo iudeorum ⁊ gentilium ip̃emet xp̃s est venturus ad iudicandum omnes populos et reges et principes in nouissimo die. Unde licet vnusquisq; sit iudicat' particulariter in fine vite sue: tñ vniuersale iudiciũ erit necessariũ ꝓpter quatuor. Primo ad manifestandũ veritatẽ psone xp̃i oĩbus gentib' ⁊ pplis ⁊ linguis. Nã qui in hac vita negauerũt ⁊ sp̃z recipere noluerũt videbũt ip̃m ibi cũ ptãte magna ⁊ maiestate. Et sicut generał'r lex euãgelica fuit p totũ mundum predicata ita ibi erit gñaliter examinata ⁊ transgressores eius puniti. Scdo veniet xp̃s ad manifestãdum occulta. Nã oĩa homicidia ⁊ adulteria et alia pctã que in hoc mũdo nõ fuerũt saltẽ per sacramẽtalẽ ꝯfessionẽ manifestata: ibi ꝓpalabunt̃. Tertio veniet xp̃s ad iudicãdũ male iudicata. Nã oĩa que in hoc mũdo fuerũt per reges ⁊ ꝑncipes ⁊ malos iudices iniuste iudicata: ibi per xp̃m iuste iudicabunt̃ ⁊ punientur falsi iudices. Quarto veniet xp̃s ad iudicãdũ nõ iudicata. Uñ q: reges et principes huius mũdi ⁊ prelati nõ habuerũt iudices supra se: iõ mala eoꝝ mãserũt ipunita. Iõ xp̃s in finali iudicio iudicabit eos: ⁊ ab eis de populis eis cõmissis rõnẽ exposcet vt cognoscãt se sup eos maiorẽ regẽ ⁊ iustũ superiorẽ iudicẽ hr̃e. Uñ seneca i thieste. Uos quib' rector maris atq; terre ius dedit magnum necis atq; vite: ponite inflatos tumidosq; vult' q̃cq̃d a vobis minor extimescit: maior hoc vobis dñs minat̃ oĩne sub regno grauiore regnũ est. Ex quib' ptz ꝙ propter has q̃tuor cãs supradictas est necesse vt fiat generale iudiciũ in fine mũdi p xp̃m legislatorẽ. Et iõ ꝯcludit ꝓpheta in fine totius psalmi di. Bti oẽs qui ꝯfidũt in eo. i. oẽs illi qui ip̃m in messiam receperũt ⁊ eius legẽ seruauerũt ⁊ mũdũ ꝯtẽnẽtes spẽ suã in ip̃o xp̃o posuerũt erũt beati in regno celoꝝ que quidẽ btitudo ꝯsistit in fruitiõe ligni vite quĩ est xp̃s vt dictũ est supra psalmo primo. iniusti ãt peribũt de via iusta q: iter impiorum peribit.

Ex istis ergo in toto isto psalmo colligunt̃ sex cõclusiões. Prima ꝯclusio ꝙ sicut symeon ⁊ leui fuerũt principales ꝯspiratores ⁊ incitarũt alios fratres ꝯtra iosephꝫ ita scribe ⁊ pharisei descendentes de symeon ⁊ sacerdotes de tribu leui ꝯspirauerũt ⁊ cõcitauerunt ppłm ad occidendum xp̃m. ¶ Scda ꝯclusio ꝙ ita accidit scribis ⁊ phariseis ⁊ iudeis crucifixoribus xp̃i sicut fratribus ipsius ioseph. Nã sicut fratres ioseph fuerũt frustrati in suo ꝯsilio ⁊ cõiuratiõe: eo ꝙ vendẽdo ioseph inciderũt in seruitutẽ quam vitare putabãt. Ita pariter iudei occidẽdo xp̃m inciderũt in oĩa pericula que vitare putabãt. s. in dispersionẽ ⁊ seruitutẽ: et sic manserunt delusi et confusi in ꝯsilio suo. ¶ Tertia conclusio ꝙ xp̃s iure hereditario adeptus est regnum mundi eo q: filius dei. ¶ Quarta conclusio ꝙ xp̃s rexit oẽs inimicos in virga ferrea eo mõ quo dictũ est. ¶ Quinta conclusio ꝙ non solũ populi: sed oẽs reges ⁊ principes terre debent seruire xp̃o in timore: eo ꝙ est venturus ad iudicandũ omnia facta eorum. ¶ Sexta conclusio ꝙ solũ illi erunt beati qui totam suam spẽ posuerunt in xp̃o ⁊ obseruauerunt legem eius euangelicam. Et sic patebit qualiter omnes iudei ⁊ infideles et obstinati videbunt se delusos et confusos in die iudicij: cũ videbũt xp̃m quẽ negauerũt ⁊ ꝯtẽpserũt venientem cum potestate magna ⁊ maiestate.

Lex est via iusta

No. q̃re iudicamur vniuersalr ⁊ pticulr.

Iudiciũ vniuersale necessariũ propter q̃tuor.

No has conclusiones.

dus cātandi. aut instrumentum.aut tempus ꝛ lo/
cus in quo cantabat᷑.In hoc autē titulo tantū p̄/
notantur tria.ſ.nomen pſalmi:cum dꝛ p̄s.ſecum
do pſona autoꝛis cū dicitur dauid.Tertio mate/
ria pſalmi cum dicitur cū fugeret a facie abſalō
p̄s autem dicitur inquantum eſt fact⁹ ad laudan/
dum deum:ꝛ cantabatur indifferenter cū aliquo
inſtrumento.Per hoc autē qḋ dicitur dauid pꝛe/
notatur ꝙ dauid fecit hunc pſalmū.Et ſic appa
ret cauſa efficiens:ſed per hoc quod ſubdit cū fu
geret a facie abſalon:pꝛenotat᷑ cauſa materialis
ſiue materia huius pſalmi:ſed quia dicit᷑ in diffi
nitione tituli aliquod ſacramentū continentium
pꝛenotatur ꝙ talia vocabula pꝛenotata ꝛ poſita
in titulo:pꝛenotant ꝛ continent aliquod ſacr̄m la
tens in pſalmis qꝛ aliter tituli non pertinerēt ad
ſacram ſcripturam.nec ad ꝓphetiam vt dcm̄ eſt
ſupꝛa.Ideo videndum eſt de miſtico ſacramento
contento in hoc pſalmo pꝛenotato per titulū vt
ſit pꝛeuia doctrina ꝓ omnibus.D ¶ Ad cuius in
telligentiam eſt notandum vt legit᷑.ij.Regū.xv.
ꝙ poſtꝙ̄ dauid remiſerat filio ſuo abſalon fra/
De con tricidium qḋ ꝑpetrauerat cōtra fratrē ſuum amō
ſpiratio ꝛ reuocauerat ipſum ab exilio ꝛ reduxerat in pꝛi/
ne abſa ſtinum honoꝛem:tunc abſalō immemoꝛ ꝛ ingrat⁹
lō i dḋ. de tot beneficijs acceptis inſurrexit cōtra patrē
ꝛ coniurauit cum achitofel ꝛ ceteris malignis:ꝛ
anhelauit ad regnum et fecit ſe regem conſtitui ꝛ
appellari a ſuis ſequacibus Et ſic cum manu ar
mata attentauit venire in hieruſalē.Qḋ audiens
dauid operto capite et nudis pedibus fugit a fa
cie filij ſui abſalon cū quibuſdā paucis:qui ipm
per iugum montis ſequebantur.Unde ſemey de
domo Saul ipꝛoperabat ipſi dauid dicēs.Egre
dere:egredere vir ſanguinum et cetera.Sed da/
uid in hac perſecutione humiliauit ſe:quia ſcie
bat hoc euenisse iuſto dei iudicio ꝓpter peccatū
berſabee ꝛ vꝛie.Ideo patiēter tulit perſecutionē
Sed dominus viſa humilitate dauid:deſtruxit
cōſilium achitofel.Et Ioab vicit abſalon.Et ſic
dḋ reſtitutus eſt in regnū ſuum.In quo myſterio
dḋ ꝑuidit in ſpū totū myſteriū paſſionis xpi.Nā
ꝑ hoc ꝙ abſalon filius eius cui tot beneficia ɔtu
lerat inſurrexit contra eum.nouit ꝛ ꝑuidit in ſpi/
ritu qualiter populus iudaicus qui tot beneficia
quondam receperat a xp̄o qui quondam ipſū edu
xerat de captiuitate egypti.Et per mare rubꝛum
ꝛ deſertum traduxerat in manu potēti et bꝛachio
extenſo.Et in terram ꝓmiſſam introduxerat.ꝛ to
tiens de tribulationibus ꝛ neceſſitatibus cū li/
berauerat ꝛ peccata remiſerat:vt ꝑʒ per totum
diſcurſum libꝛi iudicum et regum ꝛc.Et tandem
venit in carnē vt eum a miſerabili diaboli ſuitu/
te liberaret ꝛ tot bōa eis ɔtulit filios coꝝ ſanādo
ꝛ a moꝛte reſuſcitando ꝛ tamē ille popul⁹ iudaic⁹
inſurrexit aduerſus dn̄m ꝛ xp̄m eius ꝛ ipſum pſe
cuti ſunt:ꝛ flagellauerūt ꝛc.Item per hoc ꝙ da/
uid fugiens a facie abſalon:aſcendit in cliuum
oliuarum nudis pedibus ꝛc.Pꝛeuidit dauid in
ſpū:qualiter chꝛiſtus nudis pedibus erat in cru
cē aſcenſurus et ibi pꝛo nobis moꝛiturus.Item
ꝑ hoc ꝙ dḋ in tali perſecutione intēdit:ꝛ pꝛe affli

ctione raptus a ſenſib⁹ factus in extaſi doꝛmiuit.
Sed poſtea recuperatis viribus a tali deiectione
ſurrexit ꝛ fuit reſtitutus in regnum ſublimius ꝙ̄
ante pꝛeuidit dḋ in ſpiritu qualr̄ xp̄s erat moꝛitu
rus in ſepulchꝛo ſepeliend⁹ ꝛ exinde ad gloriā re/
ſurrecturus et vtile dominium et ptātem acceptu
rus et ſuper inimicos regnaturus.Item per hoc
ꝙ achitofel q̇ dederat conſilium contra dauid:ſe
ipſum ſuſpendit vidēs cōſiliū ſuū ɔfuſum et infa
tuatū ꝑuidit dauid in ſpū qualiter iudas ꝓditoꝛ
vidēs xp̄i reſurrectionem erat ſeipſum laqueo ſu/
ſpēſurus.Itē qḋ Ioab armiger ꝛ dux exercit⁹ dḋ
interfecit abſalon:ꝛ diſſipauit cōuēticula ꝛ fau/
toꝛes eius pꝛeuidit dauid in ſpū:q̄liter titus ꝛ ex/
ercitus romanoꝝ:iuſſu ꝛ permiſſione diuina erat
deſtructurus ppl̄m iudeoꝝ ꝛ diſſipaturus.Et ſic
iudei erāt per mundū diſpergēdi.ꝛ regnū ꝛ ſacer
dotiū amiſſuri.Et ſic dḋ per hāc ſuā fugā ꝛ pſecu
tionē pꝛeuidit in ſpū perſecutionē xp̄i ꝛ reſurre/
ctionē:ꝛ futurū regnū xp̄i.Et per eandē rōnē pꝛe/
uidit pſecutionē ecclie futurā per tyrānos ꝛ reſur
rectionē ꝛ ꝓſperitatē ecclie futurā tp̄e cōſtantini.
Et hoc eſt cā quare dauid motus eſt ad faciendū Cā ma/
hūc pſalmū.Ex quibus pꝫ ꝙ duplex materia cō terialis
ſiderat᷑ in hoc pſalmo:ſicut dictū eſt in ꝓlogo tra huius
ctatu.ſ.ꝛ.c.ij.ſcꝫ materia ex qua et hyſtoꝛialis:et pſalmi.
materia pꝛincipalis de qua ꝛ myſtica.Nā mate/
ria ex q̄ dauid aſſumpſit parabolaꝫ ꝛ ꝓpoſitionē
eſt fuga dauid a facie filij ſui abſalō:q̇ ſe hꝫ tāꝙ̄
parabola:ꝛ pꝛopoſitio ex qua ſpiritualiter aliqḋ
myſteriū intelligitur.Sed materia de qua myſti/
ca ꝛ pꝛincipalis eſt myſteriū paſſionis ꝛ reſurre/
ctiōis xp̄i.Per hoc ergo pꝫ expoſitio tituli ꝛ om/
nium alioꝝ ſimiliū.Nā cū dꝛ p̄s dauid cū fuge/
ret ꝛc.intelligit᷑ ſic:ꝙ iſtū pſalmū fecit dauid qn̄
fugit a facie filij ſui abſalo qꝛ ibi ſupple pꝛeuidit
in ſpū myſteriū paſſiōis ꝛ reſurrectiōis xp̄i.Et iō
pꝛophetando paſſionē ꝛ reſurrectionem xp̄i.fecit
hūc pſalmū habēs ꝛ ſumēs occaſionē ꝛ ꝑabolaꝫ
et ꝓpoſitionē ex fuga ſua et pſecutione.Ex quib⁹
patet oēs cauſe quatuoꝛ huius pſalmi.Nā actoꝛ
et cā efficiēs eſt ipe dḋ.cā materialis hyſtoꝛialis
ex qua eſt fuga ꝛ pſecutio dḋ.¶ Sꝫ materia de q̄
et pncipalr̄ itēta eſt paſſio ꝛ reſurrectio xp̄i.¶ Cā Cā foꝛ/
vo foꝛmalis eſt modus ſcribēdi ꝛ tradēdi metri/ malis.
ce ꝛ modus intelligēdi.Nā iſte p̄s.eſt intelligēd⁹:
et exponēdus ꝑ q̄tuoꝛ regulas.Pꝛio ꝑ regulā de
eſſentia ꝛ pſona.Nā in hoc pſalmo dḋ itroducit
xp̄m loquēteꝫ ad patrē.Et ſic vna pſona diuina
loquit᷑ ad aliā.Itē exponit᷑ per ſcdam regulā ſcꝫ
de xp̄o deo ꝛ hoīe.Nā xp̄s loquit᷑ rōne hūanita/
tis:qꝛ ſic paſſus eſt ꝛ reſurrexit.Tertio exponitur
per regulā de xp̄o capite:et de eius ecclia:qꝛ xp̄s
nō ſolū loquit᷑ de pſecutiōe ſua in capite.Sed ēt
de pſecutiōe ecclie ꝛ ſuoꝝ mēbꝛoꝝ.Nā ſicut xp̄s
paſſus eſt et reſurrexit.Ita pariter ecclia paſſa ē.
ꝑ.pſecutiōes ꝑ tyrānos:ꝛ pene ꝓſtrata.Sꝫ poſtea
reſurrexit tp̄e ɔſtātini ꝛ ſublimata eſt.ꝛ regnauit
in grādi ꝓſperitate.Quarto exponit᷑ per regulam
de ſpū et litera.Nā ꝑ fugā et pſecutionē ipſi⁹ dḋ.
intelligim⁹ pſecutionē xp̄i et ecclie.et reſurrectio
nem.Et ſic expoſitio hui⁹ tituli et pſalmi erit do/

ctrinā ad oēs alios titulos ꝛ psalmos: ne fiat iteratio. ¶ Cā vero finalis huius psalmi est. vt nos ad fidē et spē resurrectionis inducat ꝛ confirmet et nostram futurā expectemus. Et iō licꝫ iste ps. pōt exponi ad literā de dauid. tñ nō est ibi sistendū: qꝛ esset cōtra doctrinā xpi. cōtra pricipia premissa in ꝓlogo tractatu. iij. ꝛ. iiij. qꝛ aliter iste ps. nō esset ꝓpheticus nec computaret̄ inter sacras scripturas a spūsancto traditas. vt dictum est. Et iō supradictus titulus non explicat materiā principaliter intentā: sed materiam ex qua dauid accepit parabolā ꝛ ꝓpositionē ad faciendū istū psalmum sicut dictum est in ꝓlogo tractatu. iij. regula quinta. Et talis ordo ē seruādus in oībus psalmis ꝛ titulis eorū. Et iō ſm intellectū ꝓpheticū ad quē dauid fecit eū est exponendus. Scōm ergo hunc intellectū catholicū: ps iste diuiditur in quatuor partes: put dauid introducit xpm loquentē. Nā sicut in comedijs et tragedijs poeta nusꝙ loquit̄: sed introducit psonas loquētes ita lꝫ dauid fecerit hūc psalmū: tñ in hoc psalmo et in multis alijs nusꝙ loquit̄ ipse: ꝫ introducit xpꝫ loquētē vel ecclīaꝫ ps. ergo iste ē vox christi ad patrem in quo q̄tuor facit. Nā primo xps exponit suā passionē ꝛ psecutionē apud prēm per modū q̄rimonie. Scdo oñdit se exauditū ꝛ liberatū per resurrectionē. Tertio predicit futurā iudeoꝝ punitionē ꝛ vastationē. Quarto oñ dit suā passionē fore in salutē et redeptionē toti⁹ ppli. Scda ibi. tu aūt dñe. Tertia ibi. nō timebo milia ppli. Quarta ibi. dñi est sal⁹. Quantū ad primū ergo est dicē dum ꝙ sicut absalon ꝛ achitofel et semey ꝛ multi alij insurrexerūt ꝯtra dauid ꝛ cōcitabāt ppl̄m cōtra dauid ad rebellionē: ꝛ dicebāt ꝙ deus erat ꝯ hō et reprobauerat eū ꝓpter pctā ei⁹. Et semey auūcul⁹ vrie siue ipsi⁹ bersabee publicabat ꝓuerbium p totā ciuitatē di. ꝙ rapuit ouē ꝛ interfecit pastorē q̄uo erit ei sal⁹ a dño. quasi diceret nullo mō imo est a deo reprobat⁹. ꝛ sic ꝯcitabat ppl̄m pariter ergo iudei improperabant xpo in cruce. Vah qui destruis tēplū dei: et in triduo reedificas illud. si fili⁹ dei es descende de cruce. ꝛ salua temetipsum et nos. Et multa alia iproperabāt et putātes esse ipꝫ a deo derelictū et reprobatū. Et hoc est qđ dicit hic xps ad prēm. vnde ait. O dñe pr̄ quid. i. q̄re cū nihil eis male fecerim: immo multa bñficia eis cōtuli: mltiplicati et in magnum numerū cōgregati sunt iudei qui tribulāt ꝛ persequunt̄ me in passione. ꝛ multi absꝙ iniuria precedente insurgūt aduersum me. Et hoc dico et cum ratione conqueror. Nam.

Dist. psalmi.

Multi dicunt anime mee: nō est salus ipsi in deo eius.

xxvi. q. i. agnouimus. et xxxij q. ij ca. ancillam.

¶ Multi dicūt aīe mee. i. loquētes ꝯ vitā meā et querentes mortē meā dicūt: psequamur ꝛ occidamus eū: qꝛ iam nō est salus in deo eius. q. d. Iā nō expectat a deo salutē nec reparationē qꝛ derelictus ꝛ reprobat⁹ est. si filius dei est descendat de cruce ꝛ liberet eū si vult ꝛc. Vñ notādū ſm aug. ꝯ adamātiū manicheū. ꝙ idem xps. i. verbū dei filius q̄ loquebatur in ꝓphetis locutus est post ea in carne assumpta. ꝛ iō christus lꝫ nondū incarnatus nec passus: tñ iam loquebat̄ et conq̄rebatur ꝓphetice per os dauid añ aduentū suū. Sꝫ postea hāc eandem q̄rimoniā fecit in cruce. et in orto de sua passione ꝛ hunc ordinē tenet dauid ꝓ maiori pte in oībus psalmis. quia loquitur in persona christi futuri vt latius patebit.

Tu aūt domine susceptor meus es: gloria mea et exaltans caput meuꝫ.

xi. q. iij. c. ad mensam.

¶ In hac scda pte pdicit̄ ꝓphetice xpi liberatio. Vñ oñdit xps se auditū ꝛ liberatū p resurrectionē. vñ dicit. O pr̄. lꝫ ipsi tanꝙ excecati et in malicia obstinati dicāt hoc. s. ꝙ nō est salus mihi in deo. aūt pro sed tu dñe susceptor ꝛ sustētator et liberator me⁹ es. Nā lꝫ ad tps me dereliq̄ris i exponendo me in eoꝝ ptātē quo ad passionē qꝛ illa fuit hora eoꝝ et ptās tenebrarū. tñ nō dereliquisti me quo ad plenitudinē grē ꝛ amoris. qꝛ qđ vbū semel assumpsit nūꝙ dimisit. Nā lꝫ aīa esset a corpore separata tñ diuinitas semꝑ fuit vtriꝙ vnita. Et sic tu pr̄ cui verbū est cōsubstantiale nō me dereliquisti: qꝛ semꝑ fuisti susceptor ꝛ sustētator me⁹. ꝛ semꝑ fuisti glīa mea. Nā lꝫ paterer in cruce ptē ſꝫ sensitiuā: tñ fruebar tāꝙ cōprehēsor per ptē rōnalēꝫ. Et iō semꝑ tu fuisti ꝛ es glīa mea et exaltās caput ꝛ regnū meū. Nā ibi vbi ēt in cruce erā de⁹ et caput ecclīe a quo fluxerūt ecclīastica sacra ꝛc. Itē tu es glīa ꝛ victoria mea. ꝛ clype⁹ meus vt hꝫ lra Hierony. et tu es exaltans caput meū ꝛ regnū sup eos. Nā caput exaltare idēꝫ est qđ dñm cōstituere. ¶ Voce mea ad dñm. vnde nota ꝙ xps multotiens petijt a pr̄e liberari per resurrectionem vt ptꝫ Jo. xvij. cū dicit clarifica me pater ea claritate quā habui anteꝙ mundus fieret. Itē hoc idē petijt in horto in trina orōne. itēꝫ hoc idem in cruce cū di. sitio ꝛc. Ideo subdit hic

Voce mea ad dñm clamaui ꝛ exaudiuit me de monte sancto suo.

infra. xx vi. ꝛ. cxli. ꝛ. lvi. di. c. nasci.

Ego dormiui ꝛ soporat⁹ suꝫ ꝛ exurrexi: quia dñs suscepit me.

¶ Voce mea ad dñm clamaui. s. pro mea resurrectione et pro totius mūdi salute et meoꝝ mēbrorum. et hoc clamaui in horto ꝛ in cruce. Et sic dominus pater exaudiuit me de mōte scto suo. i. de summa altitudine et excellētia glīe sue. Unde altitudo ꝛ excellētia quā hꝫ deus super oēs creaturas: eo ꝙ habitat gloriā inaccessibilem dr̄ mons sctūs et loc⁹ dei. Itē deus pr̄ exaudiuit me de mōte scto suo scilꝫ de cruce q̄ dicitur mons. dei per quē est accessus ad celū et probo ꝙ dñs exaudierit me. Nā ego dormiui in cruce per veram mortē qꝛ aīa fuit separata a corpe et soporat⁹ suꝫ. ꝛ quieui in sepulchro: p. xl. horas ꝛ resurrexi a mortuis et dñs pr̄ suscepit me a mortuis resuscitādo quātū ad humanitatē. Et nota ꝙ in hebreo et in trāslatione Hierony. habetur voce mea ad dominum clamabo et exaudiet me ꝛc. Sed lxx. trāstulerunt de preterito voce mea ad dominum clamaui ꝛc. Unde hec fuit consuetudo ipsorum. lxx. Nam

Verba de futuro trāstulerūt per verba de p̄terito ⁊c.

pro maiori parte vbi reperiebāt verbū de futuro transtulerūt per verba de p̄terito hoc diuina pro uidētia factū est. Prio ꝓpter certitudinē prophetie. Scdo q: propheta post visionē faciebat psal. ideo referebat ad visionē de preterito sicut supra dictū est tractatu.i.c.iij. Tertio q: lxx. preuiderūt in spū qualiter isti psal. vō erāt a fidelib⁹ frequētandi in ecclia post aduentū ⁊ passionē xpi ⁊ post impletā ꝓphetiā. Et sic pnūciamus oīa de p̄terito q: iam sunt cōpleta p xpm. Scdo est notanduꝫ ꝙ differētia est inter dormire ⁊ soporari. Nā dormire dicit indifferēter oēm somnū. Sed soporatio dr̄ somnus ꝓfundus post magnū laborē ⁊ angustiaꝫ: ⁊ quo qs difficulter euigilat. Et iō mors xpi dr̄ dormitio: eo ꝙ p vigiliā soluta est ⁊ p resurrectionē. Sed dicta fuit soporatio: eo ꝙ p.xl. horas durauit ⁊ facta fuit post longa tormēta: que quidē soporatio erat difficilis ad soluenduꝫ imo impossibilis respectu cuiuscꝫ creature. licꝫ fuerit facilis apud deū. iō di. xps nō solū dormiui simplici dormitiōe a qua surrexi. Sꝫ etiā soporatus sum somno ꝓfundo a quo nullus potuisset surgere nisi diuina potētia. Vñ mors magis similat̄ sopori ꝙ dormitioni. Nā dormiēs simplr̄ aliqualiter mouet̄. Sed soporatus nullo mō mouet̄ propter ꝓfunditatē somni. Ideo de soporato dicim⁹ dormit tanꝙ mortuus. vñ Vergili. Tum consanguineus leti sopor. Itē.ij. eneid. Inuadūt vrbem somno vinocꝫ sepultā. Et loqtur de somno soporationis q̄ est similis morti. ⁊ ecōtrario: vñ ait saluator: Jo.xi. Lazarus amic⁹ noster dormit. Sꝫ eamus vt a somno excitē eū. ¶ Sed est aduertenduꝫ ꝙ quidā autumāt ipꝫ dauid in illa ꝑsecutiōe dormiisse: ⁊ pre labore et angustia soporatū fuisse. in quo sopore et extasi preuidit in spiritu totū mysterium passionis et resurrectiōis christi future: ad instar sue persecutionis: et qualiter sua persecutio erat figura passionis et resurrectionis ⁊ soporationis: et excitatiōis christi: ⁊ iō fecit hunc psalmum in prophetia de christo. Et ideo dicit hic in persona christi. ego dormiui ⁊c. Et subdit dominus suscepit me. littera Hierony. habet. Dominus sustentauit me: ⁊ tunc est littera clara. Et est sensus ꝙ deitas semper sustentauit carnē cui erat vnita. ne corrumperetur. vt patebit psalmo. xv. Nec dabis sanctum tuum videre corruptionē qm̄ a dextris est mihi ne commouear.

Differētia inter dormire et soporari.

xxiiij. q. i. nō turbat̄ ⁊. xi q. iij. secuti.

Non timebo milia populi circūdantis me exurge domine saluuꝫ me fac deus meus.

¶ Nota ꝙ hec particula pōt eē cōsecutiua: ⁊ pertinere ad rōnē precedentē. Nā xps dormiuit ⁊ soporatus fuit in sepulchro. Sꝫ dū fuit ibi iudei petierūt a pylato vt iuberet sepulchrum custodiri. Vñ per oēs.xl. horas milites pylati custodierunt et circūdederūt. ne discipuli furarētur corp⁹. aut aliqs ali⁹ tolleret. Sꝫ xps nō timuit milites pylati. nec multa milia ppli circūdātis. imo in despectu eorū resurrexit: ⁊ ecce terremotus fact⁹ est magnus: ⁊ pre timore exterriti sunt custodes: et facti sunt velut mortui ⁊c. Et ideo dicit xps: licet fuero soporatus in sepulchro. nō timebo milia. i. milites populi circūdantis me. nec si multa milia populi essent ibi: tu dn̄e exurges me suscitādo: ⁊ saluum me facies ⁊c. Sed lꝫ sic possit exponi ɔtinuādo hanc particulā precedēti tn̄ aliter pōt intelligi scꝫ ꝙ sit tertia pars hui⁹ psalmi in qua xps petit vltionē de suis crucifixorib⁹ et ꝑsecutoribus. Unde est notandū ꝙ postꝙ iudas audiuit xpm resurrexisse iuit ad pharisеos et reddidit eis pecuniam dicēs peccaui tradēs sanguinē iusti ⁊c. Sꝫ q: iudei respōdentes dixerūt. quid ad nos tu videris. tunc laqueo se suspēdit. Et ex tunc fuit maxima confusio inter iudeos: et inceperunt inter eos scisma ta et seditiones et strages et mutue cedes: et alie tribulationes que durarūt ⁊ perseuerarūt per.xl. annos: vt ait Josephus de bello iudaico. vsqꝫquo venit titus cum exercitu romanorū et destruxit ciuitatē et regnū et eos partim trucidauit et partim captiuauit ⁊ per mundū dispersit. Et hō est qđ dicit hic xps vñ petit a patre punitionē iudeorū et vltionē dicēs. O dn̄e exurge. i. licꝫ per illud triduū videaris dormire me obliuiscēdo ⁊ in manibus iudeorū dimittēdo tamen exurge tuam potestatē ostendendo ⁊ saluū me fac resuscitādo Et sic nō timebo milia populi. i. totā illam multitudinem populi iudeorū circundātis me et persequentis: quia multotiens circūderūt me: scꝫ in tēplo mecum altercādo et in horto me capiendo et ligando ⁊ ante annam et caypham me percutiendo: et ante pylatū accusando: et in cruce improperando: et in sepulchro me custodiendo: et tamē nō timebo nec timui omnia ista milia et multitudines iudeorum: quia non potuerunt me vincere. immo vici eos resurgendo et eos destruēdo.

Qm̄ tu ꝑcussisti oēs aduersantes mihi sine causa dentes pctōꝝ ɔtriuisti.

Distin. xv. cum paul⁹ et xij. q. ij. fraternitas. ⁊. xxiij. q. iiij nabuchodonosor

¶ Tu pater ꝑcussisti omnes iudeos mihi siue causa aduersantes et contriuisti dentes. i. potētiā ipsorū auferendo eis regnū et sacerdotiū. vnde eos percussisti: et dentes eorū cōtriuisti qm̄ exercitum romanorū super eos induxisti qui eis regnū et sacerdotiū abstulerunt: et ciuitatē et templū incēderunt et eos captiuarūt ⁊ ad magnā partē trucidarunt. Et cōtriuisti dētes eorū. nā ptās sacerdotalis et ptās iudicādi scribarū et phariseoꝝ ⁊ bona tpalia erāt dētes eoꝝ quib⁹ rodebāt ⁊ mordebāt et deuorabant pauperes ⁊ pupillos ⁊ viduas.

dentes. pro po[...] et autori[...]

Domini est salus: et super populum tuum benedictio tua.

xx. di. c. de nucꝫ. .i. d[...]

¶ Hec est quarta particula in qua christ⁹ orat patrem vt acceptet passioneꝫ suam in precium et redemptionē totius populi. Nam iste fuit effectus et fructus passionis xpi. Et ideo dicit xps ad patrem. O pater oīs salus huius passiōis est dn̄i. i. tui dn̄i. i. a te dn̄e. Nā greci nō habēt ablatiuū iō ponūt gtm̄ ꝓ ablt̄ō vñ dicit fili⁹. o pr̄ lꝫ ego inquantū hō passus sim tn̄ tota virtus et salus siue virtus salutis est a te: q: tu dedisti me in salutē populi. iō sit bn̄dictio tua sup pplm̄. i. accepta hanc

paſſionē in ſalutē ppli ⁊ oīm mēbꝛoꝝ meoꝝ. Item lꝫ et pōt cōiungere ſimiles caſus ſub vno verbo ⁊ vna oꝛatione. vt ſit ſenſus o pater ſalus tui dn̄i et tua benedictio eſt. i. ſit ſup pplm̄ tuū. Uel pōt ēt iſte verſiculus cōſtrui per ſyneptesim ꝙ ſit mutatio ꝑſone: vt ꝙ filius dicat: oīs salꝰ ⁊ virtꝰ ſalutis eſt dn̄i. i. a dn̄o. et poſtea cōuerſus ad prēm dicat o pater ſit bn̄dictio tua ſup pplm̄: meā paſſionē in eiꝰ redēptionē acceptādo. ⁊ eos tibi recōciliando. et eis peccata remittēdo. q̄ q̇dem figura ſepe frequētat̄ in pſalmis. Ex quo pꝫ ꝙ lꝫ xp̄s inq̄ntū hō paſſus fuerit: tn̄ v̄tus paſſionis ⁊ ſalutis attribuitur prī. Nā ſicut filiꝰ inquantū deꝰ q̇cquid hꝫ: hꝫ a pr̄e. Jta a foꝛtioꝛi totū ſuppoſitū quicq̇d virtutis hꝫ: hꝫ a pr̄e. Et iō xp̄s totā v̄tutē paſſionis ⁊ redemptiōis et ſalutis dicit eſſe ipſius patris: vel a patre: q: virtꝰ ſalutis ⁊ ptās erat in diuinitate. Sꝫ merita ꝓpter que dat̄ salꝰ ⁊ remiſſio erant in hūanitate. Ulterius eſt aduertendū ꝙ ex cōſequenti totus iſte pſalmus pōt exponi de xp̄o myſtico. ſ. de capite ⁊ mēbꝛis ꝑ tertiā regulam vt dictū eſt in ꝓlogo tractatu. iij. ⁊ tūc xp̄s nō ſolum loq̇tur ꝑ ſe et de ꝑſecutione ſua ⁊ reſurrectiōe. ſꝫ etiā de ꝑſecutiōe eccleſie. Nā quicq̇d xp̄s paſſus eſt in capite: paſſus eſt ſiue paſſa eſt eccl̄ia poſtea in mēbꝛis. Et ita poſt lōgas ꝑſecutiones ⁊ ſopoꝛationes ſurrexit tp̄e cōſtantini ⁊ cōtriuit dentes tyꝛannoꝝ ⁊c. Pōt etiā totꝰ iſte pſalmꝰ eſſe vox totius coꝛpoꝛis myſtici et cuiuſlibet mēbꝛi eccleſie ad xp̄m caput ſuū cōquerēdo de ꝑſecutoꝛibꝰ eccleſie. et gratias agendo ꝓ liberatione eccleſie: et de punitiōe ꝑſecutoꝝ: ⁊ ſic iſte p̄s ⁊ duo precedētes ⁊ ſubſequētes p̄nt cuilibet martyꝛi conuenire et inquantū ꝓ xp̄o ⁊ inquantū mēbꝛū xp̄i paſſus eſt. Et ēt ꝯueniūt oibus cōfeſſoꝛibꝰ inquātū ſunt mēbꝛa xp̄i ⁊ ꝓ xp̄o laboꝛauerūt. Et ſic xp̄s loq̇tur in eis ⁊ ꝓ eis ⁊ ipſi i xp̄o ꝓ xp̄o. Nā ſicut xp̄s paſſꝰ eſt ꝓ mēbꝛis: ita loq̇tur ⁊ oꝛat ꝓ membꝛis ⁊c. Et hec ē cā q̄re cātamꝰ hūc pſalmū: ⁊ p̄cedētes ⁊ ſubſeq̄ntes in feſtiuitatibꝰ martyꝝ ⁊ ꝯfeſſoꝛū. Et iō prudēs lectoꝛ et ſacerdos cū recitat pſalmos aduertat intētionē eccleſie. Aduertat ēt lectoꝛ. Nā modus expōēdi hunc pſalmum pōt eſſe noꝛma ad exponēdū et intelligēdū oēs pſalmos ſequentes. Et ſic pꝫ ꝙ hyſtoꝛia de perſecutione abſalō facta contra dauid p̄enotata in titulo non adducitur in pſalmo: tanq̄ p̄ncipalis materia: ſꝫ tanq̄ ꝓpoſitio figuratiua: et qua dauid ꝓphetice infert concluſionē euangelicam de paſſione chꝛiſti et hec eſt materia pꝛincipalis huius pſalmi. Et hec ſit regula pꝛo oībus alijs pſalmis.

xxvj. dī. cap. ſi qſ vult.



Cum inuocarē exaudiuit me deus iuſticie mee i tribulatiōe dilataſti mihi. miſerere mei: et exaudi oꝛōnem meā.

¶ Huic pſalmo ꝓponit̄ talis titulꝰ ſm̄. lxx. i finē p̄s cātici dd̄. Scd̄m h̄o hebꝛeos ad victoꝛem ſiue ad victoꝛiā in oꝛganis p̄s dauid ſm̄ autē Hierony. victoꝛiā p̄s dauid vnde eſt notandum ꝙ ſemꝑ vbicūq; apud hebꝛeos in titulo pſalmoꝝ ponit̄ ad victoꝛiā: ſiue ad victoꝛem ſiue vincētē qd̄ idē eſt apud eos: ſemꝑ. lxx. trāſtulerūt in finē. Hieronymus vero traduxit in dd̄. Sed lꝫ differāt in verbis: tn̄ oēs cōueniūt in ſnīa ſi bene velimꝰ ſpeculari ⁊ intelligere ſacr̄a tituloꝝ. Nā ex titulis poſſumus intelligere ſacr̄a in pſalmis ꝯtenta. dictū eſt eīn in ꝓlogo tractatu. v. ꝙ titulꝰ eſt quoꝛūdā bꝛeuis p̄enotatio ſacr̄m retinentiū. Et ſic vocabula poſita in titulis p̄enotant ſacr̄a pſalmi. Et dictū eſt ēt ꝙ i titulis ſex p̄mittunt̄. ſ. nomē pſalmi aut ꝑſona actoꝛis aut cantoꝛis aut materie de q̄ ſiue ex q̄ eſt p̄s aut modus cātandi: aut inſtr̄m muſicale cū quo p̄s cantabat̄ aut tp̄s aut locus in quo cātabat̄ quoꝝ qd̄libꝫ p̄enotat ſacr̄m i pſalmo cui ꝓponit̄. Et ſic in h̄ titulo p̄notant̄ q̄ttuoꝛ ex illis ſex. ſ. nomen pſalmi ⁊ ꝑſona ⁊ modꝰ cātādi inſtr̄ꝫ muſicū cū quo cātabat̄ p̄s iſte. Diuiſio pſalmi.
Nā ꝑ h̄ ꝙ dr̄ p̄s cātici p̄notat̄ nomē pſalmi. Nā dr̄ p̄s inquātū cū inſtr̄o muſico ad laudē dei cātabat̄: ⁊ dr̄ p̄s cātici inquātū inſtr̄m muſicale icipiebat p̄mū v̄ſum pſalmi ⁊ choꝛꝰ voce hūana r̄ndebat ⁊ ſeq̄bat̄ ſcd̄m v̄ſū. Et ſic alternatiꝫ vſq; in finē. Per hoc ꝙ dr̄ dauid p̄enotat̄ ꝑſona ⁊ cā efficiēs ⁊ autoꝛ huiꝰ pſalmi. ſ. ꝙ dauid fecit ip̄ꝫ. ꝑ hoc aūt qd̄ addit̄ in oꝛganis explicat̄ inſtr̄m muſicū cū quo cātabat̄. ꝑ hoc aūt ꝙ p̄mittit̄ ad victoꝛiā ſiue ad victoꝛē ⁊ vincētē. eſt aduertendū ꝙ dauid eligebat ad cātādū d̄ leuitis hn̄tibꝰ altioꝛē vocē. q̇bꝰ dabat ad cātādū oēs pſalmos ſic ititulatos q̇ adequabāt voces ſuas cū inſtr̄is muſicis: ⁊ incipiebāt p̄mū v̄ſum ſubmiſſa voce ⁊ i quolibꝫ verſu eleuabāt altiꝰ vocē ⁊ pūctū: ⁊ ſic ꝓcedebāt eleuādo magis ⁊ magis vocē vſq; in finē pſalmi et vſq; ad finē ⁊ vltimū conatū vocū. Et ſic vnꝰ nitebat̄ vicere altū: ⁊ ſuperare in eleuatiōe vocis. Et ſic qui magis tolerabāt cātū ⁊ eleuabāt vocē dicebant̄ victoꝛes ſicut nos facimꝰ in eccleſia in feſto epyphanie q̄n cantamus illū pſalmū: venite exultemꝰ ⁊c. q: ſemꝑ ꝓcedimꝰ eleuādo altiꝰ vocē in quolibꝫ v̄ſu ⁊ vnus choꝛꝰ nitit̄ ſupare aliū. Jta pariter faciebāt cātoꝛes in hoc pſalmo: et ceteris hmōi in tēplo: ⁊ q̇ altius eleuabāt vocē dicebant̄ victoꝛes ⁊ cōſeq̄bant̄ p̄emiū in choꝛo p̄ ceteris. Et iō vbi in talibꝰ titulis in hebꝛeo ponit̄ ad victoꝛiā ſiue ad victoꝛē. Hieronymus trāſtulit victoꝛi: quaſi dicat ꝙ dabat̄ iſte p̄s victoꝛi ad cātandū cū p̄mio. lxx. h̄o traduxerūt i finē: q̄ſi dicāt iſte p̄s cātabat̄ cū oīni oꝛnatu vſq; ad finē ⁊ vltimū punctū eleuādo vocē. ⁊ ſic oēs ꝯueniūt i ſnīa. ¶ Ex quo pꝫ ꝙ in hoc titulo explicat̄ autoꝛ pſalmi: ⁊ nomē ⁊ inſtrumētū muſicū ⁊ modus cantādi: q: iſte mos ⁊ conſuetudo fuit apud oēs poetas lyꝛicos maxime comicos ⁊ tragicos. ſ. p̄eponerē titulos in comedijs: in quibꝰ titulis explicabat̄ autoꝛ ⁊ tp̄s ⁊ locus in q̇bus comedie ⁊ tragedie recitabant̄: et inſtrumēta cū q̇bus cātabant̄. Et ſic in comedijs Terentij p̄eponit̄ titulꝰ. ſ. Acta ludis megalēſibus tali ⁊ tali cōſulibus tibijs duabus ⁊c. Et ſic etiam dauid tanq̄ verus et diuinus poeta pſalmis in tēplo cantādis p̄epoſuit ꝯuenientes ti-

tulos explicātes has psonas et materias et istra et modos cātandi et loca et tpa vt patebit. Sȝ qȝ ista nō fecit dauid sine mystico et ꝓphetico sacro vt dictū est:qȝ oīa prenotata in titulis continent sacra:ideo querendū est de sacro huius tituli vt sit doctrina et norma pro oībus consilibus titulis sequētibus:ne liceat iterare. ¶ Ideo est valde notanduȝ:sicut dictum est in ꝓlogo tractatu.v.ꝙ hmōi instra musicalia in titulis prenotata significāt mysteria xpī et ecclie. Sȝ iter cetera organuȝ significat corpus ecclīasticū et mysticū. Nā sicut in organis sunt diuerse voces:tn̄ oēs sunt subordinate sub quadā ꝓportione ad vnū. Et ex eis generaṫ dulcis armonia. Ita pariter in corpe ecclīastico et mystico lȝ sint diuersa mēbra et officia et dignitates ƀm aplm tn̄ oīa ista cōueniūt et compaginanṫ sub vna fide:charitate formata: et hn̄t attributionē ad vnū caput qui est xp̄s a quo recipiunt sensum et motū spūalis gr̄e et dona grāꝝ et vnus spūssanctus insufflat hoc organū. Et sic reddit vnā dulcē spūalē armoniā ꝓportionatam ad xp̄m seruādo legē euāgelicā. Et ideo per hoc ꝙ preponaṫ in titulo p̄s cātici in organis intelligit ꝙ iste p̄s loquiṫ de xp̄o ⁊ ecclīa: ⁊ armonia et ꝓportione ⁊ ordine ⁊ conformitate corpis mystici ad caput suū siue ecclie ad xp̄ȝ vt patebit i psalmo:p h aūt ꝙ dr̄ in finē siue ad victoriā ⁊ cātabatur cū omni conatu vocū prenotaṫ qliter lex ⁊ ꝓphete cū ingēti desiderio ⁊ conatu vocabāt xp̄m qui est finis legis:vt veniret in carnē ad saluandū genus hūanuȝ ⁊ ad ferēdā legē euāgelicā iustificantē ad vitā ⁊ felicitatē eternā. Et hoc patebit in expositione psalmi:⁊ est materia principaliter intēta de qua iste p̄s ⁊ pro qua est apud catholicos exponēdus. Sȝ de materia mystica ⁊ figuratiua est multiplex modus dicēdi nō solū apō catholicos. Sȝ etiā apō hebreos modernos. Nam quidā dicūt ꝙ dd̄ fecit hūc psalmū in psecutiōe saul.qn̄ saul cinxit dd̄ admodū corone in deserto Maon. Sȝ qȝ nūciatū ē ipī saul ꝙ phlisthei venerāt ⁊ impleuerāt terrā iuda ⁊ israel:⁊ tūc cōpulsꝰ est dimittere dauid:⁊ ire ⁊ occurrere obuiaȝ philisteis. Et sic dauid grās agēdo fecit hūc psalmuȝ Alij aūt dicūt ꝙ dauid fecit hūc ꝯ̄ conciliatores absalon. Sȝ mihi vr̄ magis cōforme litere huius psalmi:ꝙ dd̄ fecerit ipm qn̄ saul cōgregauit eos seruos in gabaa tenēs hastā in manu:⁊ dixit. Audite me nūc filij gemini:nunqd oībus vobis dabit filius Esay agros aut vineas:⁊ vniuersos vos faciet tribunos ⁊ cēturiones:qm̄ coniurastis oēs aduersum me:⁊ nō est qui mihi renūciet:nec est q̄ vicem meā doleat ex vobis ⁊c. Unde tūc Doech idumeus annūciauit qualr̄ viderat dauid i nube:⁊ quō recepat ipm achimelech sacerdos: et quō porrexit sibi panes ꝓpositionis:⁊ gladiū ⁊c. Uñ tūc saul precepit trucidari achimelech cū omni domo sua ⁊ ciuitatē icendi:⁊ tūc oēs serui saul ꝑsecuti sunt dd̄ vt p3 p̄mi Regū.xxij. Ex quo patet ꝙ doech ⁊ ceteri serui saul postposita oī iusticia ⁊ veritate cōuersi ad bona tpalia:⁊ relicta spe diuina ⁊ lege vt placerēt ipī sauli ꝓphanauerūt rē pli dn̄i ⁊ ꝑsecuti sunt dd̄ iniuste ⁊ voluerūt displicere deo vt cōplacerēt regi ꝓpter lucrū tpale:in qua cōiuratione ⁊ ꝑsecutione dd̄ preuidit in spū iniquā cōiuratione iudeorū cōtra xp̄m ⁊ ꝓuidit et dirā persecutionē ecclie futurā per tyrānos:a qua fuit liberata per xp̄m a tpe Constātini. Ex hoc ergo potuit dd̄ sumere occasionē ⁊ parabolā cōdēdi hūc psalmū. Et sic principalis intentio dd̄ est increpare iudeos ne xp̄m ꝑsequanṫ ⁊ tyrānos ne vexēt ppl'm xp̄ianū. Sȝ relicta spe bonoꝝ tpaliū conuertanṫ ad xp̄m ⁊ legē eius obseruent. in quo quidē psalmo ipse dd̄ introducit xp̄m loquētem pro se et membris eius increpādo iudeos crucifixores suos et tyrānos persecutores ecclie. Et sic iste p̄s pōt esse vox xp̄i pro se ⁊ ecclia:vel pōt esse vox ecclie pro seipsa. Et sic materia ex qua est iste p̄s.i.ex qua sumpsit dd̄ occasionem faciēdi hunc psalmū pōt eē cōiuratio predicta facta cōtra dd̄ Et hec est propositio quā aperuit nobis dd̄ in h̄ psalmo. Sȝ materia de qua principaliter est iste p̄s.est coniuratio sacerdotū ⁊ phariseoꝝ facta ꝯ̄ xp̄m ⁊ ecclīam que fuit figurata ⁊ premissa a dd̄ in cōiuratione facta contra ipsum. Et hec est cōclusio euāgelica quā dd̄ elicit ex illa ꝓpositione. Et ideo lr̄a huius psalmi requirit vt p̄rio exponatur de xp̄o capite. Secundo de ecclesia que est corpus xp̄i pro se ⁊ corpore suo ecclīastico. ¶ Quantum ergo ad istum intellectū p̄s iste h3 tres ptes. Nā in prima parte orat ⁊ petit liberari. In scd̄a exhortaṫ iudeos ⁊ tyrānos vt desistāt a a cōiuratione ⁊ executiōe eius. In tertia agit grās de sua liberatiōe a morte per resurrectionē. Scd̄a ibi filij hoim. Tertia ibi dedisti leticiā. ¶ Quantū ergo ad primū est notādum ꝙ xp̄s orauit patreȝ in mensa pro sua resurrectione: cum dicit clarifica me pater: ⁊ orauit pro suis mēbris cū dixit salua quos dedisti mihi ⁊ nō pro his oro tm̄:sed pro oībus qui credituri sunt ⁊c. Johā.xvij. Hoc idē orauit in horto ⁊ cruce. Et sic fuit exauditus pro sua reuerētia. ideo xp̄s ait. Deus iusticie mee.i.q̄ iustificat me ⁊ glorificat ⁊ perhibet testimoniuȝ ipse exaudiuit me cū inuocarē cū in mensa ⁊ in horto et in cruce.s.cū orando dicerē miserere mei ⁊ exaudi orōnem meā. In lr̄a Hiero.hr̄ inuocantē exaudiet me deus qd̄ idē est. Et iō est meliꝰ ꝙ sic ordineṫ litera. Cum ego inuocarē patrē in mēsa et in horto ⁊ in cruce et inuocando dicerē miserere mei me resuscitando ⁊ exaudi orōnem meā adimplēdo ea que peto pro me et pro mēbris meis:tūc pr̄ deus iusticie mee exaudiuit me: qm̄ resuscitauit me ⁊ glorificauit me ⁊ dedit mihi ptāteȝ in celo et in terra ƀm iusticiā meā. Et sic dr̄ deus iusticie mee.i.respiciens ad iusticiā meā. Et postea xp̄s conuersus ad patrē dicit. O pater recte possuȝ dicere ꝙ tu es deus iusticie mee:⁊ exaudieris orationem meā. Nam in tribulatione mea dilatasti mihi cor ⁊ petitionē meā quia abunde adimplesti preut petebam ⁊ sperabam. Et causatur figura grāmaticalis que dicitur synepthesis:qȝ mutatur persona ⁊ accidēs verbi in locutione:fit enim mutatio ꝑsone a tertia ad secundam. Et ideo est valde admirandum. Nam sicut Rabi moy. vnusquisqȝ propheta h3 suam linguam ⁊ suū modum

Quō organū significat corpus mysticū

Nota.

loquendi. Sed inter ceteros ipse dauid hz extraneum et difficilem modū loquendi. eo ꝙ scripsit metrice in versu lyrico ꝛ saphico. Et iō est habēda eꝰ familiaritas ꝑ lōgā ꝯsuetudinē: vt modum eꝰ ꝑcipiamꝰ ꝛ veritatē ex eius lrā extorqueamus.

Ars graues. xij. q. j. c. ois etas ꝛ. ij. q. iij pcliuis.

Filij hoim vsquequo graui corde vt quid diligitis vanitatē ꝛ q̄ritis mendacium.

¶ Hec est scda ps in qua xps increpat ꝛ exhortaꝛ suos ꝑsecutores vt desistāt a malicia ꝛ sequantur doctrinā suā ꝛ legē euāgelicā. ꝛ duo facit. Nā primo facit qḋ dictū est. Scdo remouet ꝛ soluit quādam falsam excusationē eoꝝ ibi: multi dicūtq̄ꝫ ꝛc. Quantū ad primū est aduertendū: ꝙ cā qua re principes et pharisei moti sunt cōtra xpm fuit: qꝛ xps exhortabatur eos ad cōtēptum tpalium. ꝛ vt ponerēt spē in deo ꝛ in bonis celestibus et spūalibus. ꝛ predicabat legem moysi nō esse intelligēdā ad literā. Sz ſm sensum spūalē. Et iō conturarūt cōtra eū dicentes. Si hūc dimittimus venīēt romani ꝛc. Et tūc ꝯgregati sunt ī atrio Cayphe: vt ipm morti traderent ꝛc. Dicit ergo xps. O filij hoiꝫ. i. hoies mūdani ꝛ carnales vsquequo eritis graui corde: ꝛ manebitis ī corde graui ꝛ maliuolo. O vos iudei conātes me occidere ꝛ vos tyrāni ꝑsequētes nomē meū ꝛ ecclīaꝫ vt qḋ. i. quare diligitis vanitatē. i. bona tpalia vana ꝛ friuola. Nā vos iudei ꝑpter bona tpalia vana queritis mēdacium falso mō glosando legē ad literā tm̄ intelligēdo ꝛ verū sensuꝫ spiritualē refellēdo: ꝛ in cerimonijs ꝑmanēdo. ꝛ veritatē messie negādo. Nam lex per moysem data est. Sz veritas per xpm patefacta ē quā vos tāq̄ mēdaces negatis. ꝛ suscipere recusatis. Et ēt vos gētiles tyrāni diligitis vanitatē rerum tpalium. et queritis mendaciū supstitiōis et cultus idolorum. Et ideo.

De ꝯse. di. ij. iteratur. ꝯ pe. di. j. ꝙ obicē.

Scitote qm̄ mirificauit dn̄s sctm̄ suū dn̄s exaudiet me cum clamauero ad eum.

¶ Scitote ꝛ volo ꝙ scias qm̄ dn̄s pater mirificauit ꝛ mirificū ōndit xpm sctm̄ suū ꝛ filiū suū ostēdit eū mirificū in sua cōceptiōe: qꝛ nō opere adā sed de spūsctō cōceptus est. ꝛ sup naturā natus. Et etiā mirificauit eū per oia signa que fctā sunt in eius natiuitate per vniuersuꝫ orbē scꝫ qꝛ āgeli cātauerūt gl'ia in excelsis ꝛc. Et stella magos duxit ad presepe ꝛc. Itē in eius ōnsione ꝛ predicatione innumera miracula opatus est: egros sanādo ꝛ mortuos suscitādo. Itē in eius passiōe tenebre facte sunt per vniuersaꝫ terrā. Itē mirificauit eū in eius resurrectione ꝛ ascensiōe ꝛc. Iō cognoscite ipsum esse verū deū ꝛ messiam in lege ꝑmissuꝫ ꝛ caput totius ecclīe. sine quo nemo pōt saluari ꝛ nisi ipse orauerit pro eo ad patrem. Ideo subdit. Dn̄s pater exaudiet me. cū. i. qn̄cunq; clamauero ꝛ orauero ad eū. ꝑ mēbris meis: ergo.

Ephe. iiij. ꝯ pe di. j. c. tōsuram.

Irascimini ꝛ nolite peccare: que dicitis in cordibus vestris: ꝛ in cubilibus vestris compungimini.

¶ Irascimini. i. licet ad horā irascimini. tn̄ nolite peccare. i. iram et malum propositum in effectuꝫ deducere quasi dicat vos scribe ꝛ pharisei ex ira et iniquitate et inuidia diligentes vanitatem et querentes mendacium consilium fecistis vt me dolo caperetis et occideretis. Et ideo lꝫ hoc feceritis tamen nolite peccare id est hanc maliciam in effectum et executionem deducere: cognoscite veritatem et scrutamini scripturas. quoniam ipse testimonium perhibent de me et nolite effundere et tradere sanguinem iusti. Et si forsan hoc dicitis et dixistis in cordibus vestris et proposuistis me occidere. tamen compungimini in cubilibus vestris per penitentiaꝫ id est videte et cognoscite peccatum et errorem vestrum in penetralibus id est secretis vestris. et compungimini ꝛ agite penitentiam de his que dicitis et dixistis ī cordibus contra me. Et etiam licet occideritis me. tamen compungimini per penitentiam et conuertimini ad me. baptismum et legem euangelicam recipiendo. et iam deinceps abijcite et dimittite cerimonias et sacrificia figuratiua veteris legis scilicet ꝛc.

Arg. vi. q. vi. ca. agnouimus. De ꝯse. dist. iiij. nec q̄ꝫ ꝙ ꝛ. ca. placuit.

Sacrificate sacrificiū iusticie ꝛ sperate in dn̄o: multi dicūt quis ostēdit nobis bona.

Signatū est sup nos lumē vultꝰ tui dn̄e dedisti leticiā in corde meo.

¶ Sacrificate sacrificium iusticie. scꝫ eucharistiā in qua sacrificatur et offertur xps filius dei qui ē verum sacrificium iusticie bonū de se ꝛ acceptabile apud patrē pro omnibus peccatis satisfaciēs quia bonum de opere operato. Et sperate in domino et nolite amplius ponere spem vestram in sacrificijs et cerimonijs legalibus. quia nō sunt gratia sui. Sed quia figurabant xpm venturum ꝛ ecclesiam. Et ideo in eis non est spes ponēda nec in cibis aut in rebus temporalibus. Sed in solo deo et in bonis futuris spiritualibus et celestibꝰ Et ideo sperate in domino et non in mundanis rebus ꝛ bonis corporalibus. ¶ Multi dicunt qs ostendit. Unde nota ꝙ in hebreo et in litera Hieronymi. hic incipit versus nec in hoc est vis. nā dēm est ꝙ dauid composuit psalmos in versu lyrico ꝛ vt plurimū in versu saphico aut pindarico. qui quidem versiculi sunt parui continentes. x. syllabas aut. xi. Sed ex duobus versiculis paruis vel ex tribus faciebant sacerdotes vnum versum ad cantandum in choro. Unde hic est vnus versiculꝰ scꝫ sacrificate sacrificium iusticie. Et iste est alꝰ scꝫ sperate in dn̄o: et multi dicunt quis ōndit nobis bona. est alꝰ versiculus. Et signatum est sup nos lumen vultus tui dn̄e est alius versiculꝰ. Un ex istis duobus vltimis v̄siculis fit vna snīa eo ꝙ vnus ē interrogatiuus et alter respōsiuus. Et sicut iudei in hebreo ex primis duobus versiculis faciunt vnum versum magnum: ex duobus vltimis faciunt aliū: eo ꝙ causaꝛ alia snīa per nouaꝫ

interrogationē et questionē. Ad cuius euidentiā est notandū ꝙ quia dictū est superius ad iudeos et homines mundanos: sacrificate sacrificiū iustitie sperate in dño.i. ꝙ relictis sacrificijs veteris legis offerant verū sacrificiū eucharistie per illa legalia figuratū: et etiā ꝙ relictis rebus mūdanis ponāt spem suā in bonis spūalibus futuris in euāgelica lege ꝓmissis. Ideo iudei ⁊ hoīes mūdani de hoc volentes se excusare dicunt quis ostendit nobis ista bona spūalia in euāgelio promissa. quasi dicāt quō poterimus dimittere ⁊ cōtemnere ista bona tpalia que possidemus ⁊ videmus ꝓpter ista bona spūalia q̄ vos xpiani predicatis cū ea non videam⁹ nec cognoscamus: quasi dicāt ostēdite nobis ad sensum illa bona et credemus vobis et euāgelio. Omnibus istis iudeis et mūdanis loquēdo ad partē respōdet xp̄s dicens O dñe pater nō possunt iudei ⁊ hoīes mundani hoc negare. Nā lumē vultus tui signatū est super nos. B ¶ Ad cuius intelligentiā est aduertendū ꝙ duplex lumē signat deus super animas scʒ vnum naturale et aliud supernaturale et infusum lumen naturale est lumen intellectus agentis et rationis: quo omnia naturalia anima nostra potest cognoscere per studium et actionem. et sic potest cognoscere quomodo anima nostra est imortalis: et dependēs a primo esse quod est deus. ꝓut naturaliter cognouerūt philosophi deum et intelligentias et animā nostram esse immortalem. Et in eadem parte intellectus ponitur lumen rationis que dicitur inferior pars. per quod potest cognoscere que sunt bona vel mala: iusta vel iniusta: turpia vel honesta: agēda vel nō agenda. Unde sicut primū lumen dicitur speculatiuū: ita secundū dicitur practicum. et tamē vtrunqꝫ lumen dicitur nobis naturaliter insitum per quod lumē potest anima nostra naturaliter cognoscere tria naturalia principia siue tres leges naturales nobis naturaliter insitas que sunt tria principia in genere morum. quorum primū est ꝙ omne bonum est agendum et omne malum vitandū. Secūdum est quod fieri tibi non vis alteri non facias et qō tibi fieri vis: alteri fac. Tertiū principium ⁊ lex naturalis est nullum bonum irremuneratum ⁊ nullum malum impunitū. Ex his tribus legibus resultat quarta lex naturalis: scilicet ꝙ de⁹ qui est principiū oīm est iustus iudex punitor malorū et remunerator bonorū. Que quidē pricipia ⁊ leges scribūt Gen.iiij. vbi dixit dñs ad cayn: cur irat⁹ es cōtra fratrē tuū: ⁊ cur hoc egisti: vbi demōstrat nullum malū agendū et postea ꝯsequit. nescis ꝙ si bene egeris recipies. si aūt male peccatū statim in foribus aderit. per qō ostēditur nullum bonum irremuneratū et nullum malū impunitum esse legem naturalē nobis naturaliter insitū eo ꝙ p lumen naturale istam legē simul cum ceteris duab⁹ possumus naturaliter cognoscere. Et hoc est lumen. quod dicit christus esse signatum super nos per que principia naturalia possumus preuidere et cognoscere bona spiritualia nobis in lege euāgelica promissa. et penas eternas reprobis debitas qō ꝓbatur. Nā si nullū bonū irremuneratum et nullū malum impunitū. ergo boni ⁊ iusti de iure nature debent remunerari hic vel in futuro. Sʒ multi iusti patiūtur persecutiōes in hac vita propter veritatē et iustitiā qui hic nunq̄ fuerūt remunerati. sicut Abel ⁊ Hieremias. Et multi mali fuerunt prosperati qui nunq̄ fuerūt puniti in hac vita ergo sequit ꝙ isti remunerabūtur post hanc vitam bonis spiritualib⁹ et illi punientur penis eternis. Ex quibus sequit ꝙ expectātur futura bona spūalia quib⁹ boni ꝑmiant. et futura mala q̄bus mali puniūtur. Et sic tā iudei ꝙ ceteri infideles per hoc lumē naturale poterāt cognoscere futura bona ⁊ mala: et tria principia supradicta. qō quidem lumē dicit dauid in ꝑsona xpi qō est signatū sup nos. de quo quidē lumine dicit aplš ad Rom. ij. ꝙ gentiles habebāt legē naturalē scriptā in cordibus suis. Lumē aūt supnaturale est illud qō infunditur ex speciali dono spūsancti eleuās intelligentiā vltra naturā sui ad cōprehēdendū ea que sunt supra humanā facultatē ꝓut spūsctūs diuidit singulis ꝓut vult prime Cor.xij. qō q̄dē lumē dupl'r peruenit ad nos. Uno mō per spūalē infusionē et illustrationē: et sic receperūt ipm patriarche et prophete in vete. testa. Et apli et sancti doctores in nouo test. Scdō mō ꝑuenit illud lumen ad simplices fideles ꝑ doctrinā ⁊ ꝑdicationē. Nā moyses eandē legem quā accepit a deo annūciauit populo. Et ꝓphete annūciauerūt ꝑplo easdem mysteria et vaticinia que a spūsctō fuerūt eis reuelata. Et ita etiā apostoli reuelauerūt nobis ea que a spiritusancto receperūt. Ex quibus patet ꝙ scriptura vtriusqꝫ testamēti dr lumē signatum super nos: primo reuelatū patriarchis et ꝓphetis et apostolis ⁊ ex cōsequēti nobis annunciatū. Ex quibus ptʒ ꝙ licʒ gētiles nō habuerūt hoc lumen supernaturale: tamen habuerūt lumen naturale: quo potuerūt vitare malum siue discernere inter bonum et malum: vt supradictū est: sed iudei q̄ receperūt vtrūqꝫ lumē scilicet naturale et supnaturale. min⁹ sunt excusandi. Quia multo magis omnia supradicta poterāt cognoscere. eo ꝙ habuerunt legem. prophetas loquentes de futura redēptione et superna felicitate. Et ideo multo min⁹ ꝑht dicer q̄s ostēdit nob bona. ¶ Dedisti letitiā ⁊c. ¶ Hic xp̄s agit grās patri de bñficio resurrectionis et bonorū spiritualiū que a patre recepit pro se et membris suis. ¶ Ad cuius intelligētiā est aduertendū ꝙ iudei carnales nō expectabāt nec querebant nisi tēporalia puta abundātiā frumēti vini et olei: ⁊ dominiū tpale et dignitates. Et sub tali desiderio expectāt messiam: qui oīa ista ī ds eis dare. Sed xp̄s in lege euāgelica ꝑcipit oīa ista cōtēni: et bona spūalia ⁊ futura desiderari vt dictū est. Et ideo contēpserūt ipm ⁊ legē euāgelicā. Sʒ cū felicitas quā ipi petunt sit tm̄ in hac vita ideo est trāsitoria et temporalis ⁊ breuis: ⁊ sic letitia ⁊ gaudiū eorū est breue ⁊ multis miserijs admixtā xp̄us autē q̄ expectabat resurrectionē et eternam vitam et gloriā. Ideo letitia eius et suorū est eterna. Nā primus est conforme cum spe: iō ait xp̄us. O pater grās sup. ago tibi qm̄ dedisti verā letitiā et ꝑpetuā vitam et felicitatem in corde meo.

Duplex lumen signat deꝰ sup aīas

Lumen dī dupl'r ad nos peruenit.

Iudei solū querebāt temporalia

De pe. dis. iij. c. quid er/go tur/bamur. §. q̄ṗ̄. f. q. f. c. sug gestum alabab/tare feci sti me.

A fructu frumēti vini et olei sui multiplicati sunt.

¶ Naz ipsi iudei ⁊ oēs mūdani multiplicati sunt .i. abūdarūt a fructu frumēti vini et olei ⁊ ceterorum bonorū temporaliū .i. licz ipsi sint multiplicati in hmōi abundātia ⁊ copia bonorum tamen.

In pace in idipsum dormiam et requiescam. Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

¶ Ego dormiā simul et requiescam in pace et quiete bonorū spiritualium hic per gratiā et in futuro per gloriam. Nam licet in hac vita passus fuerim persecutiones et mortem tamen resurrexi ad gloriam sempiternā. ipsi aūt ad mortem eternaz destinabuntur. et vnde hoc: quia tu domine cōstituisti me singulariter in spe resurrectiōis et glorie. Nam sicut spes mea fuit, bona ita et effectus eius. Nam semper premium correspondet spei. vnde est aduertendum q̄ ly in idipsum stat aduerbialiter et idem est qđ simul vel similiter. Et ideo littera Hieronymi habet sic in pace dormiam simul et requiescam: ⁊ sic est aduerbiū congregādi. Unde septies reperitur hoc aduerbiū in idipsum in hoc libro psalmorū. Sed vbi. lxx. posuerunt in idipsum Hieronymus traducit et posuit hoc aduerbium simul. Sed vtrobiq̄ continet magnū sacramentum. A ¶ Unde est notandum ſm Augu. et Boe. quia hec est differentia inter durationez temporalem: et eternam. Nam duratio temporalis est terminabilis et successiua. nec potest haberi tota simul: sed eternitas. est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio. Et ideo deus qui est in eternitate. omnia bona simul possidet: ⁊ nullum bonum ipsi deesse potest: sed deus qui habet hanc eternitatem et felicitatem per essentiam: cōmunicat eam sanctis per participationē: et ideo vita et felicitas sanctorū erit et est interminabilis a parte post et tota simul essentialiter. lz possit accidētaliter augeri vsq̄ ad iudiciū vt dictum est in p̄mo psalmo. Et felicitas sctōrum dicit tota simul et eterna et indeficiēs et sufficiēs bonum. Et hoc aduerbium in idipsum significat idem quod eternū. et est sensus in pace in idipsum dormiam idest dormiam et requiescā in eternum in pace et quiete beatitudinis: q: illa pax ⁊ quies est eterna et tota simul et nō transitoria nec tp̄alis ⁊c. q: est status oīm bonorū aggregatione pfect⁹. in cui⁹ possessione ɔsistit vera beatitudo. ¶ Sz q: vt apparuit in titulo. Iste psalmus nos dirigit in finē legis: qui est christus. et etiā cōtinet statū ⁊ persecutionem et resurrectionem ecclesie per hoc q̄ ponitur in organis per qđ significat ecclesia christi vt dictum est. Ideo ostendit q̄ specialiter exponatur iste psalmus p̄ ecclia nō q̄ ecclia sit sepata a suo capite xp̄o: nā simul intelligitur cum suo capite: sed opz q̄ hoc fiat ad distinctionē nr̄e intelligentie: vt iste psalm⁹ cū precedēte sit norma et regula ad exponendū oēs subsequētes rōne materie et rōne titulorum ne amplius fiat iteratio. Nā sub vna voce poterūt exponi. B ¶ Ad cui⁹ intelligētiā est notandū q̄ sicut tota ecclia dr̄ vnū corpus mysticū organizatū et mēsuratū ⁊ p̄portionatuz ex ordīe multorum mēbrorū ad vnū caput q̄ est xp̄s: ita pariter dr̄ vna ciuitas organizata ⁊ mēsurata ex armonia et ordine multorum ciuiū ad vnū principem q̄ est xp̄s: ɔsensu vnius legis ⁊ vni⁹ fidei sociata. cuius ortū ⁊ p̄gressum ⁊ p̄prietates describit Augu. xiiij. de ci. dei. c. vlti. ⁊ xv. de ciui. dei. c. i. vbi dicit q̄ a primordio mundi gen⁹ humanū fuit in duo gn̄a distributū. vnū q̄ ſm hoīem alterū q̄ ſm deū viuūt. quas etiā mystice, duas ciuitates appellamus. i. duas hoīm societates. quarū vna est in eternū predestinata regnare cū deo: altera cuz diabolo eternū subire suppliciū quarū vna scz ciuitas dei incepit ab abel altera scz ciuitas diaboli incepit a caym. Ciues prime ciuitatis dn̄r. filij dei. alteri aūt filij hoīm. Inter q̄s duas ciuitates assignat aug. vij. differētias: q: differūt ſm diuersos fines. Vn̄ dicit Augu. q̄ fecerūt has duas ciuitates duo amores. terrenā. scz amor sui vsq̄ ad contēptū dei. celestē aūt amor dei vsq̄ ad ɔtēptū sui. Scd̄a differētia q: illa in se: hec in dn̄o gloriatur. Tertia q: illa querit ab hoībus gl'iari. h̄ dicit dn̄o suo tu es gl'ia mea ⁊ exaltās caput meū. Itē in illa hoīes ſm carnē viuētes deū verū nō honorarunt. In hac aūt est vera sapiētia et pietas in q̄ recte ver⁹ deus colit expectās p̄miū in societate sctōrum angelorum. Ex quibus verbis Augustini ptz q̄ iste due ciuitates principaliter differūt. Primo rōne affectus ⁊ amoris. Scd̄o rōne cultus. Tertio rōne finis et spei: q: ciuitas terrena toto affectu diligit ista tēporalia et nō recte colit deū. ciuitas aūt dei colit vnū verū deū et illū sup oīa diligit qui est xp̄s deus et hō et in eo totā suā spem ponit. Et id̄ semp ab initio mūdi fuit verata ⁊ afflicta a ciuitate terrena eo q̄ in moribus et cultu sp̄ fuit ipsi cōtraria ⁊ aduersa. Vn̄ illico a principio mundi caym interfecit abel: ⁊ postea caldei p̄secuti sunt abraā et esau iacob et ismael ysaac ⁊ sic de ceteris iustis. In testō aūt nouo illico scribe et pharisei persecuti sunt xp̄m. qui est caput et princeps huius ciuitatis: et postea iudei et tyrāni p̄secuti sunt eā in apostolis et martyrib⁹ postea heretici verarūt et p̄sequūtur eam p̄ sectā mahumeticā. ⁊ affliget in fine per antixp̄m. Tota ergo ista ciuitas cū principe suo xp̄o introducit ad loquēdū in psalmo: ⁊ cōquerit apud patrē petēs vltionez de suis inimicis affligētib⁹ eā. Et ita pariter tota ista ciuitas q̄ est ecclia introducit ad loquēduz in hoc psalmo. agens deo gr̄as: eo q̄ abstraxit. et liberauit eam a sollicitudine mūdanorum et rerū tēporalium. et cōstituit eā in bonis spiritualib⁹ gr̄e et in spe futurorum bonoruz glorie. In quo psalmo quattuor facit. Nā primo petit bona spūalia. Secūdo icrepat ciues terrenos vt desistāt a p̄secutione iustorū: ⁊ exhortat vt sequant bona spūalia. Tertio remouet q̄dā cauillationez. Quarto agit gr̄as q: reiectis tp̄alib⁹ ɔstituit eā in bonis spūalib⁹. Scd̄a ibi filij hoīm. Tertia ibi multi dicunt. Quarta ibi: dedisti leticiā. B ¶ Quātū ad p̄mū est notādū q̄ tota iustitia hoīs q̄ acquirit regnū celorum ɔsistit in trib⁹. s. in mūdicia cordis ⁊ opera/

Nota.

Duratio tēporalis et etna differunt.

ecclesia dr̄ corp⁹

Ciuitas dei ⁊ diaboli.

psalmi diuisio.

Iustitia hoīs q̄ acquirit regnum

Dū̄ int ciuitatē dei, et diaboli, quia isti ab amore sui vsq ad contēptū dei vadūt; illi ab amore Dei vsq ad sui contēptū [illegible]

tione bonorū et patientia in aduersis ,pter deū Vñ ista tria marie debemus q̄rere a deo et idō ait saluator. Mat.vi. Nolite solliciti esse dicētes q̄d manducabimus ꝛc. Sed primo querite regnum dei et iusticiā eiꝰ: hāc ergo petit in p̄io dō simul cū tota ecclia in principio huiꝰ psalmi cū inuocarē exaudiuit me deꝰ iusticie mee. Alia lr̄a hʒ cū inuocauero exaudi me deꝰ. Lr̄a vō Hieronymi hʒ inuocātē exaudi me deꝰ. Et nūc littera ē plana absq̄ figura. Et est sensus. O deꝰ iusticie mee.i. in quo consistit tota mea iusticia exaudi me inuocātē te. vel cum inuocauero te dando mihi iusticiam scʒ patientiam in aduersis: et mundiciaʒ in corde: vt siue peccato possim meritorie operari. Ista ergo tria peto a te scʒ primo in tribulatione dilatasti mihi et ponitur preteritū pro futuro siue ,p īperatiuo.i. dilata ꝛ corrobora mihi animū ꝛ cor in tribulatione largiendo patientiā in aduersis: vt valeā persecutiones ꝛ cetera aduersa equo aīo tolerare. Scd̄o miserere mei peccata mihi remittēdo et in gr̄a cōfirmādo: vt possim bene operari. Tertio exaudi orationē meā regnū celorū largiendo Unde nota ꝙ ista prima particula redditur difficilis scd̄m nostrā trāslationē ,ppter mutationem persone. Sʒ forsan nō est sine misterio. Vñ pōt ēē talis sensus referendo ad diuersa vt dicat ecclia Cum ergo inuocarem sub lege veteri per patriarchas et prophetas. tunc deus iusticie mee exaudiuit me mittēdo filium suū in carnē et cōuersa ecclesia ad xp̄m dicit tu dn̄e in illa tribulatione dilatasti mihi cor et animū dādo legem libertatis et gr̄e. Et ideo miserere mihi peccata remittēdo per gratiaʒ. Et exaudi orationē meā regnū celorum largiendo ꝛc. Et patiētiā in aduersis contra persecutores cōferendo. Et postq̄ liberasti me a peccato libera me a persecutione impiorum.

¶ Filij hominum. In hac scd̄a parte ecclia increpat ciues terrenos ꝛ mundanos vt desistāt a persecutione iustorū ꝛ exhortatur eos ad colendum xp̄m et legem eius. contemnendo terrena. ꝛ appetendo bona spiritualia. Unde dicit. o filij hoīʒ vsq̄quo eritis maliuoli ꝛ crudeli corde ꝯtra me. vt quid: id est q̄liter diligitis vanitatē scʒ supbiā ꝛ auariciā bonoꝝ mūdanorū que sunt vana et corruptibilia. ꝛ queritis mēdaciū: scʒ vos iudei falso glosando sacras scripturas veteris testamenti lr̄aliter ꝑcise itelligēdo. Et vos gentiles idola ꝛ falsos deos colendo. Et vos sarraceni turpem sectam mahumeticam obseruando. Et vos heretici falsa dogmata seminando simplices decipiendo. Scitote id est volo ꝙ sciatis: q: dominꝰ p̄r mirificauit christum sanctum suum et ipsum tanq̄ verbum deum et redēptorē et legislatorē i mūdū misit. Et ideo ego colo eū ꝛ eius legem euāgelicā seruare decreui et in ipso spem meā constitui. Et ideo ipse dominus iesus christus exaudiet me cū clamauero ad eum et liberabit me de manibus ꝛ persecutionibus vestris Et ideo si irascimini.i. si aliquando fuistis irati contra me et persecuti me tamen iam amplius nolite peccare. Sed desistite a persecutione et que dicitis in cordibꝰ vestris et in cubilibus vestris compungimini id est si aliquando dixistis et ,pposuistis in cordibus ꝛ secretis penetralibus vris facere malū: tn̄ non deducatis ad effectū: sed resistite malis temptationibus et cogitationibus. et cōpungimini in corde penitiam agendo. Et cognoscentes veritateʒ recipite legē euāgelicā que docet omnē veritatē: ꝛ ,phibet omne malū fieri et exhortatur ad oē bonū. Et sic seruantes legem euangelicam: sacrificate sacrificium iusticie scʒ sacrificiū eucharistie. q̄d de se est iustum et bonum iustificans omnia Et etiā sacrificate sacrificium iusticie.i. offerte deo cor mundum et contritum et humiliatum in quo consistit tota iusticia hominis: et sperate in dn̄o.i. ponite spem vestrā in dn̄o et non in rebꝰ tp̄alibus sed in bonis sp̄ualibus in euangelica lege ,pmissis que vos beatos et felices facient. ¶ Multi dicunt ꝛc. Hic r̄ndet questioni quā hoīes mūdani faciūt. et dicūt q̄s ostendit nobis ista bona futura que xp̄s ,pmittit. Quasi dicāt quō cōtēnemꝰ ista bona tēporalia q̄ videmus ꝛ possidemꝰ ,p illis q̄ nō videmus nec cognoscimꝰ. q̄si dicāt ꝙ fatuū eēt h̄ facere ꝛc. Ad hoc respōdet ecclesia ꝙ signatū est lumē vultꝰ dei super nos. p q̄d lumē possumꝰ credere ꝛ precognoscere ista bona sp̄ualia: ꝛ exponit̄ vt supra. B ¶ Dedisti leticiā ꝛc. in corde meo. Ista ē quarta ps huiꝰ psalmi. Ad cuius intelligētiā ē aduertēdū ꝙ sicut fides est q̄dā virtus theologica desup infusa: qua mēs eleuata et cōfortata credit et assentit rebꝰ supnaturalibꝰ ꝛ nō visis. Et charitas est alia virtus infusa qua volūtas eleuatur ad diligēdū deū sup oīa. Ita pariter. Spes est q̄dā virtꝰ infusa q̄ ꝯtēptis terrenis sp̄ualia bona et inuisibilia appetūt̄: expectant̄. Scd̄o ē aduertendū ꝙ hec ē differentia iter hoīeʒ iustū ꝛ prauū nā hō prauus quātūcunq̄ potēs et diues sit: licet gerat leticiam in facie ,pter affluentiaʒ bonorum temporalium. tn̄ semꝑ gerit tristiciā ꝛ terrorem in corde timens futurum iudicium et punitionem. accusante eū conscientia sua ꝛ etiā q: timet perdere bona tp̄alia que possidet et ideo cōtinuus timor non sinit esse felicē: per oppositū hō iustus licet aliquando gerat tristiciam et fletum in facie propter persecutionē malorum tn̄ semꝑ gerit letitiā ꝛ gaudiū i corde eo ꝙ expectat gloriā et premiū propter mala que patiēnter tulit propter deū. De hac ergo letitia et spe agit hic gr̄as tota ecclesia. s. q: recepit fidē et spē per quam cōtēnit tp̄alia ꝛ appetit ꝛ expectat bōa futura sp̄ualia. Et idō dicit ecclia gr̄as ago. o. dn̄e supple q̄m dedisti hanc leticiam in corde meo quoniam ipsi homines mūdani multiplicati sunt ꝛ locupletati a fructu frumēti et vini et olei et alioꝝ tēporaliū Sed ego habens hāc speʒ et letitiā in corde meo de bonis futuris absq̄ sollicitudie tp̄aliū simul dormiam et requiescam in pace et quiete et hoc faciam quoniam tu domine singulariter me i tali spe cōstituisti. Itē ipsi qui abundāt talibꝰ diuitijs i h̄ seculo tn̄ post finē tāq̄ oues in inferno positi sunt et mors eterna depascet eos. psal. xlviij. Ego aūt post hanc vitā dormiā simul et reqescā in illa pace ꝛ fruitiōe celesti eo ꝙ tu cōstituisti me in hac vita in spe. cōtēnēdo terrena et appetendo

Marginalia (left): Increpatio malorum.

Marginalia (right): Nota. / Quid ē spes. / Differētia inter hoīeʒ iustū ꝛ prauum.

illa celestia. Nā illa celestia dāt i p̄miū fidei ⁊ spei et charitatis quā hic habuim⁹. D ¶ Ubi ē aduertēdū q̄ ad hunc intellectū ⁊ s̄m istā scd̄am expositionē legit eccl'ia hūc psalmū quotidie ad cōpletoriuz in p̄ncipio noctis eo q̄ diabolus ⁊ ciuitas eius sp̄ machinant̄ ad malū cōtra ciuitatē dei et

Nota. religionē xp̄ianā iō orat ecclesia vt defēdat eā ab iniq̄ p̄secutiōe ⁊ malicia illoꝝ. Legit etiaz hunc psalmū in p̄sona cuiuslibet martyris ⁊ cōfessoris eo q̄ pro xp̄o passus ē ⁊ laborauit in hac vita contēnēdo terrena et appetēdo celestia ⁊ i spe future beatitudinis vixit. A ¶ Ex toto ergo isto psalmo possunt recolligi quinq̄ cōclusiones. Prima cōclu

Iudei poterāt cognoscere xp̄z sio q̄ iudei mltiplic iter poterāt cognoscere iesuz xp̄z esse messiaz in lege p̄missuz. Primo q̄ de⁹ pater mirificauerat ip̄m i operatiōe miraculorum. Scd̄o q̄ doctrina eius erat vera et nō vana. Tertio q̄ semp̄ fuit exaudit⁹ a patre. Et per cōsequēs iudei non debebant graui corde persequi xp̄m. ¶ Scd̄a cōclusio q̄ oībus hoībus est insertū et signatū lumē naturale p̄ qd̄ q̄s pōt discernere iter bonū et malū ⁊ cognoscere tria p̄ncipia moralia scz oē malū fugiēdū et oē bonū agendū ⁊ qd̄ tibi vis fieri alteri fac: et nullū bonū irremuneratū: et nullū malū impunitū. ¶ Tertia cōclusio q̄ p̄ter lumē naturale fuit signatū sup̄ pp̄lz iudaicum lumē sacre scripture patriarchis et p̄phetis reuelatum per quod poterant magis cognoscere deuz ⁊ discernere inter bonum et malum et desiderare hūanā redēptionē et cognoscere xp̄m eē messiā in lege p̄missuz per op̄a q̄ faciebat. ¶ Quarta cōclusio q̄ p̄ter lumē p̄pheticū est signatum sup̄ pp̄lm xp̄ianū lumē euāgelicū p̄ quod cognoscit omnia mysteria et vaticinia veteris testi cōpleta p̄ xp̄z. Et p̄ quod cognoscit spē nullo mō eē ponēdā in hoc mūdo s; in sola futura btī tudine. Quinta cōclusio q̄ ciuitas dei. s. xp̄iana religio differt a ciuitate terrena rōne finis nā cū cetere natiōes mūdane cōstituāt finē suū ⁊ ponant spē suā in bōis tp̄alibus: tamen sola religio xp̄iana contemptis hmōi temporalib⁹ ponit spem suaz in futuris bonis spiritualibus ⁊ eternis.

Ars exaudi domine. xxviij. d. capitulo sedulo. Et d̄ consec. di. v. nō mediocriter.



Erba mea aurib⁹ percipe dn̄e intellige clamorem meum.

¶ Titulus hui⁹ psalmi s̄m hebreos. est ad victoriā sup̄ nihilot psalm⁹ dauid. Hierony. āt transtulit: victori super hereditatibus canticum dauid. L ¶ Rabi autē salomon qui in regno francie super p̄salteriuz et totū vetus testamentum scripsit anno millesimo cclx. qui conatus est peruertere scripturas ad litteraz dicit q̄ nihilot est equiuocum ad hereditates in plurali et ad quoddam instrumentum musicum cum quo cantabatur iste psalmus ideo ly nihilot preponitur pro vtroq̄ in eodem titulo. Sed licet hoc possit esse verum quia nullam contradictionem inducit littere et sententie huius psalmi. cū tñ nullo intendo eū nec alios rabinos iudeoꝝ sequi: eo q̄ magis dubitant in titulis ⁊ in ceteris rebus lit̄alib⁹ q̄ catholici et plures diuerse opiniones et cōtrouersie sunt iter eos q̄ inter nos i hmōi. Et ratio est: nam iste cerimonie cātādi fuerūt aliquo mō deperdite imo post incēsam hierlm per Romanos et dispersionē iudeoꝝ p̄ mūdū nunq̄ vsi sunt hmōi cerimonijs. Ideo totaliter fuerūt delete a memoria et scriptura eoꝝ. Et sic nesciunt q̄d dicunt in his et in ceteris: nec p̄cedūt nisi per coniecturas. et falsas fictiones. Iō magis est credēdū translationi et interp̄tatiōi ipsoꝝ. lxx. q̄ p̄cesserunt aduentū xp̄i: ⁊ interp̄tationi hieronymi q̄ fuit paulopost aduētū q̄ fictionib⁹ thalmudistarū xp̄i et modernoꝝ rabinoꝝ q̄ totaliter conant̄ p̄uertere scipturas et sensum eaꝝ. Et sic nolo amplius terere tp̄s inuacuū in eoꝝ dictis. Sed i oībus sequi interp̄tationes lxx. et Hieronymi quia fuerunt tunc bene et late examinate. sequendo ergo eos in hoc titulo et in ceteris: p̄ hoc qd̄ d̄r ad victoriam siue victori p̄notat̄ q̄ iste psalm⁹ dū cantabatur cum toto conatu vocum eleuando vocem vsq̄ ad vltimū punctum ⁊ finē: eo q̄ lex vocabat xp̄m vt dictum est per hoc q̄ d̄r in finem p̄notatur q̄ ille psalmus dirigit oēs in xp̄z qui est finis legis. Nā per p̄mū aduentū est finis legis veteris et p̄ scd̄m finis legis euangelice in primo ad saluandum et redimēdū: in scd̄o ad glorificandum et p̄miandū. Et sic iste psalmus ⁊ ceteri cātabantur in vtraq̄ lege. Sed diuerso modo finis vt dictū est. A ¶ Sed per hoc quod additur per ea que consequitur hereditatem: est notandum q̄ iudei vocant hereditatē dn̄i totā terrā promissionis a Dā vsq̄ ad Bersabee que est est pars syrie meridionalis Nā ab oriente clauditur montib⁹ idumee. s. galaad et fasga et petre: ab occasu aūt terminatur mari nostro ab aquilone vero mōte libano ⁊ hermōe magno. q̄ iteriacet damascū ⁊ ituream: ab austro vero terminatur deserto cades ⁊ pharam. Et sic tota terra promissionis est cū p̄dictis terris cuius longitudo. a Dan scz a mōte libano vsq̄ ad Bersabee sunt. clx miliaria latitudo vero a mari nr̄o. s. a iopē vsq̄ ad basam et ad mōtē abarin ⁊ fasga: sunt quasi. liij. miliaria. In hac terra putant iudei ceci sitā suam spem et felicitatem: eo q̄ data fuit eis ⁊ diuisa per iosue post exituz de egypto. Et totum desideriū eoꝝ et finalis spes est hanc terram possidere ⁊ ihabitare. ⁊ hec est oratio eoꝝ iugis et quotidiana. Ideo Ra. sa. ⁊ ceteri dicunt q̄ dauid fecit hunc psalmū orando deum pro hac hereditate conseruanda et ab inimicis liberanda. Et sic faciebat hunc psalmū in templo siue in tabernaculo: per leuitas cātari cū hmōi instrumento nihilotis ⁊c. Et sic sicut: ceci sunt et carnales non sapiūt nisi carnaliter et temporaliter. Et ideo nō ē credēdū q̄ dauid p̄ quem sp̄ūssanct⁹ locut⁹ est p̄phetice p̄ re tā vili ⁊ trāsitoria fecisset hūc psalmū. Et nec ad hoc idiguisset lumine sp̄ūssancti nec esset p̄pheta cuius contrarium dictuz est. Ideo nos quib⁹ datū ē nosse mysteriū regni dei aliter debem⁹ hoc intelligere. Iō est notandū q̄ postq̄ adā p̄didit hereditatē paradisi et eiectus est ab ea: deus dedit totū mūdū ipi et posteris i hereditatē terrenā et legē diuinā i he

Hereditas dn̄i s̄m iudeos.

descriptio terrae promissionis per confinia

lius ⁊ saluator: spiritussanctus nō tres saluatores sed vnus saluator: ⁊ vna salus et vna vita eterna. Sed hoc nomē iesus ⁊ saluator intantū attribuit filio inquantū per ipm in hūanitate facta est nostra redēptio ⁊ salus. et inquātum est mediator et verbum ⁊ incarnatū. Quia sicut tota trinitas creauit nos ita saluauit nos: ⁊ ita d: ꝙ pater redemit nos per filiū immo q: pater de se ⁊ a se hȝ hoc nomen saluatoris. ideo donauit ipm filio: q: pater dedit filio hoc nomen iesus qd est sup omne nomē ad Philippē. ij. ⁊ sic hoc nomē cōuenit toti trinitati. Et hec est causa quare in primitiua ecclesia baptizabant apostoli in noie iesu. Act. xij. eo q: h nomē competit toti trinitati: sed ex nutu spiritus sancti postea baptizauerūt in noie pris et filij et spūssctī. iuxta formā sibi traditā a xpo. mat. xxviij et Mar. vlti. ad explicationē trinitatis diuinaꝝ personarū ⁊ vt obuiarēt perfidie arrianoꝝ ⁊ iudeorū. Et sic ptȝ qualiter hoc nomē iesus est magis propriū ipsi deo. q: magis ⁊ plures pfectiōes explicat: q: explicat creationē redēptionē ⁊ glorificationē. Et sic explicat totū intentū sacre scripture: quia nil aliud intēdit tota sacra scriptura vtriusꝙ testamēti nisi ostēdere deū esse vnū pmū principiū eternum trinū et vnū ⁊ creatorē ⁊ redēptorē ⁊ glorificatorē. Nā si de⁹ est prima salus et vita integra ⁊ eterna ⁊ dator salutis ⁊ vite sine defectu. ergo est creator et redēptor et⁹ glorificator. Et ptȝ etiā quō licȝ hoc nomē iesus ⁊ saluator cōpetat toti trinitati: tamē attribuit filio. eo ꝙ tota trinitas operata est per eū nostrā redēptionē tanꝙ per mediatorē vt dictū est in ꝓlogo tractatu. iij. ⁊ dicetur psal. xvij. Et q: per ipm xpm manifestatū est hoc nomē iesus in vniuersa terra: quia ipse manifestauit mysteriū trinitatis ⁊ creatiōis et redēptiōis et glorificatiōis. Et ideo vere d: iesus et nomē dei. ¶ Sed ɔtra oia pdicta arguitur. nā dictū est in toto primo articulo ꝙ nomē dei nō est vocale nec scriptū. sed est ipsa persona filij scȝ verbū incarnatū qd patres veteris testa. expectabant. in hoc aūt scdo articulo d: ꝙ nomē magis propriū deo est hoc nomē iesus habēs tres syllabas ergo cōtradictio in verbis. ¶ Ad hoc respondetur ꝙ deus hȝ duo noia scȝ vnū quo ipse nominat se ⁊ alterū quo nos nominam⁹ eū. nomē quo deus noiat se. est verbū incarnatū scȝ ipsa psona filij. Nā inquantū verbū est ab eterno dictū a pre est cōceptus quo pater diffinit se vt dictū est. sed inquantū incarnatū est nomē quo pater se: et per filiū manifestauit seipm mūdo ⁊ per quē locutus est nobis pater nouissime diebus istis. Heb. j. Jō ait saluator. Johā. xvij. O pater manifestaui nomen tuū hoibus ⁊c. Et sic ptȝ qualiter fili⁹ incarnatus est nomē quo deus pater nominat se nobis Sed hoc nomē iesus. habēs tres syllabas est nomen vocale vel scriptū quo noiamus deū ⁊ spāliter illam psonā incarnatā ipsius filij. sicut patres antiqui nominabāt ipm per illud nomē quattuor litterarū. qd idē est qd iesus. Nā ille qttuor littere scȝ yot. he. vau. he. si recte cōbinentur in hebreo cum suis punctis reddunt hoc nomen yohessua hebraice qd idem est qd iesos grece et iesus idest saluator latine. Et sic hoc nomē iesus est quo nos nominamus illā personā xpi. eo ꝙ significat saluatorem ⁊ redēptorē ⁊ glorificatorē: quem oēs patres vete. testa. expectabāt: vt veniret ad saluādum ⁊ redimēdum genus humanū. Jdeo tantopere desiderabāt scire ꝓprietatē illius nominis tetragrāmaton nō rōne signi sed rōne significati: quia significabāt messiā in lege ꝓmissum. Et illi tantū habebāt litteras huius nois iesus scȝ yot. he. vau. he. in illo nomine: sed nō habebāt sonum q: nō pronūciabāt nisi adonay. ⁊ sic nondū habebant propriū sonū: nec sciebāt ꝓpriū significatū q: nesciebāt ꝓprie qd significabāt ille quattuor littere. Et ideo vtrūqꝫ desiderabāt scire scȝ sonū ꝓpriū illius nois quattuor litterarū ⁊ significatū eius. Sed nobis quib⁹ datū est nosse mysteriū regni dei: deus reuelauit in nouo testa. sonū illi⁹ nominis tetragrāmaton qꝫ gabriel dixit virgini marie. Ecce cōcipies et paries filiū ⁊ vocabis nomen eius iesum. Et hoc idē reuelauit angelus in somnis ioseph dicens. vocabis nomē eius iesum et reuelauit etiā eius significatū cum subdit. ipe eñ saluū faciet populū suū a peccatis eoꝝ. Sed hoc magis reuelauit nobis xps cū realiter predicauit ⁊ dedit legē euāgelicam: et pro nobis passus est et resurrexit ⁊c. Per quā passionē nos realiter saluauit et redemit: et sic fuit notū nomē dei in mundo per xpm et diuulgatū in vniuersa terra per apostolos. et factū est admirabile in celo ⁊c. ¶ Sed restat adhuc difficultas. Nā apli et sancti viri in hoc nomine iesu faciebāt signa ⁊ miracula vt ptȝ per totū discursum actuū apostolorū: ergo sequitur ꝙ virtus faciendi miracula erat in illis tribus syllabis breuib⁹ hu⁹ nominis iesus. ¶ Ad hoc respōdetur ꝙ virtus faciēdi miracula nō erat realiter in illo noie trissyllabo nisi tanꝙ in signo: sed illa virtus erat realiter in eius significato scȝ in illa persona filij ⁊ verbo incarnato ⁊ in tota trinitate: quā quidē personā xpi apostoli inuocabāt sub illo nomine: sed causa quare xps magis faciebat miracula inuocatus sub illo noie erat: quia illud nomē magis notificat dignitatē xpi et oēs eius perfectiōes et eius potestatē: quia est nomē omnipotētie et sapiētie et mie et potestatis ⁊ iustitie vt dictū est. Et ideo vult ꝙ quādo nominamus ipm sub hoc noie iesu: omne genu flectat ⁊c. Et sic voluit de⁹ eligere magis hoc nomē ꝙ aliud vt in eius prolatiōe deū adorem⁹ sicut voluit eligere crucem: vt in illo signo adoremus xpm ipm. Et sic ptȝ qualiter persona xpi scȝ verbū incarnatum est nomē dei quo ipse nominat seipm: et hoc nomē vocale iesus est illud nomē quo nos deū nominamus specialiter personā filij attributiue modo quo dictū est. ¶ Sed nunc restat respōdere ad argumēta iudeorū in pricipio adducta. Jdeo ad primū quādo dicitur ꝙ hoc nomē iesus iam fuit notū in vete. testa. ergo nō est illud nomen dei ⁊c. Respondet ꝙ licet hoc nomē vocale trissyllabū iesus fuerit notum in vete. testa. Tamen verbum incarnatum quod est verum nomen dei quo deus nominat seipsum nunꝙ fuit notum nec manifestum in vete. testamē. vsqꝫ quo deus venit in carnē

Marginal notes: Quare baptizabatur in nomine Jesu. — Obiectio. — De⁹ duo nomina cōtinet. — Dubiū. — Nota quō virtus faciēdi miracla erat in noie iesu. — argumēta.

nec etiam nomē domini tetragrāmatō fuit notū quo ad eius propriū sonū et eius propriū significatū: vsq3 quo per angelū fuit marie ⁊ ioseph expressum ⁊ reuelatū: vt dictū est. Itē hoc nomē Jesus, valde equiuoce dr̄ de iesu naue et de iesu xp̄o. Nam de illis tribus sc3 iesu naue ⁊ de filio sirach et de filio iosedech dicebat̄ hoc nomē iesus tā̄q de figura inquātū fuerūt figura xp̄i: s3 de christo dr̄ iesus tanq̄ de v̄itate figurata p illos sicut equiuoce dr̄ homo de hoīe picto ⁊ de hoīe vero ⁊ viuo. ¶ Ad 2m aūt cū dr̄ q per illud nomē dei erūt facienda miracula qd̄ nō videm⁹ fieri hodie ad inuocationē hu⁹ noīs iesus ⁊c. Respōdet̄ q iesus xp̄s qui est nomē dei iam fecit infinita miracula in vita ⁊ in morte ⁊ in resurrectiōe. vt p3 per totū discursum euangelicū. Et apostoli iam fecerūt infinita miracula cum inuocabāt cum sub hoc nomine iesu: vt patet in actibus apostolo2: et in ecclesiastica hystoria ⁊ in gestis marty2u3 ⁊ alio2 sanctorum: eo q tunc erant necessaria miracula pro fidei fauore. Et xp̄s iam mutauit ⁊ cōuertit ferrū et cuprū in argētū ⁊ aurū quādo populū gentile3 ad fidem cōuertit: ⁊ cōuertit ferrum ⁊ stannū veteris legis in aurū ⁊ argentū euāgelicum et detexit thesauros euāgelicos qui latebāt in scriptura veteris testa. Et hoc in nomine iesu ⁊ in eius v̄tute suscitati sunt mortui ⁊ sanati egroti ⁊ mitigatu3 mare ⁊c. Et iam edificauit nouā hierlm̄ ⁊ dōnatus est toti orbi: vt patebit ps. xviij. ⁊ lxxi. Causa autē quare nunc nō fiunt tot frequētia miracula sensibilia est: quia tūc nō sunt ita necessaria. Unde duplici ex causa tunc fiebāt sensibilia miracula. Primo propter exigētiam tēporis: vt infideles videntes miracula mouerētur ad credendu3 ⁊ venirent ad fidem christi. Secundo hoc accidebat pp̄ter feruentem fidem et charitatē ⁊ sanctitatē apostolo2u3 ⁊ marty2ū inuocantiū christū sub hoc noīe et sic fiebant miracula propter augmētum christiane religionis. Secundo propter fidem inuocantium: sed quia christiana religio iam fuit dilatata per vniuersum orbem: ideo nō sunt necessaria miracula sensibilia ⁊ corporalia: sed miracula necessaria ⁊ spiritualia iugiter fiunt ad inuocationem huius noīs iesus. Nam iugiter remittuntur peccata in baptismo ⁊ penitētia ⁊ extrema vnctione: et iugiter cōfertur gr̄a in oībus sacramentis et in oratiōibus ecclesie ad inuocationē hu⁹ nominis: sed hoc nō percipiūt miseri iudei ⁊ infideles. Ad tertiū autem respondetur q hoc nomē iesus iam fuit magnificatū ⁊ dilatatū ⁊ predicatum per totum orbē a solis ortu vsq3 ad occasum ⁊ ab aquilone in austrum. quia in omnē terrā exiuit sonus et predicatio apostolo2ū. ⁊ totus populus venit ad fidem post conuersionē Constantini imperatoris: sed postea sarraceni deuiauerunt a fide. Uerūtamē adhuc nomen iesu est magnificatum inter eos ⁊ in alcorano eo2ū et nomē v̄ginis marie. Qd̄ aūt iudei nō credāt nec venerētur hoc nomē dei qd̄ est iesus. hoc accidit ex cecitate ⁊ maledictiōe eo2. sicut iā pp̄hetatū est per oēs pp̄hetas. Uñ de iudeis ⁊ infidelib⁹ p̄sequētib⁹ hoc nomē dn̄i dr̄: Esa. lij. Qm̄ ablatus est populus me⁹ gratis dn̄atores eius inique agūt dicit dn̄s ⁊ iugiter tota die nomē meu3 blasphemat̄: sed de populo christiano subdit propheta. pp̄ter hoc sciet pp̄ls meus nomē meum in die illa: q2 ego qui loquebar ecce adsum ⁊c. Ecce ergo qualiter iudeis manētib⁹ cecis ⁊ reprobatis: nomē dn̄i tetragrāmaton. qd̄ est iesus fuit admirabile ⁊ magnificatum in vniuersa terra per aduentu3 christi. prout dauid prophetizauit in hoc psalmo.



Onfitebor tibi domine, in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. *infra. cx. ⁊ cxxxvij. xv. qd̄. s. reuerti⁊ mini. ij. q. iiij. c. cōsuluit⁊ sti. xxij. dist. erubescāt.*

Letabor ⁊ exaltabo in te: psalla3 nomini tuo altissime.

In conuertendo inimicum meum retrorsum infirmabuntur et peribūt a facie tua.

Quoniam fecisti iudicium meum et causam meam: sedisti super thronu3 qui iudicas iustitiam.

¶ Titulus in finē, p occultis filijs ps. dauid. Ex titulo apparet q dauid fecit hunc psal. dirigens nos in xp̄m: et xp̄s messie. q2 est finis legis q pro pter cātabat̄ ad victoriā vocū. S3 relectio vanis modis dicēdi iudeo2 est aduertēdū pp̄ter id qd̄ addit̄, p occultis filijs: q l3 ad totā trinitatē ptineat iudicare. eo q opera trinitatis sunt indiuisa ad extra: tn̄ filio attribuit̄ iudiciū inq̄tū hō. sicut ipsa redēptio eo q est mediator dei ⁊ hoīm vt dictū est i plogo. Et ex eo q fuit missus ad ferēdā legē euāgelicā ergo ad eū specialiter ptinet iudicare obseruatores legis ⁊ trāsgressores tribuēdo vnicuiq3 pmiū s̄m opa sua. Quā quidē iudiciariā potestatē adept⁹ est filius pp̄ter suā hūilitatē et patientiā vt dictū est psalmo p̄cedēti. D ¶ Uerūtamē attēdendū q triplex legit̄ de xp̄o iudiciū sc3 iudiciū discretiōis ⁊ secretiōis ⁊ discussionis siue publice examinatiōis ⁊ retributiōis. Nā primū iudiciū sc3 discretiōis fecit xp̄s in primo suo aduentu quādo dedit legē euangelicā in qua discreuit ⁊ separauit granū a paleis ⁊ veritate3 ab vmbra legali annullando cerimonialia que erāt figura legis et v̄itatis euangelice quia lex p moysen data est gr̄a aute3 et veritas per christu3 facta est. Jo. primo. Discreuit etiā inter vera3 ⁊ falsam religionē. eligēdo fideles in ecclesia sua: ⁊ sic ascendēs in celū sedet a dextris dei: vbi accepit iudiciariā potestatē a patre p quā totū istū statum iudicat in occulto ⁊ i secreto. s3 in vniuersali iudicio iudicabit in publico. Et iō omne iudiciu3 qd̄ fecit xp̄s ab ascēsiōe vsq3 ad finē mūdi vocat̄ iudiciū secretiōis. eo q est nobis secretū ⁊ occultū eo q nō videm⁹ iudicē oculis corporeis: et etiā q2 iudicata sunt nobis occulta: q2 nescimus discernere quo sunt iudicati illi q ab hac vita discesserūt sc3

Quare fiebant miracla

Triplex est iudicium de xp̄o.

an sint dānati an saluati. Sz solū gñaliter scim⁹ q̄ solū boni xp̄iani saluanť q̄ cū charitate decesserūt ⁊ sunt ēt nobis occulte punitiōis malorum et premia bonoꝝ. Itē videm⁹ in hac vita bonos affligi ⁊ malos tpaliter pꝓsperari. qḋ non fit sine occulto iudicio. ¶ Itē videmus q̄ lз mali ad tp̄s pꝓsperenť. tñ multi coꝝ vel in vita puniunť vł mala morte finiunť. Et ideo oia ista iudicia que xp̄s facit in hoc tpe dicunť occulta de quib⁹ dr q̄ cathedrā tз in celis qui occulte ⁊ manifeste iudicat in terris de quibus iudicijs occultis est materia huius psal. de quibus dr in titulo pro occultis filij id est q̄ dd̄ fecit hūc psalmū de occultis iudicijs ⁊ punitionib⁹ xp̄i filij dei. que facit p̄cipue ď malis affligētibus bonos in hac vita. q: nullū bonū irremuneratū ⁊ nullū malū impunitū. Et ēt iudiciū finale dr occultū. inquātū eius tp̄s est nobis ignotū. C ¶ Scd̄o est notandū q̄ dd̄ preuidit in spū oēs pꝯsecutiōes q̄s passura erat ecclesia a primo aduētu vsq̄ ad scd̄m: ⁊ preuidit ēt oēs punitiones ⁊ vltiōes q̄s xp̄s debebat successiue facere de pꝯsecutoribus ⁊ afflictoribus eccl̄ie ex suo occulto et iusto iudicio. Nā lз xp̄s pmiserit ad tēpus suā eccl̄iam ab infidelib⁹ ⁊ malis affligi. tñ in fine semꝑ puniuit malos ⁊ exaltauit ⁊ liberauit bonos de quibus pꝯsecutionibus ⁊ punitionibus dd̄ fecit hūc psalmū. Sz est aduertēdum f̄m Aug. q̄ q̄tuor principales pꝯsecutiōes erat passura eccl̄ia a primo aduētu xp̄i vsq̄ ad scd̄z. Primo pꝯsecutionē iudeoꝝ in apostolis. Scd̄o pꝯsecutionem tyrānoꝝ tpe martyꝝ. Tertio pꝯsecutionē hereticoꝝ ⁊ prauorū hoīm in qua nūc sumus. Quarta erit pꝯsecutio antixp̄i. Sz in oībus his lз xp̄s pmiserit eccl̄iaз suā ad tp̄s affligi per malos tñ ꝓ finaliter liberauit ecclesiā ⁊ puniuit malos. Naз post primā pꝯsecutionem puniuit iudeos ⁊ romanos. In scd̄a puniuit tyrānos imperatores ⁊ ceteros pꝯsecutores martyrū diuersis penis vt ptз de nerone ⁊ domitiano ⁊ diocletiano ⁊c. Et liberauit eccl̄iam. In tertio puniuit hereticos ⁊ videm⁹ quotidie prauos ⁊ malos puniri post longā pꝓsperitatē. Quarto puniet antixp̄m ⁊ suos seq̄ces: anꝗ̄ xp̄s veniat ad vl̄e iudiciū. Et de istis q̄tuor iudicijs occultis fecit dd̄ presentē psalmū. Cā ergo finalis ⁊ intētio dd̄ in hoc psalmo est deterrere ⁊ incutere timorē malis vt timeāt diuinū iudicium ⁊ desistāt a pctīs ⁊ inducere bonos ad patiētiā in aduersis: q: nullū bonū irremuneratū ⁊ nullū malū impunitū. Duo ergo p̄ncipalr̄ agit. Naз primo dicit se velle ꝯfiteri mirabilia iudicia dei. Scd̄o incipit narrare per singula ibi increpasti gētes. D ¶ Quantū ad primū est aduertendū q̄ cōfiteri idē est q̄ veritatē spōte fateri. et hoc contingit dupliciter. Nā aut cōfitemur fctā nr̄a aut facta dei: primo mō non possumus confiteri nisi pctā q: in actibus nostris vt nostri sunt: nō inuenitur nisi pctm̄ f̄m Aug. si quid boni agimus: illō non est ex nobis tanꝗ̄ ex nobis: q: oīs sufficiētia nostra ex deo est f̄m ap̄lm. Et ideo talis cōfessio volūtaria dr cōfessio pctōꝝ. ⁊ hoc pertinet ad penitētiā. Ex hac aūt cōfessione dicet psalmo .xxxi. Dixi cōfitebor aduersuз me ⁊c. ¶ Cōfessio aūt de deo est triplex. q: aut cōfitemur eius excellentiaз et oīpotentiam vt puta ipsum esse trinū et vnum et oīm creatorem et incarnatū et redēptorem ⁊c. Et tūc dr cōfessio fidei de qua ait saluator Mathei .x. Qui me confessus fuerit corā hoībus. ꝯfitebor et ego eū ⁊c. Aut cōfitemur eius bonitatē et miam. Et sic narramus et allegamus eius nobis collata bn̄ficia: et talis dr confessio bn̄ficioꝝ ⁊ ptinet ad grarū actiones et ad laudes. Et ď hoc dauid fecit plures psalmos. qui incipiūt a cōfessione. puta confitebor aut confitemini dn̄o qm̄ bonus ⁊c. Iteз de hoc fecit oēs psalmos alleluiaticos et hymnos de laudibus dei memorādo beneficia. Tertio aūt possumus confiteri iusticiam dei narrando eius iudicia iusta et occulta aut manifesta. et hec dicitur confessio iusticie et iudiciorum occultorū et ineffabiliū et tremēdoꝝ dei et ď hac materia est iste psalmus. Ideo ait propheta dauid. Confitebor tibi dn̄e in toto corde meo. i. non solū ore. sed toto corde tibi spōte manifestabo et profitebor omnia mirabilia et tremēda iudicia tua. Unde lз non possim nec sufficiam narrare omnia mirabilia in numero in hoc psalmo: tamen narrabo omnia mirabilia iudicia tua in genere que facturus es. siue fecisti in ecclesia a pꝛimo aduentu vsq̄ ad secundum. et licet ista narratio iudiciorum dei sit ad terrorem malorum ⁊ prauorum peccatorum: tamen est ad exultationē iustorum vt habeant etiam patientiam in aduersis et ne desperent in persecutione. sed expectent premium de sua patiētia. et credant futurā punitionem suoꝝ persecutorū. Ideo subdit dd̄ in pꝯsona ecclesie et cuiuslibet iusti. ego letabor facie et exultabo in gestu in te. O dn̄e altissime ⁊ psallaз tibi gratias agendo de premio bonoꝝ et punitione maloꝝ. Letabor dico in conuertēdo inimicū. i. q: conuertisti inimicū meū retrorsum scз diabolū et mēbra eius. Litera Hierony. hз gratulabor in te et psallam nomini tuo vt reuersi sunt inimici mei retrorsum et corruerunt et perihuut ante te. et sic est litera plana. Nota q̄ inimicus ecclesie est primo diabolus in capite. et ex consequenti mēbra eius. membra autem diaboli primo fuerūt iudei Secundo tyranni. Tertio heretici. Quarto erit antixp̄s cum sequacibus suis. hos xp̄s conuertit retrorsum. et fecit retrocedere qn̄ eis abstulit vires et debilitauit et infirmauit et abstulit arma in q̄bus confidebāt. Ideo subdit ip̄e inimicus diabolus et membra eius infirmabunť in aduentu tuo primo et secundo: et peribunt a facie tua. Nā diabolus fuit infirmatus et eiectus per baptismuз et mortem et passionem xp̄i. Et mēbra eius. s. iudei et tyranni et antichristus fuerunt primo puniti in h̄ mūdo tpalr̄ ⁊ in alio eternalr̄ cū diabolo.

Increpasti gētes ⁊ periit impi⁹: nomē eoꝝ delesti in eternū ⁊ in scl̄m seculi.

¶ Hec est scd̄a ps in qua explicat ⁊ narrat ꝑ singula occulta xp̄i iudicia ꝑ manifestas punitiōes tēporales maloꝝ et inimicoꝝ eccl̄ie ꝑ iudiciū secretionis. Et tria facit. nā primo p̄dicit punitionem in hoc mūdo tpalem pꝯsecutoꝝ eccl̄ie tā iudeoꝛuз

Margin notes: Cōfiteri qd̄ est — Triplex cōfessio de deo. — xv. q. s. nō est et xviij. q. 6. v. s. vlti.

q gentiliū. Scd̄o punitionē eternam in inferno oim̄ peccatoꝝ impenitentium siue obstinatorum. Tertio punitionem antixp̄i visuoꝝ. Scd̄a ibi cognoscet dn̄s iudicia faciēs. Tertia exurge dn̄e. D

Dupliciter xp̄s puniuit iudeos. ¶ Quantū ad primum est aduertendū q dupliciter puniuit xp̄s pplm̄ gentilē ꝛ etiā iudeos. Prio destruendo in eis errorē ꝛ suscitando fidē. vt inqt Aug. Et sic destruxit in eis ꝛ exterminauit diabolum. Scd̄o puniuit ꝛ destruxit obstinatos in corpore ꝛ aīa. dicit ergo o dn̄e Jesu xp̄e tu icrepasti gentes ꝛ etiā iudeos gentiliter viuentes. ꝛ hos increpasti per predicationē aploꝝ in quibus cōuersis perijt diabolus impius qui eis dn̄abatur. qꝛ destruxerūt omnia idola que adorabāt. Et sic delesti nomē eorum in seculū seculi: qꝛ nō vltra nominantur gētiles. Sꝫ xp̄iani vt ptꝫ. za. xiij. in illa die destruā oia noia idolorum. ꝛ nō nominabuntur vltra. Et oēm spm̄ immūdum auferā ꝛc. Jtē nō solū destruxisti supstitionē gētiliū. Sed etiam delesti regnū ꝛ sacerdotiū iudeoꝝ: ꝛ regalia ꝛ cerimonialia. qꝛ nō erūt amplius in memoria quo ad effectū vt patet Esa. lxxxvj. Jtem non solum delesti gentiles et iudeos spiritualiter vt dictum est: sed etiam temporaliter.

xxiij. q. v. §. vlti. c. Ego furoris mei asfur. **Inimici defecerūt framee in finē et ciuitates eoꝝ destruxisti.**

¶ Nam framee id est arma et potestates inimici scilicet populi iudeorum defecerunt in finem id est finaliter et eternaliter. et ciuitates eorum scꝫ hierusalem et ceteras ciuitates iudee et galilee destruxisti per Titum ꝛ romanos in vindictā mortis christi et etiam destruxisti ciuitates gentilium obstinatorum. Nam misisti pestilentias et guerras et strages inter eos. et hoc in vindictam sanguinis martyrum vt patet in octauo et decimo et vndecimo ecclesiastice hystorie. Unde licet christus ad tempus permisisset gētiles persequi christianos tamen in fine reges christianorū destruxerunt complures ciuitates paganorum et subiecerunt eos. Unde Karolus magnus vastauit totam Saxoniam et interfecit omnes paganos vltra etatem septem annorum. Jtem legitur q multe ciuitates paganorum fuerunt fulminate ꝛ submerse ꝛ terremotu subuerse ꝛ viscerali et etiā externo bello desolate. que oīa facta sunt iusto dei et occulto iudicio in vindictam sanguinis martyrum. Et sic.

xvij. dis. multis. ꝛ xxv. q. iiij. c. s. **Perijt memoria eorum cū sonitu: ꝛ dn̄s ineternū permanet.**

¶ Memoria illorum obstinatorum perijt cum sonitu et strepitu armorum et clangore tubarum. ꝛ tamen dominus id est nomē christi ineternū permanet stabile et firmum cum ecclesia sua. Nā ipsi conati sunt delere nomen christi et tunc ipsi deleti sunt. ꝛ fides christi manet stabilis et inconcussa et sic diabolus fuit extinctus et deletus in se ꝛ in membris suis. Nam primo fuit eiectus foras p baptismū a cōuersis. Scd̄o fuit destructus in mēbris obstinatis. Nā pncipes facti xp̄iani optinuerūt ciuitates gentiliū. ꝛ cōminutis idolis consecrarunt xp̄o tēpla eoꝝ. Et sic perijt memoria diaboli cum sonitu p̄dicationis apostolorum ꝛ doctorum. Et etiā perijt memoria obstinatoꝝ cum sonitu diuine punitionis ꝛ finie. Et nō solū perijt memoria supradictoꝝ infideliū sed etiā memoria diuitū ꝛ magnoꝝ principū xp̄ianoꝝ perijt cū sonitu cāpanaꝝ ꝛ cymbaloꝝ. Nā cū morit aliqs magnus diues malus cōiter fit magnus sonus cāpanaꝝ ꝛ exequiarū. Et sic perijt memoria eius qꝛ nihil dignū memoria dimittit in mūdo. Sed memoria iusti nunq̄ peribit qꝛ in memoria eterna erit iustus. Et sic ptꝫ q xp̄s destruxit oēs malos et infideles. et omnes impenitentes. et ratio est. Nam ipse in die ascēsionis assumpsit iudiciariam ptātem: sedens ad dexterā patris: et tunc. ix. q. iij. c. aliorꝫ.

Parauit in iudicio thronū suū ꝛ ipse iudicabit orbē terre in equitate iudicabit populos in iusticia.

¶ Parauit thronum suum in iudicio. et iō iudicabit populos in equitate et iusticia. ꝛ hoc in occulto. quia sicut est iudex iustus. ita nullum bonum relinquet irremuneratum et nullum malum impunitum.

Et factus est dominus refugiū pauperi adiutor in opportunitatib' in tribulatione. vij. q. 1. §. aduersitas. ꝛ. vij. q. 1. §. cū 'pauss io. ꝛ. v. q. v. non omnis.

¶ Factus est refugium pauperis populi christiani vexati et afflicti. et factus est adiutor eius in opportunitatibus et in tribulatione persecutionum. ¶ Et nota q dauid in toto libro psalmorum vocat et appellat populum christianum pauperem eo q lex euangelica continet omnes diuitias mundanas propter regnum celorum. Matth. v. Jtem non solum fuit adiutor populi christiani contra persecutores paganos. Sed et est adiutor in tribulatione et persecutione cuiuslibet pauperis christiani iusti contra oppressiones diuitum. Nam licet christus ad tempus permittat malos prosperari. et bonos persequi. tn̄ in fine liberat eos et punit malos. Et sic christus liberauit ecclesiam de manu tyrannorum. Et iō vt iusti nō desperent. in persecutione. Sequitur.

Et sperent in te qui nouerūt nomen tuum quoniam non dereliquisti querentes te dn̄e. arg. viij. q. 1. clemens. et xxiij. q. 3. vij. scire. xj. q. iij. c. ad mensaꝫ.

¶ Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: qd̄ est Jesus cui proprium est saluare ideo non dereliquisti querentes te domine. quasi dicat quia proprium est tibi saluare: cum sis Jesus ideo non dereliquisti querentes et sperantes in te. Unde nota q ista prophetia fuit impleta tempore Constantini: quando deus dedit pacem ecclesie per conuersionem gentilium et quotidie impletur qꝛ frequenter christus punit malos et liberat iustos sua potestate. viij. q. 1. oportet.

Psallite dn̄o qui habitat in syon annunciate inter gentes studia eius. xxvj. di. c. si quis vult.

¶ Hic dauid predicit festiuitates quas ecclesia incepit celebrare in memoriam sanctorum martyrum postquam cessauit persecutio tempore constantini. Unde ecclesia letatur in celebrando memorias martyrum: et etiam in punitione tyrannorum et persecutorum ecclesie. ideo dauid exhortatur fideles ad laudem dei dicens. psallite o vos christiani: cantate et agite gratias domino iesu christo qui habitat in hac syon per gratiã et in superiori per gloriam et annunciate studia eius: id est legem euangelicam et triumphos martyrum in ecclesia celebrando eorũ festiuitates: ⁊ hoc annunciate inter gentes ad fidẽ conuersas.

xlvij. di. ca. sicut hi. ⁊. xij. q. iij. gloria epi.

Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: nõ est oblit⁹ clamorem pauperum.

¶ Non est oblitus clamorem pauperum martyrum immo est requirens sanguinem eorum de manu tyrannorum: quia in vindictã sanguinis martyrum puniuit neronem et domitianũ ⁊ diocletianum: et ceteros tyrannos.

supra. vj. a. xxviij. di. sedulo. ⁊. xlvj. di. milit.

Miserere mei domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

¶ Hic forsan ecclesia liberata a tyrannis siue de manu tyrannorum per Constantinum. postea petit liberari de prauitate et persecutione hereticorum. Unde dicit miserere mei o domine iesu christe: et libera me de inimicis meis hereticis ⁊ arrianis: et ceteris qui surrexerunt contra me post constantinum: et vide humilitatem meam: ⁊ hoc dicit: quia ecclesia non vicit tyrannos hereticos cum armis: sed cum humilitate et autoritate sacre scripture. miserere mei dico.

xj. q. iij. c. custodi.

Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudatiões tuas in portis filie syon.

¶ Qui exaltas. inquit me de portis mortis. Nam fuit persecutio ecclesie per arrianos: que quasi superaret persecutionẽ tyrãnorum: vt ait Rufinus. xij. ecclesiastice hystorie. ideo christus exaltauit et liberauit eam de portis et interitu mortis et totalis desolatiõis. cum misit Athanasiũ: et basilium ⁊ Ambrosiũ. ⁊ Hylarium. ⁊ Hieronymũ. ⁊ Augustinum ad defendẽdum eam de prauitate hereticorum. Unde omnes isti extincto mendacio hereticorũ annunciauerũt laudatiões xpi ⁊ veritatem scripturarum in portis filie syon. scz ecclesie toto orbe diffuse: vt patet intuenti illam persecutionem. Et ideo subdit ecclesia.

j. q. iiij. c. domi. §. econtra.

Exultabo in salutari tuo: infixe sunt gentes in interitu quem fecerunt.

In laqueo isto quem absconderunt: comprehẽsus est pes eorum.

¶ Exultabo in salutari tuo scz in noĩe iesu qr supple gentes: idest gentiles et heretici infixi ⁊ submersi sunt in interitu quem fecerũt et astruxerunt contra me. Nã peccator ⁊ populus gẽtilium ⁊ cetus hereticorum cõprehensus est in laqueo: quem absconderũt: qr ipsi querebãt ⁊ machinabãtur laqueũ mortis cõtra fideles: sed ipsi cõprehẽsi sunt in morte. Nam nero interfecit seipsum: et Domitianus interfectus est a senatu. et Diocletianus grandi et turpi plaga est percussus: et Arrius cũ suis cõplicibus qui cum falsa expositiõe ⁊ intelligentia scripturarũ volebat fidẽ ⁊ ecclesiã confundere ipse in suo mendacio cõfusus. et interẽptus et a diabolo suffocatus est: et crepuit medius: vt ait Ambrosius. Itẽ tota illa bestia secte arrianorum que ab iferis extulerat caput postea triceps facta in se cõtra se cõfusa est. Et sic in laqueo quẽ absconderant contra ecclesiã ipsa comprehensa est. Et sic cõmuniter videmus pedes peccatorum cõprehensos in laqueo quẽ parauerãt cõtra iustos. Et sic cognoscetur dominus iudicia faciens quia vnusquisque peccator comprehẽsus est in operibus manuum suarum.

xv. q. j. c. nõ est. et c. sunt q̃dam. Et xj. q. j. §. his qs sacerdotũ. et vij. q. j. c. denique

Cognoscetur domin⁹ iudicia faciẽs in operibus manuũ suarum comprehensus est peccator.

Conuertantur peccatores in infernum: omnes gentes que obliuiscuntur deum.

¶ Licet iste versus possit adaptari cum sententia superiori. tamẽ eo qp hic interponitur vel preponitur diapsalma. videtur qp cõprehẽdat aliud gen⁹ sententie. Nã superius locutus est ⁊ p̃dixit punitionem tẽporalẽ persecutorũ ecclesie. Hic aũt in hac secũda parte predicit punitionẽ spiritualẽ oium peccatorũ obstinatorũ post hanc mortẽ in inferno. Nam si peccatores in hac vita non conuertũtur nec corrigũtur per punitiões temporales: sed moriũtur ipenitẽtes. tunc cõprehendũtur in malis operibus manuũ suarũ: ⁊ sic cõuertũtur ⁊ destinantur in infernũ ineternũ. Potest etiam dici qp postquam superius propheta predixit iudicium ⁊ punitiones temporales persecutorũ christi ⁊ ecclesie. Hic eorũ predixit perpetuã dãnationẽ factam in inferno. Et sic duplici pena puniũtur. dicit ergo dauid dñs iesus xps nõ solũ cognoscetur iudex et faciens iustitiam tpaliter in hac vita. sed etiam post hanc vitã imo cognoscetur xps faciẽs iudicia et punitionẽ de obstinatis post mortẽ. Nã ipse cõprehẽdet peccatorẽ in opib⁹ manuũ suarũ: qr veniet ad eũ sicut fur ⁊ in illo statu cõdẽnabit eũ ad penã perpetuã. iõ sequitur cõuertantur. i. conuertẽtur et destinabũtur peccatores in infernũ scz oẽs gẽtes et carnaliter viuẽtes qui obliuiscuntur deũ. Nã hac animaduersione percutitur peccator: vt moriẽs obliuiscatur sui: q̃ dũ viueret oblitus est dei. vt inq̃t Augu. Sed per oppositũ erit de iustis.

xxiij. q. j. circa mẽ.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum nõ peribit in finem.

¶ Deus nõ in finẽ et eternaliter oblitus est pauperis iusti. nec patiẽtia pauperũ peribit. imo pre

nerabitur: quia sicut nullum malum impunitum: ita nullum bonum irremuneratum. Ideo sicut mali eternaliter conuertuntur in infernum. ita iusti destinabuntur in gloriam celestem. peccatores ergo qui in vita sua noluerunt conuerti ad deum nec dimittere peccata: ideo comprehensi sunt in malis operibus. Et sic post mortem cõuersi sunt in infernum. idest destinati sunt in infernum. Unde licet talia iudicia facta de damnatis et improbis et impenitentibus post mortem sint nobis occulta quantum ad euidentiam: tamen sunt nobis certa quantum ad fidem: quia credimus omnes impenitẽtes eterna dãnatione puniri illico post vitam ad infernum.

xv. q. s. sunt qdã.

Exurge dñe nõ cõfortetur hõ: iudicentur gentes in conspectu tuo.

¶ In hac tertia parte predicit persecutionẽ ecclesie futuram tempore antichristi: et duo facit. Nã primo predicit predictã persecutionẽ. Secundo petit vltionẽ de antichristo ⁊ sequacibus suis ibi Exurge. Dicit ergo o domine iesu xpe exurge ne videaris dormire. postq̃ pmisisti regnare antichristum veni ne cõfortetur. nec prosperetur amplius homo scz antichristus qui est homo purus: licz faciat se deum et iudicentur gentes in tuo conspectu. Primo occulto iudicio temporaliter. Secundo i publico et vniuersali iudicio eternaliter puniendo. quasi dicat accelera aduentũ tuum ⁊ veni ad iudicium: ne cõfortetur ⁊ prosperetur per longum tẽpus iste homo iniquitatis antixps: ⁊ non permittas ipm diu regnare: sed abbreuientur dies illi: ne deficiant electi. quia antichristus tentabit decipere omnes electos ⁊ trahere ipsos ad heresim suam. ergo veni ad iudicium ⁊c.

6 pe. di. ij. c. s. in princi. ⁊ xcix. d. c. ecce.

Constitue domine legislatorem super eos sciant gentes quoniaz homines sunt.

¶ Cõstitue ⁊ ostĩde te legislatorẽ sup eos: ⁊ sciant omnes gentes qm̃ antixps ⁊ sui hoies carnales ⁊ voluptuosi sunt: ⁊ nõ penitẽtiales. Nã in pmo aduentu tu venisti cũ humilitate ⁊ dedisti legẽ euangelicam: sed contẽpserũt eã ⁊ noluerũt seruare eam nec tibi credere. immo putauerũt te esse hoiez purum: et nõ deũ. ìõ ostẽde te verũ legislatorẽ in iudicio super eos ⁊ sciãt oẽs gẽtes ⁊ cognoscãt qm̃ hoies sunt ⁊ carnaliter viuẽtes. ¶ Nota q multi referũt ly legislatorẽ ad antixpm vt sit sensus. O dñe iesu xpe postq̃ iudei ⁊ pctõres carnales ⁊ obstinati noluerũt te recipe. nec legẽ tuã seruare. iõ cõstitue antixpm pseudo legislatorẽ super eos: et permitte eũ regnare super eos in penã peccati: et sciant et cognoscãt qm̃ hoies carnales sunt: ⁊ ita

xv. qd. s. c. illa. xi. di. sed il lud. xxiij q. v. qd ergo et di. xix. anastasi⁹

puniantur ⁊c. Joh. v. Ego veni in nomine patris mei et noluerunt me recipere. veniet autem alius in nomine suo et illum recipiẽt. Et sic vterqz sensus põt esse verus ⁊ applicabilis littere.

Ut quid dñe recessisti lõge: despicis in opportunitatibus in tribulatiõe. Dum superbit impius incenditur pauper: comprehenduntur in consilijs quibus cogitant.

¶ Hic dat causam sui clamoris ⁊ querele ⁊ petitionis. Nã qz dixit exurge. i. ne videaris dormire et ne permittas amplius regnare hoiem iniquitatis. Ideo sequit: vt quid. i. quare recessisti tam diu longe a populo ⁊ ecclesia tua: permittẽdo ipsam crudeliter concuti: affligi et vexari. et conculcari per antixpm. Et despicis populũ xpianũ: et quẽlibet iustũ in opportunitatibus ⁊ tribulatiõe persecutionis. i. dando opportunitatẽ antixpo ⁊ sceleratis. vt ipm persequãtur ⁊ tribulẽt. Nã dum antixps ⁊ quilibet ipius superbit: ⁊ in supbiã eleuatur per potentiã sibi permissam tunc pauper populus xpianus: ⁊ quilibet iustus incẽditur ⁊ affligitur ⁊ vexat. ¶ Cõprehendũtur in cõsilijs. Hic incipit sentẽtia qz in hebreo habet capiat in cõsilijs. ideo est sensus. o domine fac vt antixpus et maligni non amplius affligãt iustos nec regnẽt. Sed capiantur et cõprehendãtur in consilijs quibus cogitant: ⁊ simili pena plectãtur ⁊ puniãtur.

Quoniam laudatur peccator in desiderijs anime sue: et iniquus benedicitur. Exacerbauit dominuz peccator: secundũ multitudinem ire sue non queret.

di. lxxxvi c. donare. De pe. di. s. illo vero.

¶ Dũ antixps ⁊ qlibet obstinat⁹ laudat ⁊ gloriatur in desiderijs aie sue ⁊ iniqu⁹ bñdicit. Nã oẽs sequaces sui laudãt ⁊ magnificãt eum adulando. Et sic peccator in tali psperitate elat⁹ exacerbauit ⁊ puocauit dñm et contẽpsit: ⁊ sic fm multitudinẽ ire. i. supbie sue nõ queret deũ vel de⁹ nõ qret eũ dando sibi grãm. Qz de⁹ exacerbatus irat⁹ nõ dabit sibi gratiã. ⁊ sic manebit in sua obstinatiõe et superbia induratus: ideo sequitur.

Non est deus in conspectu eius: inquinate sunt vie illius in omni tempore. Auferentur iudicia tua a facie eius omnium inimicorum suorum dominabitur.

xv. q. s. s. ãte fi. dist. xciij capi. diaconi.

¶ Nõ est deus in conspectu eius. inquinate sunt vie ⁊ operatiões illius in omni tpe. nõ male operando. sed male ceteris consulendo. qz ab infantia sua fuit possessus a diabolo: ⁊ sic ergo nõ habendo deum in cõspectu eius. nec iudicia eius pre oculis et pmissus a deo in sua obstinatiõe ⁊ potestate oĩm inimicorũ suorum iustorum. dominabit id est dominari permittetur. et sic deceptus.

Dicit enim in corde suo: non mouebor a generatione in generationem sine malo.

xlv. di. c. licz non nunq̃. ⁊ cap. recedite.

¶ Dicit. i. dicet in corde suo elatus non mouebor ab hac generatiõe sine malo. i. nõ perdã dñium et potestatẽ. super hanc generationẽ sine malo ⁊ pena cor. quasi dicat nullus poterit mihi resistere sine maximo dãno suo. Et non est mirum q ista di

cat antixps. Nam cu3 viderit omnia sibi bene ad votum suum succedere putabit deū nō curare nec prouidentiā habere de istis inferioribus. Et blasphemabit contra deum quia forsan erat illius secte et opinionis qui dicunt deum nō esse nec curare ista inferiora. ideo sequitur.

xxij. dis. c. hoc b3

Cuius maledictione os plenum est et amaritudine et dolo: sub lingua eius labor et dolor.

¶ Cuius maledictione. id est blasphemia et amaritudine. id est prouocatione ad iram contra deū et dolo contra homines os plenū est. sub lingua eius non erit. nisi labor et dolor. id est crudelitas contra iustos et tormenta. Et sic.

De pe. di. ij. s. n §. liberi.

Sedet in insidijs cū diuitibus in occultis vt interficiat innocente3.

¶ Sedet. i. sedebit cum diuitib⁹ sequacibus suis quos diuites efficiet de bonis pauperu3 raptis i occultis. vt interficiat oēm innocētē et iustū. ⁊ sic sedebit in prosperitate temporali.

xxiij. q. iiij. cap. duo ante finē. ⁊ iij. q. i. nl li. ⁊ de pe. dist. iij. § opponit

Oculi eius in pauperem respiciunt insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur vt rapiat pauperem rapere pauperem dum attrahit eum.

In laqueo suo humiliauit eu3 inclinabit se et cadet: cum dominat⁹ fuerit pauperum.

¶ Oculi eius in pauperem fidelē respiciūt. ⁊ insidiatur: parabit insidias in abscondito cū astutia sicut facit leo in spelunca sua. Nam sicut leo insidiatur in spelunca sua vt rapiat predā ad comedendum. Ita antichristus cum suis insidiabitur rapere id est ad rapiendum pauperem et spoliādū et interficiēdū eu3. Nā sicut auceps abscōdit se in tugurio et cadit inclinat⁹ i terrā ne videatur ab auibus et sic capit eas in laqueo et retiaculo suo. Ita iste malignus humiliando se: q̄si cadens in terrā cū suis psecutionib⁹ capiet eum se3 pauperē. Et hoc cū dñat⁹ fuerit pauperū. Et h̄ faciet iste miser filius pditionis quia putabit deu3 ista non respicere nec curare. ideo sequitur.

De pe. di. i. s. medicina.

Dicit enim in corde suo oblitus est deus: auertit faciem suam ne videat in finem.

¶ Sed forsan melius est q̄ ly in laqueo suo referatur ad punitionem antichristi et cuiuslibet maligni. vt sit sensus. Sed dum iste malignus antichristus insidiatur vt rapiat pauperem populu3 christianum: tunc deus humiliauit eum q: cadet cum dominatus fuerit pauperum Nam postq̄ deus permiserit regnare istū filiū perditionis. et sedere in templo tribus annis cum dimidio tūc deus interficiet ipsu3 spiritu oris sui. Et sic cadet in terra. secūda ad Thessa. primo. tūc apparebit eius iniquitas et delusio qui ante dixerat in corde suo oblitus est deus: ne videat nec curet ista inferiora immo ipse et omnes iniqui cognoscent istū dei iudiciū per experientiā. Et ideo sequitur.

Prima. ij. ca. pastor. xij. q. ij. gl'ia epi.

Exurge domine de⁹ et exaltet̄ man⁹ tua ne obliuiscaris pauperum.

¶ Exurge dñe deus: et exaltet̄ manus. i. potentia tua. i. veni ad iudiciū cū potestate magna et maiestate. et ne obliuiscaris pauperū. sed fac vltionē de persecutorib⁹ eorum. Nam.

arg. ij. q. viij. c. q̄ro. dist. lxxxvij. de solatis.

Propter quid irritauit impius deū dixit enim in corde suo non requiret Uides qm̄ tu laborem ⁊ dolorē cōsideras vt tradas eos in manus tuas.

¶ Propter quid impius antichristus et quo iure irritauit et cōtēpsit deū et dixit in corde suo deus non requiret ista scelera de manu mea putans te non esse verum deum et iustum iudicem: vides quoniam tu consideras laborem et dolore3 malorum vt tradas eos in manus tuas. Nā de⁹ pmittit malos regnare ad tēp⁹ vt finaliter tradat eos in manus suas ad puniēdū. Sed tamen considerat et vindicat laborem et dolorem quē pauperibus intulerunt. Et ideo sequitur.

xij. q. ij. gl'ia epi

Tibi derelictus est pauper orphano tu eris adiutor.

De pe. di. iiij. §. finis huius.

Contere brachium peccatoris et maligni queretur peccatum illius et nō inuenietur.

¶ Tibi derelictus est pauper ad defendendum: et liberandū. et orphano tu eris adiutor. q̄ nō deseres eum sine auxilio quia in fine psecutionis duplici pena punies antichristū et omnes oppressores pauperū Nā primo cōteres et franges brachium et potestatem antichristi et cuiuslibet maligni. Secundo queretur et examinabitur petm̄ eius Et sic iste malignus non inuenietur scriptus in libro vite. nec numerabitur iter electos s3 numerabit̄ in ifernū. Et sic pibit psperitas ⁊ regnū antixpi ⁊ oīum tyrānorū simul cū corpe et aīa. S3

De pse. dis. iij. c. vltimo.

Dñs regnabit i eternū et in seculum seculi peribitis gentes de terra illi⁹.

¶ Dominus iesus xp̄s regnabit in eternum post iudicium cum iustis et electis et pauperib⁹ cuius regni non erit finis. et vos gentes id est fideles homines terreni peribitis eternaliter de terra viuentium. Quononiam.

xlvij. dis. c. sicut hi

Desiderium pauperum exaudiuit dominus preparationem cordis eorum audiuit auris tua.

¶ Dñs exaudiuit desideriū pauperū. eo q̄ contēpserūt terrena et desiderauerūt celestia: ⁊ pparationes cordis eo3 audiuit auris tua eo q̄ nō pparauerūt neq̄ edificauerūt magnas domos in terra s3 p bona opa ppauerūt ppetuas mãsiōes i celo et passi sunt psecutiōes pp iusticiā. Et id̄o auris tua exaudiuit preparationes cordis eorum

ar. lij. q. ij. Iudicet.

Judicare pupillo et hūili vt nō apponat vltra magnificare se hō sup terrā

¶ Judicare .i. ad iudicādū iniurias fctās pupillo humili. vt hō iniquitatis antichristus et quilibet alius iniquus non apponat nec presumat nec addat vltra se magnificare super terram quia vltra non regnabunt tyrani et iniusti super terrā. Sʒ in

xxvi.q.5. iferno eternalr cruciabunt. ¶ Est et aduertēdū ꝙ

vi. agno tot⁹ iste ps pōt exponi de iudicijs q̄ xp̄s facit quo

uimus et tidie de tyrannis et oppressorib⁹ pauperū: quos lʒ

c. recedi deus permittat ad tps psperari: tn̄ finaliter vide

te. mus in bonis et psonis mala morte pire.

In domino cōfido quō dicitis anime mee trāsmigra in montem sicut passer.

¶ Titu. iste in finē ps ipi dd ex titulo apparet ꝙ fecit istū psalmuʒ dirigēs nos in christuʒ qui est finis legis: sed de materia dicūt iudei moderni ꝙ dd fecit hunc psalū vbi fugiēs a facie saul abijt i speluncam odollam vltra iordanē qn̄ cōgregati sunt quadrigenti viri de tribu et cognatione sua et fact⁹ ē eorum princeps cui dixit gad noli manere in presidio. Sʒ proficiscere in terram iuda quia deus erit tecum. E contra autem psuadebant cognati sui ne rediret in iudeaʒ quia saul querebat ipsum interficere. vt patet .i. Reg. xx .c. Et Dauid voluit magis obedire ipsi gad pphete ꝙ̄ suasioni consanguineorum. De quo aduentu et regressu in iudeam dicūt iudei ꝙ fecit hunc psalmū. quasi dicat ad cōsanguineos. Ego i domino cōfido cur phibetis me redire i iudeā: q: dicitis fuge a facie saul et transmigra in mōtē sicut passer fugiēs sagittariū, transmigrat in mōtem quia saul iā parauit sagittas suas in pharetra querens te iterficere. Jdō fuge ad mōtes et ne reuertaris in iudeā ⁊c. Et sic isto mō iudei litaliter exponunt istū psalmū de illa fuga. et reditu ipi⁹ dd i iudeā ad pceptū gad pphe. Sʒ manifeste pʒ talē expositionē eē iutilē nō explicātē aliqd sacrū cū dd nō min⁹ sit ppheta i hoc psalmo: ꝙ i ceteris maxime q: p hūc psal. dirigit nos i xp̄ʒ q̄ est finis legis vt apparet in titulo. pposito. Et id est dicēdū ꝙ supradictus reditus dd in iudeā nō est precisa et principalis materia huius psal. Sed fuit materia exēplaris et figuratiua inquātū dd pcuidit in spiritu spōtaneū aduētū xpi in hierusalem ad mortē ⁊ passionē ⁊ p ōns spōtaneā oblationē aplorū et martyrum ad martyriū suscipiēdum p christo ex illa ergo fuga accepit dd parabolā et ppositionem ad faciendū psalmū. ¶ Ad cuius intelligentiam est notandum sicut hētur Mat. xvi. ꝙ cum christ⁹ eēt i ptib⁹ tyri ⁊ sidonis icepit ostēdere discipulis mysteriū sue passiōis. et pmo quō oportebat euʒ ire hierosolymā. Et ibi multa pati a senioribus ⁊c. Cuius accessum volēs phibere petrus dixit absit a te dñe. nō erit tibi hoc. cui rñdit christ⁹. vade sathana q: mihi scādalū es. Et tunc xp̄s cōuersus ad oēs discipłos dixit. Si qs vult post me venire abneget semetipsū ⁊ tollat crucē suā et sequat me. Jtē legitur. Jo. x. ꝙ cuʒ iudei voluissent iesū apphēdere exiuit d manib⁹ eorum ⁊ abijt trās iordanē vbi solebat iohānes baptizare iuxta speluncā odollā: ad quā fugerat dd a facie saul vt supradictū est. ⁊ ibi mansit iesus p aliquot dies ⁊c. Sed cum esset ibi venit nuncius ex parte marthe et magdalene notificās qualiter lazar⁹ infirmabat ad mortē: et tūc dixit iesus discipulis suis lazarus amic⁹ noster dormit ideo eam⁹ in iudeā vt a somno excitē eū. cui dixerūt discipuli. Rabbi nunc querebāt te iudei lapidare ⁊ iterū vadis illuc. Ex quibus pʒ ꝙ discipuli multotiēs conati sunt phibere iesuʒ: ne rediret in iudeā ad patiēdū p nobis. Sʒ iesus magis voluit obedire ⁊ satisfacere patris volūtari ꝙ̄ pie ⁊ hūane suasioni discipulorū. Sʒ vēit i iudeā ⁊ suscitauit lazarū. vt pʒ Joh. xi. ⁊ postea passus ē p nobis. Ex supradictis pʒ ꝙ illa fuga dd a facie saul fuit ppria figura xpi. Nā ad eūdē locū trāsiordanē ad quē fugit dd vbi cōgregati sunt q̄drigēti viri ⁊c. Ad eūdē etiā locū fugit xp̄s cū discipulis suis a facie phariseoꝝ ad quē venerūt et cōgregati sunt multi. Jo. x. Jtē spōtaneus redit⁹ ipi⁹ dauid i iudeā ex pcepto gad pphete fuit etiā figura reditus et aduentus spōtaneus ipius xpi i iudeā et hierlm cōtra ꝯsensum discipulorū. Dia ergo ista p̄uidēs dauid in spiritu per illā figuram et reditum fecit hunc psalmum: in quo introducit xp̄m loquenteʒ in quo duo facit. Naʒ primo increpat discipulos suos prohibentes ipsum venire in hierlm ad patiendum pro nobis. Secundo predicit futuram punitionem et damnationem suorū crucifixorū ex iusto dei iudicio ibi dñs i tēplo scō suo Quātum ergo ad primū videns discipulos suos phibentes ipsum venire in hierlm ad puniēdū increpat eos dicens. O modice fidei nescitis ꝙ ego in domino confido qui liberabit me per resurrectionem et puniet iudeos per eternā dānationē quō ergo timentes dicitis anime mee non vadas ad iudeā: quia ibi te volebāt lapidare. Sed trāsmigra in mōtē .i. fuge ad montē. sicut passer fugit sagittarios volētes ipsuʒ interficere.

Qm ecce pctōres itēderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra vt sagittēt in obscuro rectos corde. De pe. dist. ij. §. opponitur.

Peccatores et maligni scilicet principes sacerdotum et pharisei parauerunt sagittas suas in pharetra. Nam sicut auceps intendit arcum suum et parat sagittas suas in pharetra ad sagittanduʒ passeres. Jta iudei intenderunt arcum sue potestatis: et malicie et preparauerunt sagittas suas in pharetra. idest machinati sunt falsa testimonia et crimina contra te et tuos in occulto. s. ꝙ tu dixisti destruam templum hoc ⁊ i triduo reedificabo illud et ꝙ prohibuisti dari cēsuʒ cesari ⁊c. Et oēs has sagittas parant in occulto: vt postea sagittent et feriant rectos corde scilicet te et omnes discipulos tuos et iustos. Jdeo caue ne vadas illuc quasi dicat christus omnia ista dicitis anime mee putantes me retrahere ex timore mortis Sʒ magis volo obedire pr̄i meo ⁊ cōpati toti gn̄i hūano ꝙ̄ vobis p nūc ꝯplacere q: i dño pr̄e meo cōfido q̄ liberabit me p resurrectionem et totum

genus humanum per meam passionem et puniet iudeos crucifixores meos ad eternam damnationem. Et ideo xps cōuersus ad patrem dicit. O pater oia supradicta dicunt discipuli mei ex quadā pia dilectione et compassione.

xxiii. q. v. iiii. q. h. vi. q. v. §. q. excite.

Quoniam quem fecisti destruxerūt: iustus autem quid fecit.

¶ Iniqui iudei destruxerūt et interfecerunt iustū filium tuū: quem tu tam magnis donis perfecisti verbo tuo veniendo et oia dona grarū nō ad mensuram tribuendo: et mediatorē dei et hoim cōstituendo quid ergo mali fecit iste iesus filius tuus quem ita grauiter per iudeos tractari permittis cum sit iustus sine peccato. &c.

xli. dis. c. parsimoniam.

Dominus in templo sancto suo: dominus in celo sedes eius.

¶ In hac scda parte predicit punitionē crucifixorum suorū in qua duo facit. Nam primo allegat deū esse iustū iudicē. Secūdo ex iusto dei iudicio predicit damnationē et punitionē suorum persecutorū ibi pluet super pctōres. Dicit ergo lz iudei occiderūt istū iustum sine pctō: tñ nō euadēt punitionē: qm dns deus sedet in templo sancto suo: in celo: et qz est dns et iustus index: ideo sedes eius iudiciaria est in celo. Et notanter ponitur ibi dns bis. Nā dns in templo sancto suo refertur ad patrem: sed per li dns: in celo sedes eius intelligitur filius: qui sedens a dextris patris accepit iudiciariam ptātem: et ideo dicit dauid q dns pater est in tēplo sancto suo et domin⁹ fili⁹ et sedes eius est in celo. q. d. q lz iudei iudicauerint xpz falso modo et occiderint iniuste. tamē sicut deus pater est in tēplo sancto suo. Ita dominus xps eius filius est a dextris patris qz in celo est sedes eius iudiciaria et sic iudicabit eos qui iudicauerunt. et interfecerant iniuste. Unde.

Abacuk ii. d. supra. ix. d.

Oculi ei⁹ in pauperē respiciūt: palpebre ei⁹ interrogant filios hominū

¶ Oculi eius respiciunt in quēlibet pauperē oppressum iniuste et passum iniuriam: vt puniat oppressores suos et vindicet ipsuz. Et palpebre eius eo q oia sunt nuda et manifesta oculis ei⁹ interrogant filios hoim carnaliter viuentes. Et dns iesus christus iudex vniuersalis. nunc in iudicio occulto et in fine mundi iudicio manifesto.

xxv. di. c. vnū ora rium. §. alias.

Dominus interrogat iustum et impium: qui autem diligit iniquitatē odit animam suam.

¶ Interrogat iustum et impium. i. examinat cām et discutit inter iustum et impium. Et sic tribuit vnicuiqz fm opera sua. Sed quia dicit q domin⁹ interrogat iustuz et impium. i. peccatorē. Posset aliquis dubitare cur vocat peccatorē impiū? Ad hoc respondet et subdit q omnis peccator est impius et crudelis. Nam peccator est ille qui diligit iniquitatem. Sed talis odit aiam suam et abhorret: offerens eā ad mortē perpetuaz et eternam: ergo est sibi impius et seruus et crudelis. Et est valde aduertendū per hoc q ait palpebre ei⁹ interrogant filios hoim. Nam hec est differētia inter iudicem prouidū: prudentē et tardum. Nam iudex grossus et tardus pcedit per ambages et lōgā locutionem et interrogationē verborū et circuitionē Sed iudex puidus et prudēs in solo aspectu iudicat. et cognoscit. et apprehendit veritatez inter iudicandos: et quasi in solo aspectu et colore et facie cognoscit reum. Et dicit ppheta q deus prouidus iudex non indiget longa interrogatione et circuitu ad cognoscendam veritatē. Nam in ictu oculi faciet iudicium. Unde palpebre eius et solus aspectus interrogant filios hominum et cognoscunt iustum et impium: qz oia nuda sunt oculis eius. Et ideo est prouisum ne quis cecus possit esse iudex: vt possit iudicare per colorem et mutationem faciei et alterationem &c. Duo ergo habet xps in iudicio. Primo q est iustus. Secundo q prouidus et prudens &c.

Pluet super pctōres laqueos ignis sulphur et spiritus procellaruz pars calicis eorum. De pctis dis. iii. q vult. i. gl.

¶ Illumina oculos meos. i. animā meam cecam et ignorantē et tenebrosam ꝛ falsa supstitione seductam ꝛ in tenebris peccatorum obrutā. Et hoc facies per legem euāgelicā: ꝛ ecclesiastica sacramēta. Ne vnq̄ obdormiā in morte peccati ꝛ ignorantie in qua sum. Ne inimicus meus diabolus dicat aliq̄n nec possit gloriari dicēdo. Ego preualui aduersus eū. i. aduersus hoīem in eterna eū captiuitate possidēdo. Nā si ego mortuus fuero ab hac vita sine fide euangelica ꝛ charitate: tunc inimici mei diaboli q̄ tribulāt me: in cuius ptāte sum tūc exultabunt eternaliter me cruciādo ꝛ in ptāte sua possidendo. ergo veni: ne differas ꝛ noli tardare: vt liberes me. ¶ Ego aūt. Hic ꝓmittit se grās acturū postq̄ fuerit liberatus ꝛ redēptus post aduētuꝫ ꝛ passionē xp̄i: ꝛ hoc in exhibēdo xp̄o verū cultū. B ¶ Unde nota ꝙ verus xp̄i cultus cōsistit in tribus principaliter. Primo interius in fide: spe et charitate. Nam fides est in intellectu: et spes et charitas in voluntate. Secūda pars cultus diuini consistit in laudādo deuꝫ: id est confitēdo eum ore coram hominibus: et agendo gratias beneficiorū siue ex beneficijs receptis. Tertio in bene operādo erga proximū. Unde primo credimus ꝛ diligimus deum: ꝛ ponimus spem nostram in eo: ꝛ hoc pertinet ad actū interiorē anime. Secūdo ex hoc prorumpimus in laudes eius et veram adorationem. Et exinde operamur opera mīe erga ꝓximū Et hoc seruat ecclesia. Nam primo p̄cipit et dat fidē: ꝛ spem ꝛ charitatē: ꝛ dona spūssancti p sacramenta ecclesiastica. Scḋo ordinauit officia ecclesiastica que septies in die deo cantamus. Et ordinauit festiuitates in quibus cantamus beneficia que christus nobis exhibuit per suam incarnationem et natiuitatem et passionem ꝛ resurrectioneꝫ ꝛ ascensionē et p̄dicationē. Et sic p̄dicamus in ecclesia oīa beneficia xp̄i agēdo grās ꝛ quotidie recōmemoramus passionē xp̄i: ꝛ offerimus xp̄m mediatorem dei ꝛ hominū: in sacramēto eucharistie. Et in his cōsistit scḋa pars diuini cultus. Tertio

Cultus dei consistit i tribus.

operando opera mie erga ,primū propter deum que est tertia pars diuini cultus. ¶ Hoc ergo puidens dauid in spiritu dicit. O xpe veni in carnem et illumina oculos mētis mee per tuaʒ legē euangelicam. Ne vnꝙ obdormiā ꝛc. Nā demones qui tribulant me exultabūt: idest exultarent si motus fuero a stabilitate fidei: ꝛ sine redēptiōe ab hac vita: autem pro sed: sed quia per fidem ꝛ spem mee redēptiōis intēdo saluari: in qua oēs antiqui saluabantur. quasi dicat ꝙ si motus fuero et recessero ab hac vita sine redēptione: tunc diaboli exultabunt ergo veni ad liberādum me ꝛc. Ideo semp in misericordia tua speraui quia tu per misericordiam tuam et passioneʒ me saluabis. Et cum fuero a te per passionem saluatus: ꝛ cum reposueris et constitueris me in lege gratie: tunc reddam tibi verum cultum.

Supra vij. di.

Exultabitur cor meum in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi: et psallam nomini domini altissimi.

¶ Primo exultabit cor meuʒ in salutari ꝛ redemptione tua ex firma fide ꝛ spe et charitate. Et hoc quo ad primā partē diuini cultus: quia gaudebo et exultabo me esse a te ꝛ per te redēptū. Et sic dolor quē in corde habebā ex statu miserie conuertetur mihi in gaudium ꝛ exultationē per aduentum tuum. Secūdo cantando dn̄o patri qui bona tribuit mihi mittendo filiū suum. Et sub eodē cultu et adoratione cantabo laudes dn̄o iesu xp̄o filio suo qui tribuit mihi bona. sez beneficia incarnationis et natiuitatis ꝛ legis euangelice et passionis ꝛ redēptiōis ꝛc. Et sic confitebor ipm verum deum et p̄dicabo publice per vniuersum mundū beneficia recepta ꝛ celebrabo officia in festiuitatibus septies in die ꝛc. Tertio adimplebo legem suam bene operādo erga proximū. Et sic ergo tripliciter colam ipsam: sez corde: ore ꝛ ope: ꝛ vita cōtemplatiua ꝛ actiua. Et sic tripliciter agaʒ grās pro bn̄ficijs a deo receptis in suo aduētu. ¶ Sed qꝛ intentio dauid in hoc psalmo non solū est prophetare desiderādo ꝛ p̄dicādo aduentū xp̄i: vt expositum ꝛ dictū est: sed etiā intētio eius fuit deducere nos ad veraʒ penitentiā exēplo suo. Ideo iste psalm⁹ est moraliter exponēdus ꝑ quolibet peccatore penitēte. Un̄ forsan dauid fecit hūc psalmū post pctm̄ adulterij Bersabee: qđ per annum celatū tenuit vt patebit psalmo. l. Iđ deflet in h̄ psalmo miserabilē statū suum ꝛ longā morā in illo pctō per qđ fuit separatus ꝑ annū a gratia dei et a spiritu ꝓphetico. Ideo in hoc psalmo agens pn̄iam duo facit. Nā primo describit totū ꝓcessum ꝛ decursum vere pn̄ie. Secūdo xo discursum et ꝓcessum status grē post pn̄iam in quo hō satisfaciat peccato: ibi ego aūt in mīa tua speraui ꝛc.

quid est pnia.

Quantū ad primū est notandū ſm Augusti. li. de vera ꝛ falsa pn̄ia ꝙ penitentia est quedā dolētis vindicta. puniens in se ꝙ dolet cōmisisse. Gregorius vero dicit ꝙ penitentia vera est peccata preterita cōmissa plangere et plāgenda iterū non cōmittere. Et sic omnes assignant tres partes penitentie. scilicet contritionē: ꝛ confessionem: ꝛ satisfactionem. Sed in prima parte multa procedunt scilicet ad cōtritionem. Nam processus penitentie debet correspōdere processui peccati: qđ similiter consistit in corde et ore et opere: vnde in pma parte multa continētur. Nam quis primo proponit peccare: sed cognitio precedit propositum. ¶ Nam primo homo considerat ꝛ cognoscit apparens bonum: ad qđ cōuertitur etiaʒ habet cognitionē dei ꝛ legis eius: a quibus auertitur. Et postea cōuertit̄ ad cōmutabile sibi apparēs bonum. Primo ergo auertitur ab incōmutabili sibi cognito bono ex lege sibi data. Secūdo conuertitur ad cōmutabile sibi apparēs bonum: ꝛ proponit peccare. Et hic dicitur prim⁹ gradus ꝓpeccati sez in corde per qđ illico perdit gratiā dei homo in qua erat. Secūdo sequit̄ locutio per os vel effectus ꝛ opus peccādi. Tertio sequitur ꝓsecutio. Et ideo oportet ꝙ tripliciter peniteat. sez corde per contritionē: et ore per confessionem: et opere per satisfactionē. Sed quia propositū peccandi precessit cogitatio. Nam ideo dicit̄ peccatū quia propositū et volūtarium. Ita ideo dicitur propositum et voluntariū: quia precognitum. Ita pariter vera contritio dicitur que est p̄cogitata et precognita. Ideo duo vel tria precogitātur ante contritionem. Nam primo peccator cōsiderat deum quem offendit: et a quo separatus est. Et gratiaʒ quā perdidit. Et legem cōtra cuius preceptum ꝛ iustitiam fecit. Secūdo considerat vtilitatē peccati et miserabilē statuʒ in quo est: et detestatur peccatum ꝛ reuertitur ad deum. Et tunc conuertitur in corde versando supradicta. Et sic dolet se contra deum peccatū cōmisisse. Et iste est primus gradus penitētie. Et sic in eodē gradu ꝛ statu proponit duo. Primo dimittere peccatū. Secūdo confiteri. Tertio nunꝙ amplius cōmittere. Et sic perficitur primus gradus penitētie: ꝛ sequitur ſcđus sez confessio peccati apud ecclesiā si adest facultas et opportunitas. Tertio sequit̄ post cōfessionem satisfactio et bona operatio in statu gratie. Et tunc ordinem seruat hic dauid: et docet seruare oēm penitenteʒ. Nam conuersus ad se: ꝛ vidēs miserū statum suum separatū a gratia dei: eo ꝙ a deo fuerat auersus et deus ab eo: et subtraxerat gratiā propter peccatū: ꝛ permisit per longū tempus manere in ipso: ideo dicit dauid ad deum. O dn̄e vsqꝫquo obliuisceris me in finē ꝑmittēdo me tādiu manere in pctō. Et vsqꝫquo ꝛ quādiu auertes faciē tuā a me subtrahēdo gratiā. Scđo cōsiderando peccatū ꝛ miserū statū suum dicit: q̄diu ponā cōsilia in aīa mea. i. cogitabo pctm̄ in quo sum tā detestabile ꝛ abbominabile: ꝛ hucusqꝫ nō potui nec volui exire. Tertio ex hoc seq̄tur dolor ꝛ cōtritio in corde: iō ait q̄diu ponā dolorē in corde meo per diē. i. ꝯtinue dū recordatus fuero peccati ꝛ offense dei. Et sic sequitur detestatio peccati in quo diabolus dominabatur sibi cum dicit: vsqꝫquo exaltabitur ꝛ dominabitur diabolus inimicus meus super me: possidēdo me ꝑ peccatū et hec est vera confessio: qꝛ cōfitet̄ peccatū suū: ꝛ proponit dimittere: et amplius non cōmittere: ideo

Gradus pnie.

petit liberari per gras gratificantē dicēs respice
dādo grā; o dñe deus meus: postq̄ per tm̄ tps
auertisti faciē tuā a me ꝓpter meū pctm̄: ⁊ exau/
di me: dādo veniā ⁊ dimittēdo culpā. Et illūina
oculos mētis mee. Ne vnq̄ obdormiā in morte. i.
ne moriar in mortali pctō: q: tūc esset pctm̄ obsti
nationis: ⁊ finalis impenitētie qḋ nō dimittit̄ in
hoc seculo nec in alio pro quo nō est orādum. Et
gloriaretur diabolus se preualuisse aduersuz me
Et ideo nequādo. i. aliq̄n inimicus meus diabo/
lus dicat ego p̄ualui aduersus eū tu ꝓpter miam
illūina oculos meos lumine tue grē mihi preteri
tam culpā remittēdo: ne amplius similia pctā cō
mittā. Nā si motus fuero ab hac vita ⁊ decessero
sine pnia: tūc demones qui tribulāt me tentando
per pctm̄: tūc exultabūt ⁊ ponit̄ futurū indicati/
ui pro cōiunctiuo: eo q hebrei carēt optatiuo ⁊ cō
iunctiuo: vt frequēter dictū est. q. d. Si decederem
sine pnia tūc exultarent inimici mei demones.
¶ Ego aūt. hic describit statū grē in quo fit vera
satisfactio. A Nam sicut status peccati hz tres
Iustus deo tri/pliciter/seruit. gradus. s. malū ꝓpositū et executionē ⁊ ꝑsecutio
nem. q: corde ore et opere pctōr offendit deum.
Ita pariter in statu grē iustus tripliciter deo ser/
uit. s. corde per fidē: spem ⁊ charitatē. Secūdo ore
deū laudādo ⁊ de bn̄ficio remissiōis pcti adepto
et pnia facta grās agendo. Tertio bona opera ꝑ
charitatē exercēdo. et pro reatu ⁊ pctō quodā; cō
misso plene satisfaciēdo. Et ista tria tāgit dauid
in hac lr̄a. Unde dicit primo: ego aūt postq̄ ege/
ro verā pniam et mihi fuerit remissa culpa: et illu
minatus fuero per grām. tūc in mia tua speraui
id est sperabo: et hoc per fidē verā ⁊ spē: ex quib⁹
sequit̄ charitas et vera exultatio in corde. nam si/
cut cū eram in peccato: delectabar in eo. Ita post
acta; pnia; delectabor in statu grē per fidē: spē ⁊
charitatē. Et sic exultabit cor meū in salutari tuo
id est in salute aīe mee quā per pniam acquisiui
⁊ tūc delectabiliter seruiā deo. Primo in vita cō/
tēplatiua deū laudādo: ⁊ grās agēdo pro benefi
cijs receptis. ⁊ sic cātabo dño qui tāta bona tri/
buit mihi culpā remittēdo: ⁊ grām cōferēdo. Se
cundo p̄sallā nomini dñi altissimi bn̄ operando
erga ꝓximū: ⁊ pro pctō satisfaciēdo. Un̄ nota q
tria ponunt̄ in hoc ꝟsiculo scz exultatio cordis:
per quā intelligit̄ status ⁊ gaudiū fidei: ⁊ spes:
et charitas dei ⁊ ꝓximi. Scđo ponit̄ cant⁹ ꝑ que;
intelligit̄ grā; actio: ⁊ vita ꝯtemplatiua. Tertio
ponit̄ psallere per qḋ intelligit̄ bona opatio ad
laudē dei ⁊ vtilitatē ꝓximi: que est obseruatio de
cem p̄ceptoꝝ. D Et toto isto psalmo possent
j. ꝯclō. recolligi quatuor ꝯclusiões. Quaꝝ pria est q de⁹
obliuiscit̄ pctōrem: ⁊ auertit faciē suā ab eo sub/
trahēdo grām ꝓpter pctm̄. Un̄ pctōr nō pecca/
uit: q: deus subtraxit gratiā: sed iō deus subtra/
xit gratiā eo q hō peccando abiecit eā. ⁊ sic deus
non est cā peccati: sed iste homo qui peccādo ab/
iecit grām. ¶ Scđa conclusio q oppositū accidit
ij. ꝯclō. in iustificatione pctōris: q: collatio gratie prece
dit abiectionē culpe. Nā ideo pctōr cōuertitur ⁊
iustificatur: q: deus illuminat eū gratiā cōferēdo
Ideo dauid in persona penitentis petēdo grām
gratificantem dicit. Illumina oculos meos ⁊c.
¶ Tertia conclusio: q si pctōr nō egerit pniā; in iij. ꝯclō.
vita: sed morit̄ obstinatus tūc diabolus dr̄ victor
et preualuisse aduersus eū: eo q tenuit hoiem in
pctō vsq; ad terminū: ⁊ nō reliquit ipsi locū pnie
¶ Quarta cōclusio q tria recuperat ⁊ consequit̄ iiij. ꝯclō
homo per pniam. Primo leticiā in corde recupe/
rando charitatē. Scđo cātat dño gratias agen/
do: q: euasit ꝑpetuā dānationē. Tertio libere ope
ratur meritorie scd̄m diuina mandata.



Dixit insipiens in cor/ Arg. de
de suo non est deus. pe. di. j. §. tres
¶ Titulus in finē ps ipsi da/ sunt. ca.
uid. ex titulo pz qḋ dauid fe/ medicina
cit hūc psalmū. dirigēs nos ⁊. xv. q. j.
in xp̄m qui est finis legis. et li §. j. an̄ fi
berator et saluator israel vt nem.
patebit in fine huius psalmi. Sed de materia hu
ius psalmi dicit Rabi sa. q Dauid fecit hūc psal
mum preuidēs destructionē hierusalem fienda;
per Nabuchodonosor: ⁊ captiuitatē iudeorū in
babylonia. Et dicit q iste insipiens, qui dixit in
corde suo nō est deus fuit Nabuchodonosor ⁊ po
pulus caldeoꝝ qui dixit q deus israel nō erat ve
rus deus: q: nō potuit iudeos liberare de mani/
bus suis. Et ideo Nabuchodonosor ⁊ oēs caldei
corrupti ⁊ abominabiles facti sunt. Et isto mo/
do Rabi sa. ⁊ multi rabini iudeoꝝ literaliter pre/
cise ad hunc sensuz glosant istū psalmū. Sed ma
nifeste pz talem expositionē esse inutilem ⁊ ina/
nem. Primo q: sequeret̄ q iste p̄s non pertineret
ad sacrā scripturā: cū talis expositio non explicet
aliqḋ sacramentū de xp̄o ⁊ ecclesia. Secūdo non
dirigeret nos in xp̄m qḋ est cōtra titulū ꝑposi/
tum huic psalmo. Tertio q: expositio nō est suffi
ciens nō explicās intelligentiā psalmi in quo dr̄
q deus de celo ꝓspexit nō solū sup babylonios:
sed super oēs filios hominū: ⁊ oēs declinauerūt
⁊c. ergo nō solū chaldei ⁊c. Et ideo Cassiodorus
exponit hunc psalmū de populo iudeoꝝ qui di/
xit in corde suo q xp̄s nō erat deus: ⁊ iō incurrit
oēs corruptiones ⁊ maledictiones in h̄ psalmo
memoratas. Sz etiā precise expositio facta de so
lis iudeis videtur insufficiens: propter hoc qḋ di
citur q deus respexit super oēs filios hoīm: ⁊ nō
solū super iudeos: sed oēs declinauerūt ⁊c. Et iō
beatus Aug. non solū exponit psalmū de iudeis
sed etiā de populo gentili ⁊ de quibusdā philoso
phis q̄ negauerunt deū esse creatorē mūdi ⁊ iustū
iudicem et retributorem: nec habere ꝓuidentiam
de actibus humanis: nec posuerūt vnum deum:
sed plures. Et ideo negato hoc primo principio
proruperunt in omnem corruptionē: ⁊ oia scelera
in hoc psalmo memorata. Sed cū reuerētia tanti
viri: adhuc expositio et prefata causa precise assi
gnata non videtur esse sufficiens: nec videtur eua
cuare totam sententiam et intelligentia; huius
psalmi. vnde apostolus ad Romanos. iij. ꝑ scri/
pturā huius ꝓbat non solum gentiles: sed etiam
iudeos ⁊ oēs hoies fuisse corruptos in ada;. Un̄
dicit. Causati id est argumentati sumus iudeos

et grecos omnes sub peccato esse et intelligit per grecos omnes gentiles et barbaras nationes: et omnes filios Adam vt patz intuenti. Et sic ex fundamento huius psalmi profert illam vniuersalē sniam oēs in adā peccauerūt. Ex quibus verbis apostoli videtur innui φ ille insipiēs qui dixit in corde suo non est deus per quem et cuius peccato omnes sunt corrupti et incurrūt oia scelera in hoc psalmo memorata fuit ipe adam: qui dixit in corde suo non est deus. Sed hec sententia apostoli et intelligentia videtur nimis dura ꝛ extranea: scz φ adā dixerit in corde suo deū nō esse: et φ aliquo modo negauit deum cū fuerit creatus in tāta scientia et sapientia cui deus commiserat gubernationem omniū creaturaꝝ inferiorum: ꝛ qui omnibus ppria noīa imposuerat fm ꝓprias naturas. Et sic sciuit deū esse omniū creatorem ꝛ gubernatorem ꝛc. Itē ex textu Gen. non habetur qḋ adam negauerit deū qn̄ peccauit: immo post peccatum fugit a facie dei ex timore et confusione: et per consequens semper confessus est et nouit ipm esse deum et dominum. In oppositum videtur litera huius psalmi fm intentionem apostoli. A Ad cuius intelligētiam est valde aduertendū qḋ aliquem negare deum stat dupliciter. vno modo directe et assertiue. alio modo indirecte. Primo modo adam non negauit deum directe et assertiue: quia semper cognouit deum esse creatorem et dominum: vt dictum est. Sed secundo modo pōt dici qḋ negauit deum indirecte et dubitauit inquantum putauit aliquid inesse siue deesse deo: quod est contra eius maiestatem et immensaz sapientiam: ad qḋ sequebatur deū non esse deū: qꝛ putauit deum esse inuidū et finitū in sapientia. Quod ꝓbatur. Nam qn̄ adam credidit diabolo dicenti ipsi. Nequaφ moriemini. sed eritis sicut dij scientes bonū ꝛ malū ꝛc. Tunc adam putauit tria de deo. Primo deum esse mendacē in verbis non facientē quod cōminabatur. Scḋo putauit eum esse inuidū eo φ timebat ne adam equipararetur in scientia. Tertio putauit deū esse finitum cum de facto ipse adam presumpsit deo parificari: vt ait Aug. φ adam et eua volentes rapere diuinitatem ꝑdiderunt felicitatē. Ex quibus sequebatur deū non esse deum: qꝛ ista tria sequebantur ex verbis diaboli. Ex quibus sequebat̄ deū non esse deum. Unde diabolus fecit deū mendacem dicēdo nequaφ moriemini. Et cū fecit inuidū: cū subdit. scit enī deus φ in quocūqꝫ die comederitis ex eo: aperientur oculi vestri: et eritis sicut dij scientes. id est equales in scientia. Ex quibus sequebatur non solum deū esse finitum: sed etiam inuidum: et per ꝯñs sequebatur non esse deū. Et sic adam credendo diabolo et vxori incidit in eosdem errores: sꝫ indirecte. Sed gentiles et quidaꝫ philosophi magis directe negarunt deum dicentes deum nō habere curam nec ꝓuidentiam de actibus humanis. Sed iudei magis directe negarunt deum negando christum esse deū ꝛ messiā in lege vt patebit. Tres ergo insipientes negarūt deum. Primo adam indirecte dubitando ð eius veritate et infinita sapientia. Secundo populus gentilis negando eius vnitatem et prouidētiaꝫ et iusticiam. Tertio populus iudaicus negando christum esse verum deum et messiam. Triplicem ergo corruptionem preuidit et vidit in spiritu Dauid considerando omnes status hominū. Nā primo vidit vniuersalem corruptionem humane nature factam: et etiam prouenientem ex peccato ipsius adam. Secundo vidit corruptionē morum totius populi gentilis: et omnium barbararum nationum prouenientem ex negatione iusticie et prouidentie diuine de rebus humanis. Tertio preuidit corruptionem populi iudaici venturam ex negatione christi in lege promissi. Tripliciter ergo exponetur iste psalmus fm φ dō fecit ipsum de supradicta corruptione. Nā primo exponetur de corruptiōe totius humane nature facta in adam et iuxta intelligentiam apostoli. Secundo exponetur de corruptione totius populi gentilis negantis diuinam prouidentiam ꝛ iusticiam: ꝛ hoc fm expositionem Aug. Tertio exponetur de corruptione populi iudaici negantis xp̄m esse deum et messiam. D ¶ Quantum ergo ad primam expositionem est aduertendum sicut dictum est in prologo φ duo homines fuerunt principia generis humani. Primus enī adam fuit principium carnalis generationis omnium hominū et causa corruptionis humane nature ꝛ oīs mali et peccati. Secundus christus fuit principiū spiritualis regenerationis et salutis omnium hominum: qꝛ sicut in adam omnes moriuntur. Ita ꝛ in christo omnes viuificantur. prime ad Corint. xv. Hoc ergo preuidens dauid in spiritu fecit hunc psalmum in quo duo facit. Nam primo ostendit primum genus humanum esse corruptum ꝓpter peccatum ipsius adam. Secundo ostendit christum esse iudicem omnium et saluatorem. ibi non scient. ¶ Quantū ad primum est aduertenduꝫ fm Aug. ij. libro de nuptijs φ illud pctm̄ qḋ primuꝫ hominem mutauit in peius multo grandius fuit φ iudicare possumus: ideo ab omni nascente trahitur qꝛ totum genus infecit humanum. Causa autem tante grauitatis illius peccati fuit multiplex circunstantia vt inquit Aug. in euchiridion. quia quasi omnia genera peccatoruꝫ fuerunt illi peccato annexa. Sed maxīe ibi fuit blasphemia et sacrilegium et crimen lese maiestatis inquantum putauit et dubitauit deum esse mendacem ꝛ inuidum: et temere presumpsit rapere diuinitatē vt supra dictum est. Ex quo patet φ indirecte negauit deum esse: ex quo detestabili peccato ipse fuit corruptus ꝛ tota sua generatio in eo. Et hoc est quod dicit Dauid in hac prima parte huius psalmi. Unde ait quod Adam factus insipiens credēdo diabolo dixit in corde suo nō est deus nō assertiue ꝛ directe. sed dubitatiue ꝛ cōsecutiue: qꝛ hoc sequebat̄ ex sua dubitatione et presumptiōe Et ideo ex grauitate tā grandis pcti ꝑdidit totā hereditatē. nō solū quā possidebat ī illa terrestri paradiso. Sꝫ etiā futurā felicitatē sibi ꝓmissam in celo. Et sicut ꝑdidit illā originalē iusticiā qua volūtas sua erat diuine volūtati cōformis ꝛ subiecta. Ita pariter ꝑdidit obedientiā sensualitatis

Nota.

Dupliciter negat deum.

Nota tres insipientes deū negantes.

De ade pcti grauitate.

tis ad ratione͂ quia: illico caro sua fuit languore ꝛ vitio co͂cupiscе̄tie sauciata et omnes pote͂tie vulnerate et tota natura corrupta. Et sic caro illico insurrexit ad luctandum aduersus spiritum quam quidem corruptionem et languorem et morbum transmisit in omnes filios per carnalem generationem et illi filij adam tra͂smiserunt illam corruptionem accepta͂ a patre filijs eorum. Et sic successiue corruptu͂ ꝛ infectum fuit totum genus humanu͂ ex illo peccato primi pare͂tis: qui dixit in corde suo: no͂ est deus ꝛc. Et ideo subdit.

Infra liij.a. **Corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sunt in studijs suis: no͂ est qui faciat bonum non est vsq₃ ad vnum.**

¶ Omnes inquit filij adam corrupti ꝛ abominabiles deo facti sunt in studijs suis et cogitationibus ꝛ operibus. intantu͂ ꝙ non est aliquis eorum qui naturaliter faciat bonum: nec est bonus naturaliter vsq₃ ad vnu͂. Et notanter dicit ꝓpheta: ꝙ corrupti sunt et abominabiles. Nam omnes filij adam fuerunt facti corrupti in se. inquantu͂ traxerunt naturam corrupta͂ a parentibus. Et sic sunt proni ad omne malum: et fragiles ad omne bonum faciendum. Sed fuerunt deo facti abominabiles et odiosi filij ire. quia adam omnes posteros vendidit et obligauit suo peccato: ꝛ ad pena͂ et da͂natione͂ sui peccati. Et sic omnes incurreru͂t indignatione͂ dei: ꝛ conde͂natione͂ et penam. Sed quia non solum fuerunt deo abominabiles propter peccatum parentum. Sed etiam omnes fuerunt in natura corrupti. Ideo no͂ est qui faciat bonum: nec est bonus vsq₃ ad vnum. Sed est aduertendum ꝙ lȝ vsq₃ ad vnu͂ dupliciter potest poni ꝛ intelligi. vno modo inclusiue. Et sic est sensus ꝙ intantu͂ omnes filij naturales ipsius adam sunt mali: quia nullus est naturaliter qui faciat bonu͂. Nec sit bonus. ꝛ iste sensus est verus. Scd̓o potest poni exceptiue ly vsq₃ ad vnum ꝙ sit sensus inter omnes homines no͂ est qui naturaliter sit bonus preter vnu͂: idest iesum xp̄m: eo ꝙ non est ex opere adam natus: ꝛ ideo non descendit per generationem naturalem: licet ceperit carnem ex adam. Et ideo adam non potuit ipsum venundare nec obligare. suo peccato. Et sic solus xp̄us est inter mortuos liber: et inter malos naturaliter bonus. Et ideo ad maiorem confirmatione͂ dicit dauid.

xx.xxiij. q.i.c.qz. **Dominus de celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.**

¶ Dominus deus prospexit de celo super om̄es filios hominu͂ ꝛ filios ipsius adam: vt videat: id est videret et prospicit quotidie. vt videat si inter eos sit aliquis intelligens aut requirens deum: idest si sit aliquis qui totum intellectu͂ et studium adhibeat ad intelligendum deum vt possit ipsum super omnia diligere: aut adhibeat totu͂ conatum et volu͂tatem ad requirendu͂ deum per bona opera propter regnu͂ dei adipiscendu͂. Sed.

Infra liij.a. **Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: no͂ est qui faciat bonum non est vsq₃ ad vnum.**

¶ Omnes simul declinauerunt a via iusta ꝛ recta et a diuina voluntate ad scelera ꝛ peccata nephanda et omnes simul facti sunt inutiles et debiles ad bene opera͂dum. Intantum ꝙ non est aliquis inter eos qui faciat bonum. nec est bonus naturaliter aliquis vsq₃ ad vnum inclusiue siue exceptiue vt supra dictum est preter vnu͂ qui est christus. Nam si ly vsq₃ tenetur inclusiue: tunc naturaliter nullus est bonus de filijs naturalibꝰ ipsius adam si autem ly vsq₃ tenetur exceptiue excluditur ꝛ excipitur christus qui non est naturaliter filius ada͂ vt dictum est. L ¶ Sed contra hoc arguit Julianus dicens ꝙ humana natura est de se bona: quia omnia que fecit deus erant valde bona: ergo naturaliter homo est bonus. ¶ Ad hoc respo͂det Augustinus ꝙ humana natura dupliciter potest intelligi. vno modo pro essentia hominis vel natura specifica. Et sic omnis natura naturaliter est bona: quia ad similitudinem boni exemplaris et a bono deo est facta ꝛ creata. Secundo modo sumitur pro ip̄a generatione humana. scilicet inquantum est collectio omniu͂ hominu͂ descende͂tium ab adam per generatione͂ naturale͂ et libidinosam: quia sicut dicitur natura eneadum ab enea et natura fabiorum a fabio: et gracchoru͂ a graccho. Ita dicitur natura et generatio humana ab adam primo homine quia adam hebraice idem est quod homo latine. Et sic tota humana natura siue humana generatio fuit in adam corrupta et vitiata a peccato: ꝛ sic dicitur mala. Et per consequens omnes trahentes illam humanam naturam ab adam dicu͂tur naturaliter mali ꝛ corrupti Ex quo sequitur ꝙ solus christus est naturaliter bonus. eo ꝙ no͂ trahit talem natura͂ ab adam per generatione͂ sed ex opere spiritussancti. Natura hu͂ana intelligitur dupliciter.

Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant venenum aspidum sub labijs eorum. supra.v.b.ꝛ.cxl.b.

Quorum os maledictione et amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Contritio et infelicitas in vijs eoru͂: et viam pacis non cognouerunt: no͂ est timor dei ante oculos eorum. iij.q.ij. accusatores. et xi.q.i.c. q̄ttuor.

¶ Quia superius dixit in generali qualr ex peccato ipsius adam oe͂s hoi͂es fueru͂t corrupti ꝛ declinauerunt ad oi͂a scelera ex tali corruptio͂e percussi ꝛ excitati: ideo hic explicat ꝛ magis particulariter exprimit scelera in que omnes inciderunt ꝛ proruperunt quasi morbo quodam hereditario. Vn͂ dicit ꝙ primo ceciderу͂t in fetida͂ blasphemia͂ co͂tra deu͂. Ido͂ guttur eoru͂ fuit euome͂s fetidas blasphemias: sicut sepulchru͂ pate͂s ꝛ apertu͂ emittit fetorem ex cadaueribus putridis. q.d. ꝙ sicut cadauera putrida emittunt illum fetore͂ de sepulchro Primo.

et sunt causa illius fetoris. Ita corpus hominis est sepulchrũ corruptiõis cõtracte ex adam in generatione. Et sic ex tali corruptiõe euomit blasphemias ꝛ omnia peccata. Item sicut sepulchrũ cõtinet in se illa cadauera putrida ex quib⁹ emittit abominabilẽ fetorem. Itez non solum corpus
Scdo. est sepulchrũ illius morbi ꝛ corruptiõis. Sz etiã anima est sepulchrũ malarũ cogitationum ꝛ iniquorum propositoꝝ. Ex quibus malis homo euomit blasphemias ꝛ omnia alia scelera: vt ait saluator Matth. xv. ꝙ ex corde exeũt blasphemie et homicidia et furta ꝛc. que coinquinãt hominem. Et ideo subdit dauid ꝙ ex tali corruptione non solum procedunt blasphemie contra deum: sed etiam cõtra proximũ. Nam homines sic corrupti linguis suis dolose agebant: idest dolose loquebantur ad deceptionem proximorũ: quia blãdis verbis decipiunt proximos: ꝛ sic sunt mendaces
Tertio. ꝛ dolosi. Tertio sunt detractores accusando: ꝛ falsa crimina proximis imponendo. Et sic in labijs eorum reperitur venenũ aspidũ: idest venenũ inuidie et detractionis ꝛ infamatiõis quorũ os est plenum maledictione: quia sunt maledicti cõtra deum ꝛ proximuz. et est plenũ amaritudine: idest odio et zizania. Et sic pedes eorum sunt veloces ad effundendũ sanguinẽ. et quia non solum effundunt sanguinẽ proximoꝝ propria manu ex ira et odio. Sed etiam seminãdo zizaniã cõcitãt alios ad effundendũ sanguinẽ. Et ideo ex tali odio ꝛ inuidia et superbia semper est cõtritio ꝛ infelicitas idest litigium. prelium. discordia et tristitia: ꝛ bella intestina et infelicia in vijs ꝛ operationib⁹ eorum: quia nunꝙ cognouerunt viam pacis. s. discordie: cuius causa est quia non est timor dei ante oculos eorum. ¶ Ex quibus patet ꝙ defect⁹
Defect⁹ timoris dei ẽ cã maloꝝ. timoris dei est causa oĩm supradictoꝝ malorum. quod prouenit ex corruptione et praua cõcupiscẽtia inflicta in carne ex illo primo peccato. Nam ex illa praua ꝛ corrupta concupiscentia prouenit omnis inordinatus appetitus. Nam primo prouenit appetitus proprie excellentie: que dicitur superbia nõ cõpatiens maiorem neꝗ equalẽ ꝛ venit homo taliter corrupt⁹ vsꝗ ad contẽptum dei. non timens eius iudicium: et per cõsequens magis contẽnit et despicit proximũ: ꝛ quia non patitur maiorem ꝛ equalẽ: exinde prorũpit in inuidiam: non patiens prosperitatẽ proximi. Et exinde in homicidiũ. et ex tali etiam inuidia seminat discordias ꝛ zizaniam inter proximos. Et ex tali superbia et inuidia prorumpit in auaritiã ꝛ omnem rapinã et furtum ꝛ vsurã ad sustinendũ statũ suũ vt nulli subijciatur. Sed omnes sibi subijciat. Item ex illo vitio et corruptione carnis prorumpit in luxuriam ꝛ accidiam. Ex quibus pz ꝙ ex illa corruptione inflicta in adam prouenirũt omnia genera vitiorũ ꝛ omnia scelera detestabilia in totum gen⁹ humanũ vt demõstrat dauid in hac prima parte huius psalmi. et apostolus per totam
Questio epistolã ad Roñ. ¶ Sed ↄtra supradicta videnť esse duo dubia. quorũ primũ est contra litteram. Nã isti tres versus vltimi ab illo loco sepulchrũ patens est guttur eoꝝ ꝛc. nõ reperiũtur in hebreo.

et ideo dicunt ꝙ christiani interposuerunt eos vel lxx. interpretes addiderũt eos in greca interptatione. Ad qḋ respõdetur ꝙ ipsa veritas cõfundit eos. Nam manifestum est ꝙ lxx. interpretes fuerunt vltra ducentos annos ante aduentũ christi. et ideo nullam habuerunt causam ꝛ occasionem aliquid addẽdi vel remouendi in greca interptatione. Sed interpretati sunt prout receperunt in hebreo. Et hoc confirmať. Nam apostolus paulus in lege ꝛ prophetis doctor ꝛ magister qui hebraica textura vtebatur allegãt hos tres versus cum versibus p̃cedentibus ad Roñ. iij. Et iõ est potius credendum ꝙ thalmudiste amputauerunt hos tres versus ab hoc psal. eo ꝙ in eis prophetice memoratur et explicať tota correctio ꝛ maledictio iudeis inflicta eo ꝙ negauerũt ꝛ crucifixerunt christum: vt patet in tertia expositione. B
¶ Secundo dubitať cõtra totam predictã sententiam et expositionem in qua dictum est ꝙ omnes homines fuerunt corrupti in adam. Unde arguit pelagius ex fundamentis sacre scripture. ꝙ multos iustos commendat sacra scriptura: qui non perpetrarunt talia scelera et peccata sicut in hoc psalmo explicatur sicut fuit Abel Noe Abraham ysaac ꝛ Jacob ꝛ Job ꝛ Daniel in testamento veteri. Et in nouo zacharias ꝛ Johannes et Symeon et Anna et Joseph sponsus Marie quos omnes iustos sine peccato et querela vtriusꝗ te. sacra cõmendat autoritas. Ex quibus patet ꝙ peccatum ipsius adam. Nec omnibus posteris fuit imputatum nec omnes in eo fuerunt corrupti. Questio
¶ Sed hanc pestiferam opinionem exterminauit August. ab ecclesia respondens ad huiusmodi argumenta in libro de natura et gratia et de baptismo paruuloꝝ: et in omnibus libris quos contra pelagianos confecit. ¶ Ad cuius intelligentiã est valde aduertendũ fm Augustinũ. ꝙ duo sunt cõsideranda in peccato ipsius adam. Primo obligatio nature: quia omnes filios naturales ꝛ posteros obligauit ꝛ vendidit peccato suo. Et hoc dicitur in nobis peccatũ nature: quia omnibus nobis fuit imputata pena illius peccati: ꝛ ad illam fuimus omnes obligati et venundati. Et de tali peccato nature dicit Paulus apostolus ꝙ omnes in adam peccauerunt in natura: sed non in persona. quia nullus nostrum ibi personaliter erat ꝛc. Unde sic exponit Augustinus hanc autoritatẽ. ij. de baptismo puuloꝝ et hyponosticõ respõ. ij. Secundo est cõsiderãda natura corrupta quã adam transmisit in posteros per generationẽ successiue que quidẽ causat omnẽ peccatũ in anima. Nam per solam vnionẽ et consortium causat originale in anima: quia illa aĩa in puris naturalib⁹ in illa carne viciata creata ꝛ infusa statim obligatur peccato ꝛ sentẽtie ipsius adeo eo ꝙ ex carne ꝛ aĩa resultat vna naturalis persona: ꝛ ideo tota psona obligatur. Itẽ postea tamen caro corrupta p consensum in adultis causat mortale et veniale in eadẽ aĩa. inquantũ caro semp luctať aduersus spiritũ. Unde volũtas per solũ cõsensum inde liberatum contrahit veniale sed per cõsensum deliberatũ cõtrahit actuale ꝛ mortale. Ex quo pz ꝙ oẽ petm̃ p

August.

Duo in peccato adaz cõsiderãda.

Nota q̄ hoīe sauciato. venit. ex illa carne corrupta in oēs hoīes p libidi nosam generationē trāsmissa. ¶ Sed est vlterius aduertēdū q̄ ista natura corrupta siue tot⁹ hō ha bens istam naturam corruptā qui dicit̄ sauciat⁹ et vulneratus per consortiū talis nature dupli citer pōt cōsiderari s̄m Aug. in locis preallegatis vno mō in se sine aliquo adiutorio derelicta. alio modo per grām xp̄i adiuta. Primo mō dicit Au gu. q̄ est impossibile q̄ quis in sola tali natura de relict⁹ possit peccata vitare aut aliqd̄ bonū age re. Et ratio est. nam illa corruptio taliter vitiauit et vulnerauit oēs potentias q̄ volūtas siue liberū arbitriū manet taliter claudicatū et debilitatum et infirmū ex tali lāguore et pondere carnis vitia te q̄ semp trahit̄ in preceps ad oīa mala sicut tra hit̄ vna statera a pōdere lapidis nisi apponatur aliud pondus in alio opposita. Qd̄ q̄dem vicium carnis et pōdus lz non tollat totaliter cognitio nem peccati tamē tollit potestatē resistēdi nisi p grām liberū arbitriū adiuuet̄. De quo vicio dicit aplūs ad Rom̄.vij. Inuenio legē in mēbris meis repugnantez legi mentis mee: ideo quod nolo id ago ꝛ quod volo id nō facio. Unde non ego id fa cio sed quod habitat in me peccatū. Ex quo patet q̄ talis lex et corruptio membrorum licet non tol lat totaliter cognitionem et affectum tamen tol lit effectum. Sed quia talis voluntas non potest adiuuari nisi per gratiam christi ideo subdit apo stolus. Quis me liberabit de morte corporis hu ius. Et respōdet ipsemet dicens gratia christi me potest liberare. Ex quibus patet q̄ voluntas ad iuta per grām christi potest liberare ab huiusmo di pugna: et vincere carnem et omne peccatum. Et hoc est quod dicit Dauid in hoc psalmo. q̄ lz omnes homines prout sunt corrupti in adaz sint proni ad supradicta scelera: et nullo modo pos sint eauitare ex proprijs viribus: tamē per gratiā christi adiuti et preuenti non solum possunt su pradicta scelera vitare. sed etiam ea bona que sunt supra hominem facere et omnia mala supe rare et bene operari ꝛ supradicta necessitate libe rari. Ex supradictis fundamētis. Respondet Au gu. ad argumenta pelagianorum dicens q̄ licet Abel Noe et abraam: ꝛ Johannes baptista vita runt peccata supradicta hoc tamen non fecerunt in proprijs viribus. sed ex gratia christi adiuti et liberati. Sed si fuissent in sua natura corrupta si ne gratia derelicti. non solum supradicta: sed pe iora scelera cōmisissent. Est verū q̄ null⁹ sanctoꝝ supradictoꝝ potuit vitare originale peccatuz qd̄ oīa cōtrahit per consortiū ex carne corrupta. a q̄

Nota regula fuit excepta beata v̄go Maria. vt Au. ait ibidem vt declarabit̄ ps̄o. xlv. Et iō dicit Aug. lib. de sancta virginitate: q̄ null⁹ sanctus debet in se gloriari de sua iusticia sz de gratia dei. et iō dicit q̄ magis tenetur iustus qui nunq̄ peccauit: quam penitēs cui dimissa sunt multa: q2 plura peccata sunt dimissa iustis q̄ peccatoribus. Nam licet iu stis non sint dimissa peccata que nō commiserūt tamen sunt dimissa peccata que fecissent nisi per gratiam fuissent preuenti. Et sic dicit Augustin⁹ q̄ magis tenetur diligere deuz virgo. q̄ corrupta

Unde ait. deputa tovobis tāq̄ omnino ee dimis sum quicquid mali a nobis non est regente illo cō missum. Nā quisq̄s ab initio permanet pudicus ab illo regitur. Et quisquis impudicus est ab illo deserit̄. hoc istē dicit Au. in omelia de peccatrice cum ait: q̄ non est peccatum quod fecit hō. quin faciat alter homo nisi adiuuet̄ ab illo a quo fact⁹ est homo. Et in hoc patet veritas huius psalmi et prefate dubitationis: ꝛ huius prime expositionis C ¶ Quantū vero ad secundā expositionem est aduertēdū s̄m Aug. q̄ sicut in scientijs speculati uis est dare vnum principium a quo generaliter habent virtutē omnia probata in illa scientia. vt patet primo posteriorum. quo ignorato destruit̄ ꝛ ignoratur tota illa scientia. Ita pariter in acti bus hūanis ē dare vnum primum principium a quo sumunt virtutem: et diriguntur omnes actus humani quod quidē principiū est deū esse iustum iudicem omniū actuū et operationuz humanarū et premiatorem bonorum et punitorem omnium malorū. ¶ Ex quo sequitur illud gñale pu͛rbiū nullum bonum irremuneratum. et nullū malum impunitum quo principio negato destruuntur et corrumpuntur omnes mores: et omnes actus hu mani. quia qui non credit tali principio: illico con temnit deum non timens eius iudicium. Et sic ca dit et prorumpit in omnia scelera detestabilia. Secundo est notandum q̄ gentiles quattuor mo dis negarunt istud supradictum principium. Nā quidam eorum totaliter negarunt deum esse. Sz omnia prouenire a casu et fortuna. quidam au tem crediderunt et coluerunt plures deos. Et sic negabāt deū esse eo q̄ negabant vnitatē et essen tiam vnius dei. Quidam autem alij negabāt deū habere curam et prouidentiam de actibus hu manis et sic negabant deū esse iustum iudicē ꝛc. Quidam aūt alij asserebāt aīam esse mortalem ꝛ per consequens negabāt illud principiū nullum bonum irremuneratum et nullū malum impuni tum. Ex quibus patet q̄ omnes iste secte negarūt illud primum principium scilicet deum esse iustū iudicem ꝛc. Et inde est q̄ gentiles ante aduentuz christi negantes principium traditi sunt in repro bum sensum et in passiones ignominie et in cor ruptionē. ꝛ in illa scelera detestabilia q̄ narrat apo stol⁹ ad Rom̄.j. Uidens ergo dauid totum popu luz gētilē esse corruptū in suo tēpore ꝑpter nega tionē huius principij dicit in prima parte huius psal. q̄ q̄n insipiens ppl's gētilis dixit ꝛ asseruit i corde suo q̄ nō est deus vel q̄ deus nō est vnus iu stus iudex remunerator bonoꝝ et punitor maloꝝ: q̄ tūc oēs illius secte deū cōtēnentes nec deū ti mentes corrupti ꝛ abominales et odibiles deo facti sunt intantū q̄ nō fuit nec est qui faciat bo nū: nec est bonus ex eis vsq̄ ad vnū inclusiue. i. q̄ nec vnus eoꝝ fuit bonus. Et sic de⁹ ꝓspexit de ce lo sup oēs filios hominū: ꝛ filios terrenos: si repe riret̄ aliquis intelligēs deuz q̄tum ad fidē ꝛ deuo tionē et dilectionē. aut requirēs deum in suis opa tionibus. Sed nō fuit vsq̄ ad vnū illorū. i. nullus fuit qui faceret bonū. Et nō solū nō ille populus gētilis sed etiā nullus malus xp̄ianus fuit qui fa

ceret bonū carens illo pncipio quod est timor do
mini. Et sic oēs gētiles et mali xpiani cōtēnentes
dei iudicium intātum sunt corrupti q guttur eorum
Nota d est factū sicut sepulchrū patens et fetēs et prorsus
aduentu pens in blasphemias cōtra deū: et in dolū cōtra
messie. proximū rc. Exponūtur autē isti tres versus sicut
in prima expositione. L ¶ Quātū vero ad ter/
tiā expositionē est notādū put dictū est in prolo/
go q vnū de principalibus principijs sacre scri/
pture vete. testi. erat q filius dei erat incarnan/
dus et in paupertate et humilitate venturus et p
mortē et passionē suam mundū a pctō liberaturus:
qui quidem christus erat finis totius legis:
ad quē omnia legalia ordinabātur. De cuius ad
uētu oēs prophete fuerāt locuti. Ex quib⁹ patet
q qn negarūt xpm esse deū et messiā in lege pmis
sum: tūc negarūt totā legem et prophetas. Et sic
fecerunt deū mendacem in suis promissis et per
consequens negarunt deum esse deum. Negato
ergo isto principio. s. xpm esse messiam intantum
corruptus est ille populus iudeorum: q prorupit
i scelera detestabilia: et ppetrauit deteriora q po
pulus gentilis. Nam primo deum et hominez in
terfecit: et deum et totam legem mendacem fecit
et in tantam cecitatem et insaniā deuenit q post
publicationē euangelij nullum deū colit quod
probatur quia non intendit colere deum trinu et
vnū: nec incarnatum: imo blasphemat et execrat
talē deū. Sz nullus alius de⁹ ē nisi trinus eternus
et incarnatus ergo nullum adorat. Et sic facta si
unt nouissima huius populi peiora prioribus.
Mat. xij. Et Luc. xj. Hoc ergo preuidens dauid i
spiritu dicit in hac prima parte huius psalmi.
dixit insipiens populus iudaicus in corde et in
lingua sua christus non est deus nec messias in
lege promissus. Et hoc dixit iste insipiens popu
lus eo q vidit christum pauperem: et cum humi
litate venientem et eorum superbiaz et auariciā
detestātē. Et ideo negato isto principio oēs iu/
dei facti sunt corrupti in se et abominabiles deo
et odiosi intantū q vsq ad vnū eorum inclusiue non
est qui faciat bonū. Vn dns de celo pspexit sup
oēs istos filios hoim tanq homines carnaliter
viuētes post aduētū et passionē vt videret si ē ali/
qs intelligēs deū p fidē et verā intelligētiā legis
aut requirens deum per operationē bonaz. Sed
omnes declinauerūt a via veritatis et fidei. et a ve
ra intelligētia sacre scripture immo peruerterūt
verum sensum et intelligentiam scripture ad fal/
sum sensum. Et sic facti sunt inutiles q orationes
et sacrificia eorum sunt eis inutilia. q nihil eis p
sunt: immo nocēt q mortifera. Et sic nō est aliqs
eorum qui faciat bonū: neqest aliqs bon⁹ vsq ad
vnū inclusiue. q. d. q nullus eorū est bonus necvti
lis. immo malus et peruersus in credendo et ope/
rādo. Vn ex tali peruersiōe et corruptione ruerūt
in oia scelera nefanda et detestabilia. Nam primo
sepulchrum patēs est guttur eorum blasphemiam
perpetrando quando vocauerunt xpm voracē et
demonium habentem. Secūdo linguis suis dolo
se agebant quando volentes ipsum capere in ser
mone dixerūt. Si licebat dari censum cesari. an

non. Tertio fuit venenum aspidū sub labijs eorū
quando dixerunt. Nos audiuimus eum dicentem
possum destruere templum hoc manufactum: et
in triduo reedificabo illud non manufactum rc.
Item os eorum fuit plenū amaritudine et male/
dictione cum dixerūt. Audistis blasphemiā et ma
ledixerunt. et eorū pedes fuerunt veloces ad effun
dendum sanguinem: cum dixerūt crucifige cruci
fige rc. Item fuit cōtritio et infelicitas in vijs eo
rum et viam pacis nō cognouerunt quando dixe
runt si hunc dimittimus venient romani rc. Ideo
expedit vt vnus hō moriatur rc. Sed quia omnia
ista fecerūt iudei ex defectu timoris et fidei negā
do xpm esse deū et messiam et saluatorem. Ideo
subdit non est timor dei ante oculos eorū. Quia
si credidissent scripture timuissent deū: recepissēt
xpm et timuissent et si timuissent regem glorie iu
stum non crucifixissent. Ex quibus patet q in pe
iora scelera ceciderūt iudei q gentiles. Ideo om
nia scelera supradicta manent in populo iudeo/
rum iure hereditario. ad quam sententiam et ma
ledictionem ipsimet se obligarunt quando dixe/
runt sanguis eius super nos et sup filios nostros
¶ Ex quo patet q sicut Adam in peccādo obliga
uit se et omnes posteros ad penā mortis. Ita pa
riter iudei christum crucifigentes obligarunt se et
suos posteros ad perpetuam maledictionem et
vindictam mortis christi. Et sic omnibus imputa
tur homicidium christi et omnes sunt blasphemi
et dolosi et mendaces: et susurrones: et maledici
et latrones et peiores q idolatre quia nullum
deum adorant immo verum deum detestantur et
maledicunt. Et sic sicut gentiles in colendo plu
res deos: et negando diuinam iusticiam et proui
dentiam addiderunt corruptionem supra corru/
ptionem inflictam in adam. Ita iudei negando
christum addiderūt supra corruptionem populi
gentilis. Et sic sunt corrupti triplici corruptiōe.
Item est aduertendum q omnia supradicta non
solum sunt intelligenda prophetice de populo
gentili iudaico. Sed etiam de omnib⁹ malis chri
stianis qui non credunt diuinam iusticiam et pro
uidentiam: nec credunt resurrectionez quia tales
non timentes dei iudicium: audent omnia scele/
ra perpetrare. ¶ Ex supradictis patet q tres fue Tres fue
runt insipientes negantes deum primo enim ne rūt xpm
gauit adam deum indirecte volendo rapere di/ negātes
uinitatem per quod peccatum totū genus huma
num fuit in eo corruptum in bonis naturalibus
et priuatum bonis gratuitis eo modo quo di/
ctum est. Secundo negauit deum populus genti
lis falsos deos adorando propter quod pecca/
tum vltra corruptionem nature fuit magis corru
ptus in moribus et incidit in detestabiles passio
nes et ignominias. ad ro. primo. Tertio negauit
deum populus iudeorum: qn ex certa scia et mali
cia et inuidia negauit christū in lege pmissum et cru
cifixit eum propter qd peccatū vltra corruptionē
nature: et vltra penā populi gentilis incurrerunt
iudei oēs maledictiōes cōtētas et memoratas in
hoc psalmo. et. cxiij. D ¶ Sed contra supradi
cta arguere possent qdā catholici. Nā lz gētiles et

iudei negauerunt deū ꝑut dictū est tñ nō est dicē
dū ꝙ adā negauerit deū cōsentiēdo vxori. Quia
vt ait Aug. de ṽbis apostoli Adā nō fuit seduct⁹
nec credidit verbis serpentis: ſꝫ comedit fructum
vt cōplaceret vxori ne destitueret eius solatio ꝛc.

Respō August.

Ad hoc aūt rn̄detur: ꝙ in hoc videt Aug. cōtradi-
cere sibi ꝓpter hoc ꝙ fuit supra allegatū. s. ꝙ adā
et eua volētes rapere deitatem perdiderūt felici
tatem. Et iō reducēda sunt ṽba aug. ad quoddaꝫ
sanū mediū. s. ꝙ adā nō credidit assertiue verbis
serpētis: nec credidit nec inhesit firmissime prece
pto nec cōminationi dei ānuēdo ꝛ complacendo
vxori. Et sic ē dicendū ꝙ hesitauit in vtroqꝫ. Et iō
dixit sibi deus: q: audisti vocē vxoris tue et come
disti de ligno ex quo preceperā ne comederes ꝛc.
Quasi dicat q: magis credidisti vxori et serpen-
ti ꝙ mihi. Ideo hesitasti et dubitasti ꝛc. Et sic pꝫ
ꝙ ille cōsensus ade nec fuit ṽa et expssa negatio
nec firma cōfessio dei sed fuit indirecta negatio
inquātū ex verbis diaboli sequebat̄ deū esse mē-
dacem et inuidum ꝛ finitū et per ꝯñs sequebat̄
ipsum non esse deum. Ita pariter est dicendū de
moyse qñ nō paruit de. numeri. xx. immo distin-
xit in labijs suis. psalmo. cv. Ideo dixit dn̄s si-
bi et Aaron. Quia non credidistis mihi. vt sacri-
ficaretis me. ꝛc. Item hoc idem fecit zacharias
pater iohānis baptiste. Luce primo cui dixit an
gelus quia non credidisti verbis meis ꝛc. Ex qui
bus patet ꝙ isti duo non negauerunt nec cōtem
pserunt deum directe nec crediderunt firmissime
sed visi sunt hesitasse. Ita ergo pōt dici de adam
qui magis paruit et credidit verbis vxoris: ꝙ pre
cepto et comminationi diuine. Ex quo sequeba-
tur deū esse mendacē ꝛc. Et iō sicut moyses et za
charias fuerūt puniti solū in psonis propter il-
lā inobediētiā. Ita pariter adā fuit punit⁹ in pso
na et in tota sua natura ꝛ gñatiōe ꝑut dctm̄ est.

xxiiij. q. i. c. quia Extra de off. dele. c. pastoralis.

**Nonne cognoscent oēs qui operan-
tur iniquitatem qui deuorant ple-
bem meam sicut escam panis.
Deūm nō inuocauerunt illic trepida
uerunt timore vbi non erat timor.
Qm̄ dn̄s in generatione iusta est cō
silium inopis confudistis quoniam
dominus spes eius est.**

¶ Postꝙ superius ꝓpheta descripsit triplicem
corruptionē ꝓuenientē ex trina negatiōe dei: nūc
vero in hac parte volens eliminare supradictas
falsas ꝛ detestabiles opiniōes duo facit. Nā pri
mo demōstrat xp̄m esse verū ꝛ iustū iudicē ꝛ pre-
miatorē bonorū et punitorē maloꝝ. Et hoc ꝯtra
negantes diuinā iusticiā et ꝓuidentiam. Scdo
ostēdit xp̄m esse saluatorē ꝛ redemptorē et libera
toreꝫ oīm de captiuitate et pctō et corruptione:
inflicta adā et hoc cōtra iudeos negantes xp̄m:
ibi ꝯsiliū inopis cōfudisti. ¶ Quātū ergo ad pri-
mū q: dctm̄ est superius ꝙ gentiles negato primo
principio scilꝫ ꝙ deus est iustus iudex retributor
bonorum et punitor maloꝝ. Et sic postposito dei
timore prorupuerūt in oīa scelera. ꝛ ideo dicit hic
ꝓpheta ꝙ omes isti qui i vita negauerūt ꝛ nolue
runt cognoscere deum esse iustum iudicem: tunc
in die iudicij hoc scienter cognoscent per expe-
rientiam: q: videbunt christum deuꝫ et hoīem ve
nientem cum potestate magna et maiestate et se
debit in consilio iustorum et sanctorum ꝛ puniet
omnes supradictos iniustos ꝛ sceleratos. Et sic
tribuet vnicuiqꝫ ſꝫ opera sua: q: iustis dabit glo
riam et malis penam eternam. Et nominat hic
propheta quatuor gñationes improborꝫ quas
xp̄s condemnabit scilꝫ iniquos: tyrannos: infide
les ꝛ seminatores discordie et quasi sub his quat
tuor comprehendit oīa genera malorꝫ hoīm de
quibus supra dixit. Dicit ergo nonne oēs iniusti
qui operantur iniquitatem contra deum et pro-
ximum: et intendit per operātes iniquitateꝫ oīa
genera peccatorū. Item oēs tyranni ꝛ raptores
qui deuorant plebem meā et domos pauperum
sicut qui deuorant escam ꝛ cibū panis. Item oēs
infideles ꝛ mali xp̄iani qui deū non inuocauerūt
immo deum cōtempserūt. Item omnes semina-
tores discordie qui trepidauerunt timore vbi nō
erat timor: qui non cognouerunt viā pacis. Sed
posuerunt et seminarūt cōtritionem et infideli-
tatem ꝛ discordiam inter ꝓximos: quorū pedes
fuerūt veloces ad effundendū sanguinē oēs ergo
isti scilꝫ iniusti ꝛ tyranni et infideles ꝛ seminato-
res discordie seu iracūdi ꝛ inquieti qui nō cogno
uerūt deū esse iustum iudicē: nec timuerūt eius iu
dicium. Nonne oēs isti cognoscēt qm̄ dominus
iesus xp̄s deus et homo est ꝛ habitat in gñatio-
ne iusta idest diligit iustos et reprobabit oēs su-
pradictos iniustos quasi dicat immo certe quia
due negationes interrogatiue posite equipollēt
vehementi affirmationi: quasi dicat propheta ꝙ
oēs supradicti scelerati qui in hac vita negaue-
rūt deum esse iustū iudicem oīm actuum humano
rum: ex quo cōtēnētes iudiciū dei ꝑpetrauerūt oīa
scelera supradicta in prima parte: cognoscent
per experientiā ꝛ videbūt xp̄m in iudicio gñali ꝛ
etiā in particulari post hanc vitā esse verū iudicē
dātem iustis gloriam: et iniustis penā eternā. Et
est aduertendū ꝙ hec particula supradicta nō so
lum intelligitur de gentibus negantibus diuinā
iusticiam ꝛ ꝓuidentiaꝫ. Sed etiam de iudeis ne-
gantibus xp̄m. Nam ipsi sacerdotes ꝛ iudei qui
operantur iniquitatē ꝓpter supbiam ꝛ auariciā
et deuorabant plebē sicut escā panis comedēdo
domos viduarū: et imponētes ceteris simplicib⁹
et pauperibus onera grauiora. Math. xxiij. qui
quidem iudei deū non inuocauerunt: nec habue-
runt deū pre oculis qñ xp̄m crucifixerunt. Sꝫ tre
pidauerūt timore vbi non erat timor: qñ dixerūt
expedit vt vnus moriat̄ pro populo: ꝙ tota gens
pereat. venient romani et tollent locū nostrū et
gentē. Hoc autē dicebant q: trepidabāt timore
vbi nō erat timor: q: nō habebāt causam timēdi.
Nam ille qui veniebat ad dandū eis regnū cele-
ste: non volebat eis auferre bona tpalia que ipsi
perdere timebant. Et ideo oēs iudei qui christū

Quatuor gñationes improborū quas xp̄s condēnabit

Nota.

nec fuit aliquod instans in quo volūtas xp̄i non conformaretur diuine volūtati. Unde qz caro xp̄i et appetitus sensitiuus qui dicitur quedam volūtas naturalis vehementer dolebat et patiebatur in tormentis. Ideo naturaliter exhorrebat et timebat mortem quia omne animal naturaliter appetit permanere ⁊ mortem perniciē qꝫ deuitare nititur. Ideo caro siue appetitus sensitiuus ꝑsuadebat voluntati vt se retraheret a tali passione et morte. quia vt dictum est omnes potentie derelicte sunt in suis proprijs ⁊ naturalibus operationibus. Sed voluntas christi licet compateretur carni in tali dolore: tamē nolebat sequi eius appetitum et suasionem. Sed totaliter decernebat et deliberabat implere et sequi voluntatem patris scilicet pati pro nobis cum magna obedientia et charitate: et hoc est quod dicitur Luce. xxij. q̄ cepit tedere et pauere quantum ad carnem et factus est in agonia quantum ad totum: quia caro suadebat et voluntas compatiēdo carni non consentiebat. Sed voluntatem patris ad implere firmiter statuebat. Et tunc dixit. Pater si possibile est transeat a me ⁊c. Que quidem oratio et locutio non fuit mortis excusatiua: sed naturalis timoris et vehementis doloris expressiua. Volens ostendere se veram carnem habuisse et pro nobis vehementer dolorem sustulisse: et se ostendere patri paratum obedire. Et ad talē sensum prolata fuit illa oratio. Cuius sensus est iste O pater licet caro infirma naturaliter exhorreat et timeat mortem et si possibile esset vellet hunc calicem passionis transire et excusare tamen ego nolo condescendere et parcere carni nec conformare voluntatem meam cum appetitu sensitiuo. Sed cum tua voluntate. Nam licet caro sit infirma tamen spiritus promptus est ad obediendū tibi et patiendum pro genere humano. Et ideo non fiat sicut ego volo id est sicut caro suadet. Sed sicut tu vis et precipis: et ab eterno preordinasti: et per ora prophetarum predixisti. Ex quo patet quod voluntas christi simul compatiendo carni et sensualitati obediebat et conformabatꝰ paterne voluntati cui erat vnita per charitatem et gratiam. Et sic illa locutio siue oratio christi non fuit mortis excusatiua sed compassionis ad carnem et conformitatis ad paternam voluntatem expressiua: et hic est principalis sensus huiꝰ orationis: sed preter supradictum sensum adhuc illa oratio continet tria alia mysteria. quia explicat duplex desiderium in christo scilicet desiderium antecedens quo desiderauit et voluisset calicem sue passionis ad omnes homines transisse et omnes saluasse. Sed ex consequenti ostendit desiderium et voluntatem desideratam qua voluit tantum saluare predestinatos et penitentes. Tertio per illam orationem dedit nobis doctrinam vt discamus carni non condescendere. Sed diuine voluntati obedire. Quarto dedit doctrinam omnibus martyribus et omnibus fidelibꝰ vt ex proprijs viribus non presumant aggredi mortem absqꝫ diuino auxilio inuocato. Ex supradictis patet quid sit dicendum ad argumentum: nam christus in illa oratione nō postulauit mortem et passionem fugere: sed ostendit se infirmitati carnis non condescendisse sed patri obedisse et redemptionem pro omnibus postulasse: et sic exauditus fuit pro sua reuerentia et sua petitio deliberata semper fuit completa. ¶ Ad tertium dubium et argumentum est dicendum per eandem regulam et rationem quod querela quam christus videtur facere in isto psalmo non est indignatiua nec iniurie deputatiua. Sed patris et filij charitatis expressiua et admiratiua: quia vult ostendere quod tanta fuit charitas patris erga genus humanum quod proprio filio suo nō pepercit. Sed pro nobis ipsum morti tradidit et tanta fuit obedientia filij quod maluit patri quā proprie vite complacere: et hoc nobis manifestat vt nos sibi magis reddat obligatos. Ex dictis in primo dubio patet quod patrem filium derelinquere nihil aliud fuit nisi ipsum morti tradere et iudeis potestatem vt ipsum affligerent cōcedere. Item ex secundo dubio patet quod christum vt calix ab eo transiret et patrem rogare nihil aliud fuit nisi compatiendo carni simul patri obedire. Item ex tertio patet quod christum per modum querele suam afflictionem apud patrem exponere nihil aliud fuit q̄ charitatem patris erga genus humanum admirari et explicare.

Circundederūt me vituli multi tauri pingues obsederunt me. xxi. q. ij. ca. visis ibidē. de pe. di. ij. si cū.

Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum: ⁊ dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meū tanquā cera liquescens in medio ventris mei.

¶ Christus in hac parte explicat suam afflictionem et quasi hystorice texit discursum sue passionis incipiens a captione vsqꝫ ad mortem inclusiue. A ¶ Ad cuius intelligentiam est notandum quod christus quatuor nominibus appellat iudeos persecutores: appellat enim vitulos: tauros: canes: et leones. Unde per vitulos intelligit ministros: qui cum cum petulantia ceperunt ⁊ appellat tauros ipsos principes ⁊ phariseos a pinguedine et potentia. leones autem appellat eosdem propter iracundiam et furiam cum qua in ipsum irruerunt. canes vero eos appellat a mordacitate et latratu quia semper contra ipsum latrarunt et momorderunt. Dicit ergo christus. O pater quare me dereliquisti in potestate iudeorum: quoniam multi vituli circundederunt me in horto et ligauerunt me et trahentes per terram ad Annam et Caypham me duxerunt: et ibi tauri pingues id est principes sacerdotum. Scribe et pharisei qui dicuntur tauri propter potentiam ⁊ sacerdotium ⁊ dicuntur pingues a pinguedine diuitiarum et munerū et oblationū. Isti tauri pingues isti vituli scilicet eorum ministri obsederūt

Judei sunt persecutores christi.

me in domo anne et cayphe et ibi aperuerunt super me os suũ superbi et iracũdi sicut leo rugiẽs conuitia et opprobria inferendo ⁊ falsa crimina imponẽdo et blasphemũ appellãdo. Unde sicut leo rugiens et rapiens trahit predam per terraꝫ et lacerat et laniat. Ita me trahebant per terram cedendo spuendo collaphizando et capillos euellendo intantum ꝙ sicut aqua effusus sum et omnia ossa mea dispersa: idest tracta sunt super terram: quia ex nimio labore ⁊ afflictiõe perfusus sum sudore sicut aqua: quia intantum abundauit in me sudor ꝙ videbar perfusus in toto corpore sicut aqua madidus. Item sicut aqua immunda effunditur et proijcitur extra domuꝫ. Ita ego fui effusus et proiectus super terram tanq̄ inutilis et despectus. Item non solum ossa mea materialia et personalia fuerunt dispersa. Sed etiam omnia ossa mea mystica: idest omnes apostoli fuerunt dispersi. quia me relicto omnes fugerunt. Et sic in tali afflictione factuꝫ est cor meũ tanq̄ cera liquescens in medio ventris. idest corporis mei. Nam sicut cera liquescens a calore ignis non potest resistere: ita ego ex minimo labore debilitatus non poteram ei resistere: nec super pedes meos stare. Nam.

De pe. di.iij.c. inter h.

Aruit tanq̄ testa virtus mea: et lingua mea adhesit faucibus meis: et in puluerẽ mortis deduxisti me.

¶ Exhaustis omnibus viribus cordis tota virtus mea aruit ⁊ exiccata fuit tanq̄ testa. Nam sicut testa nucis vel cuiuslibet fructus aret et siccatur exhausto humore. Ita totum corpus meum aruit: ⁊ factum est macillentum naturalibus viribus exhaustis. Et sic frequenter cadebam in terram: eo ꝙ spiritus vitales deficiebant in corde: et motiui in musculis et animales deficiebant per totũ corpus: et sic non solum non poteram me sustentare ex defectu virtutis. Sed nec etiam poteram loqui Et ideo adhesit lingua mea faucibus meis. Et vlterius non fuisti contentus de tanta afflictione: sed etiam in puluerem mortis deduxisti me concedens iudeis potestatem vt me crucifigerẽt. Nã mane facto.

xvi.q.ij. visis.

Quoniam circũdederunt me canes multi: consilium malignantium obsedit me.

¶ Circũdederunt me canes multi. idest iudei mordaces et contra me latrantes tanq̄ canes et consilium malignantiũ scribarũ et phariseorum obsedit me. De quo consilio malignantium dixit Iacob Genes.xlix. Symeon et leui vasa iniquitatis bellantia in consilia eorum nõ veniat anima mea ⁊c. eo ꝙ scribe et pharisei erant futuri de symeon et sacerdotes de leui: vt patuit psal.ij. Ideo ait christus per os dauid. Circũdederunt me canes multi consilium malignantiũ obsedit me: ⁊ facto consilio tradiderunt me pontio pylato presidi: et tanq̄ canes latrantes et rabidi dixerunt crucifige crucifige eum: quia si hunc dimittis non es amicus cesaris. Unde pylatus timens accusationem populi me flagellatum ad crucem et morteꝫ destinauit in qua cruce.

Foderũt man⁹ meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerũt ⁊ inspexerunt me diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserũt sortem.

matthei xxvij. et Job.xix. xxi.q.vij ca. sicut dñi vestimentũ.

¶ Foderunt et clauis perforarunt et penetrarũt manus et pedes meos: et extendentes ⁊ trahentes brachia mea et pedes meos supra crucem: ad loca clauorum dinumerauerunt et delocauerunt et disiunxerunt omnia ossa mea. ipsi vero iudei inspexerunt me ⁊ considerauerunt me mortuum. Et sic despexerunt. Item ipsi gentiles et ministri circũdantes crucem viderunt me nudum in cruce pẽdentem: et considerauerũt et putauerunt me esse a deo despectum et abiectum: et sic despexerunt me. Et tunc milites et ministri pylati diuiserunt sibi vestimenta mea vnusquisq̄ partem suam diripiendo: et super vestem meam miserunt sortem.

B ¶ Ad cuius intelligentiam est aduertẽdum ꝙ christ⁹ habuit duas vestes: scilicet exterioreꝫ quã pallium vocabat que totum corpus superius tegebat: et habebat tunicam inconsutilem qua iuxta carnem interius tegebatur. Milites ergo diuiserunt sibi in partes vestimenta exteriora: scilicet pallium: vt ait Johã. euang. Sed non diuiserunt tunicam interiorem eo ꝙ erat incõsutilis desuper contexta per totũ. Sed miserunt sortem super eam: et sic vnus militum accepit eam tantum in sortem. Quod totum factum est in maximum mysterium ⁊ sacramentum: quia per illa vestimenta significabaᷣ totum mysterium sacre scripture vete.te. Nam per illa vestimenta superiora significabatur littera vete.te. Et per tunicam inconsutilem significabatur veritas euangelica clausa et cõtexta sub littera superficiali. Nam sicut pallium tegebat tunicã inconsutilẽ tangentem carnem christi. Ita littera superficialis veteris testamenti tegebat legem euangelicã ⁊ omnia mysteria passionis christi ⁊ ecclesiastica sacramenta in quibus realiter ⁊ virtualiter christus continetur. Et sic lex euãgelica diciᷣ tunica inconsutilis xp̄i desuper cõtexta per totũ continens realiter xp̄m in sacramẽtis: et ideo vestimẽta superiora fuerũt diuisa et lacerata ad denotandũ ꝙ lex moysi quãtum ad litterã fuit per partes rupta et lacerata ⁊ diuisa per hereticos et infideles: quia vnusquisq̄ eorum habet suam partẽ. Unde saraceni habent circũcisiones ⁊ quasdã lotiones: ⁊ quidã alij heretici adhuc seruant sabbatũ et quedã alia cerimonialia: et etiã iudei moderni et thalmudiste lacerarũt illã vestem vete.te. trahẽtes in partes suas partes abenazdra cordubẽsis ⁊ Ra.sa. ⁊ Rabi moyses de egypto q̄ glosant illã legẽ ad sensus ꝯtrarios. Et sic magnũ scisma ẽ inter eos. Sꝫ tunicã inconsutilẽ. s. legẽ euãgelicã nullus vnq̄ po-

xp̄s habebat duas vestes.

tuit lacerare nec porte inferi aduersus eam potue runt preualere: quia veritas euangelica semper manet inconcussa fundata supra firmam petrã. Sed etiam est aduertendum φ illa tunica incon/ sutilis non cecidit in sortem alicui iudeo: sed vni militum qui erat de populo gentili: ad denotan/ dum φ sors euangelica et fructus passionis non cecidit in populo iudeorũ: sed in populo gentili ad fidẽ conuerso. Et etiam quia sortes predesti/ nationis nõ ceciderunt nisi in preclaris christia/ nis vt dictum est psalmo decimoquinto.

ij.q.vij. testes.xx. iiij.q.i. c.qd.di/ gnior. argu.de pse.di.ij literas.

Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionez meam conspice.

Erue a framea deus animam meam et de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis: et a corni/ bus vnicornium humilitatẽ meam.

¶ Hec est secunda pars principalis huius psal/ mi in qua christus petit liberari per resurrectio/ nem que fuit finis omniũ afflictionum. Unde di/ cit: tu autem domine pater ne elongaueris: idest ne differas auxilium tuum a me: sed cito conspice ad defensionem meam tertia die me suscitando: et tu deus erue animam meam a framea et gla/ dio mortis: scilicet ab illa sententia data in adaz in qua dictum est: puluis es et in puluerem reuer/ teris: et erue vnicam animam meam de manu ca nis infernalis: ne detineat eã in inferno sicut de/ tinuit alios propter peccatum ipsius adam. Et ideo canis infernalis non potest animam meam iure detinere: eo φ est vnica et sola nulli peccato obnoxia non solum in persona: sz nec etiam in na tura eo φ ex opere Adam natus non sum: et ideo sum solus inter mortuos liber a morsu canis in/ fernalis. Et libera me etiam de ore leonis tarta/ rei ne deuoret et absorbeat me: et libera etiã hu/ militatem meam a cornibus vnicornium. A

Infern⁹ seu dia/ bol⁹ tri/ bus noĩ bus dr.

¶ Ad cuius intelligentiam est notandum φ chri/ stus tribus nominibus appellat infernũ siue dia bolum. appellat enim ipsum canem et leonem: et vnicornem. et hoc ratione proprietatũ istorum trium animalium. Est enim diabolus ⁊ infernus immundus et obscenus per luxuriam: et mordax et latrans per auariciam sicut canis. Item est dia bolus iracundus et inuidus sicut leo: et est super/ bus et elatus sicut vnicornis qui nõ patitur prio rem nec equalem in itinere. sed vult φ omnia ani/ malia ipsum post tergum sequantur: nec patitur etiã consortem secum in latibulo. Cũ ergo diabo lus oĩa supradicta vitia hominibus suadeat: nõ debet de iure cruciare nec in inferno tenere nisi so los imundos ⁊ luxuriosos et auaros ⁊ inuidos et iracundos et superbos. Ex quibus patet φ infer nus de iure nõ poterat xp̃m detinere. cuz ab⁹ oib⁹ supradictis vitijs esset liber ⁊ immunis: imo erat mundus et mitis ⁊ humilis. hoc est ergo qd̃ alle/ gat xp̃s apud patrẽ dicẽs. Erue vnicã animã meã sine pctõ de manu canis: eo φ est vnica sine pctõ ⁊

libera me de ore leonis: et a cornibus vnicorniũ: quia mitis sum et humilis corde. Est vlterius ad uertẽdum φ christus in hac parte non solum pe/ tit supra dicta prophetice in persona sui: sed etiã deprecatiue orat patrem in personam membro/ rum: vt liberet fideles suos a supradictis vitijs ⁊ de penis inferni per passionem suam et ecclesia/ stica sacramenta.

Narrabo nomẽ tuum fratrib⁹ meis: in medio ecclesie laudabo te. Heb. ij. ca.

¶ Hec est tertia pars principalis in qua xp̃s pro mittit se agere post beneficia recepta. L ¶ Ad cuius intelligentiã est notandũ φ quattuor fecit xp̃s in suo aduentu et post resurrectionẽ suã. Pri/ mo quia ipse manifestauit nomẽ dei in sua predi catione et aperuit apostolis sensum et scriptu/ ras: vt patet Luce.xxiiij. ⁊ misit eos ad predican/ dum per vniuersum orbẽ. Mat. vltimo. Secũdo quia vna ecclesia fuit adunata ex iudeis et genti libus: immo totus ppl̃s gentilis venit ad fidem. Tertio φ nomẽ dei fuit laudatũ a solis ortu vsq3 ad occasum. Quarto φ solũ ⁊ veruz sacrificiũ. sez eucharistia fuit oblatũ in vniuersali ecclesia a so lis ortu vsq3 ad occasum cessantibus cerimoniali bus et idolatria. Dicit ergo xp̃s. o pater postq̃ in carnatus narrabo nomen tuum fratribus meis apostolis. primo in mensa anteq̃ patiar. Unde Johã.xvij. Pater manifestaui nomẽ tuũ homini/ bus. Item Johã.xvi. Uos autẽ dixi amicos: quia quecũq3 audiui a patre meo nota feci vobis. Sed magis narrabo nomẽ tuũ fratribus meis quan/ do aperiam eis sensum et scripturas post meã re surrectionẽ: ⁊ mittã eos ad predicandũ euãgeliũ omni creature. Et sic laudabo te o pater annun/ ciando mirabilia et secreta tua in medio ecclesie Primo apostolorũ ⁊ discipulorũ. Scdo in medio totius ecclesie ex gentilibus cõgregate: et ideo oẽ semen israel nõ solũ ẽm carnẽ: sed etiã ẽm spiritũ et promissionẽ timeat. i. tunc timebit eum sez deũ patrẽ: quoniã nõ spreuit neq3 despexit orationem mei pauperis: immo exaudiuit me: quia me resu/ scitauit: et passionẽ meam in salutẽ membrorum meorũ acceptauit: et regnum celorũ et passionũ mihi donauit. Et ideo.

Qui timetis dominum laudate eũ: vniuersum semen iacob glorificate eum. xxiij.qd. vi.c. scis matici. §.vl. i fi.

Timeat eum omne semen israel quo niam non spreuit neq3 despexit depre cationem pauperis.

Nec auertit faciem suam a me et cuz clamarem ad eum exaudiuit me.

¶ Omnes conuersi qui timetis deuz laudate eum ⁊ vniuersum semẽ iacob: ẽm spũ ⁊ pmissionẽ glo rificate eũ manifeste lõge lateq3 pfitẽdo: ⁊ timeat eũ oẽ semẽ israel. i. oẽs deũ per fidẽ. videtẽs ⁊c. Et nota φ notãter dicit narrabo. i. manifestabo nomẽ tuum. q2 omnes patres vete. te. expectabãt

xp̄m vt eis litteris manifestaret nomen dei quod est iesus vt patuit psalmo.xviij.

De con se.di.ij. hi.in glo

Apud te laus mea in ecclesia magna vota mea reddam in conspectu timē tium eum.

¶ Hic promittit se vota sacramētorū oblaturum et maxime sacramētū eucharistie quod dicitur votum et sacrificium laudis eo q̄ de se est bonum et laudabile et acceptabile de opere opato apud patrem.ideo ait.o pater tunc apud te erit laus mea in ecclesia magna a solis ortu vsq̄ ad occasum quia vota mea reddam id est ecclesiastica sacramenta in conspectu omnium fidelium timentium eum.Sed inter cetera vota offeram sacramentum eucharistie sub specie panis et vini. Unde hoc sacrificium non offeretur in ecclesia parua qualiter erat hierusalem terrena in qua sola offerebantur sacrificia vet.l. Sed hoc sacrificiū offeretur in ecclesia magna a solis ortu vsq̄ ad occasum in memoriam passionis.

De con se.d.ij.c. xp̄s.

Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculū seculi.

¶ Pauperes christiani qui terrena cōtemnunt:et gentiles qui ante fuerant pauperes sine vera lege et sacrificio:tunc edent hoc sacramentum in quo offeretur vera caro et sanguis christi mediatoris.Et sic saturabuntur saturitate spirituali q̄ reficietur eorum anima et conscientia.Et sic laudabunt dominum omnes fideles qui requirunt eum:et corda eorum viuent in seculum seculi.Nā ille cibus non dat vitam temporalem sed spiritualem et eternam.Nam sicut ego viuo propter patrem:ita qui manducat me ipse viuet propter me.Iohā.vi.Nam licet corpus moriatur temporaliter:tamen anima viuet in eternum.

De pe. d.j.⁊.v.c nullꝰ ex pectet.

Reminiscentur et cōuertentur ad dominum vniuersi fines terre.

¶ Et Uniuersi fines terre .i.gentiles qui habitant p oēs fines terre reminiscētur et cognoscēt deum et conuertētur ad dominum predicatione apostolorum et martyrum et doctorum.

De cse. d.iij.pla tum. de sūma tri.⁊fide cat.c.j.

Et adorabūt in conspectu eius: vniuerse familie gentium.

Quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium.

¶ Uniuerse familie gentium adorabunt in cōspectu eius:quia in hoc sacramento adorabunt verū deum execrata ⁊ abiecta idolatria :quoniam totus populus gētilis est ⁊ erit regnum domini qui ante fuerat regnūdiaboli q: p̄ncepshuiꝰ mūdi eijcietur foras p hoc sacramētum eucharistie:et ipse deus dñabitur gentium omnium.Et sic post conuersionem magni constantini.

Manducauerunt et adorauerūt oēs pingues terre in conspectu eius cadent omnes qui descēdūt in terram.

De pe. di.iij.§. q̄d.cap qd ergo

¶ Oēs pingues terre.i.omnes diuites et reges et principes cōuersi ad deū manducauerunt et adorauerūt hoc sacramētū:et oēs qui descendūt interram.id est omnes mortales qui sepeliendi sunt in terra cadēt et pcidēt in facies et curuabūt genua in conspectu eius sacramenti qn̄ videbūt in manibꝰ sacerdotū.Et sic adorabūt eū. B ¶ Ad cuius intelligētiā est aduertēdū q̄ notāter dicit mā ducauerunt et adorauerunt ad exprimendum excellentiā huiꝰ sacrificij sup sacrificia et sacramenta ve.leg.Nā in hoc sacramento continetur realiter totꝰ xp̄s deꝰ et hō et tota trinitas:in illis aūt nō nisi figuraliter.Uñ modus et ordo quo existit deꝰ in hoc sacramēto est iste.Nā prio ibi existit verum corpus.xp̄i.s.caro cū neruis ⁊ ossibꝰ et hoc p se ex vi sacramenti et cōsecrationis.Naʒ in hoc solū trāssubstātiat̄ substātia panis sicut sonāt verba.Scdō est ibi imediate sanguis xp̄i p imediatā cōcomitātiā.Tertio est ibi anima xp̄i informans et actuās corpus p cōcomitātiā ad totū.Quarto est ibi verbū dei incarnatū toti hūanitati xp̄i personaliter vnitū.ex consequenti est ibi tota deitas que plene est in verbo et ex p̄nti est ibi persona patris cōicans v̄bo totā deitatē a quo originaliter filius habet q̄cquid hʒ:et ex p̄nti ē ibi spūsctūs: ab vtroq̄ pcedēs.ex quo pʒ q̄ filius nō ē ibi sine patre nec spūsancto pter inseparabilē consubstantialitatē q: aliter esset censendꝰ arrianꝰ et non catholicus oppositū cōcedēs:et hec est causa quare adorat̄ hoc sacramētū et nō sacrificia veteris legis q: deꝰ hʒ specialē modum existendi in hoc sacramento et ideo dicit dauid adorauerunt ⁊c.in quo adoratur deus in trinitate.

Nota.6 corpore christi.

Et aia mea illi viuet: et semē meum seruiet ipsi.

De pe. di.j.§.in terē.xp̄i. resuscitatus.

¶ Hic finaliter pphera dd̄ in spū sub fide et spe xp̄i futuri iam letat̄ in hoc sacramento dicēs anima mea.tūc.i.in lege gratie viuet illi scilicet christo per hoc sacramentum.Nam sicut nos viuimꝰ in re per hoc sacramentum ita dd̄ et oēs p̄res viuebant in spe:quia eadem est fides.Et ideo sequitur semē meū.scʒ maria et ioseph:et apostoli qui erant de semine meo s̄m carnem et etiam s̄m spiritum seruit ipsi christo.

xv.q.j.reuertimi.

Annūciabit̄ dño gnatio ventura et annunciabūt celi iusticiā eius populo qui nascetur quē fecit dominus.

¶ Generatio ventura q̄ cōuertetur annūciabit.i. cōfitebitur dño et celi.i.apostoli annūciabunt iusticiam eius.i.legē euāgelicam iustificantem ipsi populo qui nascetur per baptismum:quem populum dominus fecit et regenerauit sibi.Et nota q̄ etiam isti duo vltimi versus possunt esse verba ipsius christi continuando ad precedentia. vt patʒ Et sic iste psalmus magis vr̄.hystoria euāgelica q̄ prophetia.Sed ceci iudei nō merentur percipere nec gustare:ideo nos agamꝰ grās deo.Et nota

q xps sive dd maxime post xpi passionē memorat sacrificium eucharistie eo q fit in memoriaz passionis: et qr maxime in eo representat passio xpi. Et ideo xps pmittit q si pater resuscitat ipsuz relinquet hoc memoriale et quotidianū sacramētū in memoriā passionis. D ¶ Ex isto psal. pnt recolligi .xiiij. oclusiones quaz pma ē q xps dupliciter conquerit se a pre derelictū. Prio in mēbris qr ab adā usq ad xpz totū gen' hūanū erat a deo abiectū et relegatū. Scdo i psona inquātum pater permisit ipsum a iudeis affligi et crucifigi.

¶ Scda cōclusio q xps in hoc psal. et qn dicit pr si possibile est rc. Nō intēdebat mortē et passionē p nobis excusare: sed suā obediētiā explicare inquātū maluit patri obedire q infirmitati carnis et pprie vite pcere et cōdescēdere. ¶ Tertia cōclusio q pr intmō: filiū exaudisse. inquātū eius afflictiōi nō pepcit. ¶ Quarta cōclusio q lz desideriū aīs in xpo nō semper fuit ipletū: tn eius volūtas aīs et petitio deliberata semp fuit exaudita et cōpleta. ¶ Quīta cōclusio q xps in horto et in cruce nō orauit nec clamauit p se sz p delictis mēbroz suoz p qb' passus ē mortē: iō dicit nō ad insipiētiā et culpā mihi. ¶ Sexta cōclusio q xps in tota prima pte hui' psal. nō itēdit ppriā iiuriā exigere: et disputare. sz charitatē pris admirari q vt seruū liberaret filiū naturalē et iustum et innocentem iudeis tradidit occidendū. ¶ Septima oclusio q sacerdotes et pharisei tāq tauri pigues et leones rugiētes et canes mordaces obsederūt xpz. i. ex inuidia et auaricia et malicia. ¶ Octaua oclusio q xps in sua passione oñdit verā carnē hūanitatez qr multiplr fuit afflict' et finalr foderūt ma n' et pedes ei' et lat' vñ exiuit verus sanguis vñ iudei cōsiderauerūt et isperexerūt et cognouerūt xpm esse verū hoiem. ¶ Nona conclusio q vestimēta xpi exteriora fuerunt in ptes scissa et diuisa sed tunica icōsutilis interior nō fuit scissa: sz cecidit in sortē vni militū de pplo gētili. ad denotādū q tūc fuit lacerata vestis et superficialis littera ve. te. sz tunica interior. s. vitas euāgelica sub lrā clausa tūc fuit manifestata manēs itegra et incōcussa. q nō cecidit in sortē synagoge: sz pplo xpiano ex pplo gētili p maiori pte cōuerso. ¶ Decima oclusio q sicut xps fuit liber ab oi pctō tā originali q mortali: qr aīa sua fuit vnita sine peccato et sine culpa et fuit hūilis et mitis: ita fuit libera a framea et snia mortis data in adā et a morsu canis et ab ore leonis et a cornibus vnicorniū infernaliū qr sicut fuit liber ab oi culpa ita ēt ab oi pena ifernali. ¶ Undecia cōclusio q xps loquit in hoc psal. nō solū i psona priuata: sz tāq caput et spōsus et aduocat': iō etiaz orat p mēbris vt liberētur a culpa et pena carnis et leonis et vnicorniū infernaliū: et hoc p suā passionē et ecctiastica sacramēta. ¶ Duodecima cōclusio q qttuor fecit xps i suo aduētu. Nā prio nomē dei pris tetragrāmatō. s. oīpotētiam et sapiētiā et miaz et iusticiā dei pris i seipo fratrib' suis aplis et xpianis manifestauit et narrauit et declarauit. Scdo nomē dei pris in magna ecclesia toto orbe diffusa fecit laudari et de beneficijs natiuitatis et incarnationis et resurrectionis festa celebrari

xps i hortoz i cruce p peccat orib' orauit.

xps fuit liber ab oi pctō.

Tertio instituit sacramentuz eucharistie ad spūalem refectionem pauperum christianoruz. Quarto cōgregauit totum populum gentilē ad adorādū deū in hoc sacramento. ¶ Decimatertia oclusio q aīa fidelis xpiani viuit spūaliter in refectione hui' sacramēti. ¶ Quartadecima oclusio q celi. i. apostoli et discipuli annūctiauerunt iusticiā christi et huius sacramenti et totam legez euāgelicā populo gentili de nouo regenerato. Et ēt celi id est prelati ecclesie et doctores et sacerdotes annunciabūt iusticiā legis euāgelice toti populo regenerando per baptismum et ecclesiastica sacramēta vsq ad diem iudicij.



Dominus regit me et nihil mihi deerit i loco pascue ibi me collocauit. Al's pascit me. q cōse. d ij. c. in calice.

¶ Titul' psal. dauid. ex titulo appa ret q dauid fecit hunc psal. Sed de causa mouente dauid ad faciendum hunc psal. et de materia eius discordant magistri hebreorū inter se. Nam quidam dicunt q dauid fecit hunc psalmum in persona populi israel redeuntis de captiuitate babylonie in terram iuda: que est fertilior et abundantior q babylonia. Et ideo agit gratias quia venit in terram fertilem et amenā. Alij dicunt q dauid fecit hunc psalmum p seipo agens gratias q de' reduxerat ipsum in iudeam quādo fugerat a facie saul in spelūcā odolā. j. Regū. xxvj. et iō dicit. grās ago dño qr dñs regit et direxit me: et collocauit me de loco pascue et fertilitatis. s. cz in iudea rc. Sed manifeste vtriq istoruz mentiuntur primo quia babylonia sine proportione est fetilior et magis aquosa q tota terra pmissionis. Ideo in reditu captiuitatis iudei passi sunt famez et penuriam vt patet primo esdre. Itē quia in tota terra pmissionis et maxime in terra iuda non est tanta vbertas quanta hic memorat cum sit terra lapidosa et inaquosa preter ripam iordanis in galilea. Item iste psalmus computatur inter sacras scripturas sicut ceteri ergo continet sacramentum de christo et ecclesia sicut frequenter et sepius dictum est. Ideo ad eius intelligentiam est aduertendum q licet tota terra iuda a hierusalem vsq ad cades et bersabee versus meridiem sit p maiori parte inaquosa et sterilis: tamen inter ceteras ciuitates et bethleem est magis fertilis eo q est magis irrigua et abundans aquis fontalibus maxime quia habet' vnū magnum fontem manantem ex montanis iude prope domum zacharie. Qui quidē fons irrigat maiorem partem territorij. et inde est q abundat pascuis et vino et frumento et oleo plus ceteris iudee. Et ideo ante vocata fuit effrata id est fertilis. Sed tempore ruth dicta est bethleem. id est domus panis eo q post longam famez abundauit pane plus ceteris vrbib' iuda et hoc propter maiorem copiaz aquarum. B ¶ Et iō bethleē maxime gerit typum et figuram christi et ecclesie. Prio qr in ea nasciturus erat xps q est panis viuus qui de celo descēdit. Scdo quia significabat vbertatē sacramētoz ecclesie: que conficiuntur ex

bethleē gerit figurā xpi et ecclesie

aqua: et pane vino et oleo vt patebit. Scdo ē no tandum q sicut bethleē gerit typum ecclesie propter dictā fertilitatē: et eo q xps erat in ea nasciturus. Ita dauid gerebat figuram xpi. Prio qr fuit natus in eadē bethleem vbi xps erat nasciturus. Secūdo qr p maiori parte habuit oēs proprietates xpi. qr primo pauper et pastor et passus persecutiones iniuste et vltimo sublimatus in regem &c. Et ideo est aduertendū q anteq dauid vngeretur primo in regem custodiens oues patris sui erat ignarus oīm istorū et vir simplex. Sed postq vnctus est per samuelē ilico directus est spūs dñi in dauid: et adeptus est spiritū corporalis fortitudinis et adeptus ē spiritū pphetie: vt ait iosephus et ilico fecit aliquos psalmos dū pasceret oues qđ pbatur. Nam cum spiritus neq vexaret et agitaret saulē dixit quidā de pueris. Noui dauid filiū isay: bethleemitam scientem psallere cythara et dñs est cū eo. Et sic venit dauid ad regem qui cum psalleret cythara discedebat spūs neq vt ptz. i. Re. xvi. Ex quo ptz q dauid psallebat aliquos psal. quos condiderat Nam diabolus nō fugiebat sonum cythare sed virtutem psal. quos dauid cantabat cū cythara. Et sic est credēdū q dauid fecit aliquos psal. dū pasceret oues anteq eēt gener regis. Inter quos vnus fuit iste. Unde postq dauid adeptus est spiritum prophetie post primam vnctionem iam spiritus et animus suus totaliter fuit directus et eleuatus in deum. videns ergo se pastorem gregis et vnctū in regē et natū in bethleē: et cōtēplās terram bethleem irriguam et fertilem. et considerans oues quas pascebat. et baculū quē gerebat quo sustentabatur et regebat oues tūc preuidit in spū qualiter xpus qui est panis viuus erat in bethleem nasciturus et qūo xps in lege pmissus erat futurus verus pastor ouiū fideliū et rex vniuersalis et dñs qui oues suas debebat i loco pascue collocare et ibi eas per suos prelatos regere et pascere. preuidit etiā ex felicitate ipsius bethleez totā fertilitatē futurā ecclesie: et oīm sacramentorū quib' oues xpi reficiunt et pascunt et p illū fontē irrigantē totā terram bethleē preuidit fontē aque baptismalis ecclesie. Itez etiā per illum fontē irrigantē totaz terrā bethleē. preuidit in spū qualr ex latere xpi debebat exire sanguis et aqua. Ex quo fonte erat tota ecclesia irriganda per septē riuulos ecclesiasticoz sacramētorum. Et per abundantiā et copiā pascuoz preuidit cetera sacramenta puta per copiā panis et vini preuidit sacramentū eucharistie: et per copiam olei preuidit oleum crismatis et cathecuminorū et infirmorum ad sananda vulnera pctōruz. et per baculū et virgam pastoralē preuidit legem euangelicam que est virga ad dirigendum nos per semitas vite et est baculus ad sustentandum ne cadamus in vmbra mortis. et sic dauid preuidens oia ista in spū cōmotus est a spūsancto ad faciēdum istuz psalmum. Sed qr esdras preuidit in spū q omnia ecclesiastica sacramenta debebant trahere et sumere virtutez ex passione et latere christi. Ideo collocauit hunc psalmum immediate post

dauid figura xpi

precedentem. eo q ibi predixerat dauid totū mysterium passionis christi. a qua passione habent virtutem omnia sacramēta. de quibus agitur in hoc psalmo in quo dauid duo facit. Nam primo gaudet iam in spe qualiter christus verus pastor reposuit suum gregem fidelium in pinguissimo agro ecclesie i quo pascit fructib' vberrimis ecclesiasticorum sacramentorum. Secundo preuidit effectum et fructum quem fideles consecuturi sunt ex refectione istoruz sacramētorum qui quidem fructus est gratia et misericordia in presenti et vita eterna in futuro: ibi et misericordia tua subsequetur me. ¶ Quantum ergo ad primū dicit dauid in persona corporis mystici. Gratias ago et letor in spe christi futuri: quoniam dominus meus iesus christus regit idest reget et pascet me: et erit mihi pastor et rector quia ibi in loco pascue collocauit me id est deduxit et introduxit me in ecclesiam in qua est copia pascue et bonorum spiritualiuz quibus anima reficitur. Nam nec synagoga nec lex moysi me potuit reficere nec iustificare cuz esset sterilis. Sed christus in lege promissus qui est panis viuus et verus rector et pastor collocauit me in ecclesia sua que est locus vere pascue sicut ego preuidi in spiritu per officium regni et pastoratus mihi commissi: et per fertilitatem terre bethleem vbi ego pasco oues meas: quam ego preuidi in spiritu vbertatem et copiam bonorum spiritualiuz ecclesie christi sicut dictū est. Litera Hierony. habet dñs pascet me i pascuis herbarū: et tūc littera est plana.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

dis. l. ca. ts vero. i

¶ Hic incipit enarrare bona spiritualia: siue pascue huius ecclesie. ¶ Unde est aduertendum q pascua siue bona ecclesie: quedam sunt doctrinalia sicut sunt precepta et consilia euangelica: et quedam medicinalia sicut sunt ecclesiastica sacramenta que simul reficiunt et sanant. Nam primo baptismus sanat a peccato et viuificat a morte. Secundo confirmatio roborat animum contra tentatiōes. Tertio penitētia resuscitat a morte et pena eterna. Quarto eucharistia nutrit et dat spiritualem vitam. Quinto extrema vnctio sanat omnia venialia vulnera que remanent post penitentiam: et ideo hec bona principaliter enumerat. dicit ergo dauid bene dico q dominus meus iesus christus collocauit me in loco pascue bonorum spiritualium. Nam primo ipse educauit et nutriuit me et viuificauit super aquam baptismalem refectionis quia cum essez mortuus peccato originali: ipse regenerauit et refecit me per aquam baptismalem. Secundo cum essem longe a deo per peccatum mortale: ipse animam meam conuertit per sacramentum penitentie. Tertio cum essem extra viam iusticie in regione vmbre mortis et ignorantie.

efficacia sacramētorum.

Deduxit me super semitas iustitie propter nomen suum.

ij. q. vij. testeo.

¶ Deduxit me sup semitas iusticie: dādo .s. mihi

precepta euāgelica moralia et cōsilia: et hoc fecit non meis meritis: sed propter nomen suuz quod est iesus .i. saluator: quia ad hoc venit in mundū.

v. qd .v. nō oīs.

Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis nō timebo mala quoniā tu mecum es.

¶ Si ābulauero in medio vmbre mortis id est inter peccatores et diabolos tentatores non timebo mala idest tentationes et persecutiones eorum: quoniam tu mecum es auxilium gratie largiendo quod probo. Nam quarto.

di. xlv. c. disciplina. et de pse. c. ij. in calice

Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

¶ Dedit mihi virgam .i. disciplinam euangelicam ad dirigenduz in hac vita vt incedam recta via ad vitam eternam: et dedisti mihi baculuz fortitudinis: et aliorum donorum spiritussancti per sacramentum confirmationis: quo baculo sustētor ne cadam et resistam tentationibus. Et virga tua euangelica et baculus tuus fortitudinis ipa duo sciliz virga et baculus me consolata sunt dirigendo et roborando. Quinto.

De pse. distin. ij. xp̄s.

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.

¶ Parasti mensam eucharistie in conspectu meo aduersus omnes inimicos tam visibiles q̄ inuisibiles: qui tribulant me. Nam per hunc cibum primo ego reficior: et deperdita gratia in me restituitur et capiti meo christo reiūgor: et simul cuz eo spirituali vita viuo: et cōtra inimicos fortior efficior. Et etiā parasti in ɔspectu meo mēsam sacre scripture aduersus tentationes. Nam per documenta sacre scripture possum tentationes cauere: sicut xp̄s cū dicte scripture respondebat tētatori diabolo vt ptz Mat. iiij. Sexto.

De con se. dis. ij. xp̄s. Triplex vnctio corpis et anime.

Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians q̄ preclarus est.

¶ Impinguasti in oleo caput meum .s. animam et cōscientiā que est caput totius corporis. Naz ibi fui impinguatus et vnctus oleo sacramētali Primo oleo cathecuminorum in baptismo ad sanandū originale. Secundo chrismate salutis ad roburset peritiam in confirmatione. Tertio oleo infirmorum in extrema vnctione ad sanandum vulnera que per sensus corporis perpetraueram sed pistas tres sacramētales et visibiles vnctiones fui vnctus in anima impinguatus et ditatus oleo leticie et gratie inuisibilis spiritussancti. Septimo finaliter loquēdo O q̄ preclarus est et frutex calix meus inebrians in amore tuo: quem dedisti mihi in sacramento altaris: quem calicē dimisisti mihi in memoriam tue passionis. quasi dicat. tam preclarus et memorabilis est iste calix tue passionis et eucharistie q̄ nullum sacramentum est ipsi comparabile in dignitate. Nā in hoc sacro conuiuio corpus christi sumitur: et recolitur memoria totius passionis cum in eo sit realiter christus cuz tota virtute sue passionis: et in eo future glorie nobis pign⁹ datur. O ergo q̄ preclarus memorabilis et dignus est calix iste inebrians aīam releuās eā a mūdanis et totaliter eā iungens deo et p amorē in deū cōuertens: qz aīa magis est vbi amat q̄ vbi infirmat. Nam amor transformat amantē in amatū. Quē quidez effectum facit iste preclarus calix et cōtēplatio ei⁹: qz tm̄ inebriat aīaz q̄ trāsformat eā in deū a quo quidez calice passionis hn̄t v̄tutē oīa alia sacra ecclesiastica qsi dicat. O q̄ preclar⁹ est calix iste passionis xp̄i qz ab eo fluxerunt virtualiter oīa ecclesiastica sacra. Nā pmo rigauit ecclīaz aq̄ baptismalis refectiōis. Scd̄o ditauit eā ceteris pascuis et bonis sacramentalib⁹ et sp̄ualib⁹. Ex qbus ptz inquantū est vber et fertilis in pascuis sp̄ualib⁹ iste ager ecclesie in quo xp̄s nos collocauit q̄ i eo tot et tantis et tā preclaris bonis et cibis et fructibus spiritualibus fruamur et pascamur.

Et misericordia tua subsequet me omnibus diebus vite mee. Dis. xx. iiij. cap. dyaconi

¶ Postq̄ superius enumerauit ecclīastica sacra nobis data in sp̄ualem refectionem. hic predicit fructū et effectū oīm sacramentorꝝ quē ex eis cōsequimur: q est mīa et grā in pn̄ti et vita eterna in futuro. dicit ergo q̄ tante v̄tutis est refectio istorꝝ sacramētorꝝ: q̄ ex eis mīa tua subsequet me dans gratiam in pn̄ti omnibus diebus vite mee. De pse. di. ij. ca. xp̄s. et tri b⁹. c. se.

Et vt inhabitez in domo domini: in longitudinem dierum.

¶ Ut post hāc vitā habitē in domo dn̄i in regno celorꝝ in lōgitudinē dierū .i. in eternū et cōsequar vitā eternā: quasi dicat q̄ sicut cib⁹ corpalis dat vitā corporalē: ita cib⁹ sacramētorꝝ dat vitā spiritualē .s. grām in pn̄ti: et vitā in futuro eternam. Et nota q̄ ecclīa dicit hūc psal. in agenda defunctorū in psona cuiuslibet defuncti existētis i purgatorio inq̄tū postq̄ recessit ab hac vita cū refectione sacramentorū penitentie et eucharistie desiderat exire a penis et habitare i domo domini et pasci et frui pabulo glorie in eternum.



Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. s. cor. x. s. d. xviij. c s. et .xij. qd. ij. in ecclīasti co. et extra d de. c. tua nobis.

¶ Titulus psal. dauid in prima sabbati. Ex titulo apparet q̄ dauid fecit hunc psalmuz: et tradidit eum cātoribus vt cantaretur in prima sabbati sciliz prima die post sabbatū que est dies dominica. et ratio est. Nam in hoc psal. memoratur vniuersale regnum et potestas quaz adeptus est xp̄s in die resurrectionis. Nam sicut in die dn̄ica deus creauit mūdum et oīa que sunt in eo s̄m mētem Au. Ita xp̄s in die dominica resurrexit et in se renouauit oīa et adeptus est vniuersale dn̄iuz et ptātē vt ip̄e ait Mat. xviij. data ē mi hi oīs potestas in celo et i terra &c. qd̄ puidēs dauid in sp̄u fecit hūc psalmū in quo tria facit. Nā pmo ondit

Qualiter omnia subijciuntur deo.

et ꝓdicit totū regnū mūdi de iure deberi ipsi xp̄o Scḋo apostrophat ad principes inferni vt recipiant ipm tāq̄ dnm̄ ⁊ adaperiāt sibi portas inferni Tertio apostrophat ad principes celi vt recipiāt eū tāq̄ dnm̄ ⁊ triūphatorē in die ascēsiōis. Scḋa ibi. Attollite portas. Tertia ibi. Attollite portas Quātū ergo ad primū dicit. Tota terra habitabilis ⁊ plenitudo eius. i. oia q̄ in ea continent. s. aialia ⁊ planta ⁊ mineralia est possessio dn̄i nr̄i iesu xp̄i eo q̄ est deus ⁊ hō ⁊ nō solum terra sed etiam totus orbis terrarū ⁊ vniuersi qui habitāt in eo. s. celi ⁊ astra ⁊ elemēta ⁊ vniuersi angeli qui habitāt i celo ⁊ hoīes q̄ habitāt in terra ⁊ demones q̄ habitāt i iferno sub terra. Oia hec sunt sub ptāte ⁊ ditione dn̄i nostri iesu xp̄i. Deinde cū dicit

xxv. dis ca. ab exordio.

Quia ipse super maria fundauit eū et super flumina preparauit eum.

¶ Probat dupliciter qḋ dixit. s. q̄ xp̄s sit vniuersalis dominus totius orbis terrarum. Prio inq̄ntum deus. Secundo etiam inq̄tū hō. ibi q̄s ascendet probat ergo primo q̄ xp̄s sit dn̄s orbis inq̄tū de⁹: eo quia ipse fundauit eū sup maria: ⁊ pparauit et disposuit eū sup flumina. ¶ Ad cuius intelligētiā est aduertēdū q̄ ꝑm naturā ⁊ ordinē elemētorū terra est inferior quia grauior. vt ptꝫ. iiij. celi. ⁊. i. methẽorox. Et ꝑ cōsequens aqua que est super terram deberet naturaliter circuire vndiq̄ totam superficiem terre: eo q̄ est leuior q̄ terra ⁊ grauior aere. Sed diuina prouidentia in primordio creatiōis diuisit aquaꝫ ab aq̄s et apparuit arida vt preberet habitationem hoīb⁹ et bestijs. Que quidē diuisio aquaꝝ nil aliud fuit nisi q̄ taliter disposuit terrā q̄ eleuauit multos mōtes: in ea inter quos mōtes māserūt valles per q̄s currunt aque manantes a fontibus ex radicibus et lateribus montium que congregantur in flumina per valles decurrentia vsq̄ ad inferiores partes terre ex qua congregatione fiunt maria: ⁊ sic facta sunt maria in depssiorib⁹ partib⁹ terre ex cōgregatione fluminū et sic manserunt montes eleuati altiores super maria et flumina que sunt in vallibus et locis inferioribus: et sic diximꝰ q̄ barchinona et genua et caieta: et neapolis sunt ciuitates site supra mare eo q̄ terra et montes in quib⁹ fundantur sunt altiores q̄ mare: ⁊ eadem ratione dicimus q̄ roma est sita supra tyberim et florentia supra arnum: et valentie supra turrium fluuium. Sed de hac dispositione terre latius dicetur psal. ciij. Propter ergo supradicta dicit dd̄ q̄ iō christus est vniuersalis dominus orbis terrarum eo q̄ ipse fundauit eū super maria eleuando mōtes et colles manentibus aquis in depressioribus partibus terre et preparauit: et disposuit super flumina eodem modo q: ripe sunt altiores ex currentibus fluminibus ꝑ valles depressiores vsq̄ ad maria. q. d. q̄ sicut aqua deberet continere terram tamen terra cōtinet aquas et omnia maria et paludes et flumina in vallibus et partibus depressioribus et decliuioribus sicut vas continet aquam vt latius patebit psalmo. ciij. ⁊ in hoc manifesta tur diuina prouidentia et sapientia.

No. quō terra est grai uor

Quis ascendet in montē dn̄i aut q̄s stabit loco sctō eius.

De pe. dist. i. c. omnis.

¶ Hic ꝓbat q̄ xp̄s inq̄ntū homo est domin⁹ toti⁹ orbis ⁊ nō solū terre: sed ēt celi. vñ mouet quādā q̄ōnē dicēs ego bñ credo q̄ xp̄s inq̄ntū de⁹ ē dn̄s toti⁹ orbis sed est dubiū si inq̄ntū hō possit esse dn̄s celi nā q̄s vnq̄ hoīꝫ ascēdit in mōtē dn̄i i. in celum empireū qḋ cōiter in scriptura dr̄ mōs domini. aut quis homo stabit in loco sctō domini: cū celū sit purū et incorruptibile: ⁊ hō immūd⁹ et corruptibilis: ad hoc respondet dd̄ innocens manib⁹ et mūdo corde ascēdet et erit dign⁹ ascēdere celum sup. B ¶ Ad cui⁹ intelligētiā ē prio no. ꝑm Aug. q̄ hec q̄stio. s. an corp⁹ hūanū possit in celo collocari iam fuit agitata et versata inter phos. Iō. xxij. de ciuitate. d. c. x. vsq̄ ad finē libri ꝓbat ꝯtra platonicos et porphiriū qualiter corpus humanum licet sit elementatum. tamen virtute diuina potest reduci ad talem dispositionem q̄ non mutata substantia efficietur quasi spirituale intm̄ q̄ totaliter sequet aiaꝫ ⁊ subijcietur ⁊ sic vbi volet spiritus ibi protinus erit ⁊ corpus ⁊ hoc idē dicit in lib. de spiritu et aia. c. ix. quam grām ⁊ dignitatē adeptus est nobis xp̄s in sua resurrectione: sꝫ tn̄ q̄re hoc xp̄s meruit ⁊ vlē dn̄ium assignat apl̄us p̄mo ꝑ suam hūilitatē. ad phili. ij humiliauit semetipsuꝫ factus obediēs vsq̄ ad mortem propter quod deus exaltauit illum ⁊ dedit illi nomē. vt in nomine iesu omne genu flectaẗ: celestiū terrestriuꝫ ⁊ infernoꝝ. ⁊c. Scḋaꝫ cāꝫ assignat q̄ fuit innocēs ⁊ mūdus sine pctō ꝑ naturā quia pctm̄ nō fecit nec iuētus ē dolus i ore ei⁹ ⁊ sic xp̄s q: scḋꝫ naturā fuit mūd⁹ ⁊ inocens sine pctō: ideo meruit ascēdere celū sicut ascendisset adā mutat⁹ in vitā meliorē si nō peccasset. Et dico q̄ xp̄s fuit mūd⁹ ⁊ sine pctō ꝑm naturā q: lꝫ spōte susceperit infirmitates nostras ⁊ naturā mortalem aptam ad patiēdū tn̄ nō traxit naturā corruptam fomite peccati sicut nos ideo dicitur solus innocens et inter mortuos liber ꝑm naturaꝫ. sed ratione humilitatis et obedientie ad patrem non soluꝫ meruit habere mansionem in celo sed etiam habere vlē dn̄ium et potestatē in celo et in terra ⁊ in inferno. Et ideo dd̄ r̄ndens ad illā questionē factā per philosophos scilicet quis ascendet in montem domini et cetera dixit.

Corp⁹ hūanuꝫ pōt i celo collacari.

Innocens manibus ⁊ mūdo corde: q̄ nō accepit in vano aiāꝫ suā: nec iurauit in dolo proximo suo.

De pe. d. c. oīs qui non diligit. supra. ix

Hic accipiet benedictioneꝫ a dn̄o: et miam a deo salutari suo.

¶ Xp̄s inocēs manib⁹ et mūdo corde mereẗ ascēdere in celū ⁊ hr̄e vlē dn̄iū: eo q̄ nō accepit iuanū aiāꝫ suā nec fedauit eā pctō faciēdo eā vanā ⁊ frustratā suo fine sicut pctōres q: accipiūt aiāꝫ inuanū cū eā applicāt ad ista tpalia et vana friuola: ⁊ sic frustrāt ⁊ priuāt eā suo debito fine. Et sic xp̄s non accepit in vanū aiām suam nec iurauit in dolo ꝓximo suo: immo ꝑhibuit testimoniū veritati

et eleuamini porte eternales & introi
bit rex glorie.

¶ Postq̃ dauid ostendit xp̄m de iure esse dominū vniuersalem totius orbis tam in celo q̃ in terra et per consequēs in inferno ideo hic apostrophat ad principes inferni vt aperiant portas christo quādo venerit ad repetendam predam: et cognoscant ipsum tanq̃ dominum: quia preuidit in spiritu qualiter christus erat i infernū descensurus: et debebat rūpere portas ereas et vectes ferreos confringere & lymbum et purgatorium spoliare et captiuitatem sanctorum patrum liberare: & cū eis in celum ascendere et ad dexteram patris sedere: et inceternum congregare. Ideo dauid apostrophat ad diabolos principes inferni dicens. O principes inferni attollite portas infernales idest aperite eas: et O porte eternales idest eternarum penarum eleuamini et date locum et introibit christus rex glorie cum venerit ad expoliandum infernum & repetendam predam. Quibus respondent diaboli.

Apo.xix. Ma.ij. Job.i. Angeli dicunt ministri xp̄i.

Quis est iste rex glorie: dominus fortis et potens dn̄s potens in prelio.

¶ Quis est iste rex glorie: quia ausus ē venire ad domum nostram et loca penarū: ad que nulli iusto fas est accedere: ad quos rursum Angeli ministri & comites christi dicūt iste rex glorie est christus dominus fortis et potens opere et sermone coraz deo & omni populo in potentia miraculorum et dominus potens in prelio: quia vicit vos in ara crucis: & proprio sanguine mercat⁹ est genus humanum: et satisfecit pro peccato primorū parentuz & suorum posteriorum: et placauit patrem per suam humilitatem et deiecit vestram superbiam. Et ideo tanq̃ victor et triumphator venit ad repetendam hereditatem sibi debitā: quā tyrannice diu tenuistis. Ideo attollite portas vestras: & quia data ipsi vniuersalis potestas in celo et in terra et in inferno. Ideo nō venit tanq̃ re⁹ sicut ceteri: sed tanq̃ iudex iustus & triumphator.

xxiij.q.j. summa.

Attollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales & introibit rex glorie.

¶ Hic predicit ingressum xp̄i in celuz ad suscipiēdam iurisditionez celestis patrie tanq̃ dominus celi: ideo dauid apostrophat ad naturam angelicam vt aperiat celum et recipiat xp̄m tanq̃ vniuersalem dominum: et dicit in persona angelorū christum comitantium in die ascensionis cū tota captiuitate. O principes celestis exercitus attollite idest aperite vestras celestes portas. & O porte eternales celi eleuamini & date locū & itroibit xp̄s rex glorie. Quos p̄ncipes celestes īterrogāt.

Apo.xix. Iohan.i. Ma.ij.

Quis est iste rex glorie. domin⁹ virtutum ipse est rex glorie.

¶ Quis est iste aiūt rex glorie qui ausus est ingredi celum: cum sit clausum omnibus hominibus propter peccatum primorum parentū: et qui ausus est incedere ista via nulli⁹ hominis adhuc trita vestigio. Quibus respondet comitatus christi. iste est christus dominus omniū virtutuz celestiū quem propter suas virtutes scilz quia est innocēs manibus et mundo corde et verax: et quia humiliauit semetipsum patri factus obediens vsq̃ ad mortem mortem autem crucis: pater exaltauit et dedit illi nomē quod est omne nomen vt in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestriuz et infernorum: et quia iam expoliauit infernum victor et triumphator: et venit cum preda. Ideo ipse de iure est rex glorie qua ꝑpter attollite portas &c. Ex quibus patet ꝙ totiuz dominiū orbis terrarum est ipsius christi. Primo quia ipse creauit orbem: et hoc inquantum deus. Secūdo ꝙ innocens et mūdus verax et humilis: et hoc inquātuz hō. Sz nota ꝙ nō solū recreauit & fundauit ecclesiā super maria et aquas baptismales. Sed etiam super flumina aquaruz sapientie: que sunt doctrina et precepta euāgelica preparauit & disposuit eam: quia ab ecclesia fluūt flumina aque viue salientis in vitam eternam. Jo.vij. ℂ Ex toto isto psalmo possunt recolligi quatuor conclusiones. ¶ Prima cōclusio ꝙ christus triplici ratione de iure est dominus totius orbis terrarum primo quia creauit totum orbem: & hoc inquantum deus. Secūdo quia regenerauit et recreauit ecclesiam: et hoc inquantū sponsus et caput. Tertio inquantum iustus et innocens. ¶ Secunda cōclusio ꝙ null⁹ potest ascendere celuz cum christo nisi efficiatur iustus et innocens & membrum xp̄i per gratiam. ¶ Tertia conclusio ꝙ christus tanq̃ dominus et triumphator confregit infernum et expoliauit lymbum et purgatorium. ¶ Quarta conclusio ꝙ christus tanq̃ rex et dominus angelorum et omnium creaturarum cū triūpho intrauit celum reportans captiuitatem antiquam.

Membra xp̄i per gratiaz ascēdūt in celū.



Ad te domie leuaui animam meaz deus me⁹ in te confido non erubescam.

Alleph. ō pe. de. x.c. i do mo.

¶ Titulus in hebreo ipsi dauid secundum vero. lxx. In finez psal. dauid. Ex tittulo apparet ꝙ dauid fecit hunc psalmum dirigens nos in christum. qui est finis legis. D ¶ Ad cuius intelligentiam est notādum ꝺm augu. libro cur deus hō ꝙ quādo adam fuit expulsus a paradiso terrestri: et perdidit non solum. illam presentem felicitatem sed etiam futuram beatitudinez que fuerat in celo sibi promissa: tunc ne de se et sua posteritate videretur desperare: fuit sibi christus de sua carne ꝓmissus qui ipsum cū posteritate de captiuitate diaboli liberaret & viā in celū demōstraret: et finaliter ad celestem beatitu dinē introduceret & sic de⁹ dedit legez sacrificiorum et oblationum ipsi adam & filijs suis per quā eos in xp̄z dirigeret. Que quidē lex semper creuit per etates suscipiendo. incrementū in noe & abraam et moyse vsq̃ ad xp̄m: vbi cōpleuit cursum suum: et quoptz ꝙ lex vetus nihil aliud fuit nisi quedā via dirī

Lex vet⁹ viai xp̄z dirigēs.

gens in xpm tanq̃ in finē imediatū: et ideo nusq̄ petit regnum celorum: sed semper petit xpm messiam futurum qui doceat viā in regnū celorum. Et ideo sicut lex vetus dicitur via in christū: ita lex euangelica dicitur via in regnū celorū: et ideo christus dicitur ostium. Joha. x. et dicitur via veritas et vita. Jo. xiiij. Nam sicut patres veteris testa. semper rogabant vt deus dirigeret eos vsq̄ ad christum per illam legem: ita nos rogamus vt dirigat nos per legem euangelicam vsq̄ ad eundem christum vt in eo glorificemur in secūdo aduentu. Hoc ergo preuidens dauid in spiritu fecit psal. in quo introducit adam mysticum loquētem et cum tota sua posteritate fidelium peregrinantem per istam viam diuine legis. qui i ve. test. semper orabat et vocabat christum vt ipsum in hac via dirigeret vsq̄ ad eum et daret sibi legem euangelicā in celum dirigentē. Et ideo dauid fecit istum psalmum per ordinē alphabeti ad denotandum q̄ lex successiue processit ab imperfecto ad perfectū. Nā sicut puer incipiēdo primā literam alphabeti: et discurrendo vsq̄ ad vltimā semp crescit et pficit in doctrina vsq̄ ad vltimā literam. Ita hō mysticus peregrinādo per legem semper pfecit vsq̄ ad xpm in quo accepit vltimā perfectionē illius legis: que fuit vniuersalis redemptio et veritas euāgelica. Nunc aūt peregrinatur per legem euangelicā vsq̄ ad scđm aduentum xpi in quo recipiet vltimā perfectionem et vitā eternā: et hoc est qđ intēdit dauid in hoc psal. in quo quatuor fecit. Nam primo iste homo mysticus petit dirigi in lege veteri vsq̄ ad xpm. Secundo petit liberari a veteri peccato per xpm in suo aduentu. Tertio petit legem euangelicā per quam iustificet. Quarto petit fructū legis euāgelice. s. fruitionē vite eterne. Scđa ibi. Reminiscere. Tertia ibi dulcis et rect⁹. Quarta ibi quis est homo qui timet dominū. Quantum ad primū dicit iste peregrinus. O dn̄e iesu xpe messia futurum: postquam fui eiectus a paradiso semp ad te leuaui animā et spem meam semper orando vt venias ad liberandum me cum tota mea posteritate. O ergo deus me⁹ fac vt nō erubescā nec cōfundar frustra expectando aduentum tuum.

Nota.

Beth.

Neq̄ irrideāt me inimici mei: et eteni vniuersi q̄ sustinēt te nō cōfundent.

¶ Hoc est neq̄ diaboli inimici mei et infideles irrideāt me dicentes: q̄ frustra confido in te: et inuanum te expecto saluatorem et liberatorem: et enim pro certo: quia ego scio q̄ non confundentur vniuersi qui expectant te: immo tu liberabis eos in aduentu tuo sed.

Gimel.

Confundātur omnes iniqua agentes: superuacue.

¶ Idest confundantur omnes infideles agentes superuacue et frustra iniqua: et perpetrantes mala contra me: quia omnes idolatre et infideles agētes iniqua contra me volentes me delere de mundo frustrabuntur desiderio suo quia veniet christus et expoliabit lymbum inferni. et exterminata idolatria eijciet foras principem huius mūdi: et subijciet populum gentilem qui me conabatur destruere: ergo tu domine iesu christe.

Vias tuas dn̄e demonstra mihi: et semitas tuas edoce me.

Deleth.

¶ Demonstra mihi vias tuas et precepta: et doce semitas idest consilia legis tue: et dirige me in veritate tua ne declinem ad dexteram neq̄ ad sinistram: q: tu es deus iesus saluator meus ideo sustinui et speraui in te tota die idest a principio mundi vsq̄ ad aduentum tuum idest expecto te videre veritatem legis. et ideo notanter dicit.

Dirige me in veritate tua et doce me quia tu es deus saluator meus: et te sustinui tota die.

He.
Vau.

¶ Dirige me in veritate tua: q: duo considerare debemus in lege veteri scilz literam superficialē et veritatem clausam in litera. Hanc ergo veritatem petit intelligere et in ea dirigi per aductum christi: q: iam habebat literā tūc depn̄ti.

Reminiscere miserationū tuarū dn̄e et miarum tuarū que a seculo sunt.

Heth.
xx. q. 5. c. de his
Zro pe. disti. s. c. si petiū.

Delicta iuuentutis mee: et ignorantias meas ne memineris.

¶ Hic petit liberari a peccato et saluari per xpm in aduentu suo et dicit: domine ne memineris delicta iuuentutis mee id est peccata que ego cōmisi in mea iuuentute et principio in paradiso terrestri. ppter que ego fui expulsus et ne memineris ignorantias meas. i. peccata que per ignorātiā crassam cōmisi: sed reminiscere et recordare miserationū et miarū tuarum que a seculo sunt a pncipio per discursum tpis sunt: q: fecisti miam cum noe liberando de diluuio: et cum abraam et ysaac et iacob liberando de labam et esau et cum filijs israel liberādo de egypto: et p totū desertū et terrā promissionis tempore Josue et iudicum.

Quid sit dlicta iuuētutis.

A ¶ Et nota q̄ dauid p delicta iuuētutis intelligit peccata primorum parentum que fuerunt causa nostre miserie: et dicit delicta populi eo q̄ illi peccato multa peccata fuerunt annexa: puta furtum superbia homicidium sacrilegium: vt inquit Augustinus in libro enchiridi. itē vocat etiā delicta iuuentutis peccatum originale vniuscuiusq̄ eo q̄ a conceptione a natiuitate et iuuentute contrahitur. Item per ignorātias intelligit corruptiones nature et fomitem concupiscētie: nam taliter fuit natura corrupta et vulnerata in adā et omnes potentie vulnerate q̄ est prona ad malum et ifirma et difficilis ad bonū et iudicat bonū malum et malum bonum et talis ignoratia dicit pena peccati et peccatū simul: et per talem ignorantiam committuntur oia peccata q: ois mal⁹ est ignorans isto modo et ideo ait ignorantias meas ne memineris. Sed.

di. xxxix. c. diaco ni.

Secundū misericordiā tuā memento mei tu: ppter bonitatē tuam dn̄e.

¶ Quasi dicat non velis respicere peccata mea sed misericordiam et bonitatem tuam.

Theth. **Dulcis et rectus dñs ppter hoc legē dabit delinquentibus in via.**

¶ Hic petit legē euāgelicā et enumerat pfectiões eius. vñ dicit dñs iesus xps in aduētu suo veniet dulcis et rectus et māsuet⁹. Iō ppter hoc qr dulcis et rectus dabit legē euāgelicā in hac vita delinquētibus: et qr dulcis et māsuet⁹: ideo.

Ioth. xvi. q. i. vos aūt **Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.**

¶ Diriget māsuetos: et docebit aplos et discipulos mites vias suas: qr nō cōgregabit superbos et electos: sed mites et māsuetos. et nō docebit superbiā sed hūilitatē et māsuetudinē: qr mitis est et hūilis corde: et dicit diriget māsuetos in iudicio nō examinatiōis: sed discretiōis: qr in primo aduentu xps neminē iudicauit: sed discreuit veritatem a litera: et euāgeliū a cerimonialibus: et virtutes a vitijs etc. Et bene dicitur q in lege euangelica diriget mansuetos. Nam.

Caph. xxv. q. ij. sane. **Uniuerse vie dñi mia et veritas: requirētibus testm̄ ei⁹ et testimonia eius.**

¶ Uniuerse vie et precepta et cōsilia dñi euāgelica nihil aliud sint nisi mia et veritas. nā nihil aliud docet nisi mia. Nā primo xps ppter nimiā charitatē et miam incarnatus est: et pro oībus passus et mortuus est. Et sic predicauit miam et charitatem erga primū et hāc miam opatus est cecos illuminādo: infirmos sanādo: et mortuos suscitando: et tandē finis totius legis euāgelice est mia et charitas de qua mia et eius operibus petit xps in die iudicij: item vniuerse vie dñi sunt veritas: qr docēt oēm veritatē et etiā qr lex euāgelica veritas legis veteris: vt dictū est. Et sic in aduētu xpi mia et veritas obuiauerunt sibi: et iusticia. et pax osculate sūt. Et iō dicit q oēs vie et precepta dñi sunt mia et veritas requirētibus et contēplantib⁹ et seruātibus testm̄ eius: qr nō precepit nec legit in euāgelio nisi mia et veritas requirētibus testm̄ eius et testimonia eius. Et ideo subdit dauid.

Lamech. extra de rescri. c. sedes. **Propter nomē tuū dñe propiciaberis pctō meo. multū est enī.**

¶ O dñe iesu tu ppiciaberis et misereberis pctō meo ppter qd̄ es iesus. Nā iesus idē est qd̄ saluator: ergo si tibi est ppriū saluare et misereri ergo fm officiū et virtutes noīs tui ppiciaberis pctō meo qr multū et magnū est pctm̄ meū. Iō indiget magno medico et saluatore et multa mia. Et sic tibi soli conuenit fm ppritatē noīs: qr nō est aliud nomē sub celo in quo nos saluari oporteat. Item multū est enī potest referri ad nomen christi quia multum est potens et magnum.

Men. Nun. **Quis est homo qui timet dñm: legē statuit ei in via quā elegit.**

¶ Hic enumerat fructus legis euangelice in futuro: nam sicut per legem euangelicā consequimur misericordiam et veritatem et indulgētiam peccatorum: ita in patria consequemur fruitionem. Unde dicit q si quis est qui timeat dominum dominus statuit et firmauit ei talem legem in hac via quam elegit id est christus statuit omni homini timenti deum q si seruauerit eam non frustrabitur nec decipietur: immo.

Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terrā.

¶ Anima eius demorabitur in bonis patrie post hanc vitam et illis bonis fructur. et semen eius: scilicet semen christi id est omnes fideles per baptismum regenerati hereditabunt terrā viuētiū.

Firmamētū est dñs timētib⁹ eū et testamētū ipsius vt manifestetur illis. Samech.

¶ Tale firmamentum promissum est omnibus timentibus eum et testamētum ipsius christi: et memoriale est vt manifestetur illis id est omnibus fidelibus id est tale testamentum firmauit christus et dimisit vt manifestaretur omnibus christianis per apostolos et doctores quod omnes timentes deum et seruantes legem domini habebunt premium in celo quod erit: quia anima vniuscuiuscunque iusti timentis deum et seruantis legem euangelicam demorabitur eternaliter in bonis celestibus: et illis fructur: et semen eius scilicet christi hereditabit terram viuentium. Et ly semē potest referri ad quenlibet timentem deum. Nā semen iusti dicuntur omnes sequaces et imitatores eius. Et sic nos sumus semen apostolorum et omnium iustorum et sequimur eorum iusticiam et doctrinam. et ideo dicit dauid quod anima timentis deum et seruantis legis demorabitur in bonis celestibus et semē eius scilicet omnes imitatores hereditabunt terram viuentium etc. quia tale testamentum firmauit christus et statuit cum dicit: si vis ad vitam ingredi serua mandata.

Oculi mei semper ad dñm qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos. Dayn.

¶ Postq̄ superius orauit christum adam vt dirigeretur in lege domini et liberaretur a peccato nunc orat christum vt in aduentu suo liberaret eum a fomite et causis et penalitatibus peccati.

D ¶ Unde est aduertendum quod adam peccādo non solum incurrit peccatum in anima. Sed etiam multa incommoda in corpore que causant peccatum in anima. Nam statim fuit priuatus omni libertate et subiectus necessitati et miserie multipliciter. Nam ante casum tanta erat libertas in voluntate quod poterat stare in gratia et non cadere in aliquod peccatum si voluisset: quia in nulla parte erat lesum liberum arbitrium: immo erat equale ad vtrumlibet: quia nullum erat intrinsecum impedimentum: quia tota sensualitas erat subiecta rationi. Secundo poterat non mori si voluisset et non infirmari comedendo de ligno vite quod ad libitum possidebat. Tertio erāt sibi tam fauorabilia elementa propter aspectum celi quod non sentiebat frigus neq intensum calorem. Quarto quia omnes bestie erant ipsi subiecte: et nulla ipsi poterat nocere neq aliquis humanus inimicus poterat aduersari. fuisset enim (Adam p peccatum multa incurrit.)

perpetua pax et concordia inter homines et conformitas voluntatum postquam homo erat conformis diuine volūtati: quia omnia supradicta erāt in premium originalis iusticie. Sed peccāte adā omnia supradicta perdidit et omnia que erant libera facta sunt necessaria. Naz sicut ante habuit libertatem standi et non peccandi si voluisset: nūc perdita illa libertate habet necessitatem peccādi: quia taliter fuit corrupta natura et sensualitas in adam et percussa fomite concupiscentie quod illico fuit facta rebellis rationi: et prona ad omne malum et liberum arbitrium fuit lesum et claudū. Et sic semper caro pugnat aduersus spiritum: intantum quod si liberum arbitriū nō cōfortaretur et iuuaretur gratia dei de necessitate trahitur ad libitum carnis et sensualitatis. Et sic que erat libera a diaboli potestate est nunc ipsi subiecta: hoc est quod potestatem quam ratio habebat ante supra sensualitatem et carnem habet nunc diabolus: nisi ratio et voluntas siue liberum arbitrium iuuetur per gratiam ad resistendum diabolo: et trahendam sensualitatem ad se et deferendam a diabolo ne vincatur tentatione. Et ita pariter totum corpus incurrit necessitatem moriendi: et patiendi miserias et tribulationes ab inimicis: visibilibus et inuisibilibus: et fuit subiectum elemētis et motibus celorum. Et sic omnis libertas versa est in necessitatem necessitas enim dicitur de necto nectis quod idem est quod ligo ligas: quia homo manet obligatus ad omnes predictas miserias. Et ideo orat christum vt veniat ad liberādum ipsum a prefatis miserijs tam interioribus quā exterioribus et visibilibus per passionem etc. Dicit ergo adam mysticus. oculi mei semper erūt eleuati ad dominum iesum christum messiam futurum vt ipse euellat et eruat pedes meos id est sensualitatem de laqueo diaboli et fomite concupiscentie. Nā sicut caro siue sensualitas illaqueatur consentiendo tentationi diaboli. Ita voluntas illaqueatur si consentit concupiscentie et sensualitati: a tali ergo laqueo non potest homo liberari nisi gratia christi vt inquit apostolus ad Ro. ij. ergo christe.

Phe. **Respice in me et miserere mei: quia vnicus et pauper sum ego.**

¶ Respice in me id est respice infirmitates istas et multiplices laqueos et miserere mei dādo gratiam per baptismum et alia sacramenta: et dando gratiam preuenientem et operam et cooperātem quoniam ego sum inops id est sine ope et auxilio: et factus sum pauper et expoliatus omnibus bonis gratuitis quando descendens ab hierusalem in hierico incidi in latrones qui non solum expoliauerunt: sed etiam percusserunt. et plagis affecerunt et semiuiuū reliquerūt. Et sic.

Sade. **Tribulationes cordis mei multiplicate sunt de necessitatibus meis erue me.**

¶ Tribulatiōes cordis mei multiplicate sunt: quia multiplici plaga fui sauciatus. Naz expoliatus omni libertate: incidi in supradictas calamitates et necessitates: ergo de istis necessitatibus erue me per gratiam et ecclesiastica sacramēta in tuo aduentu: et tandem.

Vide humilitatem meam et laborē meū et dimitte vniuersa delicta mea. Res.

¶ Vide humilitatem id est deiectionem meam et laborem meum: id est infirmitates meas et etiaz vide humilitatem et laborem id est penitentiam et contritionem meam: et dimitte vniuersa delicta mea per supradictas necessitates commissa. Nam ideo dicuntur delicta quia ex tali infirmitate et necessitate commissa. Unde concupiscentia et predicte infirmitates dicuntur necessitates. Uno modo quia perdita libertate obligati sumus ad ea siue ab eis: alio modo quia sunt quidam laquei ad nectandam et ligandam et trahendam voluntatem et rationem. Et ideo a talibus necessitatibus interioribus orat liberari. Nota.

Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. infra. de xxv. c.

Custodi aīam meam et erue me: non erubescam quoniam speraui in te. Syn.

¶ Hic petit liberari ab inimicis et necessitatibus exterioribus: ideo ait respice inimicos meos taz visibiles quam inuisibiles quoniam multiplicati sunt: nam multifarie tentat diabolus et multipliciter tribulat et persequitur hominem. Etiam amplius fuit afflictus populus dei ab adā vsque ad christum et exinde vsque ad iudicium. Nam ecclesia sepe et semper fuit impugnata a iuuentute sua: et exosa prauis et infidelibus et ideo subdit: odio iniquo oderunt me. Nam semper iniqui oderūt iustos et infideles: fideles inquit: et quare oderunt me odio iniquo: quia.

Innocentes et recti adheserunt mihi: quia sustinui te. Thau.

¶ Quia inquit innocentes et recti adheserunt mihi: et quia sustinui te id est. ideo oderunt me: quia defendebam innocentiam et rectitudinem iusticie: et quia posui totam spem meam in te relicta spe mundana.

Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis. xij. q. ij. c. gloria epi.

¶ O deus libera israel id est populum fidelem ex omnibus tribulationibus suis tam interioribus quā exterioribus de quibus supradictuz est. Ex quibus patet quod dauid nō orat in hoc psalmo pro se tantum et pro suis tribulationibus de quibus iam fuerat liberatus: sed orat christum prophetice pro toto israel. id est pro toto Adam et corpore mystico. Et sic tota ecclesia orat pro isto statu vt liberet filios suos a predictis tribulationibus et necessitatibus in Adam perpetratis. Et quilibet peccator orat moraliter christum caput suū in hoc psalmo. vt liberet eū a predictis

necessitatibus et peccatis personaliter commissis et dirigatur in lege euāgelica. Et sic potest exponi primo prophetice. Secundo moraliter. Et sic etiam ecclesia dicit hunc psalmum in agenda defunctorum orans vt liberet eos ab illis tribulationibus et penis purgatorij.

De pe. d.ij.c. vt cognouerūt.et c.si etiā.



Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum et in domino sperans non infirmabor.

¶ In hebreo nullus alius titulus preponitur nisi ipsi dauid ad denotandum quod dauid fecit hunc psalmū dirigens ipsum ipsi dauid: scilicet christo futuro dauid frequenter in scriptura nominato: vt sepius dictum est eo quod in solo christo fuerunt reperte perfectiōes et virtutes in hoc psalmo memorate. D ¶ Ad cuius intelligentiam est notandum quod cum christus sit caput et sponsus ecclesie et rex et sacerdos: oportuit vt acciperet a patre plenitudinem gratiarū et virtutū vt de eius plenitudine omnes acciperemus gratiam pro gratia. Et sic fuit principiū et origo omnium gratiarum vt suis membris cōmunicaret et in omnibus luceret et in eo tanquam in speculo et exemplari omnes aspicerent. Et ideo inquantū rex fuit exemplar et regula omniū regum. Et inquantum sacerdos fuit norma et exemplar omnium sacerdotum. Et inquantum caput ecclesie fuit norma et regula omnium membrorū fidelium: et ideo christus accepit a patre et habuit in se decē perfectiones et virtutes: vt suis membris cōmunicaret. Nam primo fuit christus innocens et mansuetus in conuersando. Secūdo in omnibus habuit deum pre oculis. Tertio castus et mundus corde et carne. Quarto misericors erga delinquentes propter infirmitatē et fragilitatem eorū. Quinto nunquam consensit consilio vanitatis: nec habitauit cum iniquis. Sexto nō dilexit prauos: immo eos exprobrauit: dicens: ve vobis scribe et pharisei. Matthei.xxiij. Septimo erga deum fuit mūdus. Octauo in audiendo et loquendo de rebus diuinis et de lege diuina assiduus. Nono circa cultum diuinum et in visitando templum dei fuit solicitus. Decimo in omnibus actibus suis diuinum auxilium implorauit. He sunt decem cōditiones quas quilibet rex debet habere vt bene regat regnum suum: et quilibet prelatus et sacerdos vt bene regat ecclesiam suam et gregem sibi commissum. Et quilibet fidelis vt bene regat seipsum erga deum et proximum. semper sit deo gratus et acceptus et cum ceteris iuste et cum charitate possit conueniri et conuersari. has ergo debet petere a christo vnusquisque rex et sacerdos et fidelis eo quod christus habet eas formaliter et per excellētiam a patre. Hoc ergo preuidens dauid in spiritu fecit hunc psalmum in quo introduxit christum loquentem et petentem istas decem perfectiones a patre vt posset suis membris cōmunicare. Unde ait tanquam rex et sacerdos et caput ecclesie. O domine pater me

Christus principiū gratie.

Rex hec habeat.

iudica iudicio discretionis: et elige me a prauis segregando. quasi dicat gratias tibi ago: quoniā elegisti et segregasti me ab oī prauitate: quoniam primo egressus sum in hunc mundū in innocentia et sanctitate mea et nō cū prauitate et malicia. Secundo ideo sperans in domino nunquam infirmabor immo semper ero stabilis in oī bono. Et sic semper habeo deum pre oculis sperando in eo. Tertio.

Proba me domine et tēta me: vre renes meos et cor meum. xxij.q.ij. pphet a uit.

¶ Idest da mihi mūdiciā carnis et cordis. Quarto

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: et complacui in veritate tua. De pe. dist.j.q: diuinitatis natura.

¶ Misericordia tua ante oculos meos est: quia semper fui misericors oībus qui ad me venerunt cōpatiens eorū infirmitatibus et fragilitatibus: vt patet de chananea et adultera et per totū discursum euangelicū. Et sic semper complacui tibi in misericordia et veritate. Quinto.

Non sedi cum consilio vanitatis: et cum iniqua gerentibus non introibo. xxiiij.q. iij.cum quibus.

¶ Nunquam sedi cum consilio vanitatis: idest nunquam volui societatem malorum superborū: nec introibo cum gerētibus iniqua negocia immo fugi eorum societatem: quasi dicat quod auaros et iniquos nolui in societate mea. Sed humiles et iustos elegi apostolos et discipulos. Sexto.

Odiui ecclesiam malignantium: et cum impijs non sedebo. lxxxv.di. odio.et xxiij.q.ō. iiij.duo.

¶ Odiui et abieci ecclesiā et cōgregationē iudeorum et oim aliorū malignantiū et iudeorū: et nō sedebo cum impijs idest hereticis et infidelibus. Sed catholicis et fidelibus. Nec sedebo cum crudelibus: sed cum mansuetis et mitibus. Septimo.

Lauabo inter innocentes manus meas et circūdabo altare tuum dñe. Infra. lxxxv.q.. j.reuertimini.

Ut audiā vocem laudis: et enarrem vniuersa mirabilia tua.

¶ Lauabo manus meas et operationes meas inter innocentes et mūdos: et circūdabo altare tuū domine. quasi dicat: ego custodiam corpus et cor meum ab omni sorde et spurcitia vt mundus et innocens possim introire altare tuū. et digne offerre orationes et oblationes et sacrificiū tibi acceptabile: et vt digne et deuote audiam vocem laudis mee: quia non est speciosa laus in ore peccatoris et digne enarrem et enumerare possim mirabilia tua: quia cuius vita despicitur necesse est vt eius predicatio et eius correctio contēnatur: ergo necesse est vt sim mūdus et innocēs vt possim alios docere et corrigere. Octauo.

Domine dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue. xxiiij.q. j.c.omnibus.

¶ Quia semper fui solicitus ad cultum diuinum et ad templum edificandum et visitandum et ve

nerandum. Nono.

f.q.f. süt nõnulli Ne perdas cū impijs deus animam meam et cum viris sanguinum vi-tam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

¶ Ne perdas cū impijs deus ani. &c. Ne perdas idest ne permittas cum crudelibus et homicidis et ira cundis sociari: nec cum eis condēnari. Sed fac q̄ sim mitis et humilis corde. Decimo nō permittas me sociari cum auaris et falsis iudicibus in quorum manibus sunt iniquitates: idest quia inique et iniuste iudicant et dextera eorum plena est muneribus: idest quia acceperunt munera pro iudicio. Et sic pecunia corrupti sunt acceptores personarum et inique iudicant condemnando innocentem. & absoluendo reum et nocentem amore vel odio vel pecunia. Et ideo cōcludit christus licet isti falsi iudices et omnes maligni et impij: velint false iudicare. et inique agere.

xi.q.iij. q̄ recte. Ego aūt in innocētia mea ingressus sum: redime me & miserere mei.

¶ Enim pro sed. Ego ingressus sum in hunc mūdum in innocentia et puritate mea sine peccato: vt possim innocentiam et perfectiones et omnes virtutes membris meis communicare et docere vt ad me oēs aspiciant et discant ex me. Et ideo redime me & miserere mei in membris meis. idest vt mea membra participent supradictas perfectiones. Deinde sequitur.

extra de fymo. c. & si que-stiones. Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine.

¶ Quia pes meus. idest intentio mea semper stetit firma in directo. idest in via recta diuinorum preceptorum. Et ideo benedicam te in ecclesijs et congregationibus fidelium. ex supradictis patet q̄ solus christus sine defectu habuit supradictas decem persecutiones et conditiōes tanq̄ verus rex et sacerdos et caput et sponsus ecclesie. Et ideo omnes reges terre debent has virtutes a christo petere: vt bene et recte regant regnum suum. Et omnes prelati et sacerdotes vt bene regant ecclesiam: et gregem sibi commissum & vnusquisq̄ fidelis bñ regat seipsum: et sic vnusquisq̄ istorum debet dicere hunc psalmum. Hoc ergo preuidens Dauid iam petebat omnia ista forsan christo vt iuste et bene posset regere regnum suum.

ii.q.vij. c. testes.



Ominus illuminatio mea et salus mea quem timebo.

Rñs. defensor. Dominus protector vi-te mee a quo trepidabo.

¶ Huic psalmo preponitur talis titulus in hebreo scilicet ipsi Dauid sine aliquo additamento. In biblijs autem nostris reperitur sic. In finem psal. Dauid priusq̄ liniretur. Sed forsan hoc additum est ab aliquo scriptore latino. eo q̄ dicit Hieronymus in prologo huius libri q̄ Dauid fecit hunc psalmum post mortem saulis anteq̄ vngeretur in regem: et sic posset indifferenter intelligi de secunda vel tertia vnctiōe. D ¶ Et sic dicunt quidam hebrei et etiam catholici q̄ dauid fecit hunc psalmum postq̄ adeptus est regnum. Unde dicunt q̄ quando deus promouet aliquem ad aliquam dignitatem: communiter dat sibi gratiam vt possit exequi et regere illam et ministerium sibi commissum. Et ideo deuote se preparauit ad recipiendum illam gratiam. Et ideo fecit hunc psalmum in quo tria facit. Nam primo petit cōstantiam contra impedientes. Secūdo petit gratiam vt diligenter ampliet cultum diuinum. Tertio petit perseuerantiam vt dictum finem consequatur. Et sic tam hebrei q̄ quidam catholici literaliter exponunt istum psalmum pro ipso Dauid iuxta sententiam supradictam. Sed licet litera huius psalmi posset aliquo modo sententie supradicte applicari: tamen talis precise litteralis expositio non euacuaret intentum prophete: quia dauid non fuit minus propheta in hoc psalmo q̄ in ceteris. Et ideo est aduertendum q̄ quādo dauid fluctuabat in persecutione saulis multotiens vouit deo & promisit in corde suo: q̄ si deus liberaret eum ab illa persecutione et sublimaret ipsum in regnum: q̄ ipse edificaret templum domino et reponeret archam in eo et ordinaret et ampliaret diuinum cultum. Et ideo postq̄ adeptus est regnum post mortem saulis ilico decreuit adimplere votum de templo edificando. sed quia fuit sibi prohibitum: et fuit sibi facta promissio de templo et ecclesia edificanda per christum. Ideo in contemplatione illius promissionis fuerunt sibi facte multe reuelationes de discursu et profectu ecclesie christi. Inter quas reuelationes preuidit in spiritu qualiter post redemptionem et liberationē generis humani ecclesia christi erat passura multas afflictiones et persecutiones per imperatores et tyrannos: sed finaliter per conuersionem constantini liberata debebat sublimari super omnia regna mundi et habere libertatem edificandi ecclesias per omnes partes mundi quas reges et imperatores debebant multis diuitijs ornare et ditare: et diuinum cultum ampliare. Hoc ergo preuidens dauid in spiritu in persona totius ecclesie fecit hunc psalmum in quo tria facit. Nam primo iste homo mysticus agit deo gratias se per christum esse liberatum: non solum de potestate diaboli: sed etiā de persecutione tyrannorum et infidelium. Secundo cupit implere desiderium suum de ecclesia per christum edificanda. et de cultu diuino ampliando & de ecclesijs construendis et reparandis tempore constantini. Tertio petit in tali diuino cultu & prosperitate p diuinū auxiliū preseruari & cōseruari. Secunda ibi. vnam petij. Tertia ibi. exaudi dñe.

Nota.

Diuisio psalmi.

¶ Dicit ergo ecclesia multa mala passa sum ab infidelibus tempore legis et prophetarum et etiam a diabolo expectando christum redemptorem. Sed nunc postquam redemptor meus venit in carnem et dedit mihi lumen ad intelligendam scripturam et dedit mihi ecclesiastica sacramenta ad delenda peccata: et postquam dominus meus iesus christus est illuminatio mea tollendo omnem ignorantiam et cecitatem et est salus mea tollendo omne peccatum: ergo quem amplius timebo: quasi dicat nullum. Item postquam dominus iesus christus est protector vite mee in persecutione tyrannorum ad repellendos eorum incursus a quo trepidabo quasi dicat a nullo: quia talibus armis donorum spiritussancti et sacramentorum muniuit me quod nullum amplius timebo: immo dum ipsi inimici tyranni nocentes. id est volentes me dissipare appropiant super me vt edant carnes meas: ipsi infirmati sunt et ceciderunt victi. Unde hoc dicit propheta propter diocletianum et maximianum et alios tyrannos qui volebant cogere christianos et martyres ad idola sed dum hoc christiani recusabant tunc tyranni adhibebant eis tormenta intolerabilia et etiam dabant ipsos martyres leonibus et ceteris feris deuorandos. Sed finaliter omnes illi tyranni mala morte perierunt et ecclesia preualuit et tota gentilitas conuersa est ad fidem post conuersionem constantini: vt patet per totum discursum ecclesiastice hystorie. Dicit ergo iste homo mysticus.

vi. q. i. c. summa. et de pe. dis. i. homicidiorum.

Dum appropiant super me nocentes vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

¶ Quod cum isti inimici mei nocentes appropiant et adhibent bestias feras: vt ederent carnes meas eo quod nolebant christum abnegare et nunc ipsi infirmati et victi per christum superati ceciderunt a dignitate et superbia sua et dominio. Nam Nero et Domitianus seipsos interfecerunt et Maxentius et Diocletianus et Datianus et Maximianus victi ceciderunt et miserabili morte perierunt. Et omnes alij principes populi gentilis a sua superbia ceciderunt et colla iugo fidei subiecerunt. Item iudei christi crucifixores et apostolorum persecutores a regno et sacerdotio ceciderunt et ciuitas eorum fuit destructa et per romanos templum fuit incensum: et sic ipsi qui ante erant superbi et mundanis diuitijs repleti fuerunt infirmati et diminuti et in contemptum et abominationem dediti et in subiectionem et captiuitatem per totum mundum dispersi. ¶ Dicit ergo iste homo mysticus si dominus meus Iesus christus fuit illuminatio mea mihi dando legem euangelicam que tollit omnem ignorantiam et delet omne peccatum et fuit protector meus me a captiuitate diaboli liberando: et fuit adiutor meus contra potentiam tyrannorum et regum et imperatorum et eos vici et superaui. Ergo deinceps.

Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum. xiij. q. ij maximianus. et. i. q. i. per totum.

Si exurgat aduersum me prelium in hoc ego sperabo.

¶ Si consistant aduersum me castra demoniorum et omnium inimicorum ecclesie iam non timebit cor meum. Et si exurgat aduersum me totum prelium hereticorum et sarracenorum antichristi et ceterorum prauorum non timebo eos: quia in hoc redemptore meo ego sperabo et confidam. Nam sicut liberauit me de potestate diaboli et dira persecutione tyrannorum et imperatorum qui toti mundo dominabantur et eos fidei subieci. Ita a fortiori cum eius auxilio et gratia et fortitudine liberabit me de quacunque futura persecutione et sic nullum timebo.

Unam petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. De cse. di. v. non mediocriter.

¶ In hac secunda parte iste homo mysticus petit proficere in cultu diuino postquam liberatus est de potestate diaboli per passionem christi et liberatus est de persecutione tyrannorum per eius gratiam et auxilium. Unde dicit: postquam ego fui illuminatus et liberatus per passionem domini mei iesu christi: et fui liberatus a persecutione tyrannorum et subieci et superaui eos cum auxilio diuino. Iam intendo et desidero quiescere et vacare diuino cultui et contemplationi et augere diuinum cultum et edificare ecclesias. Et ideo vnam gratiam et vnam petitionem petij a domino iesu christo et hanc requiram semper et in hac petitione perseuerabo scilicet vt inhabitem in domo domini. scilicet in ecclesia omnibus diebus vite mee quam ecclesiam christus constituit in qua sola solus deus adoratur et per fidem videtur. Et ideo desidero habitare in ea.

Ut videam voluntatem domini et visitem templum eius. Alia parte gar in templo.

¶ Quia in ista sola ecclesia declaratur voluntas domini per legem euangelicam. Et in sola ecclesia saluantur fideles per ecclesiastica sacramenta. Nam extra ipsam ecclesiam christi nulla est salus nec medicina: nec premium: nec meritum quoniam dominus meus iesus christus qui me ad fidem vocauit et gratia baptismali regenerauit.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. xciij. di. legimus. et. i. q. i. multo.

¶ Tunc abscondit me et vallauit me in tabernaculo suo intra muros ecclesie que sunt spes: fides et charitas. Et protexit me in abscondito tabernaculi sui in die malorum id est in tempore persecutionum. D ¶ Unde in triplici die malorum protexit christus fideles suos in abscondito et gremio tabernaculi sui. Primo in die malorum peccati originalis quando per baptismum introduxit eos in ecclesiam liberando de potestate diaboli.

Secundo in die malorum peccatorum mortaliū: quando per penitentiam eos reconciliauit: et et quando per confirmationem armis donorū spiritussancti contra demonum insultus eos armat et armatos eos protegit. Item proteget etiā eos in die malorum. scilicet in die iudicij quia omnes et soli qui reperientur in gremio ecclesie saluabūtur: ceteri autem extra gremium ecclesie reperti ī ignem eternum destinabuntur. Item christus protexit ecclesiam in die malorum et tempore tyrannorum. Et ideo iste homo mysticus agit gratias christo: quia protegit ipsum in tabernaculo ecclesie in isto triplici die malorum. id est de triplici periculo puta ingressu huius mundi et progressu ⁊ egressu. Et ideo subdit.

xxiiij. q. j. loquitur **In petra exaltauit me: ⁊ nunc exaltauit caput meū sup inimicos meos**

¶ Ego teneor supple gratias agere deo: quoniā in petra qui est christus exaltauit me et fundauit me et dignificauit me membrum christi faciendo et mihi nomen christiani largiendo quod est nomen dignius super omne nomen sic exaltauit caput meum et nomen et dignitatem et honorem super omnes inimicos meos: quia non solum me fecit digniorem eis. Sed etiam omnes mihi subiecit. Et ideo gratias agendo.

Aleluia lat[illegible] **Circuiui ⁊ immolaui in tabernaculo eius hostiā vociferationis cātabo et psalmum dicam domino.**

¶ Circuiui ecclesiam toto orbe diffusam: et cantabo christo meo hostiam vociferationis id est offeram deo patri hostiam et sacrificium eucharistie cum vociferatione et confessione laudis et dicam domino et cantabo psalmum in laudem ⁊ honorem sui pro vniuersis beneficijs receptis. Nam constituam et celebrabo dies festos in ecclesia in memoriam incarnationis et natiuitatis et passionis et resurrectionis et ascensionis domini mei iesu christi et singulis festiuitatibus de dicando et cantando propria officia in quibus explicabuntur mysteria supradicta et beneficia mihi collata et offeram sacrificium eucharistie: quod in lege veteri fuerat figuratum: que omnia supradicta fuerunt impleta post conuersionem Constantini: vt dictum est pluries qui edificauit ⁊ ampliauit ecclesiam: et diuinum cultum per totum orbem.

Exaudi dñe vocem meā qua clamaui ad te miserere mei et exaudi me.

xxxiij. di. sedulo. **Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciē tuā dñe requiram.**

¶ In hac tertia parte petit ecclesiam conseruari et perseuerare in diuino cultu per auxilium gratie. Unde ait exaudi domine vocem meā qua clamaui ad te et miserere mei in collata prosperitate conseruanda et exaudi me: qz semp peto in orationibus meis et peccatores conuertas vt proficiant ⁊ proficientes conserues vt perficiāt ⁊ totā ecclesiā liberes ab inimicis vt tibi in pace ⁊ qete deseruiat. Vñ hoc tibi semp dixit et orauit cor meū: ⁊ facies: id est conscientia semp exquisiuit te et sic requirā semper faciem tuā: vt ostendas mihi auxiliū mie tue. Et ideo rogo.

Ne auertas faciem tuā a me: ne declines in ira a seruo tuo. j. q. j. c. j.

¶ Ne auertas faciem tuā. i. gratiā ⁊ auxiliū tuū a me: et ne declines i ira a seruo tuo. i. ne velis me repellere propter aliqd pctm̄ cōmissum. Sed da mihi gratiam vt reuertar ad te per gratiam preuenientem: et maneam in te per gratiam cooperantem et perficientem.

Adiutor meus esto ne derelinquas me neqz despicias me deus salutaris meus. iij. q. ij. gloria.

¶ Esto adiutor me⁹ ⁊ ne derelinqs me: qz si tu dereliqueris me grām subtrahendo aut negando: tūc ruar ⁊ pcipitabor in oē malum: ergo tu qui es deus salutaris ⁊ redēptor me⁹: ne derelinqs me: qm̄ nullū aliū habeo redēptorem et adiutorem.

Quoniam pater meus ⁊ mater mea dereliquerunt me dominus autem assumpsit me. xv. q. j. c. illud p eque.

¶ Primus pr̄ me⁹ adā ⁊ mater meā eua ⁊ et parētes qui me genuerūt dereliquerunt me nudū ⁊ bonis gratuitis expoliatū ⁊ plagis ipositis sauciatū ⁊ vulneratū. qm̄ in iniqtatibus cocept⁹ sū ⁊ in pctis cocepit me mr̄ mea. Et sic in ptāte diaboli derelictus ⁊ captiu⁹ ⁊ venūdat⁹: sz dñs me⁹ iesus xps liberauit me ⁊ redemit me ⁊ assumpsit me in adoptionē filioꝝ ⁊ mēbrū suū me fecit p passionē suā ⁊ baptismū regenerauit me. Itē pr̄ meus populus gētilis et mr̄ mea synagoga dereliquerūt me: qz relictis idolis gētilitatis ⁊ relictis cerimonijs vete. le. ex duobus populis in vnā ecclesiā cōgregauit me. Et sic ipe xps factus est caput meū et ego mēbrū eius. Et ideo iste homo mysticus cōuersus ad christum dicit. O domine postqͣ iam liberasti me et assumpsisti me de potestate diaboli et de persecutione tyrannorum.

Legem pone mihi domine in via tua et dirige me in semita recta propter inimicos meos. De cse. dist. iiij. nec quē quam.

¶ Pone mihi legem in via tua id est da gratiam vt valeam legem tuam obseruare. Quia sine gratia tua nemo potest malum vitare nec bonū operari: et ideo dirige in semita recta tue euangelice doctrine ne deuiem a lege tua: et ne recedam a voluntate tua ⁊ fac hoc propter inimicos meos tam visibiles qͣ inuisibiles qui me a tua lege conātur auertere. Et ideo da mihi gratiam vt eorum possim incursus pellere. Et.

Ne tradideris me in aīas tribulantiū me: qm̄ insurrexerūt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. De cse. di. iiij. sicut in sacramentis.

Credo videre bōa dñi i terra biuētiū.

¶ Ne tradideris me.i.ne tradi permittas in ani/mas:idest in desideria istorum inimicorum tribulantium me quoniā testes iniqui insurrexerunt in me. Primo testes iniqui contra caput meum christum falsa crimina imponendo. Secundo contra eius membra dicēdo ꝙ erant magici et necromātici vt ptz in ecclesiastica hystoria et hystorijs sanctorum martyrū ⁊ virginū: ⁊ tamē mentita est iniquitas istorū inimicorū ecclesie:quia ꝑualuit veritas ⁊ euanuit iniquitas. Et ideo dicit iste homo mysticus:licet isti inimici insurgerent in me falsa crimina imponēdo tamē ego opprobria patienter tolerabā recordat⁹ illius ꝓmissionis ⁊ doctrine magistri mei xp̄i qui dixit. Beati eritis cū maledixerint vobis hoīes ⁊ persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersum vos mentiētes propter me gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis:propter hanc ergo promissionē:quia credo videre bona dñi mihi ꝓmissa in terra viuentiū per redēptorē meum christum ideo patiēter passus sum opprobria ⁊ supradicta tormēta mihi illata ⁊ crimina mihi falso īposita.

vi.q.i.c. Sunt plurimi.

Expecta dñm viriliter age ⁊ confortetur cor tuū:et sustine dominum.

¶ In hoc vltimo versiculo ꝓpheta dauid exhortat et concludēdo ꝯfortat seipsum et oēs fideles ad perferēdas oēs persecutiōes ꝓpter xp̄m ⁊ veritatem vt ponāt spem et fiduciā in eo in oībus tribulationibus. Vn̄ dicit o tu fidelis expecta dñm iesum christū ⁊ cōfide ⁊ pone fiduciam et spem in eo in oībus tribulatiōibus sicut ego feci ⁊ age viriliter sustinēdo et defendēdo fidem xp̄i ⁊ veritatē et confortetur cor tuū cōtra tyrannos et inimicos ⁊ ne deficias ⁊ sustine dñm.idest pone spem in eo quoniā ipse liberabit te sicut liberauit me. Nam licet ad tēpus permittat iustos affligi tn̄ finaliter liberat eos de manibus inimicoꝝ. Itē nō ꝯfidas nec ꝑsumas de tuis viribus et tua iustitia: sꝫ pete gratiā. ¶ Tot⁹ etiā iste psal. pōt exponi moraliter de quolibet penitēte qui agit grās se ꝑ penitentiā esse illuminatū ⁊ a pctō liberatū: ⁊ petit grām vt intra gremiū ecclie saluet et ꝯseruet per auxiliū gratie. Itēꝫ pōt etiā exponi ꝓ quocūq3 in tribulatiōibus afflicto q̄ petit illuminari ⁊ liberari. Item pōt etiā exponi ꝓ quocūq3 fideli exn̄ti in purgatorio qui agit grās se ab hoc seculo cuꝫ penitentia discessisse ⁊ a culpa liberatuꝫ fuisse:et petit liberari per suffragia ecclesie: et petit videre bona domini in terra viuentiū:scꝫ in gloria celesti liberatus ab oībus penis. Et ideo ecclesia cātat hunc psal. in agenda defunctorū. Item vnusquisq3 fidelis potest dicere etiam quotidie hunc psalmū vt deus cōseruet ip̄m in gratia quam in baptismo aut ꝑ penitētiā semel accepit.

vi.q.i.c. Si oia.xl. d.q̄lib3.

Ad te dñe clamabo de⁹ me⁹ ne sileas a me:nequādo taceas a me: ⁊ assimilabor descendentibus in lacum.

¶ Titulus ipsi dauid. Ex titulo apparet ꝙ dauid fecit hunc psal. sed de materia eius est varius modus dicendi apud hebreos et quosdā catholicos. Nā quidā dicunt ꝙ dauid fecit hunc psal. petēs liberari de persecutiōe ipsius saul. Alij dicunt ꝙ fecit ip̄m quādo fugit a facie Absalon ⁊ ascēdens in montē oliuarū et ꝯuertens faciē suā versus hierusalem extollebat manus suas versus locum vbi erat tabernaculū et orabat deuꝫ ne traderetur in manus inimicorū. Et ideo dicit. exaudi vocē meā dum extollo manus meas ad templū sanctū tuū. Et sic exponūt istū psal. litteraliter ꝑ e-sse de illa persecutiōe. Sed licꝫ illa potuerit esse cā vnde dauid cepit occasionē ad faciendū istū psal. tn̄ non est insistendum in tali ꝑcisa litterali expositiōe: sꝫ est trāscendū ad ꝓpheticā intelligentiā. Et iō est dicendū ꝙ dauid in tali persecutiōe ꝑuidit totuꝫ mysteriū passiōis et resurrectiōis xp̄i. Et ideo fecit istū psal. in quo tria facit. Nā primo in ꝑsona christi petit liberari ab inferno ⁊ sepulchro ꝑ gloriosam resurrectionē. Scdo petit vltionem de crucifixoribus iudeis ꝑdicēdo eorū dānationē et sue ciuitatis destructionē. Tertio agit gratias de beneficio resurrectiōis adepto. Secūda ibi da illis. Tertia ibi. benedictus dñs. ¶ Dicit ergo christus ad patrē. O domine pater ego clamabo ad te pro me et toto genere humano in mēsa qn̄ rogabo ꝓ oib⁹ mēbris meis. Io xvij. ⁊ etiā clamabo in horto per trinā orōnē rogādo pro oibus fidelib⁹. Rogo ergo ne sileas ⁊ ne taceas a me immo annue ⁊ cōcede ꝙ me resuscites a mortuis ne assimiler descendētibus in lacū. Unde nota ꝙ sicut respōdere et annuere petenti est facere vel ꝓmittere. Ita facere et nō respōdere petēti est quasi negare. Et ideo xp̄us petens resurrectionē a patre dicit ne sileas: ⁊ neq̄n taceas.i.non renuas nec neges. Sed fac qd̄ peto.i.resuscita me a mortuis ⁊ libera me et per passionē et resurrectionē meaꝫ libera fideles a pctō. Et nota ꝙ illud aduerbiū ne iteratur ⁊ preponitur illi verbo assimilabo: ⁊ ponit futurū indicatiui pro optatiuo. q.d. neq̄n taceas ⁊ ne assimiler descēdentibus in lacū. Nā si tu nō resuscitaueris me ero similis descendētib⁹ in lacū: q̄ pena mihi nō debetur: q2 ego sum solus inter mortuos liber. Et sic nō sum debitor mortis: sed immunis: q2 non peccaui in adam. Sed volo sponte mori ꝓ oibus meis mēbris vt faciaꝫ voluntatē tuam. Sed nō debeo in inferno manere nec corp⁹ meū incinerari resuscita ergo me ad vitā gloriosam: et nō ero similis alijs peccatorib⁹ descēdentibus in lacū inferni. Nam licꝫ descēderim in infernū: tamē nō ex debito: nec vt ibi maneā: sed vt limbū ⁊ purgatoriū expoliē et ceteros liberem.

no. d xp̄i resurrectione.

De ꝯse. dist. iiij. gra.xiij q.iiij.qd faciet. hier.ix. c.

Exaudi domine bocē deprecationis mee dum oro ad te:dum extollo manus meas:ad tēplum sanctuꝫ tuum. Ne simul tradas me cum peccatoribus et cum operantibus iniquitateꝫ ne perdas me.

Qui loquuntur pacē cū proximo suo: mala autem in cordibus eorum.

¶ Exaudi ergo domine voces deprecatiōis mee: dum oro ad te in mēsa et in horto ꝛ dū extollo manus meas extensas in cruce ad templū sanctū tuū idest maiestatem diuinitatis tue: orando ne simul tradas me. idest mēbra mea cum peccatoribus et ne perdas me cū operantibus iniquitatem ad dānationem perpetuā destinando: qui quidem peccatores operantes iniquitatē sunt scribe et pharisei qui loquūtur pacem cum proximo suo. scȝ mihi qui eram proximus eorū de tribu sua ꝛ loquebantur mihi cum pace simulata ꝛ dolosa dicētes: magister scimꝰ qꝛ verax es ꝛ viā dei in veritate doces ꝛc. Et tn̄ mala erāt in cordibꝰ eorū qui h̄ dicebāt vt me caperēt i sermōe ꝛ me possent accusare. Et sic iposuerūt mihi crimē lese maiestatis: puta ꝙ erā rebellis cesari: ꝛ seminabā seditionē in pplo.

xxiij. qō. iiij. c. qd faciet. et c. seq. **Da illis secundum opera eorum: et secundum nequitiam adinuentionū ipsorum.**

Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intellexerūt opera domini: et in opera manuū eiꝰ destrues illos: et non edificabis eos.

¶ Hic petit vltionē de crucifixoribus predicendo eorū destructionē dicēs. o dn̄e pater postꝗ supradicti iudei ita dolose et inique ꝓcesserūt ꝯ me et volunt manere obstinati in sua iniqͥtate ꝛ cecitate. ꝗ da illis debitā et meritoriā penam ſm opera eorū: qꝛ fuerūt homicide: ꝛ scd̄m nequitiā adinuētionū ipsorū: qꝛ cū iniquitate ꝛ dolo ꝛ mēdacio et falso crimine ꝓcurarūt mihi mortem: ꝛ tribue illis penā scd̄m opa manuū eorū ꝛ redde retributionē eorū ipsis. nam pena debita eorum est: vt sicut ipsi voluerūt me de terra delere: ita delcātur de terra viuentiū quātum ad animā: et expulsi a sedibꝰ eorum vadant dispersi et captiui per mundū quātū ad corpus. Itē redde retributionē eorum ipsis. i. redde eis oēs maledictiōes que scribūtur in lege et ꝓphetis cōtra eos quinō erant recepturi xp̄m in lege ꝓmissum: quoniā isti iudei nō intellexerūt opa et miracula que ego feci per ꝗ poterāt cognoscere me esse messiā in lege ꝓmissum sicut scriptū erat in lege ꝛ ꝓphetis. Quam scripturā nō intellexerunt eo ꝙ excecauit eos malicia eorū ne intelligerēt sacramēta dei. Et ideo in opa manuū eiꝰ. i. ſm opa ipsius ppli destrues illos: ꝛ nunꝗ reedificabis eos. Nā licȝ ante mltotiēs fuerūt destructi puta p caldeos ꝛ antiochū. tamē reedificasti eos per neemiā et machabeos. Sed in ista tertia destructione: facta per romanos in vindictā mortis christi nunꝗ reedificabis eos: sed vsq ad consummationem ꝛ finem seculi perseuerabit statuta desolatio. Dan. ix. et sic nunꝗ erit tertiū tēplum.

Benedictꝰ dominus: qm̄ exaudiuit vocem deprecationis mee. Inf. di. c. dn̄s.

Dominus adiutor meus et protector meus: et in eo sperauit cor meum ꝙ adiutus sum. xij. qō. ij ca. gl'ia. xxiij. q. j. odi.

Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis sue: et protector saluationum christi sui est. ij. q. vij. ꝯ. christꝰ

¶ In hac tertia parte xp̄us agit gratias patri. qꝛ fuit exauditus pro sua reuerentia: quia recuperauit vitam gloriosam pro se et suis mēbris per resurrectionē. Vn̄ dicit: benedictus dn̄s deus pater meus. qm̄ exaudiuit vocē deprecationis mee: et fuit adiutor ꝛ protector meus. Et ideo cor meū sperauit in ipso et adiutus sum sicut petebā. Nam caro mea ꝗ erat mortua in sepulchro refloruit per resurrectionē ad vitam floridā ꝛ gloriosam. Et ideo ex tota volūtate mea et toto corde ꝛ affectu confitebor ei confessione laudis memorando et referēdo omnia beneficia recepta tam redemptiōis ꝙ resurrectionis: quoniā ipse est fortitudo plebis sue et protector saluationū christi sui. idest oium membrorū filij sui: quia per passionē eius omnes fideles liberauit a maledicto peccati ꝛ debito pene eterne. Deinde cum dicit.

Saluum fac populum tuum dn̄e et benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vsq in eternum. de ꝯse. di. ij. iteratur.

¶ Christus rogat patrem vt recipiat eius mortem et passionem et sanguinem in precium et redemptionem populi sui et recipiat eos in hac ecclesia per gratiam ꝛ in futuro per gloriam. Unde ait O domine pater saluū fac populum tuum meam passionem pro eius redēptione acceptando et benedic hereditati tue ꝙ toto labore acquisiui: ꝛ recuperaui eam a maledicto peccati et a sententia data in adam absoluendo. et postꝗ iste populus est hereditas tua reges eos in hac ecclesia per legem euangelicam: et ecclesiastica sacramenta in gratia conseruando. Et post hanc mortalem vitam extolle et exalta eos vsq in eternum vitam ꝛ felicitatē eternam in celo eis conferēdo.



Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum. j. q. j. ca. sunt nō nulli.

¶ Titulus. psalmus dauid in consummatione tabernaculi. Ex quo titulo apparet ꝙ dauid fecit istū psalmū in cōsummatiōe tabernaculi vel tēpli qd̄ pcepit edificari per salomonē. Hiero. aūt dicit ꝙ dauid fecit istū psal in ꝯsūmatiōe tabernaculi lignei qd̄ ꝓpe domū suā ꝯstruxit: ꝛ in eo archā recōdidit: ꝛ ꝙ inuitat oēs fideles ad cultū diuinum: qui fiebat in illo tabernaculo. Sȝ Ra. sa. ꝛ cōiter oēs hebrei dicūt ꝙ

tibus peccati que est concupiscentia et fames et lex membrorum que circundant et tenent me ligatum erue me per virtutem tue passionis quoniam tu christus es exaltatio mea et omnium patriarcharum et omnium fidelium veteris legis: quia in te speramus vt liberes nos sicut nobis est reuelatum. ¶ Ex his patet ꝙ dauid in hoc psalmo et in ceteris christum messiam futurum inuocat: ꝙ ipse et omnes patres antiqui sciebant ꝙ non poterant liberari ab inferno et a peccato nisi per christum mediatorem in cuius fide saluabantur. petit ergo dauid gratiam vt faciat penitentiam in hac vita et dimittatur sibi culpa in virtute christi nec veniat ad diluuium aquarum multarum inferni nec reseruetur sibi penitentia post mortem nec ad diem iudicij: quia tũc non erit fructuosa.

xxiiij. q. j. nõ turbatur.

Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos.

¶ Quia iste psalmus intitulatur eruditio Dauid. Ideo sicut iste fuit eruditus a spiritusancto quomodo ageret penitentiam: ita ipse erudit et docet et exhortatur nos ad agendam penitentiã in hac vita cum omnibus conditionibus supradictis. Ideo dicit dauid o peccator quicunque sis ego dabo tibi intellectum id est consilium: et instruam te et erudiam te in hac via qua gradieris et peregrinaberis: et firmabo oculos meos super te monendo et exhortando. Nam sicut magister dicitur habere et firmare oculos super discipulum quando frequenter docet eum: ita ego firmabo super te oculos meos te exhortando: scilicet vt facias penitentiam in hac vita sicut supradictum est eo ꝙ ista vita dicitur via qua gradimur et peregrinamur et perueniamus ad aliam vitam scilicet eternam ideo dicimur viatores et peregrini vsque ad mortem. Ideo in hac vita et peregrinatione habemus lucrari et adipisci mercedem et recompensare peccata per penitentiam: quia oportet operari dũ dies est: venit enim nox. id est mors quando nemo poterit operari nec mereri: nec penitentiam agere. Johannis. ix. Et ideo vos peccatores nolite fieri insensati et bestiales et imprudentes sicut equus et mulus quibus nõ est intellectus: nec ratio: nec consilium: nec prudentia: quia non curant nisi de presenti: et non prouident de futuro: sed non est mirum: quia non habent intellectum: et rationem: ideo non possunt consultare de rebus futuris sed vos quibus deus dedit intellectum et rationem et legem in qua prohibetur omne malum et iubetur omne bonum: et promittitur iustis felicitas et impenitentibus pena perpetua: et scitis ꝙ nullum bonum irremuneratum: et nullum malum impunitum: et ideo debetis consultare et prouidere in hac vita pro vita futura vitando malum et agendo bonum et agendo veram penitentiam de malis commissis in hac vita: et non reseruetis penitentiam nec differatis post mortem: quia tunc erit infructuosa: ergo nolite fieri insipientes et stolidi sicut equus et mulus quibus non est intellectus: sed

Nota.

accipite consilium et instructionem et eruditionem meam et cetera.

Nolite fieri sicut equus et mul⁹ quibus non est intellectus.

Ebdomade vj. disti. xxviij. c. ignorantia et c. q ca.

In chamo et freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te.

¶ Hic explicat propheta suum consilium et instructionem et salubrem doctrinam. D ¶ Ad cuius intellectum est bene notandum ꝙ per equum propheta intelligit mundum et per mulum intelligit carnem. In quibus duabus bestijs equitat et sedet diabolus ad pugnandum contra animam hominis: per quas bestias inducit omnia septem vitia et peccata mortalia in hominem. Nam mundus inducit quattuor peccata. scilicet superbiam: inuidiam: iram et auariciam eo ꝙ superbus non patitur priorem nec equalem et sic prorumpit in inuidiam: nec patitur iniuriam: nec paruipensionem: et sic prorumpit in iram que est appetitus vindicte propter paruipensionem. Item superbus non patitur indigentiam: ideo prorumpit in auariciam vt possit sustentare statum et honorem mundanum et sic committit furtum: vsuram: et rapinam et symoniam et cetera. Ex quo patet ꝙ ista tria vitia scilicet ira: inuidia: et auaricia sequuntur superbiam et sunt eius filie. Sed omnes quattuor inducit ille magnus equus et illa magna bestia ferox et petulans qui dicitur mundus: in quo sedet diabolus ad pugnandum. Item caro intellecta per mulum voluptuosum inducit et importat tria vitia voluptuosa scilicet luxuriam: et gulam: et accidiam. Que quidem tria vitia carnalia sunt quasi relatiua. nam vnum inducit aliud: nam luxuria requirit gulam et accidiam: et accidia inducit gulam: et gula luxuriam. Et ideo caro est intellecta per mulum voluptuosum. Has ergo duas bestias scilicet mundum et carnem cum diabolo sessore suo cõsulit et exhortatur et admonet propheta nobis esse fugandas et compescendas eo ꝙ inducunt in nobis illa septem capitalia vitia et septẽ venena. Et ideo dicit. O fideles de populo dei nolite fieri superbi et inuidi et iracundi et auari: sicut equus per quem intelligitur mundus: id est sequi mundum et concupiscentiam eius: eo ꝙ inducit hominem in superbiam: et inuidiam et iracundiam et auariciam. Item nolite fieri carnales et voluptuosi sicut mulus per quem intelligitur caro et concupiscentia eius eo ꝙ inducit in luxuriam: gulam et accidiam: que sunt bestiales affectiones et voluptates. quasi dicat nolite fieri sensuales et bestiales sicut iste due bestie nec permittatis quod vobis dominetur sed tu fidelis christiane constringe et compesce istas duas bestias cum suis affectionibus in chamo et freno qui nõ approximant ad te. id est vt non approximent ad te prout habet littera Hieronymi. ¶ Ad cuius intelligentiam est aduertendum ꝙ sicut diabolus equitat super illas duas bestias ad pugnãdũ cõ

Mũdus inducit quattuor pctã.

tra dominem:ita christus contulit nobis frenum ad compescendum equum scilicet mundum ⁊ cha mum ad ligandum mulum scilicet carnem. Unde frenum compescens mundum est humilitas ⁊ mā suetudo contra superbiam et iracundiam:⁊ cha-ritas contra iram et odium:et etiam contra aua riciam. Sed chamus ad ligandum carnem est ca stitas et sobrietas. Et finaliter ad compescēdas et ligādas omnes istas bestias:dedit nobis xp̄s omnes virtutes cardinales et theologales:⁊ oia septem dona spiritussancti. Et ad sanādos mor-sus et vulnera istarum bestiarum contulit nobis septem ecclesiastica sacramenta que omnia con-tinentur in lege euangelica que prohibet omne vitium.et consulit et mandat omnem virtutem et ideo dicit propheta. O fideles de populo dei nolite fieri sensuales et bestiales sicut equus et mulus quibus non est intellectus.i. nolite sequi mundum qui inducit ad superbiam ⁊c.nec carnē que inducit ad luxuriam et ceteras voluptates be stiales:sed tu fidelis cui deus dedit intellectum ad cognoscendum et discernendum bonum ⁊ ma lum.et dedit liberum arbitrium ad eligendum bo num et fugandum malum:et dedit tibi memoriā vt per preterita prouideas de futuris:et dedit ti bi rationem vt sequaris et facias ista:et dedit ti-bi in baptismo fidem:spem:⁊ charitatem:⁊ in cō firmatione septem dona spiritussancti:et per alia sacramenta prouidit tibi de omni remedio con-tra istas duas bestias et septem vitia vt essent in chamum et frenum ad compescendum et destruē dum et ligandum predictas bestias et vitia:ergo in isto chamo et freno virtutum et sacramentorū constringe maxillas istorum vitiorum vt non ap proximent ad te:et ne deuorent te:quasi dicat q̄ si non compescueris et constrinxeris istas duas bestias cum supradictis frenis et chamis:tūc ac cedent ⁊ approximabunt ad te:et dominabuntur tibi. Nam ista bestia carnis ⁊ mūdi nisi paret:im perat ⁊ dominatur:vt inquit Horatius et tunc iste bestie deducent te in profundum inferni vbi sunt multa flagella peccatoris ⁊ tormēta. Ideo caue.q.

vij.q.ō.s. c.cū per cussio.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circundabit.

¶ Hec est quarta pars huius psalmi in qua pro-pheta comminatur penam peccatoribus obstina tis ⁊ impenitentibus et promittit veniam peni-tentibus:et leticiam ⁊ gloriam iustis. Unde dicit O vos peccatores cauete ne permittatis qd̄ iste supradicte bestie approximent ad vos.⁊ compre-hendant et deuorent vos:et sine penitētia ducāt vos ad infernum et locum penarum infernalium cum demonibus et dānatis in perpetuum cruciā dos:quia multa flagella peccatoris.i.multa fla-gella ⁊ tormenta patientur peccatores obstinati non solum propter peccata commissa : sed quia noluerunt agere penitentiam : sed voluerunt se-qui bestias supradictas:que quidem flagella et tormenta erunt multa in quantitate intensiue et extensiue in duratione:quia in eternum durabunt

Per oppositum erit de ipsis penitentibus : nam sperantes in domino misericordia circundabit id est misericordia dei circūdabit ⁊ liberabit eos qui recurrunt ad penitentiam et sacramenta ec-clesiastica:et cum penitentia constrinxerunt ⁊ fu-garunt bestias supradictas:quia consecuti sunt misericordiam et veniam. Ideo propheta conuer sus ad penitentes et iustos dicit.

Letamini in domino ⁊ exultate iusti et gloriamini oēs recti corde.

ij.q.iiij. c.mēsā. et.iij.q. ix.di-gnum.

¶ Letamini in domino. quasi dicat. O iusti leta-mini et exultate in domino:eo q̄ egistis peniten-tiam et consecuti estis misericordiam:et vos re-cti corde qui operati estis iusticiam ⁊ bona ope-ra:gloriamini in domino qui dedit vobis gratiā ad declinandum a malo et faciendum bonū. Itē vos iusti et iustificati per penitentiam:et vos re-cti corde qui peccata et iniquitates non abscon distis in corde:immo sine dolo confessi estis.recti ficati fuistis ab iniusticia ad iusticiam:et remisse sunt iniquitates apud deum:et quorum tecta sunt peccata apud diabolum per penitentiam inte-gram scilicet per contritionem et confessionem ⁊ satisfactionem. gloriamini et letamini pro tāto beneficio hic recepto per gratiam et in futuro per gloriam.quasi dicat:agite gratias ⁊c. L ¶ Ex omnibus supradictis potest recolligi diffinitio penitentie. Nam pnia est cordis contritio cū pro-posito confitendi ⁊ satisfaciendi ⁊ amplius non peccandi. Uel pōt dici q̄ penitentia est dolorosa confessio peccatorum commissorū cū cordis contri-tione facta in hac vita cū proposito satisfaciēdi et amplius petā nō cōmittendi. D ¶ Ex isto etiam possunt recolligi.xiij. conclusiones et doctrine. Quarum prima est:q̄ per penitentiā remittuntur pena ⁊ culpa debita petōrum. ¶ Secūda est q̄ per penitentiam sunt tecta ⁊ absconsa petā ipsi dia bolo:ne amplius valeat hoiem accusare. ¶ Ter-tia q̄ per pniam deus amplius non imputat pec catum ad culpā nec ad penā eternam. ¶ Quarta q̄ peccator sine pnia non potest consequi beatitu dinem propter impedimentū culpe. ¶ Quinta q̄ penitentia nō potest esse perfecta ⁊ fructuosa sine confessione facta ecclesie. Probatur:nam licet da uid clamaret die ac nocte:et gemeret ex remorsu psciētie:sed tamen quoniam tacebat peccatū sa-cerdoti ideo non fuit sibi remissum visquequo pro posuit confiteri et confessus est peccatum ipsi na than dicens:peccaui:per quod ostendit vocalem confessionē esse necessariam in effectu aut in affe-ctu. ¶ Sexta conclusio:q̄ omnes sancti indigent penitētia ad delēda peccata:vel ad conseruādas virtutes. ¶ Septima cōclusio:q̄ penitentia debet esse accelerata in hoc tempore opportuno:quia solū in hac vita est valida et fructuosa:quia post hanc vitam est infructuosa. ¶ Octaua conclusio q̄ pe-nitētia nō est valida nisi in virtute passionis xp̄i:ideo est ad xp̄m recurrendū. ¶ Nona pclo:q̄ peccator qui in hac vita non agit penitentiā est īprudens sicut equus ⁊ mulus quibus non est intellectus: si non prouidet pro futuro iudicio. ¶ Decima

xp̄s dat frenū cō pescens mundū.

Quid sit pnia.

nisi

conclusio q diabolus et mundus et caro et septem vitia capitalia sunt bestie indomite semp pugnā tes ad deuorādū hoiem vt demergāt eū in īfernū ¶ Undecima conclusio: q iste bestie sunt cōstringēde et cōpescēde per chamū ecclesiasticoꝝ sacramentoꝝ: et per frenum virtutum et legis euāgelice: et per assiduam orationem et penitentiam ⁊c. ¶ Duodecima cōclusio: q peccator qui in hac vita nō agit penitentiā: sic est bestialis sicut equus et mulus: ita tractabitur sicut equus et mulus: q2 constringetur et ligabitur in chamo et freno: et in infernali carcere: et torquebitur et flagellabitur in eternū. ¶ Decimatertia conclusio et doctrina: qd sicut pena obstinatoꝝ erit multitudo flagelloruꝫ et tormentoꝝ: ita premiū penitentiū et iustificatorum erit leticia et gaudiū in hac vita per grām et in futuro per gloriā. B ¶ Sed cōtra totum fundamentū et discursuꝫ et intelligentiā huius psalmi arguunt greci et iacobite negātes et contēndentes vocalē cōfessionē pctōꝝ dicētes nō esse necessariam cōfessionē pctōꝝ ad salutē et pniam. Unū arguūt sic. Illud nō est necessariū ad salutē: quod xps nō docuit nec instituit in lege euāgelica: sed xps nō docuit nec precepit fieri confessionē peccatorum: ergo non est necessaria. minor est nota: maior probat q2 xps sufficienter docuit et instituit oia necessaria ad salutē. vn̄ bene dicit: pniaꝫ agite ⁊c. et vade amplius noli peccare: sed nulli dixit vt confiteat pctā ⁊c. Itē nostris tēporibus surrexit quidā hyspanus magr̄ scholaꝝ apud salamanticam qui cōcedebat esse faciendā ɔfessionē de pctīs actualiter cōmissis dictis aut factis: sed non de peccatis in solo ꝓposito et voluntate cōmissis: postq̄ nō deuenerūt ad actū. Un̄ arguebat sic. Ordo pnie debet fieri scdm ordinem et discursum peccati sm̄ Chrisostomū. Nam si tripliciter peccauimus: scꝫ corde: et locutione: et opere ita tripliciter debemus penitere: scꝫ contritione: et cōfessione: et satisfactione: igit si quis peccauit solū corde: et nō locutione: nec opere: nō tenet de necessitate cōfiteri: nisi penitere tm̄ in corde per contritionem q2 penitentia debet correspondere peccato: et sic non de quolibet pctō est necessaria vocalis confessio. Itē confirmabat suā positionē tali rōne: vt suis verbis vtamur. Nam regula iuris est q per quascūq3 causas res nascit p easdeꝫ dissoluatur. Sed ista peccata solo cō sensu cōtrahuntur ergo solo dissensu dissoluūtur: quia per q̄ quis peccat per hec et torquetur. Sap. xi. Nō ergo est necessaria vocalis confessio in peccatis sola cogitatione cōmissis: sed sufficit sola contritio sine ordine ad claues ecclesie: et confessio gnālis et cerimonie ecclesie sicut in venialibus. Sꝫ in oppositū est dauid propheta in hoc psal. vbi dicit quoniam tacui inueterauerunt omnia ossa mea: sed quando dixit confitebor ⁊c. tunc remisisti impietatem peccati. ¶ Respondeo q dupliciter ꝓbatur confessionem peccatorum esse necessariam peccatoribus ad pfectā penitentiam. Et hoc ꝓbatur. Pmo auctoritatibꝰ sacre scripture vtriusq3 testamenti. Scdo probatur rationibus multis. Unde probatur primo q vocalis cōfessio de peccatis ꝑpetratis sit de lege nature: et hāc ɔfessionē exigit deus a peccatore. Unde deus vocauit adā ad confessionem cum dixit: adam vbi es ⁊c. vnde adam confessus est peccatum dicens: mulier quā dedisti mihi ⁊c. Item vocauit cayn ad confessionem quando dixit: vbi est abel frater tuus ⁊c. sꝫ q2 ille negauit: ideo taciturnitas peccati fuit ipi dānabilis vt patet ibidem Gen. iiij. Item secundo confessio peccatorum est de lege mosayca. tam in actu q̄ in figura: vt patet de capro emissario. Leuitici. xvi. Item de leproso. Leuitici. xiij. Item numeri. v. vbi dicitur q vir et mulier confitebuntur peccatum suum ⁊c. Tertio confessio peccatorum est de traditione prophetica: vt patet. ij. Regum. xij. in casu predicto et in toto isto psalmo. Quarta est de doctrina sapientiali. Prouerbioꝝ. xxviij. vbi dicit Salomon qui abscondit scelera sua nō dirigetur: qui autem confessus fuerit et reliquerit ea: misericordiam consequetur. Ex quo patet necessaria est abinentia a peccato post factam cōfessionem. Quinto confessio peccatorum: est de lege euangelica. Nam christus non solum nos admonet et docuit dictis sed factis. cum omnis xpī actio fuerit nostra instructio sm̄ Gregorium sed christus neminem sanauit nisi prius ɔfiteretur et manifestaret morbum suum: vt patet per singula miracula: ergo ⁊c. Item hoc idem patet de filio prodigo qui nō fuit susceptus a patre: nec remissus vsquequo confessus est et dixit pater peccaui in celum et coram te ⁊c. et sic post confessioneꝫ recepit eum et tradidit sibi stolam primam gratie. Luc. xv. Item decem leprosos christus remisit ad sacerdotes dicens. ite ⁊c. Item latro confessus est peccatum suum cum dixit. Nos digna factis patimur ⁊c. et conuersus ad christum dixit. Memēto mei dum veneris in regnum tuum. Luce. xxiij. Item confessionem precepit christus quādo tradidit clauem ecclesiastice potestatis apostolis ad discernendum peccata. Matthei. xv. et xviij. Nam sacerdos non potest discernere nec iudicare de peccatis nisi audierit ab ipso peccatore. Sexto confessio peccatorum est de traditiōe apostolica. vt patet Actuum decimonono vbi dicitur paulo predicante veniebant confitentes peccata sua. Et ideo Jacobus patriarcha et episcopꝰ hierosolymitanus in sua canonica capitulo vltimo fecit constitutum de confessione dicens. confitemini alterutrum peccata vestra. similiter fecit constitutum de extrema vnctione ibidem. Septimo confessio peccatorum est de constitutione et precepto ecclesie et sententia omnium sacrorum doctorum vt ptꝫ de pnia distinctione prima per totū. Item per decretalem omnis vtriusq3 sexus de penitentijs et re. Ex quo ptꝫ q confessio peccatorum est de autoritate sacre scripture vtriusq3 testamenti et precepto ecclesie et doctrina sacroꝝ doctorum. ¶ Sed secundo hoc probatur multis rationibus. Nam primo est necessaria confessio peccatorum inquantum penitentia est quoddam iudicium in foro penitentiali et spirituali. Q2 sacerdos qui est iudex loco dei nō poterit iudicare nec discernere inter leprā et leprā absconsaꝫ et la-

Margin notes: Obiectio. — Not. de necessitate confessiōis. — Necessaria ɔfessio pctōrum duppliciter. — Rōnes.

tentem in anima.nisi didicerit per confessionem: vt ait Aug.libro de penitentia. Item nullus debz puniri scdm leges nisi cõfessus fuerit reatuz per os proprium. Item hoc ibidẽ ptz inquãtũ penitẽtia est quedã medicina. Unde sacerdotalis medicus anime non poterit adhibere remediũ nec imponere penitẽtiam scdm qualitatem et quantitatem et meritum peccatorum nisi hoc sciat per confessionem vt ait Boetius primo de consolatiõe dicẽs. Si operaz medicantis expectas oportet vt vulnus detegas. Item hoc idem tertio ptz rõne rectitudinis iudicij: quia nemo potest esse iudex in causa propria: nec iudicare seipsum Item nemo potest eẽ accusator et iudex.quarta.q.iiij. nullus ex quo ptz q debet alteri confiteri. Itẽ quarto hoc probatur ratione autoritatis ecclesie. Qr si quis faceret penitentiaz absqz confessione peccatorũ tunc essent date claues ipsi ecclesie vt inqt Aug.q: frustrare videt claues ecclesie q sine ecclesia sibi pniam imponit. quarto sententiarũ distinctione.xviij. ¶ Itẽ quinto confessio pctõruz facta sacerdoti est necessaria ratione virtutis et valoris Quia nulla penitentia nec aliqd opus est validũ nisi concurrat ecclesia p ecclesiastica sacramenta: cui data est ei talis potestas et virtus a suo sponso xpo. Uñ talis pnia sine confessione non esset sacramẽtalis: q: aliter nõ concurreret nec cooperaretur ecclesia et p consequẽs esset inualida. ¶ Sexto cõfessio pctõr facta ecclesie est necessaria ratione securitatis ipsius penitẽtis quia nemo scit an sit dign' odio aut amore: nisi audiat a sacerdote seeẽ absolutũ. Itez hoc idẽ est necessariũ ad securitatẽ ppriij sacerdotis et curati: vt sit secur' de sua oue: de qua tenetur reddere deo rationem: vt ad minus semel in anno cognoscat eam. Septimo hoc est necessarium ad vitãdũ scãdalũ populi ne talis reputetur malus xpianus et semel ad min' i anno non venerit ad ecclesiam et videatur cõfiteri, et facere penitentiam. ¶ Et etiam est necessaria ratione supplementi et perfectionis et virtutis sacramenti. Quia quandoqz penitentia et vocalis confessio ex attrito facit contritum: et quod deficit penitens supplet sacramentum. Tria ergo facit sacerdos in tali sacramento. Nam primo iniponit penitentiam tanq iudex. Secundo reddit penitẽtẽ securũ et absolutũ ab obligatiõe qua tenebatur semel in anno ostendere se sacerdoti etc. Tertio ex vi sacramenti confert gratiam cum supplet contritionẽ pro attritione inquantũ inuocat diuinam misericordiam dei per effusionem sanguinis christi ego te absoluo etc. deus autem dat gratiam per se et remittit culpaz et quandoqz totã penam secundum feruorem et contritionem penitentis. ¶ Nunc autem restat respondere ad argumenta in contrarium. Unde per auctoritates noui et veteris testamenti in prima parte inductas ptz responsio ad grecos et iacobitas qui negant confessionem. Nam manifestum est q confessio peccatorum est de precepto christi dictis et factis Item per rationes adductas in secũda parte: ptz q confessio peccatorum est necessario facienda d omni pecato etiam in solo proposito commisso.

Sacerdos tria facit in sacro penitentie

Rñsio.

Quia aliter sequeret q talis penitentia nõ esset sacramentalis postq ad eã nõ cõcurrit ecclesia: et per consequens nullius valoris nec remissionis et sic sequerentur omnia supradicta inconuenientia Ad cõfirmationẽ illi' hyspani iquãtũ dicebat q per easdem causas res generantur et dissoluũtur etc. Dicendũ q illa est simpliciter falsa. Ideo tota ppositio procedit ex falso fundamento. Naz illa ppositio nõ solũ est cõtra sacrã scripturam: que vult q solus deus delet iniquitates et peccata et iustificat hominẽ per ecclesiastica sacramẽta dũ fuerit opportunitas. Sed hoc etiam est cõtra aristotelẽ.iij. Ethi. qui dicit q vitia et peccata sunt i nostra potestate quo ad gñationẽ sed nõ quo ad corruptionẽ et dissolutionẽ. Nam vitia et peccata sunt morbi animi: et ideo sicut morb' corporis est in nostra potestate sed nõ sanitas eius: ita pariter ẽ dicẽdũ de egritudine animi. Nam in nostra potestate est infirmari per inordinatum cibum aut potum aut aliquid huiusmodi. sed non est in nostra potestate sanari nisi medicus adhibeat medicinã. Ita pariter hõ per liberũ arbitriũ de se põt peccare in solo pposito: aut in actu: sz nõ põt sanari nec liberari nisi per medicinalia sacra q: ad hoc sunt instituta. Item iste non' cõsiderabat qñ oẽ pctm est cõcupitũ vel factũ contra legẽ et volũtatẽ dei: et p qñs per tale pctm sp de' offẽdit: et sic tale pctm nõ põt deleri nec dissolui: nisi deus remittat culpã iustificãdo p grãz: et nõ iputãdo ad penã eternã sz talis iustificatio et remissio nõ fit nisi cõ currẽte ecclesia ex euãgelica et xpi institutiõe vt dictũ est ergo. Itẽ cõtritio penitẽtialis est dolor cordis de peccatis cõmissis cũ pposito confitendi et satisfaciendi. et sic in sui diffinitione includit confessionẽ in proposito q: aliter nõ eẽt cõtritio sacramẽtalis: et p cõseques nõ deleret culpã. Nã contritio nõ delet culpã nisi in virtute sacramẽti ppositi et desiderati scilicet in virtute desiderate confessionis et satisfactionis quia aliter non iustificaretur peccator. Et ideo positio et opinio illius hyspani fuit condemnata apud complutum oppidũ hyspanie per archiepiscopum toletanum cum cõsilio et determinatione multoruz sacre theologie professorum cui archiepiscopo facta fuit specialis commissio per summum romanum pontificẽ sup hac cã. Itẽ eadem positio fuit condemnata cesarauguste in conuentu et consilio magistrorum et doctorum. Unde licet ista questio alibi subtilius disputetur: tamen ista sufficiant ad sanctam intelligentiam et expositionem hui' psalmi. Uñ licet dauid per totum illud tps clamaret ad dñm in cõsciẽtia, sz tñ tacebat pctm cõfiteri sacerdoti iõ nũq meruit veniã vsqz quo pposuit cõfiteri.

Nota.



Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ¶ Licet apud hebreos iste psal. sit sine titulo: tñ multi eox dicũt q dauid fecit hũc psalmũ. Itẽ hiero. i magno sermone d assumptiõe virginis marie attribuit hũc psalmũ ipsi dauid dicẽs vñ p dauid d: verbo

De asse. vt.i.qñ ãt stam?

dñi celi firmati sunt &c. Itẽ in latinis biblijs ꝑpo
nitur titul⁹ huic psal. in finẽ ꝓpsal. dauid. Ex quo
pꝫ ꝙ dd fecit hũc psalmũ dirigẽs nos in xpꝫ qui
est finis legis ⁊ sic exponit ipm Augustin⁹ ⁊ oẽs
sacri doctores. Vñ licꝫ doctores hebreorũ exponãt
hũc psal. litteraliter tñ: inquantũ dd inuitat oẽs
iustos de populo israel ad laudãdũ deuꝫ inquan
tum est creator ⁊ bonus: tñ nos xpiani quibus da
tum est nosse mysterium regni dei: nõ debemus ta
cere nec occultare thesaurũ abscõsũꝫ in hoc agro
et sacramẽta in eo latentia sed inuocata gratia
spũssancti: semper debem⁹ pulsare vt nobis ape
riat diuitias regni ⁊ thesauri sui repositas in ga
Occasio zophilacio ⁊ scrinio sacre scripture. Et quantuꝫ
dd ad in nobis desuper datum fuerit quodam pio affectu
cipiẽdũ haurire. B ¶ Ideo est aduertendũ sicut in ꝓlo
psalmũ go dictum est: ꝙ dd triplici principio sumpsit oc-
casionem et causam cõponẽdi psalmos. Primo
a suis gestis incẽptum per suas ꝑsecutiones ⁊ pro
speritates preuidit persecutionẽ xpi ⁊ exaltatio
nem regni eius. Scdo ex descriptione templi sibi
tradita a spũsancto. Tertio ex mysterijs scriptis
in libris moysi et aliorũꝫ et sic dicẽdũ ꝙ dauid cõ
templando mysteriũ creationis mundi preuidit
totũ mysterium recreationis et regenerationis hu
mane ⁊ institutionis ecclesie per xpm faciẽde. Et
ideo fecit hũc psalmum in quo ꝓphetice inuitat
omnes iustos et rectos ve. test. vt cum exultatiõe
et leticia recipiãt xpꝫ cum venerit ad regeneran-
dum genus humanũ et construendam ecclesiam.
Nã sicut per xpm qui est verbũ patris fuit creat⁹
mundus: ita per ipsum incarnatũ erat regeneran
dus mundus et ecclesia construenda. Et sic etiam
inuitat omnes fideles noui testamenti vt exultẽt
in christo se esse regeneratos: et sibi latrie hono-
rem impendant et eius confiteantur et memorẽt
magnifica beneficia. Et ideo voluit ꝙ cantaret
iste psal. in templo cum psalterio et cythara et to
to conatu vocum vsqꝫ ad vltimum punctuꝫ. vt pa
tet in eodem psal. Duo ergo facit in hoc psalmo
Diuisio Nam primo inuitat omnes fideles noui ac vete-
psalmi. ris testamenti ad laudandum xpm. Scdo reddit
causam quare ibi qꝛ rectum est. Quantum ad pri
muꝫ duo facit. Nã primo inuitat oẽs ad laudes
xpi. Secũdo tradit modũ laudãdi: ibi cõfitemini
domino in cythara. Vel possum⁹ dicere ꝙ primo
dicit quales debent esse laudatores christi. Secũ
do quomodo debent ipsum laudare. ¶ Ad primũ
ergo dicit ꝙ laudatores christi debent esse iusti. i.
Lauda- iustificati per fideꝫ christi ⁊ recti i operibus: quia
tores xpi non est speciosa laus in ore peccatoris. D ¶ Sꝫ
sint iusti est aduertendum ꝙ eadem fide qua iustificati
sunt antiqui: iustificati sumus et nos: sed erat dif
ferentia. nam illi iustificabantur in fide et spe
christi futuri et futurorum sacramentorum: nos ve
ro in fide christi qui iam nos redemit: et in fide
presentium sacramentorum. Et ideo vtrosqꝫ inui
uitat Dauid ad laudem christi. scilicet illos vt ex
pectarent et laudarent christum eos redempturũ
⁊ nos vt iam laudemus ipsum redemptorem. Di
cit ergo dauid. O vos fideles veteris testamenti
iusti. id est iustificati i fide xpi futuri: et vos xpiani
iam redempti et iustificati: exultate non in vobis
quia non proprijs meritis estis iustificati: sed in
dño qui vos iustificauit et cum intraueritis tẽplũ
ad laudãdũ dominum facite vt sitis puri ⁊ iusti ꝑ
pniaꝫ. Nã rectos decet collaudatio. i. decẽs ẽ vt re
cti laudẽt deũ. i. ꝙ laudatores dei sint recti ⁊ pu
ri. ⁊ mũdi ⁊ iusti. nam non est speciosa laus in ore
peccatoris. Item rectos decet collaudatio. i. de
cens ⁊ iustum est vt illi qui sunt iustificati et redẽ
pti per xpm laudẽt eum aliter essent ingrati.

Confitemini dño in cythara in psal- terio decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione. xv. q. i. c. reuerti- mini.

¶ Hic tradit modum quomodo debem⁹ xpm lau
dare: ⁊ quot ⁊ qb⁹ cõditionib⁹ debemus xpm lau
dare. Vñ quattuor dicit. Primo ꝙ debemus xpo
cãtare cãticũ nouũ. Secũdo ꝙ debemus cantare
istud cãticũ cũ cythara Tertio cum psalterio de-
cem chordaꝝ. Quarto cũ vociferatione ⁊ conatu
vocũ. Et ita ꝓcepit dd cantari hunc psal. in taber
naculo ⁊ i templo ꝑ leuitas que oĩa significabãt
magnũ mysteriũ. A ¶ Nam per cãticũ nouum Lex euã-
intelligit̃ lex euagelica siue testm̃ nouũ: ad drãꝫ gelica ẽ
cantici veteris ipsius moysi. vt pꝫ apo. xv. Et sic i testm̃ no
toto libro psalmoꝝ ꝑ cãticũ nouũ itelligit̃ testm̃ uum.
nouũ: ⁊ ꝑ psalteriũ decẽ chordarũ, itelligit̃ lex. x.
ꝓceptoꝝ i lege euãgelica cõfirmatoꝝ. Et ẽt itelli
git̃ lex euãgelica ꝯtinẽs in se decẽ chordas. i. x. ar
ticulos ꝑtinẽtes ad xpꝫ. Nã pria chorda hui⁹ psal
terij ẽ verbi icarnatio. i. ꝙ xps est deus icarnatus
Scda chorda est xpi natiuitas de maria virgine.
Tertia chorda est baptismus xpi. Quarta ei⁹ pre
dicatio. Quinta miraculoꝝ opatio. Sexta mors
⁊ passio. Septima resurrectio. Octaua i celũ ascẽ
sio. Nona spũssancti in aplos missio. Decima ꝑ
ꝓdicationẽ apostoloꝝ ecclesie cõgregatio. Per cy
tharã itelligit̃ fides spes charitas. Nã sicut cytha
ra est vnũ instrumentũ triãgulare: ita pariter vn⁹
est xps sed est colendus triplici virtute. s. fide: spe
⁊ charitate. Per vociferationẽ intelligit̃ ꝙ debe-
mus christum confiteri et publicare publice corã
hominibus et eius laudes et beneficia iugiter
memorare et exaltare et magnificare. Dicit ergo
Dauid. O iusti confitemini domino eius laudes
manifestando: et cantate ei canticum nouum. sci
licet predicate legem nouam euangelicam ⁊ hoc
cum psalterio. x. chordarum. id est confitemini et
predicate in isto nouo cantico. x. articulos christi
scilicet incarnationem: natiuitatem: baptismum
predicationem: miracula: passionem: resurrectio-
nem: ascensionem: spiritussancti missionem: et ec-
clesie congregationem. Quia hec sunt decẽ chor
de huius psalterij euangelici. Et hoc est psalteri
um. x. chordarum et canticum nouum quod canta
uit et pulsauit virgo maria tympanistria nostra
cum magna exultatione spiritus cum dixit. ma-
gnificat anima mea dñm &c. Nã hoc canticũ siue
psalteriũ virginis continet decẽ versus: qui sunt
decẽ chorde in quibus. x. chordis contin̄et totum

testamentum et canticum nouũ et etiã totũ testm̃ vetus. Nam ibi annũciant̃ oĩa promissa in veteri testamento esse cõpleta in nouo cũ dicit. suscepit israel puerũ suũ recordatus mie sue: sicut locut⁹ est ad patres nostros ꝛc. Vos ergo iusti cantate canticũ nouũ legis euangelice per totũ circuitum anni: et in omnibus horis diurnis pariter ꝙ nocturnis: sed cantate specialiter in vesperis quotidianis canticum nouũ siue psalterium. x. chordarum virginis in quo implicite continet̃ vtrũꝙ testamentũ. Item cantate hoc canticũ nouum cũ cythara. i. cũ fide ipsius xp̄i et spe et charitate qꝛ aliter non esset meritoria laus nec confessio. Item bene psallite ei in vociferatione cũ publica predicatione et manifesta confessione corã oĩbus sicut ipe cõfessus est oẽs in cruce et ĩ oĩbus mẽbris suis passus est publice. Itẽ psallite ei cũ vociferatione in officijs canonicis ecclie. Et nota ꝙ antiqui cantabant hũc psal. cũ vociferatione vocando xp̄m ad redimendũ. Nos aũt cantamus istum psal. et oẽs alios agendo grãs pro redemptione facta: et vt xp̄s veniat ad remittendũ pctã nostrã et nos glorificãdum. A ¶ Iterum est aduertendũ ꝙ triplex canticũ memorat̃ in sacra scriptura. Primo canticum vetus qḋ ḋr canticum Moysi. Apo. xv. Scḋo canticũ nouũ gratie qḋ ḋr canticum euangelicũ siue lex euangelica. Tertio canticum glorie et eternũ. Primũ canticũ cantauerunt oẽs patres ve. test. Scḋm cantamus nos in hac ecclesia militanti. Tertium cantant beati in ecclesia triumphãti. Primum cantabat̃ sub protestatione et fide et spe xp̄i futuri quem prenũciabat per vaticinia prophetarũ et prefigurabat per mysteria patriarchaꝝ et oĩa precepta cerimonialia et legalia: et ideo antiqui cantabant cuꝫ cythara et psalterio materiali et legali. Secundum canticum cantant fideles nocte cum cythara spirituali scꝫ fide: spe: et charitate: et cũ psalterio spirituali. x. chordarum scꝫ cum confessione supradictorum articulorum et cantant ipsum cum vociferatione: quia publice confitentur christũ et hos decem articulos coram hominibus. Tertiuꝫ canticum cantant sancti in celo cum clara visione et fruitiõe et felicitate dicentes sanctus sanct⁹ sanctus ꝛc. Apo. iiij. Et hoc canticum dirigitur toti trinitati: sed secundum canticum scꝫ canticuꝫ nouum dirigitur ipsi xp̄o. de quo cantat psalterium decem chordarum id est decem articulorum vt patet Apo. v. vbi dicitur ꝙ sancti cantabant canticum nouum dicentes dignus es domine accipere libruꝫ et aperire signacula eius ꝛc. vnde hoc est cãticũ nouũ ad qḋ cantãduꝫ nos exhortat̃ pphe ta in h̃ psal. cũ dicit: cantate ei canticũ nouũ ꝛc.

Triplex cãticũ ĩ scriptura.

xxij. q. v. hũane.

Quia rectum est verbum domini: et opera eius in fide.

¶ In secũda parte reddit et assignat cãm quare et de quibus tenemur ip̄m laudare: et assignat tres causas. Prima qꝛ xp̄s est deus oꝑs cum sit verbũ patris per qḋ facta sunt oĩa. Scḋa qꝛ iustus iudex. Tertia quia misericors et sic est laudandus ratione summe potentie et iusticie et misericordie: et ideo sicut est rectus et iustus ita debet a rectis et iustis laudari. Dicit ergo. benedico ꝙ iustos et rectos decet laudare christum. Nam ipse christus est rectum verbum dñi: per queꝫ omnia fecit ideo omnia opera eius sunt facta in fide. id est sunt naturaliter recta et pfecta: qꝛ cuncta que fecerat erãt valde bona. Secundo est laudandus: qꝛ est iustus et misericors. Nam.

Diligit miam et iudicium: mia dñi plena est terra.

xxxix. di. c. dyaconi.

¶ Diligit inquit misericordiam et iudicium: et iḋ misericordia eius plena est terra. Nam omnibus miseretur et plene et abundater redemit gen⁹ humanum: qꝛ pro omnibus effudit totum sanguinẽ. Et notanter dicitur: quia rectum est verbuꝫ domini: naꝫ filius dicitur ars patris: ſꝫ ars est recta rõ factibiliũ: et ideo verbuꝫ in quo ab eterno sunt idee siue exemplaria omnium creaturarum dicit̃ rectum. Nam sicut quodlibet artificiatum dicit̃ rectum in quantum assimilatur arti existenti in intellectu pratico artificis: ita omnis creatura dicitur recta et perfecta ſm naturam et speciem: inquantum assimilatur idee et rationi existenti in verbo diuino quod dicitur ars patris. Et notanter dicit etiam misericordia domini plena est terra: qꝛ ãñ aduẽtũ christi mia dei solũ erat ĩ iudea.

s. q. s. c. liter catolicam.

Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum.

¶ Hic probat per singula que dixit. Nam primo probat ꝙ christus sit rectum verbum domini. Secundo ꝙ est iustus iudex. Tertio ꝙ est summe misericors. Secunda ibi dominus dissipat consilia. Tertia ibi beata gens. Dicit ergo primo probo ꝙ christus sit verbum rectum dei patris et per cõsequens sit deus consubstantialis patri. Nã celi firmati sunt verbo dñi qñ deus dixit. fiat firmamentũ ꝛc. Nã si deus dixit: ergo per aliqḋ ṽbum coeternũ locutus est et dixit qḋ quidẽ ṽbũ nõ pot esse nisi sibi substantiale: cũ in eo nõ sit aliqḋ accidens tpale. Itẽ sicut celi sunt firmati et creati verbo domini: ita omnis virtus eorum: scꝫ celorum est eis data et emanat a spiritu oris dei patris. s. a spiritusancto: et sic omnia sunt creata verbo domini: et habent virtutem a spiritu oris eius: scꝫ a spiritusancto: et sic tota trinitas cõcurrit ad creationem rerũ: qꝛ opa trinitatis sunt indiuisa ad extra. A ¶ Ad cuius intelligentiam est notanduꝫ ſm Aug. ꝙ licet tota trinitas sit creatrix vt deus et opera trinitatis sint indiuisa in creatione rerũ tamẽ modus est distinctus. Nam in hac creatiõe aliquo modo attribuitur auctoritas patri. Nam pater qui ab eterno dixit suum verbũ: et diligẽdo filium et econuerso ambo spirant spiritum scm̃ ille idem pater ex tempore per suum verbum eternum dixit omnes creaturas ad extra quando dixit fiat lux: et fiat firmamentum ꝛc. et sic per suum verbum fecit omnia. Joh. primo. Itẽ pater et verbum qui ab eterno spirant spiritum sanctum ab intra: ita postea ex tempore tanꝙ vnum principiũ per spiritũsanctum spirant ad extra esse: existere

Xp̄s est ṽbũ patris.

Nota.

et virtutē omnibus creaturis ad operandum qd quidē esse siue virtus dr vita in rebus siue viuere: qz viuere viuētibus est esse: et ideo subditur. spūs dñi ferebat sup aqs. i. sup oia fluxibilia et mobilia creata. Itaqz res oēs create vt assimilantur ideis et exēplaribus existētibus in libro et vt dicuntur verbū dicunt hre essentiā et speciē: sz vt aspirantur eis esse et virtus per spūmsctm dicuntur habere existere et hre virtutē et hre opationē. Et sic omnia creata hnt in se vestigiū trinitatis. s. substantiaz: virtutē et opationē. Siue numerū et pōdus et mensurā. siue spem modū et ordinē. Nec per hoc est dicendū qp opa trinitatis sunt diuisa: qz tota trinitas cōcurrit tanqz vnū principiū et vnus deus et vnus ops. et hoc est de intellectu Augu. xi. de ciuitate dei. et xij. cōfes. Et hoc est qd dicit hic dauid. verbo dñi celi firmati sunt: et spū oris eius omnis virtus eoz. Nec per hoc intēdit Dauid excludere quin spūsctūs sit spūs filij: qz nō negat ipsum a filio procedere: sed intm dicit spm spū oris pris inquantū talis autoritas est in patre. nā pr hz de se et a se vt spūsctūs pcedat ab eo cū sit pncipiū nō de principio: sed filius hoc hz a pre vt spiret spm: scz simul cū patre. Sed ne qs putaret qp solū celi sunt a deo creati sicut blasphemabant manichei: iō sequit qp ipsemet deus pr et filius et spiritussanctus qui creauit celos: ipsemet creauit terram et aquas et elemēta: et tūc sequit.

f. q. f. c. I / ter ca / tholicā.

Congregans sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

¶ Congregans omnes aquas maris in vallibus et locis depressioribus et infimis terre: quādo dixit fiat aquas ab aquis et apparuit arida: et congregationes aquarum appellauit Maria vt patet Gen. i. Nam terra continet maria inter montes sicut vas continet aquas vt patet de mari caspio et indico: vt magis patebit psalmo. ciiij. et ipsemet fuit ponēs abyssos. i. aquas abyssales in thesauris suis. i. in locis secretis terre et sic congregauit aquas maris in oceano inter valles quasi in vtre siue in vase et posuit aquas abyssales et aqs fontales et fluuiales in thesauris et locis secretis. Nam fontes et flumina oriunt et emanāt a locis secretis. Et dicit in thesauris suis: quia de emanatione fontium et fluuiorum insurgunt tot mirabiles questiones et opiniones qp quasi nullus vel pauci potuerūt peruenire ad ipsam veritatē Nam Plato dicit qp emanant a tartaro. Aristoteles dicit qp continue generatur aqua ex aere infrigidato in cauernis terre. Aliqui dicūt qp fiūt magne submersiones aquarum in profundo maris. et serpunt per viscera et venas terre: et dulcorate ebuliunt et emergunt per impulsum aut equilibrium ad alias partes terre et sic fontes emanāt in planis et montibus. Et sic disceptant philosophi sm diuersas opiniones: sed ista manent secreta et reposita in thesauris et secretis sciētie dei ideo ait ponens in thesauris abyssos. ¶ Sed dubitatur quare non facit mentionem in hac creatione de duobus elementis scilicet de igne et aere. Dicendum qp ignem et aerem connumerat inter celos. Nam communiter in scriptura aer dicitur celum vt dictum est psalmo octauo. volucres celi et c. B ¶ Sed est aduertendum qp cum creatio rerum fuerit figura recreationis et regenerationis nostre: qp per illud idem verbum per quod facta fuit creatio: per illud idem facta est nostra redemptio et recreatio. et per illud verbuz constructa est ecclesia per quod facta fuit machina mundi et eodem ordine. Nam sicut pater in creatione per verbum filium suum dicendo produxit res ad extra quo ad spēs et essentias suas et pater cum filio per spiritum sanctum spirauit vitam et esse: et virtutem in rebus: ita pari ratione in nostra regeneratione pater per filium suuz incarnatum locutus est nobis: et dedit legez euāgelicam: vt patet ad Hebre. primo. et sic construxit ecclesiam ex viuis lapidibus fidelibus: sed qz non suffecisset dedisse legem et creasse apostolos nisi spirasset in eis vitam et virtutem spiritualē: ideo pariter cum filio misit spiritumsanctum in discipulos: et per ipsum spirauit vitam et virtutem gratiarum et donorum in discipulos: et sic viuificauit eos ad intelligendas scripturas et ad robur et fortitudinem: et dando eis ecclesiasticaz potestatem fecit eos principes ecclesie. Item sicut creauit. xij. celos scilicet decem celos superiores et ignem et aerem quos connumerat inter celos vt dictuz est: ita creauit duodecim apostolos in ecclesia qui dicuntur celi ecclesie vt dictum est psalmo. xviij. et illos ornauit syderibus et astris gratiarum et donorum spiritussancti: et sic intelligit gregorius illud Job. xxvi. spiritus domini ornauit celos. Unde dicit verbum qui est filius patris ornauit celos id est apostolos. sz virtus apostolorum de spiritusancto sumpta est: vnde alibi spiritu oris eius et c. ornamenta enim celoruz sunt virtutes predicantium et c. Ex quo patet qp pater per verbum firmauit et elegit apostolos: sed per spiritum sanctum ostendit eis virtutem et dona gratiarum in die Pentecostes et sic constructa et confirmata est ecclesia. Et hoc est quod dicit hic Dauid qp non solum in creatione celi materiales verbo qui est christus firmati sunt. et spiritu oris eius omnis virtus eorum: sed etiam in nostra recreatione eodem verbo domini scilicet christo celi id est apostoli firmati et electi sunt et omnis virtus eorum fuit sumpta a spiritu oris eius: quia p spiritum sanctum spirauit in eos et in totam ecclesiam virtutem et vitam spiritualem: ecclesiasticam potestatem eis largiendo. Et sic tota trinitas concurrit ad nostam regenerationem: et iō nos christiani per fidem regenerati: portamus ymaginem et vestigium passionis christi in fronte et totius trinitatis. Nam licet deus luceat in omnibus hominibus per creationem: tamen in solis fidelibus lucet per recreationem et gratiaz quem characterem accepimus in baptismo et et in confirmatione. Sed ne putaret aliquis quod christus solum creauit duodecim apostolos et in eis solis gratiā spirauit: iō subdit cōgregans sicut in vtre aquas maris. i. postqz firmauit celos. i. apostolos: postea per eos cōgregauit aquas ma-

Questio

Nota d creatiōe et recreatiōe mūdi.

ris id est multitudinē populi gentilis sicut ī vtre id est invaserat gremio ecclesie: et reposuit abyssos id est aquas abyssales id est septem sacramenta ecclesiastica in thesauris et secretis suis. Nam ecclesiastica sacramenta dicuntur aque abyssales: quia virtus eorum nunq̄ euacuabitur: eo q̄ sunt

Eccliastica sacramenta dñr aque abyssales.

plena meritorum passionis christi et sic habēt virtutem infinitam et abyssalem ad iustificādū peccatores successiue in infinitū. Item christus posuit abyssos in thesauris suis. s. in sacra scriptura in qua cōtinenē infinita secreta et abyssus diuitiarū sciencie dei. Ideo sequit̄ si ergo xp̄s est illud verbū patris quo nō solū celi materiales in principio sed etiam in nostra regeneratione celi firmati sunt scꝫ apostoli: ergo.

xxiij.q.5. vj. scismatici, §.vj.

Timeat dñm oīs terra: ab eo aūt cōmoueātur oēs inhabitātes orbem.

¶ Timeat cū oīs terra in suo aduētu: et oēs gentiles inhabitātes orbē cōmoueantur et vincantur et conuertantur ab eo: et cognoscant ipsum deum et creatorem et recreatorem.

§. cxlviij. Iudith. xvj. c.

Qm̄ ipse dixit et facta sunt: ipse mādauit et creata sunt.

¶ Ipse pater dixit et facta sunt oīa et ipse mandauit et creata sunt in creatiōe materialiter: et in regeneratione spūaliter. Itē sicut in principio mādando et dicendo fecit oīa: ita in suo aduētu mandando et percipiendo faciebat miracula: et resuscitabat mortuos: et dimittebat peccata: et iustificabat peccatores tanq̄ potētem habens quod plus fuit q̄ creare celū et terrā: que miracula nullus poterat facere nisi solus deus: ego xp̄s est deus verbum patris per quem sumus creati et recreati ergo sibi debetur honor latrie et laus ec. ergo cātate ei canticum nouum cum psalterio decem chordarum et cythara et vociferatione ec.

xij.q.ij. c. cū deuotissimam.

Dñs dissipat cōsilia gētiū reprobat aūt cogitationes populorū et reprobat consilia principuꝫ.

¶ Hic assignat scdam rationeꝫ quare debet christo latria: et debemus sibi cantare sic canticum nouum scꝫ q: est iustus iudex: siue propter summam iusticiā. B ¶ Nota q̄ xp̄s in suo aduētu tres potentias dissipauit: et puniuit in quibus ostēdit potentiam et iusticiam suam. Primo destruxit falsam sapientiam et superstitionem gentiliuꝫ et philosophorum: et falsos ritus deorum. Secundo dissipauit cogitationes populorum scꝫ maliciā iudeorum insurgentium contra euꝫ: q: cogitauerūt christum delere per mortem: sed ipse resurrexit et dissipauit eos auferendo eis regnum et locum ec. Tertio dissipauit consilia et conuenticula principum mundi et tyrannorum qui proposuerant penitus distrahere ecclesiam et delere nomen xp̄i: sꝫ ipsi dissipati sunt vt nero et domitianus et maximianus: immo tota gentilitas fuit subiecta iugo xp̄i. Et hoc est quod ait dauid scilicet dñs iesus xp̄s bene est iustus: qm̄ ipse dissipat et dissipauit in suo aduentu cōsilia et sapientiam gentium scꝫ

Xp̄s dissipauit hoc in suo aduentu.

falsas opiniones philosophorum de eternitate mundi ec. et dissipauit ritus et superstitiones falsorum deorum et vanitates poetarum: et ostēdit qualiter mundus est a deo creatus et tpe: quomodo est vnus solus deus trinus in personis: et q̄ vn⁹ solus deus est colendus. Scdo dissipauit et confudit cogitationes et pessima proposita populorū scꝫ iudeorum qui dixerunt si hunc dimittimus venient romani ec. sed contrarium accidit eis vt dictum est psalmo. ij. Nam postq̄ christus resurrexit fuerunt eiecti a sedibus suis: et trucidati et dispersi per mundum in captiuitatem ec. Tertio dissipauit consilia principum et tyrannorum machinantium et conantium destruere legem euangelicaꝫ et totā xp̄ianam religionem. sꝫ ipsi dissipati sunt: et corꝫ superstitio et idolatria fuit destructa: et ecclesia multiplicata per Constantinum et lex euangelica exaltata et ampliata. Ideo subdit.

Consilium aūt dñi in eternū manet cogitationes cordis eius in generatione et generationem. xv.q.j. §. his itaq̄.

¶ Consilium id est lex domini in eternum manet et cogitationes cordis eius id est hec que deus ab eterno pposuit futura manēt in generatiōe et generationem: quia omnia facta sunt et completa: que deus precordinauit aut preuidit ab eterno: cuius scientia falli non potest. Et ideo.

Beata gēs cuius de⁹ est dñs eius populus quē elegit in hereditateꝫ sibi. xxiij. q. §. alien⁹.

¶ Beata est gens christiana cuius dominus est vnus verus deus trinus et vnus: et non est decepta in colendo plures deos: et beatus populus christianus quem dominus iesus christus elegit in hereditatem sibi dissipato consilio gentiliuꝫ et principum tyrannoruꝫ et cogitationibus iudeorum. Nam dissipatis omnibus supradictis: deus elegit populum christianum in hereditatem sibi vt colat eum et seruet legem euangelicam. Potest etiam iste versus ordinari cum sententia sequenti: que est tertia causa. ¶ Beata gēs. Hic assignat tertiam causam quare christus est colendus et laudādus a christianis rectis ec. scꝫ quia misericors. Nam qui maiorem misericordiam et plura beneficia recepit a christo magis tenetur et obligatur christum laudare. Dicit ergo. Beata gens christiana cuius deus est dominus eius: et beatus populus christianus: quem dominus Iesus christ⁹ elegit sibi in hereditatem et vocauit ipsum ad fidem. Nam dominus ostendit sibi magnam misericordiam: quia propter euꝫ incarnatus est et mortuus et passus. Unde.

De celo respexit dñs: vidit omnes filios hominum. xciij. di. legitim⁹. §. q. j.

De preparato habitaculo suo respexit super oēs q̄ui habitant terram. c. multe. et. xxiij. q. j. loquit̄

Qui fingit sigillatim corda eorum: qui intelligit oīa opera eorum.

¶ Dominus filius dei respexit de celo: vt vidit omnes filios hominum seu filios adam peccatores et de habitaculo suo preparato id est de celo empyreo qui est locus deo preparatus et debitus respexit super omnes homines qui habitant terram quodam oculo misericordie: et videns omnes in captiuitate: commotus misericordia et pietate ipse qui erat eternus et impassibilis in sinu patris: factus est homo mortalis formam serui accipiens vt peccatores liberaret. Item ille eternus filius qui creauit et finxit sigillatim id est in vnoquoque corda id est animas eorum scilicet hominum et intellexit omnia opera eorum et cogitationes ipsas: factus est homo mortalis vt eos redimeret. Unde nota quod per hoc quod ait: qui finxit sigillatim: excludit falsam opinionem Pythagore et etiam Thalmudistarum qui dicunt omnes animas esse ab initio creatas: et transmigrare de corpore ad corpus: et sic vnaqueque anima precedit suum corpus: sed hic dixit quod deus finxit id est creauit animas sigillatim in vnoquoque. Item excludit falsam opinionem commentatoris qui dixit vnum intellectum esse in omnibus hominibus: hic autem dicit quod vnusquisque sigillatim habet suam animam. Item per hoc quod ait intelligi omnia opera eorum: excludit falsam opinionem manicheorum et aliorum hereticorum qui dicunt deum non curare nec etiam intelligere ista inferiora. Deinde sequitur.

xl. dis. c. illud.

Non saluatur rex per multam virtutem et gigas non saluabitur in multitudine virtutis sue.

¶ Hic reddit causam quare deus motus misericordia voluit incarnari: et dicit quod voluit humiliari et exinaniri et fieri homo: eo quod nulla creatura erat sufficiens ad saluandum seipsam nec alios: sed solus filius dei erat sufficiens ad saluandum. Ideo dicit non saluatur rex per multam virtutem id est nullus rex mundanus habuit tantam virtutem et potentiam vt seipsum posset saluare aliquomodo. nec aliquis gygas magnus et fortis saluabitur nec poterit saluari in multitudine virtutis sue.

xxiij. q. i. noli.

Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis non saluabitur.

¶ Equus id est multitudo equorum fallax erat ad salutem regum et principum. A ¶ Et ideo nullus saluabatur nec poterat saluari in abundantia virtutis sue. Et hoc propter duo. Primo quia omnes erant peccatores et immundi: ideo oportebat vt nostra redemptio fieret per hominem iustum et innocentem. Secundo quia peccatum primorum parentum fuerat tam graue quod non poterat deleri nisi per deum et hominem. Tertio quia potentia diaboli erat tam magna quod non poterat nisi per deum superari. Ideo sequitur.

xxiij. q. ij c. gloria epi.

Ecce oculi domini super metuentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Ut eruat a morte animas eorum et alat eos in fame.

¶ Oculi domini super metuentes et sperantes in eum id est super fideles et in eos qui sperant super misericordia eius vt eruat animas eorum a morte eterna per mortem et passionem: et alat et nutriat eos in fame scilicet pabulo sacramentorum et sapientie quasi dicat christus non saluauit superbos neque confidentes in superbia et viribus suis et bonis mundanis nec saluauit infideles: sed fideles et humiles et illos pauit pabulo sapientie et sic esurientes impleuit bonis et diuites dimisit inanes. Ex omnibus his patet qualiter deus ostendit nobis suam misericordiam: quare ipsum obligamur laudare et magnificare. Per hoc etiam excluditur falsa opinio pelagianorum dicentium vnumquemque absque gratia ex proprijs viribus posse saluari.

Anima nostra sustinet dominum: quoniam adiutor et protector noster est. vi. q. i. deficite. i. xxij. q. viij. conuenior.

Quia in eo letabitur cor nostrum et in nomine sancto eius sperauimus.

¶ Hic propheta petit aduentum christi accelerari vt posset sibi cantare canticum nouum etc. Et etiam exhortatur fideles ad fidem et spem et charitatem christi saluatoris dicens: si ita est quod solus christus potest omnes saluare et non saluat nisi solos fideles humiles sperantes in se: ergo anima nostra sustinet id est sustineat et expectet cum patientia aduentum christi. quoniam ipse solus est adiutor et protector noster: quia in eo letabitur cor nostrum cum venit et solos nos fideles saluabit eo quod speramus in nomine sancto eius quod est iesus saluator quia non saluabuntur nisi habentes fidem christi. Et ideo Dauid apostrophat ad christum: vt acceleret aduentum suum dicens.

Fiat misericordia tua domine super nos quemadmodum sperauimus in te. xxix. di. c. diaconi.

¶ O domine iesu veni et fiat misericordia tua super nos redimendo et saluando quemadmodum et sicut sperauimus in te et non sit vana et frustra spes nostra vt salues nos: hic per gratiam et in futuro per gloriam etc. Ex supradictis patet quod Dauid in toto isto psalmo exhortatur fideles noui testamenti: vt recipiant christum in aduentu suo: vt cantent sibi canticum nouum et predicent legem euangelicam cum fide et spe et charitate. Sed in vltima parte petit accelerari aduentum christi in quo canticum nouum id est euangelicum erat cantandum in ecclesia. A Ex quo psalmo colliguntur octo conclusiones. ¶ Prima conclusio quod iusti obligantur pre ceteris deum laudare et in eo exultare pro beneficijs acceptis. ¶ Secunda conclusio quod laus iustorum est decora et deo grata.

¶ Tertia quod canticum nouum debet cantari et confessio laudis iustorum debet fieri tripliciter. scilicet cum psalterio decem chordarum id est cum confessione supradictorum decem articulorum quod dicitur psalterium euangelicum. Secundo debet

cantari cum cythara. scilicet cum fide trinitatis spe et charitate. Tertio cum magna vociferatione: quia talis confessio fidei debet fieri publice ꝛ nō solum in occulto.

¶ Quarta conclusio ꝙ propter tria est deus laudandus. Primo quia rectus ꝛ verax in promissis Secundo quia iustus in iudicijs. Tertio quia misericors: q2 iustificauit nos in nouo testamēto per misericordiā quā promiserat in veteri testamēto.

¶ Quinta cōclusio ꝙ sicut indiuisibiliter tota trinitas ꝯcurrit in mundi creatione. quia pater per verbum suum creauit omnia: et per spiritumsanctum spirauit esse ꝛ operi et vita in omnibus rebus ita pariter in nostra regeneratione pater per verbum filium suum regenerauit nos: ꝛ per spiritumsanctum: viuificauit nos dona gratiarum infundendo ꝛc. et per consequens est dare trinitatē personarum in diuinis.

¶ Sexta conclusio ꝙ sicut deus fuit misericors: nos iustificando ita fuit iustus iudex cogitationes populorum et consilia principum infideliuz dissipando et reprobando.

¶ Septima conclusio ꝙ populus christianus solus est beatus eo ꝙ dissipatis iudeis et infidelibus solus ipse est electus in hereditatem dei.

¶ Octaua conclusio ꝙ in hoc psalmo excludūtur et improbantur quinqꝫ false opiniones. Nam primo improbatur opinio Aristotelis dicentis mundum esse ab eterno: cum hic dicat propheta. quoniā ipse dixit et facta sunt. ipse mādauit ꝛ creata sunt ꝛc. Secundo improbat falsam opinionem thalmudistarū ꝛ origenianorū dicētiū omnes animas esse simul creatas a principio: cū hic dicat propheta qui finxit sigillatim aīas eorum ꝛc. Tertio improbat per idem opinionē cōmentatoris dicētis vnicū esse intellectū in oīb9 hominibus. Quarto improbatur falsa impietas manicheorū dicētium deum non creasse ista visibilia inferiora: nec habere curam de ipsis cum hic dicat propheta: q̄ intelligit omnia opera eorum ꝛc. Quinto improbatur impietas pelagianoꝝ dicentiuz vnūquēqꝫ sine gratia posse saluari: ꝛ ex proprijs virib9 posse vitare omne malum et agere bonū: cum hic dicat: non saluatur rex per multam virtutem ꝛc.

Not. qn ꝙ falsas opiniones.

Alephi. xv. q. j. reuertimini.



Enedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo.

¶ Hic est secūdus psalmus alphabeticus habens. xxij. versus iuxta numerū. xxij. litterarū hebreorū. est verū ꝙ deficit sexta littera. idest vau. loco cuius geminatur he cuius titulus talis est. Dauid quando mutauit faciem siue rationē suam coram abimelech ꝛ fugauit cū ꝛ abijt. hunc titulum preposuit Esdras huic psalmo. Nam dictū est ꝙ dauid solū fecit illos titulos in quib9 exprimitur cantor aut instrumentū: aut modus cantādi: aut tps aut loc9 in quo cantabatꝛ iste psal. ꝛ ratio est. Nam dauid ordinauit psalmos ꝛ dabat eos cantādos determinatis cantoribus cum instrumētis ꝛ modis determinatis ꝛ in determinato tēpore: et ideo explicabat in titulo omnia supra dicta. vt patet in quibusdā psalmis. Sed qn exprimitur materia aut autor psalmi: nō est credendū ꝙ dauid fecit illum titulū: sed esdras aut aliquis sanctus homo: put fuit sibi reuelatū. In hoc ergo titulo ptz ꝙ dauid fecit hunc psal. quādo fugiēs a facie saul declinauit ad achis regē geth. quo cognito dixerūt serui achis: nōne hic ē dauid rex terre. i. quē iudei dicūt esse vnctū in regē: ꝛ qui expectatur rex post saulez: eo ꝙ occidit Goliath gethcū. Unde dauid vidēs imminere periculū vite sue: simulauit se insanū: ꝛ mutauit os suū torquēdo ꝛ variando oculos ꝛ labia: et spumando velut furiosus ꝛ epilenticus. Et tunc rex achis fugauit ipsum a domo sua iubens ne amplius permitteretꝛ ingredi: et tunc dauid recessit inde in speluncaz odolā: et sic euasit manus seruorū achis vt ptz. j. regū. xxj. Et tunc agēs gratias fecit hunc psal. Sed hec historia nō videtur cōcordare cū titulo. Nam in titulo dicitur ꝙ dauid mutauit faciē suā coraz abimelech: ꝛ rex geth appellatur achis in supradicta historia. Ad hoc dicit Ra. sa. ꝙ abimelech est nomē dignitatis regalis. Nā omnes reges gerare appellabātur abimelech. vt ptz Gen. xx. ꝛ. xxvj. sꝫ q2 ciuitas geth est gerara memorata i genesi. ideo idē est achis ꝛ abimelech. Naz achis est nomē propriū: ꝛ abimelech nomen dignitatis. Sed mentitur iste cecus obstinatus. Nā licet dicat verū ꝙ omnes reges gerare dicti sunt abimelech. tamē ciuitas geth non est eadem cum gerara. Nā ciuitas geth cuius achis erat rex: est sita in parte aquilonari iuxta bethleē et tribu beniamin: et prima de ciuitatibus philistinorum in parte aquilonari: et gerara est in finibus palestine ad partem australē in finibus egypti iuxta bersabee: vt patet Gen. xxvj. Et ideo est melius ꝙ dicatur: ꝙ achis erat binomius qui alio nomine dictus est abimelech. Uel est dicendum ꝛ melius. ꝙ abimelech in lingua palestina idem est ꝙ rex terre: nam abimelech interpretatur rex patris mei. et sic quem nos appellamus regem ipsi vocāt abimelech. Nota ꝙ abimelech: idem est ꝙ rex paternalis siue rex naturalis. Ideo quilibet rex naturalis cuiuscunqꝫ regni sic dicebatur abimelech apud palestinos: et sic non solum rex gerare dicebatur abimelech: sed etiam rex geth et rex acharion et ceteri. quasi regnum paternum iure possidentes. Unde melech arabice: rex interpretatur latine. Secundum ergo hunc intellectum dicunt hebrei ꝙ dauid fecit hunc psalmū ꝛ exponunt ipsum litteraliter precise de Dauid: prout agit gratias pro liberatiōe sua. Et scdm hoc tria facit dauid. Nam primo ipse agit gratias. Secūdo inducit alios ad magnificādum deum. Tertio ad timendum deum per obseruantias legis. secūda ibi. magnificate dominū. tertia ibi: timete dominū. Dicit ergo dauid. Benedicā dominum deū israel in omni tempore. scꝫ tam in aduersitate ꝙ in prosperitate: et semp. scilicet die ac nocte laus eius erit in ore meo. agendo gratias eo ꝙ liberauit me de manu seruorum regis achis. Nota.

Beth. **In domino laudabitur aia mea: audiant mansueti et letentur.**

¶ Anima mea laudabitur i domino. i. gloriabitur in domino ꝛ nõ in se: quia nolo laudes hominum nec laudari de superbia: sed de humilitate ꝛ mansuetudine: ideo dico vt mãsueti audiant humilitatem meã et letentur. Postea inuitat omnes alios ad laudes dei: exemplo sui dicens.

Gimel. **Magnificate dominum mecum: et**

Deleth. **exaltemus nomen eius in idipsum. Exquisiui dominũ et exaudiuit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.**

¶ O vos humiles et mansueti magnificate dominum mecum: et in idipsum idest insimul exaltem⁹ eum similiter. Et reddit causam. quia semp in tribulationibus exquisiui dominũ omni alia spe relicta. et ideo exaudiuit me ꝛ ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. scilicet de manu golie et de manu saul. cum traxit lanceam contra me: et cum misit cliẽtes vt circuirent me in domo: ꝛ nũc eripuit me de rege achis: et ideo.

He.

Vau. **Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre non confundentur.**

¶ Accedite ad eum et nõ queratis aliũ liberatorẽ ꝛ illuminamini: idest illuminabimini: quia dabit vobis gratiam ꝛ modũ euadendi: et sic facies vestre non cõfundentur: quia nunq̃ dicetis vos esse delusos nec repulsos: nec frustratos.

Zayn. **Iste pauper clamauit ꝛ dñs exaudiuit eum: et de omnibus tribulatiõibus eius saluauit eum.**

Heth. **Immittet angelus domini in circuitu timentiũ eum: ꝛ eripiet eos.**

Teth. **Gustate et videte quoniã suauis est**

iij. q. ix. **dñs beatus vir qui sperat in eo.**

c. testes.

Ioth. **Timete dñm oẽs sc̃ti eius: quoniã non est inopia timentibus eum.**

Caph. **Diuites eguerũt et esurierũt: inquirẽtes autem dominum non minuentur omni bono.**

¶ Iste pauper quẽ videtis. s. ergo clamauit ꝛ dñs exaudiuit eũ ꝛ de oĩbus tribulationibus eius saluauit eũ vt dictũ est. Nam angelus bonus domini immittet virtutem suã in circuitu humiliũ timentium eum: et sic eripiet eos ergo relinquite humana auxilia: et gustate ꝛ videte quoniã dñs suauis est et non crudelis. Immo facilis ad dandã gratiam et petitionem. Ideo beatus vir qui sperat in eo: et sic non sitis crudeles et maliuoli sicut saul ꝛ sequaces eius: sed timete dominum. O vos oẽs sancti et iusti eius quoniã nõ est inopia bonorũ tẽporaliũ spiritualiũ timẽtibus eũ. immo copia et abundãtia grẽ. Nam nos videm⁹ q̃ multi diuites huius mũdi cõfidentes in bonis mũdanis facti sunt pauperes ꝛ eguerunt et esurierũt mẽdicãdo: quia bona transitoria sunt et nõ potuerunt ea retinere: sed timentes dominũ non minuẽtur omni bono: immo abundabunt bonis spiritualibus et etiam bona eis nõ deficient.

Venite filij audite me: timorem domini docebo vos. Lamet.

Men. i. pet. iij. b

Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos.

¶ Venite ergo filij audite me: ꝛ docebo vos timorẽ dñi. i. legẽ diuinã que ꝓsistit in timore dñi: ꝛ si q̃s hõ timet dñm vt cupiat videre dies bonos in hac vita ꝛ etiã gloriã in alia faciet qđ sequitur.

Prohibe linguam tuã a malo: et labia tua ne loquantur dolum Nun.

Diuerte a malo et fac bonum: inquire pacem et persequere eam. Samech

¶ O vir iuste ꝓhibe linguã tuam a malo ꝛc. Et sic exponunt iudei moraliter hunc psalmũ faciliter: quia vt sic littera est satis plana applicãdo ad ipsum dauid. ¶ Sed si sic precise litteraliter exponatur videretur hunc psalmũ nullũ continere sacramentũ: ꝛ titulũ esse nõ a spũsctõ: sed inutiliter positum qđ est falsum. Nã dauid nõ fuit minus ꝓpheta in hoc psal. q̃ in ceteris nec latent minora sacramẽta in hoc titulo ꝛ psalmo q̃ in ceteris: qꝛ idem est spũs. Et ideo est dicendũ q̃ dauid per illam fugam et descensum in geth ꝛ per illã mutationem et simulationẽ et derisum: preuidit in spiritu totum mysteriũ incarnationis et passionis ꝛ sepulture et resurrectionis christi: et persecutionẽ et liberationẽ et prosperitatẽ ecclesie. Nam preuidit qualiter dei filius erat in mundũ descensurus et debebat mutare faciem ꝛ os suum accipiẽdo formam serui inuentus vt homo: et pati multas persecutiones: et quomodo Herodes rex galilee debebat ipsum fatuũ reputare ꝛ contẽnere ꝛ a se fugare: et ad Pylatum remittere: et quomodo ab omnibus debebat tanq̃ insanus et arrepticius et demoniacus reputari: et quõ erat deludẽdus et irridendus a principibus sacerdotũ ꝛ ministris et crucifigẽdus: et a morte per resurrectionem liberãdus: et etiam nouit q̃ omnes ꝑsecutiones easdẽ erat passurus in mẽbris ꝛ in sua ecclesia. Ex omnibus his patet q̃ dauid fuit magis figura christi q̃ aliquis alius et magis fuit figura in sua humilitate et mansuetudine et patiẽtia in aduersis q̃ in alia virtute ac persecutiõe. Et ideo hoc preuidẽs dauid fecit hũc psalmũ in persona christi et ecclesie. in quo introducit christũ non solum in ꝑsona capitis: sed etiã in persona mẽbrorũ et ecclesie. Nam quicquid passus est xp̃s in capite: passa est ecclesia postea a tyrãnis: immo vt verius dicatur passus est xp̃s in membris: et sic xp̃s loquitur pro mẽbris: et sic tria facit. Nam primo laudat deum patrem agendo gratias de sua liberatione et resurrectione. Secundo inuitat oĩa mẽ dauid figura xp̃i

bra sua et congregationem iustorum ad laudem dei vt agāt grās simul cum eo. Tertio predicit p̄/ miū iustorum et punitionē malorum: secunda ibi magnificate dn̄m: tertia ibi oculi domini sup. ¶ Quantū ad primū dicit xp̄s ego bn̄dicam dn̄m deum patrē in omni tpe agendo grās pro benefi ciis receptis et laus eius erit semp̄ et continue in ore meo. Et nota q̄ differentia est inter benedice re et laudare: nā benedicere est agere grās pro be neficijs receptis. sed laudare est virtutes ꝛ boni/ tatem alicuius cōmemorare. Itē est aduertēdum q̄ licz quelibet creatura teneat deum iugiter ꝛ sine intermissiōe laudare et bn̄dicere eo q̄ totaliter a deo pendet fm esse ꝛ essentiā: ideo tenet deū ama re ex toto corde ꝛ et tota mente ꝛ ex oībus virib⁹ sine aliqua intermissione, temporis et operis. Nā sicut deus non cessat influere suā virtutē in crea/ turam in essendo et conseruando ita hō non de/ bet cessare ferri tota mente ꝛ aīa ꝛ contēplari in illud summū bonū: a quo hz omne bonum vt deo satisfaciat et reddat vices: sed hoc non pōt iple/ re viator in hac via ꝑpter pondus corporis ꝛ mi serias mūdanas: et impedimēta intrinseca: ꝛ ex/ teriora: sz hoc implent beati comprehensores in patria de quibus ait xp̄s Mat. xviij. angeli eorū semp̄ vident faciē patris. Item psal. lxxxiij. beati q̄ habitant in domo tua dn̄e: in secula seculorū lau dabūt te. Sz q: christus non solum erat viator: sz etiam cōprehensor cuius aīa tam dormiendo q̄ vigilando semp̄ contēplabatur faciem patris: iō solus christus potuit dicere benedicā dn̄m in om ni tempore huius vite. ꝛ semp̄ laus eius ī ore meo Sed qd̄ xp̄s impleuit in capite facit tota ecclīa si mul in mēbris nā non est aliqua hora nec parti/ cula tēporis: nec aliqd̄ instans: in quo nō laudet deus in aliqua pte mūdi. Nam in nr̄o hemispe rio est nox in alio est dies sub orizonte nostro ꝛ sic quando in vna parte mundi dicitur officiū diur/ num et in alia dicitur officium nocturnum: nec est aliq̄ hora diei quin dicat: aut pria: aut tertia: aut sexta: aut nona: aut vespere: au cōpletoriū: aut of ficium nocturnū: aut laudes matutine: aut oratio nes deuotorū xp̄ianorꝫ. Et sic qd̄ vnus solus ho mo nō pōt implere: nec satisfacere: facit tota ec/ clesia in cōi. Ex quo pz q̄ primus v̄siculus hui⁹ psalmi nō pōt verificari de ipso dauid: sed d̄ ipo christo insert in sua ecclīa: ꝛ ideo dicit xp̄s ego si/ mul cū ecclīa ꝛ mēbris meis bn̄dicam dn̄m cele/ brando diuina officia agēdo grās in omī tpe hu ius vite: q: in alia vita nō est tēpus: sed eternitas et laus eius erit semp̄ in ore meo in alia vita scz in patria vbi beati in secula seculorꝫ sine intermis sione laudāt deū. Et subdit xp̄s sicut ego iugiter laudabo patrē: ita aīa mea laudabitur ab omni/ bus mēbris meis in dn̄o patre: q: in oībus orōni bus que diriguntur ad patrem cōcludit per dn̄m no strū iesum xp̄m ꝛc. Iō xp̄s ēt vt hō semp̄ laudatur in patre. Item vnica adoratione adoratur cū ver bo per vniōnē hypostaticam. Et sequitur audiāt mansueti et letentur quasi dicat christus vt homo adeptus sum hāc dignitatē: ꝑpter humilitatē ꝛ māsuetudinem: q: humiliaui meipsum factus obe diens vsq̄ ad mortē crucis: ideo pater exaltauit me: et dedit mihi nomen quod est super omne no men: vt in nomine iesu omne genuflectatur: ꝛ sic sum in gloria patris id est simul habeo gloriam cum patre sedēdo a dextris eius ꝛ sic in patre sem per laudabit anima mea ab oībus fidelibus: er/ go audiāt hoc māsueti: ꝛ letentur sc eē humiles et mansuetos: q: propter humilitatē hāc gloriam adeptus sum pro me ꝛ mēbris meis. ¶ Magnifi cate dn̄m mecū. In hac scd̄a parte quatuor facit xp̄s. Nam primo excitat et exhortat oīa membra sua ad magnificandū deū. Scd̄o ad ponendam spem in eo. Tertio ad timendū eū. Quarto ad ser uandū legē ꝛ voluntatem dei. Scd̄a ibi. Accedite ad eū. Tertia ibi. Timete dn̄m. Quarta ibi. Veni te filij. ¶ Quo ad primū q: dicit audiāt māsueti et letentur: et dicit. O māsueti supple audite me bn̄dicentē et laudantē deū patrē: ꝛ magnificate dn̄m simul mecū: q: vos estis mēbra mea ꝛ iō cum capite debetis simul magnificare deū q: nō est di stinctio inter caput ꝛ mēbra: oēs eni magnifica/ mus patrē: nā ego nō solū per me: sz etiā per vos continue magnifico eū in ecclesia: ꝛ sic in idipm id est simul vos et ego exaltamus eum. Nota qd̄ iste terminus circūlocutus in idipsum idē signifi cat quod simul vel similiter vel pariter vt ait apo stolus: cupio vos idipsum sapere id est simul ꝛ me cum: et ideo vbicūq̄ in hac translatione ponitur in idipsum. Hiero. posuit simul id est pariter vt psal. iiij. in pace in idipsum dormiam et requie/ scam. Hiero. posuit in pace simul dormiam et re quiescam. Hic autem posuit dominum mecum et exaltemus nomen eius pariter id est simul magni ficemus et ꝛ exaltem⁹ eodem modo. Et reddit cau sam quare debemus magnificare simul ꝛ exalta/ re: quia inquit exquisiui et exoraui dominū patrē in mensa: et in horto et in cruce: et exaudiuit me largiendo qd̄ petebam pro me et membris meis et eripuit me ex omnibus tribulationibus per re surrectionem: quia iam amplius non moriar: et mors mihi vltra non dominabitur. Ergo si ita ē quod ego fui exauditus pro me et pro vobis: q: ego oraui pro te patrem et pro tota ecclesia ne de ficiat fides tua: ergo o vos martyres nolite time re nec deficere: sed cum firma spe accedite ad eum scilicet patrem: et illuminamini et corroborami/ ni luce et fortitudine ꝛ virtute et spiritussancti cō tra tyrannos et infideles et tortores et facies ve/ stre non confundentur: immo vincetis eos: quia licet occidant corpus: animam tamen non pote/ runt occidere: quia cum steteritis ante reges ꝛ p̄/ sides non estis vos qui loquimini sed spirit⁹ pa tris vestri qui loquitur in vobis: ideo ipsi tyran/ ni manebunt confusi et victi: et ideo vos mem/ bra meā nolite timere in persecutionibus tyran/ norum quia pater non deficiet vobis sicut mihi non deficiet nā iste pauper quē videtis: clamauit et orauit in mensa et in horto et in cruce: et semp̄ dominus exaudiuit eū: et ex oībus tribulationi/ bus saluauit eū. ergo sicut saluauit caput et resu scitauit: ita saluauit membra: nam sicut in horto apparuit mihi angelus domini confortans me:

Left margin: Differē tia inter benedi/ cere et laudare

Right margin: Nota.

que quidem confortatio potius fuit pro mēbris ita pariter in psecutionibus vestris angelus im/ mittet virtutē ⁊ influxū suū in circuitu martyrū ⁊ fideliū ⁊ timētiū eū:qꝫ circūdabit eos sua virtute et protectione ⁊ sic eripiet eū de manu tyrānorū ne ꝑdant fidē ⁊ fortitudinē:immo audacter mo/ rientur pro fide ⁊ veritate ⁊ in fine eripiet totam ecclīam tꝑaliter de manu tyrannoꝝ per ꝯuersio/ nem Constantini:attū ꝙ relictis idolis oēs gen tiles conuertent̄ ad fidem ⁊ sic fideles manebūt omnino victores. Litera hieronymi habet castra metatur angelus in circuitu timentiū eū:⁊ sic lite ra est magis plana.q.d.ꝙ angelus michael q̄ est custos ecclesie ponet castra ⁊ exercitus angeloꝝ in circuitu fideliū ad custodiendū eos de manu tyrannorum sicut frequenter visum fuit ꝙ angeli apparebant in circuitu martyrum confortantes eos sicut legitur in hystorijs beati Laurētij ⁊ bea ti Sebastiani:⁊ etiā in hystoria beate Katharine legitur ꝙ angeli de celo descenderūt ⁊ fregerunt rotas ⁊c.sicut angelus dn̄i descendit cū Azaria ⁊ extinxit flammam ignis. Danie.iij. Et subdit gu state et videte gustu et visu fidei.qm̄ dn̄s suauis⁊ propitius est oibus inuocātibus eū:qꝫ eis nō de ficiet in psecutionibus:ideo beatus vir q̄ sperat in eo. Totū etiā hoc pōt referri ad legē euāgelicā vt dicat xp̄s gustate operādo:et videte contēplā/ do legē euāgelicā quā fero ⁊ predico vobis ex pte patris mei.qm̄ suauis est dn̄s in lege euangelica et non seuerus sicut fuit in lege veteri. Nā lex euā gelica non fert onera importabilia nec multipli/ cationem cerimonialiū preceptorū sicut lex moy si:qꝫ iugū meū suaue et onus meū leue:premium promissum in lege euāgelica est maximū ⁊ suffi/ ciens:qꝫ promittit felicitatē ⁊ btitudinē eternam ideo beatus vir qui sperat in eo.ideo vos om̄es sancti timete dn̄m timore filiali:qui quidē timor insurget ex summa charitate ⁊ sic sustinetis. pse/ cutiones pro eo:vt acquiratis premiū ⁊ btitudi/ nem promissam:qđ est bonū per se sufficiēs ⁊ sta/ tus oīum bonoꝝ aggregatione pfectus:⁊ sic non est nec erit inopia:nec defectus boni xp̄ianis ⁊ fi/ delibus diligētibus ⁊ timētibus deū:nā beat⁹ hꝫ quicquid vult et nihil mali vult. Itē qꝫ illud gau/ dium ⁊ bonum beatoꝝ nemo tollet ab eis nec est amissibile nec haurisibile sicut bonū mundanum. Nā multi diuites et principes huius mūdi amis/ sis bonis tꝑalibus eguerunt et esurierunt sicut fi lij Priami regis Troie. Et sicut filij et nepotes ⁊ familia regis Saulis ⁊ sicut Darius et Porus ca pti ab Alexandro. Et sicut filij Dionysij tyranni qui post mortē patris ostiatim mendicabant sed non sic erit de fidelibus sperātibus in deū.nam licet sint pauperes in hac vita ⁊ nō habeant co/ piam bonoꝝ temporaliū:tn̄ non minuent̄ omni bono in alia vita:immo abundabunt sp̄ualibus inamissibilib⁹: quia beatitudinē nemo tollet ab eis. Duo ergo habebunt beati obseruantes legē euangelicam. Primo quia satiabuntur bonis ce lestibus. Secundo quia erunt securi de sua bea/ titudine:qđ in hac vita nullus vnq̄ potuit adipi sci. ¶ Uenite filij qꝫ superius dicit accedite ad eū

Obser/ uantiū legem merces.

et illuminamini:et gustate:et videte:et timete do minū oēs sancti ⁊c.posset aliquis querere et di/ cere q̄o gustabo et in quibus consistit iste timor dn̄i:et quid agendo potero assequi illud summū bonū indeficiens:et in quo consistit ista lex euan/ gelica in cuius obseruatione tm̄ bonū acquirit̄. Ad hoc r̄ndet ⁊ satisfacit xp̄s dicens. O filij rege nerati per baptismū venite ad fidē ⁊ audite me cū affectu et docebo vos timorē dn̄i patris mei.scꝫ docebo vos nō legē.timoris seruilis sed filialis: nam initiū sapientie timor dn̄i et docebo vos in quibus cōsistit timor dn̄i castus et filialis. Et qđ debet agere homo qui timet dominum et cupit videre dies bonos in illa gloria eterna. Unde si quis est homo qui timet dominū et diligit id est cupit videre dies bonos in patria celesti:et non malos in inferno faciat qđ sequitur:⁊ tu xp̄iane fac quod sequit̄.s.prohibe linguā tuā a malo nō blasphemādo:nec in psperis:nec in aduersis nec murmurādo de aliquo ⁊ labia tua non loquant̄ dolum nec fraudē contra ꝓximum:sed sis verax in verbis ⁊ ꝓmissis seruandis:diuerte a malo.i. vita ⁊ fuge omne malū seruando precepta nega tiua ⁊ fac bonum seruando precepta affirmatiua et inquire pacem cum proximo et sequere et con/ serua eam. A ¶ Nota ꝙ lex xp̄i dicitur leuis et suauis respectu legis moysi.naꝫ illa precipiebat onera importabilia et multitudinem preceptoꝝ. scilicet sexcenta et tredecim precepta inter ceri/ monialia et iudicialia:et moralia eo ꝙ ille popu lus erat dure ceruicis et inclinatus ad rebellionē et tota illa lex erat figura christi futuri. Et ideo christus sublatis omnibus cerimonijs ⁊ iudicijs reducit totam legem ad duo precepta scilicet ad dilectionem dei et proximi. Matth.xxij. Et de/ clarauit preceptum dei dilectione proximi Mat thei.vij.cum dicit quecunq̄ vultis vt faciant vo/ bis homines:et vos facite illis.hec lex et prophe te:quia in isto affirmatiuo intelligitur negatiuū id est quod non vultis vt faciant vobis homines non faciatis illis id est quod tibi non vis alteri ne facias. Et totū hoc nihil aliud ē nisi declina/ re a malo et facere bonum. Sed quia homo non solum iustificatur ex operibus:sed etiam corde ⁊ lingua et ex malis cogitationibus et locutioni/ bus iudicabitur:ideo christus non solum prohi/ bet manus:sed etiam cor. Matthei quinto qui irascitur fratri suo:reus erit iudicio ⁊c. Itē Mat/ thei.xij.ex ore tuo iudicaberis:quia ex abundan/ tia cordis os loquitur et ideo Dauid hic pro/ phetice in persona christi prohibet cor et linguā a malo:cum dicit.prohibe linguam tuam a ma/ lo:et labia tua ne loquantur dolum. Item prohi bet omne opus malum fieri cum dicit. Declina a malo et mandat omne bonum fieri per mandata affirmatiua:cum dicit et fac bonum:et mandat charitatem dei et proximi:cum subdit inquirere pacem:cum deo:et proximo supple et persequere eam.nam qui manet in charitate:in deo manet⁊ deus in eo:⁊ sic manet ⁊ quiescit in pace dei et proximi. Unde declinare a malo est bonā vitā in/ choare.et facere bonū:est bonā vitaꝫ perficere et

Lex dei de suaui/ uis.

in ea proficere. Per primum euadimus penam m. per secundũ consequimur premium: q2 nemo p o test incboare bonam vitam nisi desinat malefacere et peniteat preterite: vt inquit aug. Et in eis consistit tota lex euãgelica et tota iustificatio bominis ad vitam eternam consequendam de qua iusticia dictum est psal. xiij.

Ayn. Infra. xxix. **Oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorum.**

¶ Hic ponit premium iustorũ leges christi obseruantiũ et punitionem transgressorũ. O Unde dicit si queris que fructum cõsequetur iusti et obseruantia legis euangelice: dico tibi q duos fructus. primũ q2 oculi domini super iustos q2 erũt grati et accepti ad vitam eternã. Secũdm quia aures eius .s. aures dei erunt ppicie et suaues in preces eorũ: q2 orationes et petitiones eorũ erũt audite et accepte apud deũ. Sed oppositũ est de transgressoribus legis. Ideo sequitur.

Pbe. beb iiij. d. **Uultus autem domini super facientes mala vt perdat de terra memoriã eorum.**

¶ Uultus domini iratus ad vindictã erit super facientes mala vt perdat memoriã eorũ de bac terra per mortẽ corporalem et de terra viuentiũ per mortẽ spũalẽ. q2 delebũtur de libro et numero viuentium et cum iustis non scribẽtur. nec memorabuntur. nec babitabunt cum eo. Sed q oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorum p batur cum subditur.

Sade. De pe. d. iiij. beretici. **Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.**

¶ Iusti clamauerunt et dominus exaudiuit eos: vt patet de omnibus martyribus et de omnibus tribulationibus liberauit eos. Nam martyres per mortem liberati sunt et absoluti a vinculis corporis buius et a miserijs buius mundi et consecuti sunt felicitatem eternam et etiam multi liberati sunt a penis corporalibus vt patet de beato vincentio. Item tota ecclesia post longas persecutiones liberata et prosperata est etiam temporaliter post conuersionem constãtini qui reddita pace ecclesie: eam bonis temporalibus ditauit. Quia.

Cof. **Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde et hũiles spiritu saluabit.**

Res. **Multe tribulationes iustorũ: et de oibus his liberabit eos dominus.**

¶ Iuxta est dñs bis qui tribulato sunt corde propter veritatem et iusticiam et ideo saluabit oẽs mites et bumiles spiritu. Nam licet sint multe tribulationes iustorum et deus permittat eos pati persecutiones in bac vita: tamen dñs liberabit eos de omnibus bis malis et liberabit eos p gloriam et resurrectionem futuram.

Sin. **Custodit dominus omnia ossa eorũ vnum ex his non conteretur.**

¶ Dominus custodit id est integre resuscitabit in finali iudicio omnia ossa eorum intantum q vnũ ex bis ossibus non conteretur nec deficiet nec minuetur: nec capillus de capite peribit. quoniam integre cum tota sua perfectione immortales ad gloriam resurgent. liberati et absoluti ab omni tribulatione et miseria quia tunc absterget deus omnem lacbrymam et iam non erit amplius dolor: nec clamor: nec luctus: quoniam priora mala transierunt. Apoca. xxi.

Mors peccatorũ pessima: et qui oderunt iustum delinquent. Thau

¶ Mors pctõrũ erit pessima: quia non resurgẽt in resurrectionem vite sed in resurrectionem iudicij ad perpetuas penas perferendas. Et manifeste patet q tyrãni et obstinati qui oderunt et persecuti sunt quenlibet martyrem et iustum simplicem: delinquent id est errabunt: et reperientur malam partem eligentes et peccabunt contra legem que precepit declinare a malo et facere bonum et inquirere pacem et charitatem erga proximum et seruare eam: quia in fine.

Redimet dominus animas seruorũ suorum et non delinquent omnes q sperant in eo. De cons. dis. ij. c. literas.

¶ Dñs redimet et liberabit ab bis malis animas seruorum suorum Ex quibus patet q qui sperãt et confidunt in eo et ponunt totam suam spem in eo perferentes persecutiones et tormenta nõ delinquẽt. i. nõ errabũt nec cõfundentur: nec frustrabunt desiderio suo: sed delinquẽt et errabũt: et fraudabuntur oẽs tyrãni et superbi ponẽtes spẽ suã in boc mundo. Totus etiam iste psalmus pt eẽ vox xpi vocãtis omnes fideles vet. te. ad suscipiẽdã legem christi: et omnes martyres iustos noui testa. vt cũ bũilitate et patientia tolerent psecutionẽ et tormẽta pp xpm qñ magnã felicitatẽ et pmiũ cõsequẽt in illa vita et sic ẽt põt moraliter exponi totus psalmus: qño ipse dauid exẽplo sui exbortatur oẽs fideles vtriusq testamenti ad patiẽtiã et bumilitatẽ in tolerãdis persecutionibus a quocunq iniusto et ne desperent de misericordia dei quia bic vel in futuro liberabuntur et iniusti boc aut in futuro punientur. Sed si volumus attendere figuram et sacramentum contentum in titulo buius psal. melius est q dicatur q est vox christi bominis agentis gratias patri: et inuitãtis omnia membra sua ad perferendas persecutiones et tormenta tyrannorum propter eum et exbortantis eos vt cum bumilitate et patientia perferant persecutiones. et orent etiam pro persecutoribus. Ideo iste psalmus et precedẽs legitur in festiuitatibus martyrum Et ideo dicit aug. in sermone plurimorũ martyrũ: q inquantum possumus debemus martyres et ipsum christũ imitari. s. q simus mites et bumiles corde in persecutionibus et debemus pro persecutoribus exorare. Et tota supradicta expositio ẽ cõformis ipsi titulo psal. in quo cõtinetur figura passiõis xpi et martyrum.

xxxiij.q.5. sij. sex differentie.



Iudica domine nocētes me expugna impugnantes me.

¶ Titulus ī finē ipsi dauid. Et titulo habet ꝙ rex dauid fecit hūc psal. et dirigit nos in fines legis qui est christus ⁊ attribuit ipm ipsi dauid messie. Et ideo apud hebreos titulus est ipsi dauid tm̄ sine alio addito. Et ideo dicūt hebrei: ꝙ cū dauid laboraret in vehemēti persecutiōe rogauit dn̄m vt deus mitigaret iram ipsius saulis sed fuit sibi reuelatū qualiter saul cū suis debebat interire in montibus gelboe: ⁊ sic erat peritura tota domus saulis: et domus dauid erat exaltanda: qđ preuidens dauid in spiritu fecit hunc psalmū. Et exponunt hūc psalmū ad litterā de dauid prout petit prophetice liberationē suā: ⁊ predicit ruinam saulis et suorum. Sed Augustinus ⁊ Cassiodorus et origenes exponūt hūc psal. de persecutiōe ⁊ passione christi: et excidio regni iudeorū quam preuidit dauid in spiritu per persecutiōes suas. Ideo dicit Cassiodorus ꝙ iste est secūdus psalmus eorum qui manifestius explicāt mysteriū passionis christi. Et ideo sequendo sententiā sacrorū doctorum: iste psalmus exponēdus est de persecutione et passione christi. Est tamen aduertendum ꝙ iste psal. nō potest sufficiēter et distincte diuidi eo ꝙ narrando afflictiōes interponit petitiōes ⁊ gratiarum actiones: sed generaliter possumus dicere ꝙ dauid tripliciter fuit afflict⁹. Primo per insidias. Scđo per falsa testimonia sibi iposita. Tertio per irrisiones: qꝛ gaudebāt emuli sui in aduersitatibus eius. Ita pariter iudei tripliciter persecuti sunt christū. Primo ꝑ insidias: vt quādo q̄rebant an liceret dari censum cesari. ⁊ qn̄ interrogabant eum de magno mādato. Scđo per falsos testes imponētes ꝙ dixerat: possum destruere templum dei. Tertio per iniurias ⁊ irrisiōes. Et ideo dauid preuidens in spiritu predictas tres oppressiones christi futuras fecit hūc psalmū in quo introducit christū loquentē et conquerētē apud patrem de iudeis affligētibus eum. In quo tria facit. Nam primo conqueritur de insidijs sibi paratis petendo liberari. Secundo de falsis testimonijs sibi impositis. Tertio de cōiurationibus contra eum factis et iniurijs ⁊ opprobrijs illatis. Et in qualibet ꝑticula: ꝙ erit liberari ⁊ agit gratias et querit vltionem. secunda ibi: surgentes testes iniqui. tertia ibi. Et aduersum me locuti sunt.

Dauid tripliciter fuit afflict⁹.

¶ Quo ad primum dicit christus. O domine pater iudica iudeos nocentes: idest ledentes me iudica dico iudicio examinationis ⁊ condēnatiōis et expugna impugnātes. idest volentes impugnare me tam in membris ꝙ̄ in capite. Et nota ꝙ nocco noces quandoꝙ apud antiquos reperitur ordinari cum accusatiuo: et ratio est. nā nocere vno modo est contrarium ad proficere siue prodesse: ⁊ tunc est acquisitiuum et sic exigit datiuum: qꝛ idē est ꝙ obesse. alio modo idem est ꝙ ledere: et sic ordinatur cum accusatiuo casu: et sic ponitur in primo versu. Et ideo dicit. Iudica domine nocentes idest ledentes et persequentes me: et ideo sequitur et expugna impugnantes me. expugna dico: ciuitates eorum deuastando: et dissipando eos: ⁊ dispergendo per tytum et romanos. Et ideo sequitur.

Apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium mihi. xxiij. q.5. vs. si res. ⁊. c. bi q.

Effunde frameam ⁊ conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic anime mee salus tua ego sum.

¶ Apprehende arma et scutum contra eos romanos concitando: et exurge in adiutorium mihi: et effunde frameam et gladium tue potentie et sententie aduersus iudeos et tyrannos: et qui persequuntur me in capite et membris: et dic anime mee: salus tua ego sum. idest ostende te salutē vt te mee quia si precipis: idest dicis: actum erit: et liberabis me ab eis: me resuscitando: et eos puniendo. ergo.

Confundantur et reuereantur: q̄rentes animam meam. Infra xxxiiij. c.

Auertantur retrorsum et confundantur cogitantes mihi mala. et infra lxix. a.

¶ Iudei querentes animā meam et vitam meam delere et tollere ab hoc mundo confundantur et reuereantur: et verecundentur: et timeant cum viderint me resuscitatum. et auertantur ab honoribus retrorsum perdentes dignitatem et regnum et sacerdotium: et confundantur scribe et pharisei. et principes cogitātes mihi mala. et machinantes et conspirantes in necem meam. quoniā frustrati sunt a desiderio suo postꝙ̄ resurrexi.

Fiant tanꝙ̄ puluis ante faciem venti: et angel⁹ domini coartans eos. xxiij. q.5. v.§. vlti.

¶ Fiant tanꝙ̄ puluis ante faciem venti. dispersi per vniuersum mundū. et angelus domini sit persequens eos. Quia vt ait Josephus de bello iudaico: angeli visi sunt recedere a tēplo et gladius igneus visus est supra hierusalē per aliquot dies ante excidium. et sic patet ꝙ angeli iam comminabantur stragem futuram.

Fiat via illorum tenebre et lubricū et angelus domini persequēs eos. xxiij. q.5 iiij. nabuchodonosor §. itē angelus.

¶ Fiat via illorū lubricū. idest scandalū ⁊ lapsus ad cadendū: et angelus domini sit persequēs eos. Nota ꝙ via hominis est cogitatio et operatio: et sic est dicendū ꝙ oēs cogitationes ⁊ actus ⁊ operationes iudeorū post passionē xp̄i fuerūt eis lubricum ⁊ scandalū. Nā vt ait Josephus ꝓpter iniurias et ignominiā q̄ iudei patiebātur a presidib⁹ romanorū: multotiēs statuerūt rebellare: et finaliter rebellarūt: et lapsi sunt in coniurationes ⁊ monopolia. que oīa fuerūt via ad destructionē eorū et sic vie ⁊ cōsilia eorū fuerunt lubricū siue scandalum ad labendū ⁊ cadendū: et etiam vie illorū fuerunt lubricū. s. obscuritas qꝛ fuerūt obcecati ꝑ maliciā ⁊ petiū vt rebellarent contra romanos: et sic

ceciderūt: et angelus dñi bonus fuit psequēs eos nō dādo adiutoriū et angelus mal⁹ male psulendo et ad rebellionē impellēdo et istigādo. itē via illoꝝ scʒ lex moysi fuit eis lubricū et lapsuoꝝ petra scādali: i qua ociderūt false iterpretādo et male intelligēdo. et fuit eis lubricū et obscuritas qꝛ de⁹ abstulit eis spm̄ itelligētie qꝛ obcecauit eos malicia eoꝝ ne intelligerēt sacra dei: et sic lubricant et labunt et scādalizāt i lege et via dñi et obcecant.

iij.q.j.c. nulli. xlix.di. hinc em̄

Quoniā gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.

¶ Hic reddidit cāʒ quare iudei patiant supradictas cōfusiones et incurrāt cecitatē scādalū et ruinā tā tpalē ꝙ spūalem et corpis et mētis et subdit. Qm̄ gratis et sine cā abscōderūt et incluserūt me in interitu laquei sui: qꝛ sine culpa pauerūt mihi laqueū mortis p insidias et tētationes iniquas: et falsa testimonia et supuacue et sine cā exprobrauerūt et vituperauerūt animam et vitā meā. Et etiaʒ inuanum exprobrauerūt: quoniā resurrexi et māserūt cōfusi ideo sicut iniquo modo parauerunt mihi laqueum mortis ita.

xlx.di.c. anastasius.

Ueniat illi laqueus quem ignorat et captio quam abscondit apprehēdat eum et in laqueum cadat in idipsū.

¶ Ueniat illi populo laqueus captionis et excidij per romanos: quem laqueum ignorant: nam ignorantibus ipsis Titus duxit vnam legionem militum ex egypto: et venerūt ex parte orientali per terram moabitarū et trāsierūt iordanē ppe hierico qua transiuit iosue cū filijs israel et obsedit inopinate ciuitatē hierl'm et sic fuit laque⁹. quē ipsi ignorabant: nā sicut per illā partem fuit trāsit⁹ ad capiēdā terraʒ promissionis tpe iosue ad expellendos et destruēdos chananeos amorreos et iebuzeos: ita per eandē partem fuit ingressus ad capiendā et destruendaʒ hierusalē. Itē sequit et captio quā abscōdit apprehēdat eū. Ad cuius intellectum est notandum ꝙ iudei ex inuidia et timore christum tradiderunt timebant enim perdere primo sacerdotium et oblationes: secundo pdere locum et gētem et ideo pararunt christo insidias: et occulte cum cautela in festo pasce ceperunt et tradiderunt christum. Sed eodem modo fuerunt capti sub eodem laqueo et illud quod timebant euenit eis: et ceciderunt in laqueum quē vitare putabant. Nam in festo pasce dum ex omnibus partibus erant in hierl'm congregati fuerunt et obsessi. et ciuitas capta et dirupta et incēsa. Et sic perdiderunt locum: sacerdotium et dispersi sunt per mundum captiui. Ideo dicit veniat illi populo laqueus et obsessio Romanoꝝ. quē ignorat: et captio quam abscondit. i. i abscōdito parauit. i. talis captio qualem ipse christo parauit: apprehendat eū. id est cadat in ipsum laqueū quem vitare cupiebat. i. in laqueū mortis et ruine et dispsiōis vel cadat in ipsum laqueū. i. in taleʒ qualem ipse preparauit mihi in die pasce. Nam laqueum mortis mihi preparauerūt et in laqueū

iudei ex inuidia xpm tradiderūt.

obsidionis mortis ceciderunt.

Aia autē mea exultabit in dño et delectabitur super salutari suo.

lvi.di.c. nasci.

¶ Hic predicit xps gaudiū suū et ecclesie de resurrectione sua et excidio iudeoꝝ dicēs aia mea. id est ego simul cū mēbris meis et tota ecclesia exultabit in domino reddens grās de bñficio redemptiōis et de vindicta iudeorū et excidio eoꝝ: et delectabit sup salutari suo. i. d salnatione sua. Nā lʒ passio xpi fuerit amara: tñ effectus eius fuit nobis salubris et delectabilis eius resurrectio memorabilis qꝛ diē dñicam cū delectatione et leticia colimus et memoriam resurrectionis sed iudeis fuit in magnā confusionem: ideo subdit.

Omnia ossa mea dicent domine ds similis tui.

vi.q.j.c. si omnia

Eripiēs inopē d manu fortiorū eius egenū et pauperē a diripiētibus eū.

¶ Omnia ossa mea dicent id est oēs apostoli qui sunt ossa mea et fundamenta ecclesie in quibus apparuit robur et fortitudo et oēs martyres et ceteri fideles attribuendo tibi potestatem liberandi genus humanum et mihi atribuendo meritum passionis. dicent et predicabunt per mundum: dñe quis similis tui. q. d. nullus. Nā tu es eripiēs pauperē hominem de manu demonum fortioꝝ eius et ponitur gtūs eius pro ablatiuo ad modū grecorū qui carent ablatiuo. i. de manu fortiorū se: et es eripiēs egenū et pauperē expoliatū et sauciatū a latronib⁹ diripiētibus eū. Nam tu eripuisti illum hominem qui descendens ab hierusaleʒ in hierico incidit in latrones: quem expoliauerūt bonis gratuitis: et plagis affecerunt et semiuiuum reliquerunt. Luc. x. Iustum ergo egenum et pauperem sauciatum tu christe sanasti sanguine tuo et super humerum tuum portasti et stabulario ecclesie cōmisisti: et a demonibus fortioribus et diripientibus et depredantibus et expoliantibus eum eripuisti quod nullus alius potuit facere: ergo quis similis tibi. q. d. nullus. Eodem modo eripuisti egenum et pauperem populum christianū de manu tyrannorum fortiorū: et a diripiētibus eum. Nā sicut primo liberasti illum populū de diabolo spūaliter: ita postea liberasti eum de membris diaboli temporaliter facta vindicta de iudeis et tyrannis persequentibus eclesiam. A ¶ Ad cuius intelligentiam est notandum ꝙ sicut diabolus per se in principio expoliauit et eripuit et sauciauit adam cum tota sua posteritate qui quidē adam dicitur vt sic homo mystic⁹ siue corpus mysticum et ecclesia ita postea diabolus conatur per membra sua: scilicet per infideles et tyrānos persequi istum hominem egenum et pauperē et marie i no. te. Et iō xps nō solū loquitur et cōquerit hic i psona sui de iudeis psequentib⁹ et crucifigētib⁹ eū: sʒ etiā cōquerit in psona istius hoīs mystici cuius naturā assumpsit. Et cōquerit p̄io de diabolo qui hunc hoīem sauciauit et ex cōsequenti conquerit de mēbris diaboli scʒ de tyrannis et infidelibus qui ipsum a iuuētute

no. depsecutiōe diaboli.

sepe expugnauerũt a quibus xp̃s istũ hoiem tam tẽporaliter ꝗ̃ spiritualiter liberauit vt dictũ est. Ad hunc ergo intellectũ põt etiã tota supradicta pars prima exponi. Dicitur ergo homo sauciat⁹ scȝ ecclesia. Dñe deus iudica demones nocẽtes et ledẽtes me quia sauciauerunt me in corpore et anima vulnere peccati ⁊ fomite eiusdẽ ⁊ expugna tyrannos et infideles expugnãtes me a iuuẽtute mea vsqȝ ad iudiciũ. B. ❡ Et iõ tu deus apprehẽde arma ⁊ scutũ hũilitatis ⁊ exurge ⁊ veni in carnẽ in adiutoriũ mihi. Nã anima xp̃i ⁊ caro dicuntur arma contra diabolũ ad offendendũ ⁊ defendendum. Nam in anima erant dona spiritussancti ⁊ omnes virtutes scilicet humilitas ⁊ castitas quibus xp̃us vicit diabolũ. Itẽ caro xp̃i fuit scutũ ad defendendũ in quo xp̃s recepit ictus tormẽtorũ et afflictionũ ⁊ passionũ pro nobis. Et sic xp̃s in sua incarnatiõe apprehẽdit arma ⁊ scutũ in adiutorium nostrũ cõtra diabolũ. Et sequitur effunde frameã: idest extende gladiũ tue passionis: et ecclesiastice potestatis ⁊ ꝟtutis sacramẽtorũ aduersus demones qui persequũtur me. Nam sicut gladius diuidit ⁊ radit ⁊ interficit: ita tua passio ⁊ ecclesiastica sacramẽta delẽt ⁊ necãt ⁊ extingũt peccatũ ⁊ interficiũt diabolũ. Et ideo dic aĩe mee salus tua ego sum ⁊ p̃cipe diabolo vt recedat: q: tuũ precipere est facere. Itẽ dic aĩe mee salus tua ego sum. idest da mihi salutẽ redẽptionis ⁊ sana me a peccato per tuã passionẽ ⁊ confundãtur ⁊ reuereãtur demones querẽtes animã meã vt vidẽtes me redẽptum ⁊ ipsi demones cogitãtes ⁊ machinãtes mihi malas tẽtatiões confundãtur et conuertantur retrorsum cum viderint me sanatũ et lotũ a sorde peccati: et tuo charactere munitũ et fiant idẽ fugiãt a me sicut puluis fugit et pellitur ante faciem venti: et angelus domini bonus sit coartans ⁊ cogens eos fugere et vie illorũ sint ⁊ fiant tenebre ne possint me videre ad nocendũ ⁊ fiant lubricum vt victi cadant ne possint preualere cõtra me. Et angelus domini sit persequẽs eos. Nã angeli boni phibent demones ne nocẽat nec preualeant cõtra iustos et fideles ⁊ sic reddit causaȝ dicens: quoniã demones gratis. i. cũ grandi desiderio absconderũt mihi laqueũ tẽtationis in interitu mortis in paradiso terrestri. Cum dixit serpens: nequaꝗ̃ moriemini: sed si comederitis eritis sicut dij scientes bonũ et maluȝ: et sic incidi in duplicẽ mortem: scȝ corporis ⁊ anime. Et isto modo exprobrauerũt ⁊ tẽtauerunt animã meam ⁊ defraudauerũt et deceperũt eam superuacue et sine ratione. Fac ergo domine vt laqueus tue passionis quẽ ignorat veniat illi: et sicut ipse cepit me laqueo tẽtationis. ita tu eũ capere liga eũ laqueo tue passionis. Et sicut ille fructus vetitus fuit muscipula ad capiendũ hoiẽ: ita sacramentũ incarnationis et passionis tue ita sit muscipula ad capiẽdum diabolũ. Quẽ laqueũ ⁊ muscipulã incarnationis et crucis ignorauit diabolus vsqȝ ad resurrectionẽ: nã tunc cognouit se esse victũ et expoliatum per triũphũ crucis qñ xp̃s fortis et potẽs in prelio cũ triũpho descẽdit ad inferos ⁊ fregit portas ereas ⁊ vectes ferreos et expoliauit infernũ.

Et ideo loquitur. Captio quã abscõdit apprehẽdat eum: q: sicut per fructũ illius arboris decepit hoiem: ita per fructũ arboris christi deceptus est. Et sequitur: cadat in ipsum laqueũ. Quia sicut p lignũ vicit: ita per lignũ victus est. De quo beneficio redẽptionis iste homo promittit se gratias acturũ cum subdit. Anima mea exultabit. Exponatur vt supra dictũ est. Sicut exposita est ista prima pars de diabolo ita põt exponi de membris eius persequẽtibus ecclesiã. et sic etiam totũ residuum potest exponi in persona totius corporis mystici. Sed primo et principaliter debet exponi in persona christi qui primo in capite passus est: sed ex consequenti potest exponi in persona ecclesie. Nam qd̃ christus primo passus est in capite postea passus est in membris.

Surgentes testes iniqui: que ignorabam interrogabant me.

iiij. q. iij testes. et xxxvi. q. vi. c. i.

❡ In hac secũda parte predicit scd̃m genus persecutionis ⁊ afflictiõis xp̃i qd̃ fuit per falsa testimonia. Dicit ergo xp̃s. Surgebãt testes iniq̃ iudei et interrogabãt me de his que ignorabã. i. que nũꝗ̃ feci nec cõmisi qñ me dixerũt blasphemũ ⁊ inimicum cesaris: et cõmouisse totã terrã a galilea vsqȝ ad hierusalẽ: ⁊ tamẽ oia ista ignorabam: q: nunꝗ̃ feci nec alicuius horũ cõscius erã: quia quod nõ est nõ contingit sciri. Et sic retribuebãt mihi mala pro bonis. Nam ego sanauerã filios suos et resuscitauerã mortuos eorum: et ipsi pcurabãt mortem meam et retribuebãt mihi malũ pro bono: et sterilitateȝ pro felicitate. B ❡ Et no. ꝙ xp̃s vsurpat hoc vocabulũ translatiue. Nam sicut ager dicitur sterilis quãdo in ipso seminatur bonum frumentum et triticũ et ipse pro frumẽto reddit carduos et spinas et loliũ. Ita iudei dicũtur steriles. Nam xp̃s seminauit in eis legeȝ euangelicã ⁊ virtutes et bonam doctrinã: et ipsi reddiderũt mala opera ⁊ vitia ⁊ peccata. Itẽ ipse seminauit in eis multa beneficia sanitatũ et dedit vitam filijs eorum resuscitãdo et ipsi retribuerũt sibi mortẽ pro vita et odiũ pro dilectione. B ❡ Ex quo ptȝ ꝙ fuerũt steriles. vnde quesiuit bonos fructus et bono semine qd̃ in eis seminauerat: et ipsi retribuerunt sibi fructus malos. In cuius figura maledixit ficulneã in qua non reperit fructũ. Tripliciter ergo iudei fuerũt steriles christo. Primo q: nõ retribuerũt christo fructus legis et doctrine. Scd̃o q: nõ retribuerũt premiũ pro beneficijs collatis immo fuerunt ingrati. Tertio q: tribuerũt et pcurarũt sibi mortẽ que dicit̃ sterilitas et priuatio vite. Nã homo mortuus dicit̃ sterilis: q: non potest exercere fructus et opera vite. Ideo ait christus.

Iudei dicũtur steriles.

Retribuebant mihi mala pro bonis sterilitatem anime mee.

iij. q ix. c. testes.

Ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio.

xxiij. q. v. iiij. sicut est. in gl.

Humiliabã i ieiunio aiaȝ meã ⁊ oratio mea in sinu meo conuertetur.

❡ Retribuebãt mihi mala p bonis ⁊ sterilitatem

idest priuatione aie.i.vite mee. Et pz obo q retri buebant mihi mala p bonis. Nā cū essem de⁹ ab eterno immortalis et impassibilis in sinu pris ppter meosmetipsum exinaniui formā serui acci piens induens me cilicio hūanitatis in quo cili cio. dū ipsi molesti essent mihi ego hūiliabā aiā meā in ieiunio et afflictione et orabā p eis. Qua si dicat ego p vobis induebar cilicio hūanitatis et affligebar: ieiunabā et orabā pro eis et ipsi erant mihi molesti retribuendo mala p bonis: qr vocabāt me vorace ⁊ potatorē vini: ⁊ blasphemū ⁊ demoniacū et inimicū cesaris. Et tamē ego pro eis oraui in horto et i cruce cū dixi. pater ignosce eis qr nesciūt qd faciunt. ⁊ tū qr voluerūt resistere gratie dei: et sponte voluerunt obstinari et non conuerti ideo oratio mea fuit eis sterilis et inuti lis. Sed non fuit oratio mea simpliciter inanis et vacua. Naz in sinu meo conuertetur idest conuer sa est illa oratio in membris meis que sunt in sinu meo: et in ecclesia mea: quia illis profuit oratio et passio mea licet obstinatis fuerit sterilis. Sed hoc non fuit ex defectu meo sed ex defectu eo rum. Nam. xv.q.iij. c.viii.

Quasi proximum quasi fratrem no strum sic cōplacebam: quasi lugens et contristatus sic humiliabar.

¶ Ego qsi proximū ⁊ quasi frēm meū sic cplacebā. i. tolerabā ⁊ sustinebā eos dū me affligerēt et per sequerent. Et ego quasi lugēs eoz pditionē cōtri status sic hūiliabar nō maledicēdo nec murmuran do: sed patienter tolerādo eoz cōuitia et oppro bria. Et no. q qn aliqd vbū neutrū acqsitiuū vsur pat significationē actiui transitiui: simlr vsurpat regimem et mutat ordinē cōstructiōis. Vn noceo noces est vbum neutrū acqsitiuū: ⁊ tn qnqz poni tur pro ledere. Et sic vsurpat significationē verbi actiui: ideo tūc ordinat cū accusatiuo vt dctm est supra. iudica dñe nocentes me. Pari mō placeo places in hoc loco ponit p tolerare et patiēter sustinere: id ordinatur cuz accusatiuo. Nā qn qs alium tolerat: ⁊ patienter eius morem gerit dr ipsum complacere. i. complacendo ipsum tolera re et sustinere. ideo ait hic xps. Quasi proximum et fratrem sic cōplacebam. i. complacendo tole rabam et patienter sustinebam vel subintelligit hec prepositio super complacebam quasi super proximum et fratrem. In hebreo autem habetur sicut ad proximum et fratrem ambulabam ideo sequitur. Et quasi lugens ⁊ contristatus sic humi liabar. i. humiliter et patienter tolerabam sicut quis tolerat fratrem suuz. B ¶ Item est aduer tendum sm Aug. q christus in superiori versicu lo etiā vsurpat et trāsfert illud vocabulū ciliciū. Nā caro humana dicitur cilicium trāslatiue. Nā sicut ciliciū cōtextū ex pilis caprinis ⁊ setis be stiarū est asperū intantū q pungit et affligit car nem hominis penitentis ita pariter caro nostra dicitur cilicium respectu anime inquantuz stimu lat eam ⁊ spinis concupiscentie et penalitatum pungit animam: in penam peccati originalis. Sed est aduertendum q in carne quam traximus ab adam sunt seminata duo genera spinarum. Primo sunt inflicte spine concupiscentie ⁊ libidi nis et ista dicitur corruptio nature et lex membro rum que per cōtactum infligit culpam origina lez in anima ⁊ per cōsensum culpam actualem si ue peccatum mortale. Scdo sunt inflicte ⁊ semi nate spine penalitatum sicut sunt dolor: labor: fa mes: sitis. Et hec duo genera spinaruz traximus ab adam et genitoribus nostris per generationē naturalē et libidinosam. Sed christus qui spon te assumpsit nostrā carnē nō p generationē natu ralem: sed ope spiritussancti noluit assumere pri mium genus spinarū in cilicio carnis sed assum psit scdm. s. spinas penalitatum. ideo ait Augu. primo de baptismo paruulorū: q assumpsit pe nas peccati sine peccato. In hoc loco etiaz dicit Augustin⁹ q similitudo et vestigium peccati: sed non petm erat in dño. Hoc ergo cilicio induit se dñs. s. carne sine peccato sed cū spinis penalita tum hoc ciliciū pungebat et affligebat xpm pro nobis: qr talem carnem assumpsit vt esset instru mentum ad patienduz et merendum pro nobis. Hoc ergo cilicio se induit christus ad agendam penitentiam pro nobis. iiij.q.iij. c. testes §.se.

Et aduersum me letati sunt et cōue nerunt: cōgregata sunt super me fla gella et ignoraui.

¶ Hic cōqueritur de cōiurationibus et insidijs factis contra eum de quibus petit liberari petē do vltionez. Unde nota q in illa persecutione et passione xpi fuit coniuratio. captio: falsa testimo nia: flagellatio: irrisio: ⁊ crucifixio. id hec omnia explicat hic christus vnde ait: et iudei letati sunt malignando contra me: et conuenerunt et congre gati sunt contra me in atrio principis sacerdo tum inferendo ⁊ procurando mihi flagella: et ignoraui falsa crimina que mihi imponebant: qr nunqz talia cōmisi. Unde de communi locutione ea que nō fecimus dicimur communiter ignorare. ij.q.vij. testes et c.nō. pu. Sz postea visis miraculis factis in mea passione

Dissipati sunt nec cōpuncti tentaue runt me subsannauerūt me subsan natiōe: frēduerūt sup me dētib⁹ suis

¶ Dissipati idest discordes et confusi: nec tamen compūcti sunt: nec moti ad penitentiam pre ini quitate et cecitate: immo adhuc tentauerunt me et subsannuerunt me i nasum rugādo subsanna tione iniquitatis dicendo: alios saluos fecit: et seipsum non potest saluum facere. si filius dei est descendat de cruce et credimus ei: et ita ex ini quitate frenduerūt super me dentibus suis mihi conuitia iniqua inferendo: deinde cum dicit. xxiij.q.v. si quis.

Dñe qn respicies: restitue aiaz meā a malignitate eorum a leonibus vni cam meam.

¶ Petit liberari: vnde ait. O dñe pr qn respicies in me supple: g postqz iniuste patior: restitue ani mā meā corpi: me suscitādo ⁊ liberādo eā a mali gnitate ⁊ nequitia eorū: ⁊ libera vnicā aiam meā

a leonibus iudeis superbis: quia vnica est sine peccato et sic iniuste patitur: et per consequens iuste me debes et potes liberare. deinde cum subdit.

xi. q. iij. i iustum.

Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.

¶ Promittit agere gratias pro tali liberatione: ideo ait. si tu resuscitaueris me ego confitebor tibi in ecclesia magna toto orbe diffusa: festum resurrectionis et diem dominicam celebrando in memoriam resurrectionis: et celebrando ceteras festiuitates pro beneficiis receptis: et laudando te in populo graui et potenti quasi dicat quod postquam iudea et synagoga noluit me recipere: ideo ipsa reprobata conuertam me ad populum gentilem: qui est populus magnus et validus et potens: et in illo populo dilatabo ecclesiam meam a solis ortu vsque ad occasum: in qua ecclesia magna et populo graui et potenti laudabo te: quia in eo celebrabuntur diuina officia et festiuitates.

i. q. 1. iij. pauper.

Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique: qui oderunt me gratis et annuunt oculis.

¶ Hic petit vltionem de iudeis. Ad cuius intellectum est notandum quod duplici pena affliguntur et vruntur et friguntur iudei et frigebantur pro tunc primo pena interiori: quia non potuerunt adimplere desiderium et intentum suum de christo: immo euenit eis oppositum. Nam ipsi putabant christum annihilasse postquam viderunt ipsum in cruce mortuum: et putabant euasisse penas quas christus eis cominatus fuerat sed oppositum eis accidit. Nam resurrexit a mortuis: et fuerunt frustrati in desiderio suo quod peius fuit pro eis: quia propter peccatum mortis christi fuit ciuitas eorum destructa. Secunda pena fuit exterior: quia quando iudei vident quod alie nationes receperunt christum: ipsis reprobatis et captiuis: tunc patiuntur confusionem maiorem: maxime cum improperatur eis mors christi. Et sic duplici pena et confusione vruntur et friguntur scilicet in corde. et in oculis et in aspectu hominum. Et hanc duplicem penam et confusionem petit. et predicit christus pro iudeis obstinatis. Ideo primo petendo predicit primam confusionem iudeorum interiorem. Secundo secundam in oculis ibi Erubescant. Dixit ergo. O pater resuscita me supplex vt non supergaudeant mihi iudei qui aduersantur mihi inique: et qui oderunt me gratis et sine causa: et qui annuunt oculis me irridendo et subsanando. nam rugando nasum me subsanabant et annuendo et signando oculis me irridebant ideo pater fac vt non videant intentum: nec compleant desiderium suum.

Nota.

i. q. io. iij. dist.

Quoniam mihi quidam pacifice loquebantur et in iracundia terre loquentes dolos cogitabant.

¶ Mihi quidam pacifice loquebantur dicendo magister scimus quia verax es: et viam dei in veritate doces. sed in ira terre. i. in ira terrena et maliuola loquentes dolos cogitabant cum dicebant: si licebat censum dari cesari an non. quia illud dicebant: vt me caperent in sermone et me inducerent in iram et indignationem terreni populi: si dicerem quod sic: aut in indignationem cesaris si dixissem quod non erat licitum dari sibi censum et sic loquebantur in iracundia terre: vt incurrerem iracundiam et indignationem terrenam et temporalem. s. populi iudeorum aut Imperatoris. Et ideo cum me tenuerunt captum et ligatum ante pylatum: dixerunt quod eram inimicus cesari: et cum pylatus me flagellauit et cum me viderent in cruce tunc fuerunt gaudentes. vi. q. 1. summa.

Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri.

¶ Idest letemur: quia oculi nostri viderunt quod desiderabamus. Nota quod communiter tenent magistri iudeorum ex hoc textu. s. aduersantur mihi inique: et qui oderunt me gratis: et similibus in sacra scriptura: quod ista longa captiuitas et punitio quam patiuntur iudei dispersi per mundum non prouenit nisi ex odio sine causa et gratis concepto contra deum vel aliquem iustum. Et sic ceci obstinati murmurant contra deum: querentes de hoc peccato propter quod patiuntur: de quo tractabitur psal. cviij. et. lxviij. Tu ergo. xc. disti. oblationes. et de pe. dis i. c. omnis

Vidisti domine ne sileas: domine ne discedas a me.

Exurge et intende iudicio meo deus meus et dominus meus in causam meam.

Iudica me secundum iusticiam tuam domine deus meus vt non supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis euge euge anime nostre: nec dicant deuorabimus eum.

¶ Vidisti iniquitatem istorum iudeorum: ideo ne sileas peccata eorum tegendo et desideria eorum implendo et ne discedas a me auxilium denegando. Sed exurge: et intende in iudicium meum: et in causam meam examinando et defendendo: quia tu es deus meus et dominus meus per specialem gubernationem. Et iudica me secundum iusticiam tuam: quia tu es iustus iudex: et scio quod non permittes mihi iniuriam fieri: nec denegabis auxilium secundum consuetudinem iusticie tue que tribuit vnicuique secundum opera sua et ideo cum fiducia audeo dicere vt me iudices secundum iusticiam tuam: quia tu es deus meus. Et ideo fac vt non supergaudeant mihi letantes de morte mea: et non dicant in cordibus suis euge euge anime nostre. i. letemur et gaudeamus in anima nostra. Et ne dicant deuorabimus eum idest letemur quia deuorauimus. Sed. xcvi. dist. c. eorum.

Erubescant et reuereantur simul: qui gratulantur malis meis.

¶ Erubescant dico simul et reuereantur. i. verecundentur in facie et corde qui gratulantur malis meis. quasi dicat quod non solum in corde vruntur: quia non impleuerunt desiderium sed etiam confundantur in facie in conspectu hominum: quando viderint me resurrexisse et videant populum gentilem me in messiam suscepisse.

re.dis.c. oblatio nes. Induantur confusione et reuerētia qui maligna loquuntur sup me.

¶ Induātur cōfusione ꝛ reuerentia .i. verecundia et timore oēs iudei q̄ maligna loquūtur sup me quasi dicat reperiāt̄ mēdaces ꝛ cōuincant̄ i oib⁹ criminibus que mihi imposuerūt. Et ꝑ oppositū

ti.q.iij. ca. esti mant. Exultent et letentur qui volunt iusticiam meam: et dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem serui eius.

Et lingua mea meditabitur iusticiā tuam tota die laudem tuam.

¶ Exultēt gestu: et letētur i facie oēs xp̄iani populi q̄ volūt iusticiā meā .i. q̄ receperūt legē euāgelicā iustificātē ꝛ dicāt sp magnificet̄ .i. magnificēt dn̄m i ecclesia oēs q̄ volūt pacē xp̄i serui eius scȝ oēs q̄ adherēt xp̄o filio eius. Et lingua mea meditabit̄ iusticiā tuā .i. lingua mea ꝓnūciabit ꝛ p̄dicabit ꝑ totū orbē iusticiā tuā: quā credit ꝛ meditat̄ i corde ꝛ mēte. Et tota die ꝛ oī tp̄e annunciabit ꝛ p̄dicabit xp̄m salutare tuū .i. p̄dicabit et cōfitebit̄ iesuȝ xp̄ȝ filiū tuū quē misisti saluatorē in mūdū. Ex supradictis ptȝ ꝙ iste psal. nō pōt verificari l̄raliter d̄ ipso dd̄ nec de aliquo alio nisi de solo xp̄o. Nā passio xp̄i magis vr̄ memorari historialiter in hoc psal. ꝙ prophetice et sic magis videtur dd̄ euangelista ꝙ propheta in hoc psal. vt

obiectio pōt patere intuēti. B ¶ Sed contra totā expositionem arguitur et videtur ꝙ xp̄s non loquatur in hoc psal. Primo sic nā xp̄s orauit semper ꝓ inimicis et persequentibus eum Sed iste q̄ loq̄tur in hoc psal. petit vltionē de inimicis ꝛ persecutoribus igitur xp̄s nō loquitur in hoc psal. Secundo sic nā christus sp ab instāti sue cōceptiōis fuit certus de sua resurrectione vt dictū est psal. xv. g̃ non oportuit ipsum rigare pro sua resurrectiōe. Sed iste continue orat in hoc psal. pro sua libera

Rn̄sio. tione. ergo iste non est christus. Ad primū respōdetur ꝙ verba hui⁹ psal. et omnium aliorū poti⁹ sunt intelligenda ad sensum in quo fiunt: ꝙ ad sensum quem litteraliter et moraliter faciūt. Vn̄ dictum est in prologo: ꝙ multiplici ratione psal. procedūt per modū orationis ex parte xp̄i. Uno modo ad exprimendam auctoritatem patris ad quē pertinet tribuere vnicuiq̀ q̄d sibi debetur: et ideo debet iudicare inter xp̄m hominē et iudeos persecutores ipsius christi. Ideo christus ꝑ modū orationis explicat iusticiam patris: iniquitatem et finaleȝ obstinationē iudeoꝝ: ꝛ sic predicit eoꝝ punitionem ꝛ dānationē. Secundo modo h̄ dicit̄ ad firmitatē ꝛ certitudinem prophetie: eo ꝙ xp̄s semp fuit exauditus ꝓ sua reuerētia ꝛ iō xp̄s nō dicit hoc vt petat vltionē sed vt p̄dicat certissimā punitionē ꝛ dānationē iudeorū propter suā obstinationē. Tertio vt oñdat se mediatoreȝ. Ad

Orō xp̄i duplicē sensuȝ iportat. scdm̄ est dicendū ꝙ ois orō xp̄i facta i psal. duplicem sensum importat. Nā prio predicit suā liberationem et resurrectionem et exaltationē. Scdo petit a p̄re liberationē ꝛ redēptionē ꝛ resurrectionem et exaltationē mēbroꝝ suorū ꝓpter meritū sue passionis. ꝛ sic potius orat ꝓ nobis ꝙ pro se. Nā xp̄m ad patrē orare nil aliud est nisi suā passionē p̄ri pro nobis in satisfactionem offerre et misericordiam patris et christi charitatem explicare: et se mediatorem inter nos et patrē ostendere. Et hec ē cā quare xp̄s in psalmis procedit per modum petitionis et orationis.

ti.q.iiij. pauper. de pe.di. j.ois. Dixit iniust⁹ vt delinquat i semetipso: non ē timor dei ante oculos eius.

¶ Titulus in fine siue ad victoriā serno dn̄i dd̄. Ex titu. appet ꝙ dd̄ seru⁹ dn̄i fecit hūc psalmū dirigēs nos in xp̄m q̄ est finis legis. Qui qdē psal. varie exponitur apud hebreos. Nā q̄dā dicūt ꝙ dd̄ fecit hūc psal. i ꝑsona ppl̄i cupiētis exire de captiuitate babylonica et redire in terrā fertilem promissionis scȝ in iudeā. vn̄ dicit. Iniustus et iniquus nabuchodonosor cū pplo babylonico: dixit .i. deliberauit delinquere et opprimere ppl̄m dei. eo ꝙ non est timor ante oculos eius: sȝ superbia et infidelitas Sȝ tu dn̄e deus israel liberabis seruos tuos et inebriabis ꝛ satiabis eos ab vbertate et abundantia dom⁹ tue scilicet terre promissionis que est domus tua. Sȝ ista expositio est falsa. Primo q: maior vbertas et abūdātia bonorum naturalium et artificialium erat in babylonia ꝙ in iudea. Secūdo quia in hoc psal. nō memoratur nec ꝓmittitur vbertas tp̄alis sed sp̄ualis ꝛ celestis propter id q̄d sequit̄. Dn̄i apd te est fons vite et in lumine tuo videbimus lumen Ideo alij dicūt ꝙ dauid fecit hunc psal. in ꝑsecutione saulis videns ꝙ saul deliberauerat absq̀ causa ipsum interficere ideo petit hic liberari ꝑ diuinam largitionem que omnibus prouidet et absoluit innocentes. Sed nec talis expositio sufficienter explicat intentum prophete nec intelligentiam huius psalmi. Nam maiora bona petuntur et promittuntur in hoc psal. ꝙ sint bona temporalia et etiam quia bona spiritualia sub alio ordine promittuntur. ¶ Ideo presuppositis principijs super⁹ sepe memoratis: scilicet ꝙ dauid est vere propheta et habuit duplicem sp̄m: et ꝙ per persecutiones suas preuidit in spiritu persecutionem christi et mysteriuȝ nostre redemptionis et ꝙ dauid et ceteri antiqui in sola fide et spe christi fuerunt saluati. Est ergo dicendum ꝙ dauid per totum discursum sue ꝑsecutiōis et exaltatiōis p̄uidit totū discursūm malicie et inuidie synagoge contra christum et discursum nostre redemptionis: et p̄uidit p̄miū bonorū ꝛ punitionē malorū et iō fecit hūc psal. B ¶ Ad cuius intelligētiā est notadū ꝙ dd̄ ꝑ obstinationē saulis p̄uidit obstinatiōeȝ ꝛ maliciā iudeoꝝ cōtra xp̄m. Sȝ est aduertēdū: ꝙ obstinatio saulis ꝓuenit ex supbia prio ꝛ p̄ncipaliter: nā supbia nō patit̄ superiorem nec equalē. iō saul supbus siue ex supbia ꝓpter inuidiā nō volēs sustinere ꝓsperitatē ꝛ honorē dd̄ q: ppl̄s canebat: saul occidit mille: dd̄ decē milia. ꝛ hec inuidia obcecauit mētē eius ne posset audire bonū aliquod de dauid vt ptȝ qn̄ ionathas

no. d̄ obstinatione iudeorum.

et achimelech excusabāt dō: qꝛ eos nolebat audire. Itē saul ex inuidia et malicia obeccat⁹ non cognoscebat se agere cōtra cōsciētiā: contra legē dei: iō cū quis volebat allegare legē dei nolebat audire. ꝛ sic inueteratus in malicia fact⁹ est ignorās i lege dn̄i: que ignorātia dr̄ crassa ꝛ affectata qn̄ puenit ex passiōe ꝛ consuetudine peccādi: qꝛ vt sic oīs malus est ignorās. iij Ethi. Et sic ex tali ignorantia et malitia ipse saul venit in cōtēptū dei ꝛ falsam opinionē de diuina prouidētia: non credens deum regere actus humanos. Quod pȝ nā relicta spe diuina abijt ꝛ recurrit ad phitonissam et sic obstinatus interijt in monte gelboe. vt patet. j. Reg. vlti. Per istam ergo obstinationem saulis preuidit dauid in spiritu obstinationē iudeorum contra christum. Nam idem ordo seruatus est in obstinatione eorū nā primo sacerdotes et pharisei ex superbia elati omnes studebāt auaricie ad sustinendum fastigiū et statū suū. ꝛ ideo videtes xp̄m pdicātē ꝯ supbiā ꝛ auariciā eoꝝ ꝛ videntes populum sequētem christum sanciati zelo inuidie et obcecati nec poterāt intelligere nec audire doctrinam xp̄i legē declarātis: immo tūc peruerterūt totā intelligentiam legis diuine que promittit messiā vt redimeret eos a captiuitate diaboli: ꝛ daret eis vitā sempiternā et bona spiritualia et celestia. Sȝ ipsi malicia et auaritia obcecati noluerūt itelligere sacramēta dei ad sensū spūalē: nec voluerūt recipe messiā bona spūalia largientē. sed tpalē messiā expectare statuerunt Et ex tali malicia et ignorātia crassa diuinā puidētia negauerūt agentes ꝯtra legē ꝛ ꝯtra ꝯsciētiā Et sic qn̄ viderūt xp̄m cū tanto honore in hierusalem ingredientē ꝛ pueros clamātes bn̄dictus q̄ venit in nomine dn̄i. tūc deū ꝛ legē cōtēnētes ipsū

Diuisio psalmi. xp̄m interficere statuerūt. Ex quo pȝ ꝙ ex supbia pruperūt i auariciā ꝛ inuidiā: ꝛ ex inuidia in falsam intelligentiā dei ꝛ ignorātiā: ꝛ ex ignorātia i cōtēptū dei ꝛ obstinationē. Hoc ergo preuidēs dd̄ i spū fecit hūc psal. in quo tria facit. Nā. pmo pdicit obstinationē iudeoꝝ cū suis causis. Scd̄o cōfutat pdictā obstinationem et falsā opinionē iudeorū describēdo diuinā prouidētiā p bn̄ficiū nostre redēptionis facte p xp̄m. Tertio orabat ꝓpheta i ꝑsona ecclesie ꝓseruari per grāȝ xp̄i a tali pestifera opiniōe et obstinatiōe. scd̄a ibi. Dn̄e in celo misericordia tua. tertia ibi. Pretende misericordiam tuā sciētib⁹ te. A ¶ Quātū ad primā ponit vnā cōclusionē. s. ꝙ contemptus dei q̄

no. de cōtēptu dei prouenit ex superbia et ignorantia legis fuit cā obstinationis iudeorum. Probatur nam sicut humilitas est causa penitentie et timoris dei: ita superbia cā cōtēptus. Nam ex humilitate sequitur fides qꝛ hūilis subijcit intellectū legi diuine ꝛ credit his q̄ in lege cōtinentur: ꝛ ꝑ ꝯñs credit in deū et credēdo diligit ꝛ sperat i eū: ꝛ ex tali charitate sequitur timor dei filialis qꝛ timet xp̄m ꝑdere: et ēt sequitur timor seruilis. qꝛ timet futurū iudiciū et sic mouetur ad pniam si erat in pctō: ꝛ qn̄ ē in gratia timet dn̄m offendere ne ꝑdat grām: ꝛ ne puniatur in iudicio. Ex quo pȝ ꝙ sicut ex hūilitate sequitur fides: spes ꝛ charitas ꝛ timor dei: ꝛ ꝑ ꝯñs con

seruatio in gratia. Ita per oppositū ex superbia sequitur oē malū. Nā primo sequitur infidelitas quia superbus nō vult subijcere intellectū legi: ꝛ sic non credit nec vult operari secundū legē. ꝛ sic contēnit deū ex quo cōtēptu sequit̄ obstinatio ꝑ longam cōsuetudinē peccādi sicut accidit iudeis crucifixoribus xp̄i. Ait ergo dd̄ ꝑplus iniustus iudeorum: siue cetus sacerdotum et phariseorū dixit id est deliberauit in semetipso vt delinquat quia supple non est timor dei in cōspectu eius. q. d. ꝙ ideo illa synagoga deliberauit peccare et interficere xp̄m quia non erat timor dei immo contemptus in conspectu eius. naȝ quia contempsit deū nō credēdo futurū iudiciū nec deū habere ꝓuidentiam de actib⁹ hūanis: ideo statuit delinquere xp̄m interficiēdo nā qui nō timet futurū iudiciū: nō credit diuinā prouidentiam et sic negat primum principiū in actibus humanis ꝛ in moralibus. Nam sicut in scientijs speculatiuis est dare vnū principiū ꝛ vnam propositionē maximā quam necesse est quēlibet docēdū habere qua negata nil cōuenit scire. vt pȝ pmo posterioꝝ. ꝛ. iiij. metaphi. ita in moralib⁹ ꝛ i sciētia diuina de actibus hūanis est dare vnum primū pricipiū scȝ ꝙ nullū bonū irremuneratū: et nullū malū ipunitū et ꝙ deus ē iustus iudex ꝑmiator oīs boni: ꝛ punitor oīs mali hic vel in futuro. quo principio negato nil cōuenit bn̄ opari. Vn̄ negatio huius pricipij puenit ex supbia ꝛ infidelitate et qua sequitur cōtēptus dei: ꝛ cōsuetudo peccādi et exinde obstinatio. Et ideo subdit qn̄. i. quapropter iste, iniustus et iniquus nō timēs deū dolose egit i cōspectu ei⁹: qꝛ cum dolo ꝑ insidias insidiatus est xp̄o: ꝛ ꝑsecut⁹ est eū: imponēdo falsa testimonia. Intm̄ vt iniqtas istiꝰ ꝑpl̄i inueniat̄ ad odiū. i. cōuersa i odiū ꝛ obstinationē cōtra xp̄m. Dicere em̄ in corde idē est qd̄ deliberare vn̄ cogitatio ꝑcedit deliberationē. vn̄ q̄ solū cogitat nōdū dicit sȝ cū deliberat facere tunc iam dixit in corde. Et sic iste iniustus dixit id est deliberauit in semetipso vt delinquat id est deliberauit delinq̄re et opprimere iustū ꝛ hoc accidit qꝛ nō est timor dei an̄ oculos ei⁹ qꝛ pricipiū oīs sapiētie ꝛ oiū actuū bonoꝝ hūanoꝝ est timor dn̄i: quo negato ꝛ cōtēpto ē ipossibile aliqd̄ bonū opari sȝ est necesse oīa scelera perpetrari vt dictū ē psal. xiij. E ¶ Nota ꝙ dicere prius cōuenit intellectui ꝛ ex cōsequenti ꝯuenit volūtati tertio conuenit lingue. vn̄ intellectus qn̄ intelligit vel cogitat dicit itē volūtas qn̄ delibe rat ꝛ ꝓponit tunc dicit quod intellectus cogitauit item lingua dicit quod voluntas primo dixit et deliberauit Et sic in diuinis pater dicit verbū suum ab eterno per intellectum: sȝ ex tempore dixit creaturas per voluntatem quando dixit fiat lux et facta est lux: sed postea locutus est dn̄s multipharie ꝑ linguas ꝓphetaꝝ sed finaliter locut⁹ est nobis ꝑ linguam filij: et tunc locutus est ꝑ linguā ꝓpriā sibi vnitā ꝑsonaliter. Qn̄ ergo dr̄ in hoc psal. Dixit iniustus idē est qd̄ deliberauit et ꝓposuit. i. iniust⁹ ꝑplus iudeoꝝ deliberauit in semeptiso delinq̄re xp̄m occidēdo eo ꝙ nō est timor dei in cōspectu eius: qꝛ non habuit deū ꝓ oculis

Nota.

no. de dicere in corde.

immo cōtemnēdo deū deliberauit xp̄m occidere
Et quia malum ꝑpositum mandauit executioni
fraudulenter per insidias et falsa. testimonia.
xxxvij.d. Ideo subdit.
c.id. ⁊.xj
q. iij. ex/
cellētissi
mus.

Quī dolose egit in cōspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odiū.

¶ Quī.i. ꝓptera id est negato illo principio: et q̄ nō habuit timorē ante oculos dolose egit in cō/spectu eius.s.in conspectu dei nō timēdo eius iu/dicium: intm̄ vt iniquitas eius inueniat̄ ad odiū dei et ꝓximi: q̄ sua iniquitas cōuersa est in odiū et obstinationē. Et ideo sequitur.

xj.q. iij.
nemo.pe
ritorum.

Verba oris eius iniquitas et dolus noluit intelligere vt bene ageret

¶ Verba oris eius iniq̄tas et dol⁹. Nā iudei p̄io loq̄bantur cū xp̄o: cū dolo ⁊ fraude: vt caperēt eū in sermōe dicētes: magister scim⁹ q̄ v̄ax es. Scd̄o loq̄bant̄ iniq̄tatē ꝯtra eū qn̄ vocabāt eū demo/niacū ⁊ blasphemū. Et hoc accidebat a supbia ⁊ inuidia eo q̄ improperabat eis pctā legis. Ideo obcecatus ille popul⁹ malicia noluit intelligere legē dei ad bonū sensum spūalē sicut xp̄s p̄dica/bat: sed carnaliter ⁊ tp̄aliter voluit intelligere ne bn̄ ageret et operaret̄ ⁊ sic obcecauit eos mali/cia eoꝝ ne intelligerēt sacramēta dei in lege scri/pta et per xp̄m predicata. Sequitur.

v.q.iiij.
c.i loco.

Iniquitatem meditat⁹ est in cubili suo: astitit omni vie non bone: mali/ciam autem non odiuit.

¶ Sauciatus ille populus inuidia et malicia, me/ditatus et machinatus est iniquitatem in cubi/li suo quomō xp̄m occideret: et sicut cogitauit ita executioni mandauit: ⁊ q̄ astitit vie nō bone im/mo pessime qn̄ xp̄m tradidit pylato crucifigen/dum: et sic factus est obstinatus: q̄ maliciam non odiuit: immo maliciā et iniquitatē dilexit. Et in illa obstinatiōe manet vsq̄ ad hodiernū diē.

¶ Ex quo p₃ q̄ cōsuetudo peccādi ⁊ superbia et inuidia fuit causa obcecationis et obstinationis iudeorū: eo q̄ xp̄s predicabat veritatē legis ꝯtra eorū mala opera. nā qui male agit odit lucē: ne videantur eius opera mala. Ex quo p₃ q̄ igno/rantia iudeorū est dānabilis: q̄ crassa et affecta/ta. Verūtamen l₃ dauid predicat hic prophetice obstinationem ⁊ cecitatē iudeorum ex cōtemptu dei. tm̄ ista particula supradicta pōt exponi de/quolibet obstinato et heretico. Nā obstinatio ꝓ/uenit ex cōtemptu dei ⁊ contēptus venit ex super/bia et infidelitate et consuetudine peccati: que omnia proueniunt ex contemptu dei. Nam nega/to illo principio vnusquisq̄ prorumpit in omnia

xxxix. di.
c. diaco/
ni.

scelera sicut dictum est psal.xiij.

Domine in celo misericordia tua et veritas tua vsq̄ ad nubes.

ix.q. iiij.
c.alioꝝ.

Iusticia tua sicut montes dei: iudi/cia tua abyssus multa.

¶ In hac scd̄a parte dauid improbando falsam opinionem iudeoꝝ hereticoꝝ de diuina ꝓuiden/tia et detestando obstinationē eorū cōfitetur di/uinam prouidentiam circa oīa: et spālīter circa actus hūanos per bn̄ficium redēptiōis. Nā sicut dctm̄ est iudei ₃elo inuidie et malicie obcecati ꝓ/pter eorū superbiā et auaritiā nō solū xp̄m nega/rūt esse messiā ⁊ deū: sed ēt noluerūt doctrinā ei⁹ audire et sic legē negauerūt veꝝ sensū repellēdo ⁊ falsum sensum tribuēdo: ⁊ sic xp̄m ⁊ legē oderūt et xp̄m interfecerūt ⁊ negādo xp̄m ⁊ legē etiā ne/gauerūt diuinā ꝓuidentiam immo negādo xp̄m esse deū negauerūt et totā legē ⁊ ꝓphetias q̄ fe/cerūt mēdacē legē ⁊ prophetias vt dctm̄ est psal. xiij. Nā diuina ꝓuidentia maxime fuit ostensa in incarnatione filij dei ⁊ nr̄a redēptione. nā nihil valuisset hoiem creari: nisi redimi profuisset. vt ait Gre. et Aug. Dicit ergo dauid. O dn̄e l₃ iudei obstinati cōtēpserint et negauerint esse messiam et negauerint diuinā ꝓuidentiā et deū esse iustū iudicē: tm̄ ego detestādo eoꝝ maliciā ⁊ obstinatio/nē ꝯfiteor diuinā ꝓuidentiā se extēdere circa oīa et deū esse misericordē ⁊ veracē ⁊ iustū iudicē pre/miatorē bonoꝝ ⁊ maloꝝ: ⁊ q̄ nō relinq̄t bonū irre/muneratum: nec aliq̄d malū impunitū: ⁊ ꝯfiteor q̄ in celo ē mīa tua: et v̄itas tua descēdit vsq̄ ad nubes: ⁊ iusticia tua est sicut mōtes dei: ⁊ iudicia tua multa sicut abyssus. Intantū q̄ tu dn̄e salua/bis nō solū hoīes: s₃ iumēta quo ad vitā tp̄alem Ex quo p₃ q̄ ꝓuidentia tua est in celo ⁊ in nubi/bus et in terra: ⁊ in mari: ⁊ in abyssis inferni: ⁊ ꝓ/uides hoib⁹ et bestijs de vita tp̄ali: q̄ creasti her/bam ꝓ bestijs: et fruct⁹ terre ꝓ hoibus.

¶ Vn̄ est notandū q̄ ad ostēdendū diuinam ꝓuidentiā dauid hic ponit quatuor terminos ex parte dei. Ponit eīm mīa: veritas: ⁊ iusticia: et iudiciū: que dicūt et explicāt diuinā ꝓuidentiā. Scd̄o memo/rātur q̄tuor ꝑtes.s.celū: nubes: mōtes: abyssus.s. oceanus siue infern⁹ q̄ cōprehendūt totū mūdū. Et memorant̄ duo gn̄a aialium.s.hoies ⁊ iumen/ta per q̄ quasi includunt̄ oīa aīantia. Et sic appa/ret vniuersalis ꝓuidentia dei se extēdere per oīa et circa oīa. S₃ ista ꝓuidētia ē gn̄alis circa oīa quā de⁹ a p̄ncipio creationis h₃. Sed aliā specia/lē ꝓuidentiā h₃ et ondit deus circa gen⁹ hūanū in nr̄a recreatione. Unde sicut creatio mundi fuit figura recreationis ecclesie: ita ꝓuidentia gn̄a/lis quam h₃ deus de vniuersitate creaturarū est figura specialis prouidētie circa actus hūanos quā xp̄s mōstrauit in nr̄a redēptione et recreatio/ne. Unde l₃ predicta litera teneat verū de vniuer/sali ꝓuidentia dei circa oīa creata: tm̄ termini po/siti i lr̄a ondūt q̄ loquit̄ specialiter de ꝓuiden/tia speciali circa actus hūanos. Vn̄ xp̄s qui est ipsa mīa et veritas et iusticia maxime ostēdit suā miam hoibus et angelis in celo vbi eos beatifi/cauit: q̄ nō ex operibus iusticie que fecim⁹ nos sed s̄m miam suam saluos nos fecit. ad titū.iij. Itē ēt ꝑ celū itelligit̄ xp̄s i quo solo ondītur mīa Per nubes itelligunt̄ apl̄i ꝑ quos v̄itas euāgeli/ca p̄dicata ē. Per mōtes dei itelligunt̄ martyres ⁊ tota eccl̄ia fundata i mōtib⁹ scis in q̄ est firmi/tas iusticie euāgelice. Per abyssū itelligit̄ infir/m⁹ in quo manifestant̄ diuia iudicia: ⁊ iudicati puniunt̄. Itē ꝑ hoies itelligit̄ ppl̄s v̄icui de⁹ de/

Not. de
dei ꝓui/
dentia.

derat legē: et sic tanq̄ hoīes viuebāt. Et per iumēta intelligit populus gentilis q̄ tanq̄ bestie sine lege viuebant in bestialib⁹ voluptatibus. Dicit ergo dauid. O dñe tanta est prouidentia tua circa actus hūanos q̄ in celo est mia tua. i. per miam hoībus iustis beatificationē in celo preparasti: et veritas tua vsq̄ ad nubes. i. apostolos descendit quibus pluuiā tue veritatis cōmunicasti: qui vt nubes volantes per totū orbē pluuiā euangelice veritatis sparserunt. Et iusticia tua fuit firma sicut mōtes in ecclesia. et tua iusticia. i. tua lex euangelica que dr̄ iusticia inquantū hoīes iustificat: fuit in montibus firma. i. in hoībus fidelibus et iudicia tua q̄ fecisti de bonis et malis sunt multa. i. pfundissima sicut abyssus. i. sicut oceanus. Vn̄ ly multa pōt eē adiectiuū de ly iudicia: et tūc est sensus. sunt multa in numero et pfunda sicut aque abyssales sunt multe et pfunde vl' pōt esse adiectiuum de ly abyssus cū sit feminini generis: et tunc est sensus sunt tanq̄ abyssus pfundissima et magna. A ¶ Nā iudicia dei q̄re quosdā pdestinauit: et alios nō, quare elegit hos et nō illos ista iudicia sunt pfundissima et incōphensibilia sicut abyssus oceani. pōt etiā per abyssum intelligi infernus vbi est multitudo dānatorum in quib⁹ apparent iudicia dei. et seq̄tur homines et iumenta saluabis dñe. i. sicut saluasti in vita tēporali hoīes et iumenta indifferenter: q2 oībus puidisti de cibis tēporalibus: ita indifferēter saluasti salute spūali de oībus. i. iudeis: et de iumentis. i. de gentilibus. nā ex vtrisq̄ vnā ecclesiā congregabis. Sed quare quosdā saluasti: et eis gratiam tribuisti: et quosdā nō hoc quidē incōprehensibile est: q2 iudicia tua abyssus multa: nam eos quos saluasti ab eterno predestinasti cū nondū fuissent nec aliquid boni fecissent. Ergo nō ex proprijs meritis saluasti: sed queadmodum voluisti et sicut in eis miam tuam multiplicasti: magis in eis q̄ alijs: q2 nō est currentis nec volentis: s3 dei miserentis. ad Ro. ix. Ex quo pz q̄ ista particula pōt exponi de diuina prouidentia put naturaliter et tēporaliter se extendit ad oīa creata indifferēter: et p figurā eius pōt exponi prout specialiter se extendit ad actus humanos: et magis specialiter et spiritualiter prout de⁹ prouidit lapsui nostro per incarnationem et redemptionem.

Judicia dei abyssus.

xxiij. q. j. quis ignorat in gl. xj. q. iij. custodi.

Homines et iumenta saluabis domine: queadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.

Filij autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.

¶ Hoīes et iumenta saluabis. Hic incipit forsan sententia pbatiōis hui⁹ q̄stionis. s. q̄ de⁹ h3 specialē curā de hoībus. Vn̄ dicit dauid. O dñe licz tu indifferenter saluabis et salues hoīes et iumēta siue bestias tpaliter et corporalr: q2 oībus das vitam tpaliter per cibū corporalē. aut pro sed filij hoīm. i. hoīes specialr sperabunt sub tegmīe alarū tuarū vt des eis aliā vitā spūalē et salues eos a pctō: queadmodum multiplicasti in eis miam tuā magis q̄ in iumentis: ideo vltra vitā corporalem sperant a te aliam vitā et salutem spūalem vt ptegas eos in tegmine alarū tuarū in cruce hic in ecclesia per gratiā: et in futuro per gloriam.

Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrente voluptatis tue potabis eos.

xv. q. j. p firmissimum.

¶ Qn̄ amplexus fueris eos sub tegmine alarum grē tue inebriabunt̄ et satiabunt̄ vbertate et abūdantia sacramētorū domus. s. ecclesie tue hic per grām. et potabis eos de torrēte voluptatis et fruitionis et felicitatis tue de celo per gl'iam. Item satiabis eos de torrēte doctrine tue in hac ecclīa et de torrēte visionis clare et facialis in alia. Itē inebriabunt̄ ab vbertate preciosi sanguinis dom⁹. s. lateris tui vn̄ pcedūt ecclesiastica sacra. Nam sicut ecclesiastica sacramenta sunt cib⁹ a ie: ita euāgelica doctrina est pot⁹ eisdē q̄bus correspondēt visio et fruitio in patria. Ideo subdit.

Quoniam apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen.

De pse. dis. v. ieiunium.

¶ O domine iesu tu satiabis et saluabis et inebriabis et potabis eos qn̄ fons vite gratie et glīe est apud te. q2 gratiam et gloriā dabit dñs: et in lumine tuo videbimus lumen hic per gratiā: et in futuro per gloriā. D ¶ Vnde nota q̄ xp̄s qui est verbum patris specialiter dicitur vita et lux. Nā inquantum deus omnia per ipsum facta sunt: et ab eo emanant oīa creata sicut radij solares a sole. Ideo omnia habent ab eo et in eo vitā et esse et conseruant̄ in esse. Ideo ait iohānes primo. qd̄ factū est in ipso vita erat: nam intantū res sunt inq̄ptum verbū influit eis vitā et esse: et inq̄tum lucet in eis per essentiam. Sed specialiter verbū quod est scia patris lucet in angelis et hoībus p intellectū: et sic causat in eis intelligentiā et lumē scie naturalis. Et iō subdit. Iohānes et xp̄s q̄ est vita oīm. erat lux hoīm. Sed vltra istam gn̄alē lucē: siue gn̄ale et naturale lumē xp̄s incarnatus influxit aliud lumen supnaturale doctrine hoībus in sua pdicatiōe et lege euāgelica. De quo Iohānes subdit. Lux in tenebris lucet et tenebre eā nō cōprehenderūt. Nā xp̄s erat lux vera que illuminat oēm hoīem venientē in hūc mundū. Et istud dr̄ lumē fidei et grē. De quo Esa. lx. āmbulabūt gentes in lumie tuo. S3 loco hui⁹ luminis in patria erit lumē glorie q̄ est xp̄s. S3 vt possim⁹ videre et apprehēdere illō incōphēsibile lumē. De⁹ creauit in nobis et i intellectu nr̄o illō lumē nā p lumē naturale intellect⁹ agētis nō possem⁹ intueri illud icōphēsibile lumē obiectale. Ex q̄b⁹ pz q̄ duplex lumen influxit xp̄s in nobis. s. lumen fidei: vt ip̄m deū hic cognoscamus et intueamur per grā3 et in patria lumen glorie vt deū cōtēplemur per gloriā. Ideo dauid de vtroq̄ lumine dicit hic. In lumine tuo. s. infuso et creato videbimus lumen increatum hic per fidem: et in futuro per gloriam: quod quidem lumen nō potuissemus sine xp̄o cōtingere. Ex quibus patet diuinam prouidentiam se extendere non solum vniuersaliter et cor-

xp̄s dicitur lux et vita.

poraliter circa oia creata: sz etiã spũaliter ⁊ eternaliter circa actus humanos. Nã deus preparauit gratiã ⁊ gloriã pro iustis: et eternã penã pro malis et obstinatis. Ex qbus ptz ꝙ dd non fecit hũc psal. p redacta captiuitate babylonica: nec pro sola psecutiõe saulis: nec p sola prouidentia gnali q: p talẽ puidẽtiã nõ daꝛ talis fruct⁹ ⁊ vita

De pe. di.i. taciturnitas

Pretẽde miam tuã sciẽtibus te: ⁊ iustitiã tuã his qui recto sunt corde.

¶ In hac tertia pte petit preseruari per gratiam a pctõ ⁊ obstinatiõe: ⁊ a tali pestifera opinione. Vñ aduertẽdũ ꝙ cũ natura nostra sit corrupta in adã nemo de perse sine grã põt vitare malũ nec facere bonũ vt frequẽter dictũ est. Et sic sine grã nemo posset puenire ad visionẽ illius eterni luminis. Sz q: grã non daꝛ ex meritis nisi ex sola dei mia. Jõ ait dd in psona totius eccĩe. O dñe pretende miam tuã scientib⁹ te. i. oĩbus fidelib⁹ q̃ te voluerũt audire: vt bñ agerẽt ⁊ bñ operarenꝛ da dõcis grãm ⁊ pretẽde iusticiã tuã his qui recto sunt corde. i. iustifica eos filiũ tuũ mittendo.

De pse. di.ii. iteraꝛ. ⁊ xi. qõ.iii. si quis.

Nõ veniat mihi pes supbie: ⁊ man⁹ peccatoris non moueat.

¶ Et tu christe iustifica nos ⁊ gratifica per tuam mortẽ ⁊ passionẽ: ⁊ cõtinue da nobis gratiam ad bonũ agendũ ⁊ malũ vitandũ: ⁊ fac vt per talem gratiã nõ pueniat mihi pes supbie q̃ est pes ⁊ fundamẽtuz ⁊ initiũ oĩum alioꝝ pctõꝝ. D Nota ꝙ supbia dr pes ⁊ fundamẽtũ oĩum pctõꝝ ⁊ vitioꝝ. Ptz naz pctõr per superbiã cõtẽnit deũ vt dictuz est ⁊ sic incidit in oĩa alia pctã. Jtẽ per supbiã incidit in auariciã: ⁊ rapinã: et vsurã: ⁊ symoniaz vt sustineat superbũ statũ suũ: ⁊ exinde incidit in inuidiã ⁊ odiũ fraternũ: q: nõ suffert priorẽ nec parem. Et sic venit vsqꝫ ad contẽptũ dei ⁊ obstinatiõnẽ: nõ timẽs eius iustũ iudiciũ. Et sic ꝯtemnit etiã legẽ: ⁊ negat diuinã puidẽtiã. Et sic ptz ꝙ superbia est pes ⁊ initiũ pctõris ⁊ cetera vitia sunt manus eius. Nã per superbiã incedit pctõr ⁊ per alia vitia operaꝛ. s. per auaritiã ⁊ inuidiã ad sustinendã superbiã. Et iõ superbi dñr hic pes peccatoris ⁊ vitia cetera dñr manus. Vñ dd cupiẽs vitare hãc pestiferã bestiã dicit. O dñe pretende miam ⁊ grãm vt pes supbie nõ veniat mihi: ⁊ manus pctõris q̃ sunt cetera vitia: nõ moueat me a tuo timore: ⁊ amore ⁊ statu grẽ ⁊ eadẽ ẽt supbia dr pes ⁊ manus pctõris: q: in ea fundaꝛ ⁊ per superbiã male opatur. Jtẽ supbia est pes et man⁹ diaboli quo luctaꝛ ꝯ hoĩes. ⁊ deijcit eos ad terrã et remouet eos ab amore ⁊ timore dei. Jõ ait dd Dñe pretẽde miam tuã per grãm preueniẽtẽz ne pes supbie ⁊ man⁹ diaboli luctatoris ⁊ deceptoris amoueat me a tuo timore ⁊ amore: et ne efficiar in pctõ obstinatus: sicut deiecit pctõres a statu grẽ ⁊ sicut eiecit adam de paradiso.

lir. di.s. officia.

Jbi ceciderũt qui opantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerũt stare.

¶ Nã sol in ipsa superbia ceciderũt oẽs qui operantur iniquitatẽ. nã oẽs per superbiã ceciderũt et expulsi sunt a gratia nec potuerũt stare in ea. Nam primo demones expulsi per superbiam ceciderunt de celo. Secundo adam et eua per superbiam et inobedientiam ceciderũt et expulsi sunt de padiso terrestri ⁊ a statu felicitatis nec potuerunt in eo permanere. Jtem per superbiã cecidit pharao cum suis in mari rubro. Jtem per superbiã cecidit senna cherib: ⁊ nabuchodonosor: ⁊ holofernes. Et finaliter per superbiã ⁊ inuidiam ⁊ contemptũ dei ⁊ legis ceciderunt iudei et expulsi sunt a regno et sacerdotio et a sedibus suis: nec potuerunt in eis stare: immo vagantur captiui ⁊ dispersi per mundum: ⁊ patiuntur hic penã tẽporalem: et in futuro eternã. Ex quibus ptz ꝙ deus est iustus iudex: et prouidens actibus humanis: tribuens premiũ et felicitatẽ iustis et penã eternam malis et obstinatis non timentibus deum ⁊ bonos persequentibus. B ¶ Ex hoc psalmo intelliguntur. viii. cõclusiones siue doctrine. ¶ Prima vero conclusio est ꝙ sicut timor dñi est principium et cã omniũ bonarum opationũ: ita per oppositũ defectus timoris dei: ⁊ contẽptus dei est causa ⁊ principium infidelitatis: et oĩs peccati. Probatur quia iste iniustus non timuit deũ. Jõ statuit in semetipso delinquere et peccare cõtra deũ et pximũ. ¶ Scda conclusio ꝙ ex contemptu dei deuenit iniustus ad odium dei et pximi: et in contemptũ et odium legis: intm ꝙ non vult itelligere nec audire legẽ dei ne bene agat nec operetꝛ. ¶ Tertia ꝯclusio ꝙ ex defectu timoris dei iniust⁹ negat diuinã puidentiã circa actus humanos: ⁊ exinde precipitatur in omne nephas ⁊ oĩa scelera. ¶ Quarta cõclusio ꝙ prouidentia dei que puenit ex mia et bonitate incipiens a celo descendit vsqꝫ ad nubes et exinde ad montes vsqꝫ ad abyssos. Nam ex sua bonitate et largitate mouet celos et facit eos influere super omnes creaturas: ⁊ facit nubes pluere super montes et campos ad germinandas plãtas et exinde aque descendunt vsqꝫ ad abyssos maris. ¶ Quinta conclusio ꝙ sicut prouidentia dei naturaliter se extendit super oẽs creaturas: ita pariter se extendit sup totã ecclesiam. Nã mia dei est in celo iustoꝝ. s. in xp̃o ⁊ veritas doctrine descendit de xp̃o vsqꝫ ad nubes. id est apostolos: ⁊ ex apostolis vsqꝫ ad montes id est martyres ⁊ doctores: ⁊ ex doctoribus vsqꝫ ad abyssos scz simplices fideles. Jtẽ mia est in celo id est in xp̃o ⁊ veritas in nubibus id est aplis: ⁊ iusticia in montibus. i. prelatis in quibus est ecclesiastica ptãs ⁊ iudicia in abysso inferni. ¶ Sexta conclusio ꝙ licet prouidentia dei se extendat generaliter ad salutẽ et conseruationẽ tpalem oĩm aĩalium: q: deus puidet tam iumentis ꝙ hoĩbus de vita temporali: ⁊ saluat eos tpaliter puidẽdo de cibo tpali: tñ spũaliter puidet hoĩbus de cibo ⁊ vita spũali: q: dat grãm hoĩbus ad merẽdum et fidẽ ad credendũ in presenti et lumẽ ad credẽduz in futuro. Quia in lumine eius videbimus lumen et potabit nos de torrente sue vbertatis: glorie et fruitiõis. ¶ Septima cõclusio ꝙ necessaria est mia et grã dei ad vitãdaz infidelitatẽ ⁊ oẽ pctm. ¶ Octaua ꝯclo ꝙ superbia est pes ⁊ fundamẽtuz oĩm vitioꝝ ⁊ pctõrum: et sic superbia est pes ⁊ pe

Superbia est fundamentuz pctõꝝ.

Nota.

des peccatoris quibus petõr ambulat et cetera vitia sunt manus quibus opatur. Probaẽ q: ibi per superbiam ceciderũt oẽs peccatores a gratia i omnia scelera: nec aliquis superbus potest stare quin cadat in alta peccata.

Alepb. xxviij. q. j. c. bi er/go.



Oli emulari in mali/gnantibus: neqꝫ zela ueris faciẽtes iniqui tatem.

Qm̃ tanqꝫ fenũ velo citer arescẽt: et queãd modũ olera herbarũ cito decident.

¶ Titulus ipsi dauid fine aliqua additione. Ex titulo apparet ꝙ dauid fecit hunc psalmum. Un̄ est aduertendum ꝙ multi amici dauid videntes abner et doech et multos malignos prosperari in domo Saul et videntes bonos a malignis de primi: desperando de diuina prouidentia trans/ibant ad partes Saulis derelinquẽtes ipsuꝫ dõ et sic laudabãt quod ante vituperauerant: et ecõ uerso: et quasi negantes diuinã ꝓuidentiã imita banẽ malos et eorum opa. Et ideo dõ fecit hunc psalmũ: in quo soluiẽ eoꝝ mala opinio. Et iõ di/cebant aliqui ꝙ iste psalmus continuaẽ cũ prece dente. Sed hoc non videẽ verum: q: Hiero. et oẽs antiqui quotant hunc psalmũ. xxxvj. distinctũ a p̃ cedenti. Itẽ q: dauid cõplures psalmos fecit de diuina ꝓuidentia vt patebit. Et ideo est dicẽdũ ꝙ dauid bene sumpsit occasionẽ condendi hunc psalmũ ex causa supradicta: sed adhuc iste psal/mus nõ caret mysterio et ꝓphetia de xp̃o et eccle sia: q: aliter nõ cõputaretur inter sacras scriptu/ras. Sed dicunt hebrei moderni: ꝙ etiã iste psal/mus est ꝓpheticus: q: predicit interitum ipsius Saulis. per hoc qđ dicit vidi impiũ superexalta tum. Sed in hoc ipsimet contradicũt sibiipsis: nã dauid erat senex qñ fecit hũc psalmũ. sed ꝓ tunc iã Saul perierat: et erat quasi in obliuiõe c p: ho c quod dicit. iunior fui etenim senui. Et ideo est di cendũ ꝙ dõ cõsiderans totũ discursum Saulis et suoꝝ sequaciũ: et Absalonis et Achitofel: et oium psecutoꝝ: qũo mala morte vitã finierũt cũ Satel litibus suis ꝓpter eoꝝ maliciã et superbiã: et qũo ipe dauid fuit sublimatus et exaltatus ꝓpter pa/tientiã in aduersis: in illo mysterio ꝓuidit in du/plici spiritu ꝓphetico ꝑsecutionẽ xp̃i et excidium iudeoꝝ et ꝓuidit etiam in spũ ꝑsecutionẽ ecclesie et exitum et exterminiũ oim tyrannoꝝ et exaltatio nem ecclesie et oim sctõꝝ. Et ideo fecit hunc psal mum in quo exhortaẽ oẽs iustos ad patientiã in aduersis ne diffidãt de diuina ꝓuidentia et mĩa. Et sic iste p̃s est simul ꝓpheticus et moralis. naꝫ dauid per exẽpla et p̃cepta moralia intendit p̃di cere ꝓphetice futura mysteria de xp̃o et ecclesia: prout dictũ est in prologo tractatu tertio. regula quinta doctrina tertia. Et ideo primo exponetur moraliter ad vtilitatẽ afflictoꝝ. Scđo breuiter ex poneẽ ꝓphetice de punitiõe iudeorum et ꝑsecu tione christi et ecclesie ne taceatur sacramentum

Exhor/tanẽ iu/sti ad pa tientiã.

in hoc psalmo contẽtum. ¶ Quantum ergo ad p̃s mam expositionẽ diuiditur iste psalmus in septẽ partes ꝯm septem doctrinas in eo contẽtas. Nã primo dõ exhortatur iustos afflictos ad patien/ter ꝑferendas ꝑsecutiones malignorum. Secun do ad ꝑferendas eorum ꝓsperitates. Tertio ad ꝑferendam patienter paupertatem. Quarto ex/hortaẽ iustos ad elemosynas faciendas. Quinto ad obseruantiam diuine legis. Sexto ad studiuꝫ et contemplationẽ legis diuine. Septimo ad ser uandam innocentiam et mansuetudinem et iusti ciam. Scđa ibi. Noli emulari in eos. Tertia ibi. Melius est modicum iusto. Quarta ibi. Mutua bitur peccator. Quĩta ibi. Declina amalo. Sexta ibi. Os iusti medi. Septima ibi. Custodi innocẽ/tiam. ¶ Quantum ad primam doctrinam est ad/uertendum ꝙ licet Aristoteles in fine quarti ethi corum. ponat inter morales virtutes indignatio nem de malo et ꝓsperitatem malorum: tñ hoc in tendit semꝑ cum moderatione et medio, scilicet quantum et qñ et vbi oportet ꝙ non excedaẽ mo/dus et medium virtutis. Ideo dauid non inten/dit in hoc psalmo agere contra morales virtutes immo confirmat eas. Nam multi tempore suo vi dentes malos prosperari et bonos deprimi: diffi debant de diuina prouidentia et iusticia et imita bantur malos et deficiebant ab omni morali vir tute et lege diuina. Hos ergo exhortatur et repre hendit et exhortatur ad fortitudinem, et veritatẽ Dicit ergo dõ. O tu vir afflicte quãtũcũqꝫ pate/ris iniuste persecutionem a malignis noli emula ri in malignantibus. Nota ꝙ emulari est equiuo cum: nam ideꝫ est quod indignari: inuidere: sequi: imitari: aut amare. Hic autem ponitur pro indi/gnari id est noli indignari vltra modum perden/do fidem et desperando de diuina prouidentia et iusticia: videns malignantes contra te preualere et contra alios iustos neqꝫ zelaueris id est ne de fendas facientes iniquitatem sequendo eos. ze/lare idem est quod amare: inuidere: defendere: cõ sortem in amato non pati. Est nihilominus bo/nus quidam zelus quo quis sic intense aliquem amat ꝙ ab omnibus illum cupiat amari et reue/reri: et est malus zelus quo quis adeo feruide ali cui inuidet et eum odit vt optet ab omnibus odi ri et contemni: et idem est de emulatiõe: dicit igi tur ne ames nec defendas facientes iniquitatem quoniam licet ad tempus repugnent et dominẽ/tur: tamen finaliter cadent et tanqꝫ fenum et her ba velociter arescent et marcescent et siccabuntur a viriditate prosperitatis et potestatis: et are/scent et decident et deorsum cadent tanqꝫ olera: scilicet sicut caules et lactuce et cetera olera et le gumina que licet in vere sint viridia: tamen in au tũno siccatur et decidunt. Ideo tu non desperes nec diffidas de diuina prouidentia et iusticia. Sꝫ dicas noli emulari in malignantibus neqꝫ zela/ueris facientes iniquitatem mala videlicet emu/latione seu zelo malo sicut nec fecit moyses q̃ q̃ꝙꝑ ꝓ idolatria aurei vituli de emulatiõe et zelo suc/census multos interfecerit pro eisdẽ tamen prius deuote rogauerat dicẽdo dñe obsecro ignosce eis

aut dele me de libro in quo me scripsisti et huic sen sui multum alludit littera sequens nam sequitur

Beth. xxiij.q.v. c.immo lans. **Spera i dño et fac bonitatē: et i habi ta terrā et pasceris i diuitijs eius.**

Gymel. de.pe.d. ij.c.quis aliqn.§. non tibi dico. **Delectare in domino et dabit tibi pe titiones cordis tui.**

Reuela domino viam tuam et spera in eo et ipse faciet.

Et educet quasi lumen iusticiā tuā et iudicium tuū tanq̄ meridiē: subdi tus esto domino et ora eum.

¶ Spera in domino et fac bonitatem cum proxi mo non offendendo deum et inhabita terrā inter malos eos patiendo et tolerādo et inhabitabis terram viuentium in patria: et pasceris et satia beris in diuitijs glorie eius in premium patien tie et dabit tibi dominus petitiones et desideri um cordis tui. reuela ergo domino viam tuam in hac vita non temporalia sed celestia appetendo sed spera in eo ponendo tuam spem in celestibus: et ipse faciet quod desideras et educet clarā qua si lumen iusticiam tuam. id est pro oibus operib' tuis iustis gloriam dabit et iudicium tuum non erit tenebrosum sicut damnatorum qui iudican tur ad infernum propter mala opera: immo erit clarum et educet deus ipsum tanq̄ meridiem dā do premium in celo et deus approbabit opera bona que sicut lucent coram hominibus: ita luce bunt coram deo ad premium quia in luce sunt fa cta et in gratia. ergo subdit' et obediēs esto sem per domino et legi sue et ora eum: quia non tibi deficiet q: licet patiaris in hac terra mortalium tamen ibi in terra viuentium regnabis.

Deleth. de pe.d. iij.c.§. **Noli emulari i eo q̄ prosperatur in via sua: in hoie faciēte iniusticias.**

¶ In hac scda doctrina exhortatur iustos ne indi gnētur contra deum de prosperitate malorum quia in fine deus deprimit iniustum: et exaltat iu stum: hic autem in futuro. Dicit ergo. O vir iuste noli emulari et indignari in eo qui prosperatur tā in dignitatib' q̄ in in temporalibus: nec i ho mine faciente iniusticias: sed dimitte deo iniuriā Uel exponatur vt supra de mala emulatiōe qua in nullo emulantur etiam occidendo nec enim fi nas peremit fornicatorem cum madiante. id est. zelo malo in proximum sed dei zelo qui bonus et sanctus est: et propterea sequitur.

He. **Desine ab ira et relinque furorem no li emulari vt maligneris.**

De.pe. d.iij. q̄d ergo. **Quoniam q̄ malignantur extermina buntur: sustinentes autem dominū ipsi hereditabunt terram.**

¶ Quoniam qui malignantur exterminabuntur finaliter ab hoc seculo vitam male finiendo et a regno celorum ad penam destinando: sustinētes

aūt dñm. i. patiētes ipsi hereditabunt terrā viuē tium. Per oppositū pctōr malign'. nam in breui morietur in corpe et aīa: et perdet ista tēporalia et futuram gloriā. Jō subdit.

Et adhuc pusillum et non erit pctōr et queres locū eius et non inuenies. Uau. iij' q.i. paratus

Mansueti aūt hereditabūt terram: et delectabūtur in multitudine pacis.

¶ Et adhuc pusillum et breue tempus est. i. viuet breui tempore peccatum: et queres locū. i. psperi tatē eius: et nō inuenies: q: breuit preteribit. mā sueti aūt hereditabūt terrā viuētium. quia beati mites: qm̄ ipi hereditabūt terrā viuētiū. Math v. et delectabūtur in multitudine et abūdātia pacis et quietis perpetue. qm̄ quiescēt iusti ab oī labo re et absterget deus ab eis oēm lacrimā et iam non erit amplius neq̄ luctus: neq̄ dolor. quoniā prima abierunt. Apoca. xxi.

Obseruabit peccator iustum et stri debit super eum dentibus suis. Sain.

Dñs aūt irridebit eū: qm̄ pspicit q̄ veniat dies eius. i.q.d.iiij. c.homi.

¶ Obseruabit pctōr. i. lz pctōr et malign' obser uet et temporaliter vexet et affligat iustum et stri deat dentibus suis. id est cum malicia et ptāte fu rore suo seuiat in eum tamē de' lz pmittat pctō rē ad tēpus affligere iustū tñ nō fauet peccatori: imo irridet eum et decipit eum: q: expectat de' vt veniat dies interitus eius vt puniat eū: q: in hoc decipiuntur peccatores. Nam videntes q̄ faciē do malum magis prosperantur in hoc mundo: ideo putant deum non curare de istis inferiorib' necesse aliam vitam post istam et non cognoscūt qualr de' expectet eos ad penitentiam et thesau rizant peccata vsq̄ ad diem vltionis. Et sic pz q̄ fortuna prospera decipit eos. Ideo ait dd q̄ deus irridet pctōrē malignū expectādo vt veniat dies interitus et vltionis eius vt puniat eum. Uñ deus neminem irridet nec decipit: q: ipe peccator seipsum decipit: sed de' ostēdet eū esse deceptū et irrisum in die interitus et vltionis eius.

Gladium euaginauerunt pctōres: intenderunt arcum suum. Heth.

Ut decipiant pauperem et inopem: vt trucident rectos corde. xi.q.iij. c.qui re sistit.

Gladius eorum intret in corda ipso rum et arcus eorum confringatur.

¶ Gladium euaginauerunt. id est licet peccato res maligni aliquando euaginauerint gladium idest potestatem suam et intendāt arcum sue ma licie vt decipiant pauperem in bonis temporali bus et inopem in amicis et deserrum in fauori bus: et simplicem sine malicia et trucidēt simpli ces et iustos. rectos corde: tñ gladius ipsorū ma lignorum intret: id est intrabit in corda eorū qua

ndicat sicut crudeliter vexarūt et afflixerunt su/ stos: ita crudeliter punientur et eadem mensura q̄ mēsi fuerint iustis: eadem metietur eis: et eodē gladio crudelitatis et tormentorum quo pcusserunt iustos eodem gladio peribunt. Mat. vij. Et sic arcus et fortitudo et potentia eorum confringe/ tur et peribit et finietur et auferetur ab eis: vt patet de pharaone et domitiano et nerone attila: et totila. cuius arcū vidit frangi beatus benedictus Et sic patet q̄ finis malorum est infelicitas.

Decretu. xij. q. j. Clerici. **Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.**

¶ In hac tertia doctrina exhortatur iustum ne desperet in paupertate nec appetat superfluitates pecuniarum et bonorū tēporaliū. Q: natura paucis cōtenta est: sz pferat patiēter paupertatē. B Nā vt plurimū abūdantia bonorū tpaliū est occasio mali in prauis hominib⁹ vt magis possint exercere maliciā suā: vt patet in superbis et luxuriosis: et licet bona tēporalia sint bona bonis et mala malis tamen vt plurimum nocent pter malum vsum et puertūt hoiem. Et sic q̄busdā est melius ipa nō habere nisi solum ad victū necessariū et sic paupertas est ad salutē iustorū: et diuitie ad dānationē prauorū. Et sic paup lz in hac vita patiat penuriā: th i patria satiabit. Per oppositū aūt diues mal⁹ qui hic abūdat in alia vita esuriet vt ptz de lazaro paupere et diuite epulone. Luce. xvj. Dicit ergo nemo desperet pter paupptatē: lz videat prauos bonis tēporalib⁹ abūdare: mā meli⁹ et tuti⁹ et salubri⁹ ē modicū iusto super multas diuitias pctōrū id est magis pdest iusto paupertas: q̄ pctōri multitudo diuitiarū.

j. q. d. iiij. c. homi. **Quoniam brachia pctōrū cōterent confirmat aūt iustos dominus.**

¶ Qm̄ brachia. i. diuitie et fauores tēporales quibus sunt brachia et vires i. quib⁹ pctōres confidebant cōterent et pibūt p mortē temporalē aut quouis alio infortunio vt pz de Creso rege lidorū: et de sardanapalo et dario regibus assiriorū et persarū q̄bus in vita fuit ablata et ptrita potestas. Sz dominus cōfirmat iustos in illa felicitate quorū potestas et felicitas nō auferent: et gaudiū nēo tollet ab eis. Nā paupertas vertetur i eternas diuitias et tristicia eorum vertetur in gaudiū: et gaudiuz eorum nemo tollet ab eis. Jo. xvj. Ex quo patet q̄ diuitie huiusmundi sunt trāsitorie: diuitie aūt spirituales sunt firme et secure et eterne et sufficientes quia satiant habentem. psalmo. xvj. satiabor cum apparuerit gloria tua. Et in illis diuitijs confirmabit dominus iustos in premium et meritum laborum et persecutionum quas passi sunt a peccatoribus et malignis cū patientia et mansuetudine et mundicia cordis.

Joh. De pse. di. v. c. ieiunium. j. q. ij. c. sacerdos. **Nouit dn̄s dies imaculatorū: et hereditas eorum in eternum erit. Non confundentur in tpe malo: et in diebus famis saturabuntur: q: peccatores peribunt.**

¶ Nouit dn̄s dies et vitā imaculatā iustorū: et ideo hereditas felix eorum erit in eternū: q: cōtēpserūt trāsitoria et terrena. et elegerūt celestia et eterna. Jdo benemerito in modico stabūt iusti in magna cōstantia contra eos qui se augustiauerūt et in die famis id est in tēpore quo peccatores esuriēt in inferno. iusti vero satiabuntur in gloria quia tūc peccatores peribunt ex fame et defectu refrigerij glorie. Unde patet q̄ prosperitas malorū est deceptoria et breuis.

Capl. j. q. iiij. c. homini. **Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint et exaltati: deficientes quemadmodum fum⁹ deficiēt.**

¶ Inimici dn̄i illico vt fuerint honorificati et exaltati ad dignitates et ptātes deficiētes deficiēt et cadent. Ut patet de alexandro cuius regnū vix durauit annis. xij. Et de cesare qui vix imperauit vj. annis. Et de phalare et dionysio tyrāno. Ergo est melius modicum iusto super diuitias peccatorum multas.

Mutuabitur peccator et nō soluet iustus autem miseretur et tribuet. j. q. j. nō ē. et. xiiij. q. v. p totum.

B ¶ In hac quarta doctrina exhortatur iustos ad elemosynas faciendas: vt pro bonis temporalibus et transitorijs recipiant bona celestia. Nā elemosyna non est nisi quedam mutuatio et cambium: q: damus terrena parui precij. et recipim⁹ beatitudinem celestem que est precij infiniti: et sic iustus dando terrena recepit celestia. Per oppositum peccator, retinendo et amando terrena temporalia non dando pauperib⁹ recipit penā eternam propter ingratitudinem. Nam nos oēs ista temporalia a deo mutuo accepimus vt pauperibus reddamus. Unde bona tēporalia sunt tertium talentum quod deus hominib⁹ ad negociandum mutuo reliquit ad vsuram. i. vt viuāt de bonis temporalibus sed soluant deo vsuram. id est q̄ subueniant pauperibus xp̄i. Math. xxv. Et ideo auarus abscondit talentum in terra: cum nō vult dare elemosynam pauperibus: quia non soluit vsuram de bonis que mutuo a deo accepit et ideo auferetur ab eo premium illius talenti: et dabitur iustis: vt ptz Mat. xxv. ex quo patet q̄ cum facimus elemosynaz nihil dam⁹ de nostro: sed soluimus vsuram et retribuimus quod mutuo accepimus. Et auarus nō soluit: immo furto retinet quod mutuo accepit cuz negat subuenire pauperibus qui sunt heredes xp̄i ad vsuras. id est elemosynas exigendas. Unde xp̄s in die iudicij dicet. Esuriui et nō dedistis mihi manducare. Nam qd̄ vni ex minimis istis fecistis mihi fecistis. Mat. xxv. Ideo dicit dauid mutuabitur peccator. id est mutuo a deo accipiet bona temporalia: et non soluet vsuram pauperibus elemosynas negando: pro quibus deus diuiti bona temporalia mutuauit. Justus autem miseretur pauperibus et retribuet que mutuo accepit. largiendo elemosynā Et sic satisfaciet debitum quia elemosynam pauperibus dare nihil aliud est nisi debituz soluere:

et cum iustus dat elemosynā: misereret̄ dādo pau
peri sꝫ retribuit deo qđ mutuo accepit. Jđ sequit̄
lamech. Q2 bn̄dicētes ei hereditabūt terram
xxiiij.q.8. maledicentes aūt disperibūt.
iiij.cap. nemo. Apud dn̄m gressus hominis diriget̄
Men. lxxxvi.di et viam eius volet.
stin.fra/ trē nr̄m. Cū ceciderit nō collidetur: q2 domi/
nus supponit manū suam.

¶ Benedicentes deo id est gratias agentes.s.iu
sti: q2 sunt deo grati in dandis elemosynis here/
ditabūt terram: maledicentes aūt scꝫ peccatores
ingrati disperibunt id est vbicūqꝫ peribunt scili/
cet hic et in inferno. Justi autem per oppositum.
nam hic et in futuro premiabuntur. vnde gressus
hominis iusti et via et operatio dirigetur in bo/
num finem per gratiam. et deus volet viam eius
id est acceptabit elemosynas et operatiōes eius
ad vitam eternam. Et etiam tutabit viā eius ne
cadat per impatientiā in blasphemiā et peccatū
dum affligitur a malignis. Et si forsan ceciderit
iustus in aliquod peccatū tamen non collidetur
id est obstinabitur in illo. Quia ex merito elemo/
synarum dn̄s supponit manū ꝛ illuminat eum: vt
surgat a peccato: quia elemosyne releuant homi
nem vt plurimum a peccato. Item lꝫ iustus ceci/
derit ictus et afflictus a malignis: tn̄ deus nō p/
mittit eum tpaliter perire: immo manum suppo/
nit sui auxilij ꝛ releuat eum eruendo de manu im
piorum sicut pluries releuauit athanasium ꝛ am
brosium de persecutione arianorum. Et etiā si iu
stus ceciderit per mortē temporalē tn̄ dn̄s suppo
nit manū releuando eū per gloriā in celo. Et etiā
si iustus ceciderit per paupertatem: tn̄ dn̄s rele/
uat eum prouidendo sibi de victu: q2 beati miseri
cordes: qm̄ miam consequentur. hic ꝛ in futuro.
Quia elemosyne non solū valent ad augmentum
glorie: sed qn̄qꝫ etiam ad augmentum cibi neces/
sarij. Jdeo sequitur.

Nun.s. q.ij.c.sa cerdos. Junior fui etenim senui ꝛ nō vidi iu
stū derelictum: nec semen eius que/
rens panem.

¶ Ego dauid fui puer: et postea senui: sed nūqꝫ vi
di iustum et misericordem totaliter derelictū nec
semen eius querens panem mēdicādo: ꝛ. licet hic
patiantur penuriam bonorum temporaliū tamē
in futuro saturabuntur. ꝛ sic hic vel ibi habēt pre
mium. Ex hoc ptꝫ qꝫ dauid fecit hunc psalmū in
senectute. Et sequitur.

Tota die miseretur ꝛ cōmodat: ꝛ se/
men illius in benedictione erit.

samech. ¶ Justus tota die vite sue dando elemosynas: mi
seretur pauperibus ꝛ cō modat: q2 dando tpalia
recipit spūalia ꝛ eterna. ꝛ ideo semē ꝛ ples eꝰ erit
in bn̄dictione ꝛ abūdantia bonoꝝ etiā tēporaliū
q2 quandoqꝫ dn̄s nō solū retribuit spūalia p ele
mosynis: sed etiā tēporalia. Et etiam per lꝫ semē
eius intelliguntur opera bona que dicunt̄ semi/
na nostra. prime ad Cor.ix.c. Q2 seminauimus
spiritualia: vt colligamus tpalia: ꝛ econuerso: q2
dare elemosynam nihil aliud est nisi seminare tē/
poralia et colligere et metere spūalia. C ¶ Ex
quo ptꝫ qꝫ diuitie auaroꝝ et pctoꝝ sunt inutiles
et sine fructu: diuitie vero iustorū sunt fructuose:
vt ptꝫ in litera hac. Nam sex fructus facit elemo/
syna. Primo q2 dat hereditatē in celo. Scđo diri
git vitam hominis in bonum ne cadat. Tertio si
ceciderit reducit in gratiam. Quarto quia non de
serit hominem in tribulationibus temporalibus
immo liberat. Quinto quia auget bona tempora
lia et liberat a paupertate: vt plurimū. Sexto q2
etiam prosunt filijs temporaliter elemosyne pa/
tris. Maꝫ i septuplū augentur bona temporalia
propter spiritualia et non solum hic: sed in futu/
ro: nam qui seminat in benedictionibus: de bene
dictionibus et metet fructum in vitam eternam.
ij.ad Cor.ix.

Declina a malo ꝛ fac bonū: ꝛ inhabi
ta in seculū seculi. De pe. di.s. qs aliqn̄.

¶ In hac quinta doctrina exhortatur oēs ad ob/
seruandum legem diuinam et precepta tam affir
matiua qꝫ negatiua: que quidem lex nil aliud do/
cet nisi declinare a malo et facere omnē bonum:
quia prohibet omne vitium: et iubet omnē virtu/
tem. Dicit ergo declina a malo implendo omnia
precepta negatiua: et fac bonum implendo affir/
matiua et inhabita id est inhabitabis in seculum
seculi in terra viuentium supple.

Q2 dn̄s amat iudiciū ꝛ nō derelinqt vi.q.i.si omnia.
sctōs suos: ineternū cōseruabūtur.

¶ Dn̄s amat iudiciū: scꝫ iustū q2 nullū bonū irre
muneratum: et amat sanctos suos qui iuste vixe/
runt. Jdeo ineternum conseruabuntur ipsi sancti
non derelicti sine premio.

Jniusti punientur: et semen impio/ Cayn. supra.
rum peribit. xxiij.c.

Justi aūt hereditabūt terrā ꝛ inha/
bitabūt in seculū seculi super eam.

¶ Jniusti punientur et semen id est generatio im/
piorum peribit: punientur equidem si sunt imita/
tores parentum iusti autem hereditabunt terraꝫ
istam per gratiam: et futuram per gloriam: et in/
habitabunt in seculum seculi super eam fruentes
illo bono eterno.

Os iusti meditabit̄ sapientiā: ꝛ lin/ s.q.s. sa cerdos.
gua eius loquetur iudiciuꝫ.

B ¶ In hac sexta doctrina exhortatur omes ad
suge studium et contemplationem legis diuine.
Nam qui occupantur circa studium sacre scriptu
re: primo declinant a malo dum sunt in illa medi
tatione: quia anima satiata in illo cibo spiritua/
li contemnit ista temporalia. Secundo abhorret
peccatum propter penas que leguntur in lege et
punitiones malorum et sic iustus vitat omne pec
catum. Tertio cupit agere omne bonum: cum
legit beneficia collata sanctis viris et vniuersali/

ter odit peccatum et amat virtutes inquantum legendo magis cognoscit: ideo dicit. Os iusti meditabitur sapientiam: id est intellectus et memoria hominis que dicitur os anime meditabitur et contemplabitur sapientiam dei: que maxime in lege domini memoratur. Item os iusti meditabitur. id est loquetur sapientiam legis quam meditatur intus. Et est figura. Ideo sequitur et lingua eius loquetur iudicium id est quod iustum est. Et sic non peccabit per linguam. Et similiter lex dei erit semper in corde et voluntate ipsius iusti cum proposito adimplendi: et sic gressus id est opera eius non supplantabuntur de bono ad malū: nec deprehendetur id est via et propositum eius non frustrabitur, nec deijcietur. Item sicut os meditatur iusticiam: ita lingua loquitur iudicium: quia lingua loquitur ad extra: quod intus concipit intus intelligentia spirituali et loquitur quod iudicat et sentit de lege. Ideo sequitur.

3ad dic. **Lex dei eius in corde ipsius et nō supplantabuntur gressus eius.**

¶ Lex dei in corde et proposito et voce ipsius ad obseruandū: et sic non supplantabuntur gressus eius idest vt non transgrediantur precepta legis operando illam iste est fructus sacre scripture: vt diligamus deum et proximum: et declinemus a malo et faciamus bonum: et sic gressus iusti nunquam supplantabuntur ad male agendum: nec mouebuntur a via iusticie.

Considerat peccator iustum: et querit mortificare eum.

Dominus aūt non derelinquet eum in manibus eius nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

xxiij. q. iij. nō i p pctm̄ et de regu. iur. c. iij. lib. vj.

¶ Oppositum huius est studium peccatoris: qui non dat operam legi. Nam semper cogitat et considerat mortificare et extinguere iustum Sed tamē dominus non relinquet eū in manibus suis: nec permitet vt totaliter extinguat eum licet ad tempus affligat nec peccator damnabit eum cum iudicabitur illi. i. ab illo. Nota ꝙ ly iudicabitur pōt esse impersonale: et sic pot est esse duplex sensus. Primo modo sic peccator non damnabit nec poterit damnare iustum in die iudicij: cum iudicabitur. i. fiet illi iudicium in nouissimo die. Secundo sic: lʒ peccator cogitet et conetur mortificare iustum tamen deus non dānabit eum in nouissimo die cum iudicabitur et fiet iudiciū illi peccatori quasi dicat ꝙ deus nō dānabit iustum: sed peccatorem in iudicio: quod patet de tyrannis. qui lʒ vexauerunt martyres quo ad corpus tamen non potuerunt animam extinguere nec damnare tamen ipsi damnabuntur in iudicio.

Rupb. xxiij. q. j. circa me diū §. j.

Expecta dn̄m et custodi viā eius et exaltabit te vt hereditate capias terram cū perierint pctōres videbis.

¶ Hic exhortatur iustos ad penitentiā in aduersis et dicit expecta dominum ꝙ impij non abibunt sine pena et custodi viam domini: sicut dominus precepit in lege: vt capias terram viuentiū hereditate: id est pro hereditate siue ad hereditatem et premium quam impij consequi non potuerunt. Nam tu videbis cum perierint peccatores. i. videbis eos perire ad penam eternam destinari in die iudicij. Etiā videbis eos quandoque temporaliter perire. Nam.

Uidi impium superexaltatum: et eleuatū sicut cedros libani.

Et transiui et ecce nō erat quesiui eū et non est inuentus locus eius. De pe. di. iij. ic. ꝙꝙ. Et. c. qd ergo tur bamur.

¶ Ego vidi impium Saul cum suis sequacibus malignis: superexaltatum et in dignitate regali constitutum et eleuatum in superbia et prosperitate sicut cedros libani que sunt arbores altissime et in mōte altissimo: et postea transiui per domum suam et non inueni: nec erat ibi: et quesiui locū eius et dignitatem: et nō inueni: nec est inuentus locus et dignitas eius realis: quia perierat cum suis in monte Gelboe: vt patet secundo Regum primo. Et ita est dicendum de Pharaone et Nabuchodonosor et Sennacherib et de omnibus qui vexarunt populum dei.

Custodi innocentiā et vide equitatē qm̄ sunt reliquie homini pacifico. Scdn. xx iij. q. j. parat.

¶ In hac septima et octaua doctrina exhortatur iustos ad innocentiam ne velint reddere malum pro malo: sed orare pro persequentibus nec nocere alicui: sed omnibus prodesse: quia deus est vltor impiorum. Dicit ergo tu iuste custodi innocentiam nemini nocendo et vide et sequere equitatem: et iusticiā: quia innocentia et iusticia sunt reliquie debite homini pacifico et simplici corde vt mereatur premium in celo.

Iniusti aūt disperibunt simul reliquie impiorum interibunt. xxiij. q. v §. vltio.

¶ Iniusti disperibūt id est vndique et vbique peribunt hic et in futuro: et reliquie: id est corpora impiorum simul interibunt cum anima: et sic peribunt in corpore et anima. Et etiā reliquie: id est filij impiorum simul peribunt temporaliter cum patribus: vt patet de Sodomitis et Judeis: et et filij peribunt quo ad animam si fuerint sceleris parentum imitatores.

Salus aūt iustorū a dn̄o: et protector eorū in tēpore tribulationis. Thati. xxiij. q. vj. si res et c. bi q.

Et adiuuabit eos dominus et liberabit eos eruet eos a pctōribus: et saluabit eos q2 sperauerunt in eo.

¶ Salus autem iustorum et liberatio et redēptio erit a domino: quia erit protector eorum in tēpore tribulationis: et adiuuabit eos per gratiā vt patienter tolerēt persecutiōes et eruet eos a peccatoribus ne totaliter extinguāt eos: et finaliter saluabit eos felicitatē eternam conferendo eo ꝙ

speraverunt in eo omni spe et felicitate mundana
postposita. ¶ Sed licet totus iste psalmus fuerit
moraliter expositus de dauid: et pro quocunq; iu
sto afflictoq; per malignos: tñ dauid nõ fuit mi-
nus propheta in hoc psalmo ꝙ̃ in alijs. Naz per
suam persecutionem preuidit persecutionẽ chri-
sti ꝛ ecclesie vt dictum est. Nam sicut Saul perse-
cutus est dauid iniuste retribuendo mala pro bo-
nis ex inuidia: ita populus iudeorum qui tot bo-
na receperat a christo: ex inuidia et malicia perse
quebatur christũ vsq; ad mortem cum falsis testi-
bus. Et sic tyranni persecuti sunt ecclesiaz. Et sic
iusto dei iudicio saul cum om̃ibus suis interijt in
mõte gelboe: quia seipsum interfecit: ita pariter
illa ciuitas fuit euersa et incensa et maior pars
populi trucidata: et perdiderunt regnum et sacer
dotium sicut saul ꝛ domus sua perdidit regnum.
Eodem modo accidit Neroni et Domitiano qui
seipsos interfecerunt. Et ideo dauid fecit hunc
psalmum predicendo prophetice excidium iudeo
rum et tyrannorum persequentium ecclesiam. Et
potest exponi prophetice de eis totus iste psal-
mus. Unde dicit dauid et cetus apostolorum. O
ecclesia christi noli emulari nec indignari in mali
gnantibus iudeis nec tyrannis neq; zelaueris fa
cientes iniquitatem. Nam licet iudei interfecerũt
christum: et tyranni persequantur ecclesiã: tamen
vterq; tanq; fenum velociter et in breui arescent:
et cito decident a dignitatibus et sedibus. Spe-
ra ergo in domino. Nam adhuc pusillum et non
erit: quia post quadraginta annos subuertetur
hierusalem: et postea perierunt etiam tyrãni per-
secutores ecclesie. Et per singulos versus poterit
cognoscere fidelis lector presuppositis pricipijs
sacre scripture et exponere totum psalmum de li-
beratione christi et ecclesie et exaltatione eiusdez
propter innocentiam et patientiam et de excidio
et exterminio iudeorum propter mortem christi:
et de misero exitu tyrannorum ecclesiam persequẽ
tium: et de exaltatione etiaz ecclesie: de saluatio-
ne iustorum hic per gratiam et in futuro per glo-
riam. Nam ad istum sensum cantat ecclesia istũ
psalmum: quia omnia cõtenta in hoc psalmo im-
pleta sunt litteraliter in christo et ecclesia: et syna
goga et cetu tyrannorum.



Omine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.

f.q.liij.ꝛ homini. Supra xj.a.

¶ Titulus psalmi Dauid ad recordandum ex titulo appa-
ret ꝙ dauid fecit hunc psalmũ Sed de materia disceptant he
brei. Nam quidam dicunt ꝙ Dauid fecit hunc
psalmum recordatus adulterium quod commise
rat de Bersabee. Ranbi autem dicit ꝙ dauid in
hoc psalmo introducit adã harison: idest primuz
hominez qui enumerat omnes miserias suas que
sibi ex illo peccato prouenerunt. Sed vtriq; istorũ
dicunt verum in parte: sed quia deficiebat eis lu-
men fidei: ideo non potuerunt peruenire ad totã
perfectionem veritatis. Ideo est aduertendum ꝙ
ipse dauid in illa persecutione filij sui absalon: re
cordatus fuit ꝙ illam persecutionem patiebatur
propter adulteriuz bersabee: sicut predixerat sibi
nathan scilicet ꝙ filius surgeret de domo sua cõ-
tra eum et dormiret cum vxorib' suis: vt patet. ij.
Regum. xij. Et ideo tunc recognoscens hec sibi
euenisse ex peccato carnis et ex corruptione con-
cupiscentie quã omnes traximus ex adam. Tunc
incepit detestari vitium et corruptionem carnis ꝛ
fomitez concupiscentie in seipso retorquẽdo pec
catum in ipsum adam: qui transtulit hoc vitium
in posteros ꝑ libidinosaz generationẽ. Sed post
ꝙ̃ fuit dauid liberatus a persecutione filij absalõ
eo ꝙ patienter tulerat persecutionem et frequen-
ter meditaretur in supradicto vitio carnis con-
tracto ex adam fuit sibi reuelatuz a spiritusancto
qualiter christ' nos debebat liberare a culpa pre
dicti peccati per passionem suam et ecclesiastica
sacramẽta. sicut impletũ fuit in baptismo in quo
deletur nobis originale peccatum et etiam mor-
tale si inest. Et licet non tollat concupiscentiam
carnis vt non sit: tamen tollit eam vt non impute
tur vt ait Augustinus libro de nuptijs: et tamẽ to-
taliter tolletur concupiscẽtia et omnis corruptio
cum penalitatibus in generali resurrectiõe. Hoc
ergo preuidens dauid in spiritu introducit adam
loquentem in hoc psalmo qui defleet casum ꝛ cul-
pam suam. et miserias et penalitates in quas in-
cidit propter peccatũ inobedientie: a quibus om
nibus petit per christuz liberari in suo aduẽtu. A
¶ Sed ad maiorem intelligentiã est vlterius no- Adaz .i.
tandum ꝑm aplm. i. Ad Cor. xv. ꝙ adam idem est hõ. et est
ꝙ homo. Nam quẽ nos hominẽ vocamus hebrei duplex.
appellant adam. Et sic reperitur duplex adam.
Unus dicitur primus adam qui est principiũ car
nis et omnis peccati. in quo omnes peccauimus:
quia transtulit peccatum suum et omnes penali-
tates per generationem libidinosam in omnes
posteros. Et iste fuit forma futuri et secundi adã:
scz christi. Scd's adam fuit xp̃s qui fuit figuratus
per oppositũ in illo primo. Nam sicut ille per in-
obedientiam fuit expulsus a paradiso: et incidit
in omnem miseriam: et fuit principiũ omnis pec
cati transferẽdo in omnes posteros per libidino-
sam generationẽ: ita christus per oppositum: scz
per obedientiam fuit principium omnis gratie
quã gratiã transtulit in omnes fideles ꝛ membra
sua per generationẽ spiritualez: scz per baptismũ
et liberauit a predicta captiuitate et miseria: et re
duxit nos in felicitatem amissam in adam. Pri-
mus ergo adam dicitur homo vetus: quia omnes
in peccõ inueterauit. Secũdus dicitur adã nouus
quia omnes nos renouauit. Primus dicitur adaz
de terra terrenus. Secundus dicitur de celo cele-
stis. Omnes ergo fideles qui fuerunt inter primũ
adam et scdm habent duplicem respectum: quia
participant vtrũq; adam. Nam a primo adã tra
ximus peccatum et fomitem cum omnibus pena
litatibus. A scdo vero. i. a xp̃o traximus oẽm gra-
tiam. per quã absoluimur ab omni culpa contra-
cta in adam et perpetrata occasiõe illius. Nã vt

dictũ est sepius cõcupiscẽtia ⁊ fomes carnis per contactũ causat culpã originalẽ in anima et per consensum causat peccatũ mortale in voluptate a quibus nõ absoluimur: nec liberamur nisi p gratiam christi. Et sic omnes portamus duplicem imaginẽ: scꝫ imaginẽ primi adã que est concupiscentia et fomes cũ penitẽtialib⁹ et in anima culpam: sed remota culpa anime portam⁹ imaginẽ xpi: ⁊ characterẽ baptismi et cõfirmatiõis. Et iõ per carnẽ oẽs dicimur filij adam ⁊ facimus vnuꝫ corpus cum eo ⁊ sumus eius membra. Primo ergo adam cum oibus suis posteris prout hꝫ fidem xpi: dicuntur vnus adã mysticus et vnũ corp⁹ xpi in suo capite adam secundo liberatũ et redẽptuꝫ. Et iste adã peregrinatur exul per hũc mundũ vsqꝫ ad iudiciũ. Nam primo peregrinatus est vsqꝫ ad christũ in quo fuit saluatus: nunc aũt adhuc peregrinatᵣ vsqꝫ ad scõm aduentũ: in quo sperat glorificari. Nam primo expectabat christũ vt redimeret: sed nunc iam redẽptus expectat scõm aduentum vt totaliter liberetur a penalitatibus corporalibus: sed cõtinue orat ⁊ petit gratiã vt pseruetur ne incidat in petm̃: et surgat a peccatis que cõmisit. Et iste homo fortiᵣ multa noĩa hꝫ diuersos respectus. Nã vt est cõgregatio fideliuꝫ dicitᵣ ecclesia christi siue ciuitas dei: sed vt videt deum per fidem: dicitur israel: et vt surripuit benedictioneꝫ a synagoga dicitur Jacob: sed vt fuit vulneratus in adam et peccauit in eo dicitur adã sauciatus. Et est ille homo q̃ descendẽs ab hierusalẽ in hierico incidit in latrones. Luc. x. Iste ergo adã vulneratus ⁊ sauciatus introducitᵣ in hoc psalmo deflens casum suum ⁊ miserias et corruptionẽ carnis quã incurrit in adam ⁊ petit liberari per xpm Et sic patet ꝙ dauid fecit hunc psalmũ in persona totius corporis mystici prout traxit corruptionem et miseriã ab adam quas miserias dauid expertus est in ipso. Et sic cantat ecclesia hunc psalmum in persona corporis mystici siue mẽbrorum xpi. adeo ꝑponitur in titulo psalmus dauid ad recordandũ. Quia in hoc psalmo iste adam mysticus recordatur et memorat oẽs miserias quas cõtraxit ex illo peccato. Duo ergo facit. Nã primo recordatur ⁊ memorat et defleet miserias ⁊ penas intrinsecas corpis et anime in quas incidit. Secundo penas extrinsecas: scꝫ persecutiões ⁊ afflictiões ab extraneis inimicis: ibi amici mei et proximi. Quantũ ad primũ dictũ est psalmo. vj. ꝙ per iram intelligit diem mortis: ⁊ per furorẽ diẽ iudicij. Et ideo iste adã mysticus petit liberari a peccato per xpm anteꝙ veniat dies obitus sui ne moriatur impenitens et in ira dei ⁊ petit liberari ante diem iudicij: ne in furore ad eternã penã ꝯdemnetur. Dicit ergo. O domine iesu christe veni ad liberandum me per mortem et passioneꝫ et per gratiam ne moriar sine gratia et penitentia: et ne arguas me in furore tuo i die iudicij: et ne corripias me in ira tua in die obitus mei. Nam qui moritur in peccato moritur in ira dei. et sic veni ad liberandum me anteꝙ peream.

Nota. | Misserie deflẽde. | De pe. di. v. j.

Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi et cõfirmasti super me manũ tuã.

Quoniã sagitte tue sũt. scꝫ corruptio carnis ⁊ fomitis ⁊ penalitates infixe sunt mihi: postꝙ peccaui: ⁊ tu cõfirmasti manũ sententie tue super me quando fui expoliatus et sauciatus: et dixisti maledicta terra in opere tuo. Et ideo.

Extra de principium.

Non est sanitas in carne mea a facie ire tue non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Non est nec mansit sanitas in carne mea: qm̃ ex quo me proiecisti a facie ire ⁊ sentẽtie tue. non est nec remansit pax in ossibus et visceribus meis a facie et culpa peccatorũ meorum. per faciẽ enim noticia designatur: idest a noticia publica peccatorum meorum: quia in corpore et anima fui vulneratus et sauciatus. Unde ante casum cuꝫ eram in statu innocentie eram in summa libertate quia caro obediebat et libere conformabatur rationi absqꝫ contradictione sed ilico post peccatum taliter fuit caro et sensualitas corrupta ꝙ ilico insurrexit aduersus animã et spiritũ vehementi rebellione. Et sicut nõ est sanitas in carne mea: nec pax in ossibus meis: sed cõtinua et grauis pugna carnis aduersus spiritũ et rationem: et hanc penam incurrimus propter sententiã ire tue. Et nota ꝙ si la sententia dicitᵣ tota cum ira aut furore. Non ꝙ in deo sit formaliter ira aut furor: sꝫ effectiue recipitur in nobis talis sentẽtia ad modum ire ⁊ furoris vt dictum est psalmo. vj. Nam quelibet humana sententia capitalis exercetur quasi cum ira et furore. tamen intantum dicitur fieri cum ira inquantum reus iudicatur ad mortem tanꝙ inimicus regis siue reipublice. Sed executio sententie dicitur fieri cum furore. quia siue misericordia corripitur: siue rapitur reus per carnificem et punitur et interficitur: ita proprie factum est in adam: nam primo deus iudicauit ipsum ad duplicem mortẽ et ad exilium. Secundo precepit angelis vt cum furore exequerentur sententiaꝫ datam: cũ dixit, eijcite foras ne forte comedat de ligno vite: vt viuat in eternum. sic raptus et correptus fuit adam cuꝫ furore: et eiectus de paradiso in exiliuꝫ: scꝫ in hãc vallem lachrymarum et pro tunc iam corporaliter incepit mori: vt ait Augu. idest tendere ad mortem per successionẽ dierum. quicquid enim retro est mors tenet vt ait Seneca ad lucillũ. Nam licꝫ sit segnis tamẽ ad ipsam properamus ipsi vt ait Seneca in hercule furente. Ideo dicit adã. O dñe ne arguas me in furore tuo. ne arguas me. i. nõ velis me punire in eternũ. ꝑm sententiã datam in furore tuo: sed reduc me in gratiam tuam. neqꝫ corripias me in ira tua. i. non in eternũ maneas in illa sententia et executiõe. qua cum ira et furore me a facie tua eiecisti: et ad mortem corporis et anime destinasti: sed veni in carnẽ: et libera me ⁊ redde mihi felicitatem et hereditatem amissam.

xv. q. j. si concupiscentia.

Quoniã iniquitates mee supergresse sunt caput meuꝫ: et sicut onus graue grauate sunt super me.

viij. di. capitulo.

De pe. dis.iij.c. totam. Et dist. iiij.§.si.

Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee.

¶ Non est sanitas in carne mea: nec pax in ossib⁹ meis: postꝙ̄ eiectus sum a facie tua: quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum.i.animam et rationem meam obscurarunt et peruerterunt nam ratio que dicitur caput totius hominis superatur et trahitur a carne. Et sic peruersa in iudicando dicit malũ bonũ ⁊ bonũ malũ. ⁊ iste iniquitates grauate sunt super me sicut onus graue. Nã sicut iumentũ grauatum magno onere vel pondere excedente nõ põt libere ambulare: ita homo oneratus onere fomitis et concupiscentie et corruptionis carnis ⁊ penalitatum non potest moueri ad bonum agendum nec potest vitare casum sed frequenter cadit et leditur et paruis lapidibus peccati scandalizatur et labitur. Et totũ hoc traximus a primo adam ex illo peccato: et illud onus traximus a conceptione libidinosa ⁊ natiuitate. Et licet anima sanctur per gratiam christi a vulnerib⁹ sagittarum infixarũ per baptismum et penitentiam aut circuncisionẽ ⁊ sacrificia ante christi aduentum: tamẽ quia manet viciũ in carne. Ideo ex tali vicio et corruptione et fragilitate frequenter cado in peccatum et sic corrupte sunt cicatrices mee ⁊ putrefacte sunt a facie insipientie mee: quia omne peccatum prouenit ex insipientia: inquantum ratio iudicat malum bonum et econtra non resistit sensualitati et carni: et sic omnis peccator dicitur insipiens et ignorans. Et sic.

xlix.dist. c.i.§.gibbosus.

Miser fact⁹ sũ ⁊ curuat⁹ sũ vsqꝫ in finẽ: tota die cõtristat⁹ ingrediebar.

¶ Miser factus sum.q: seruus et captiuus peccati q: non est maior miseria ꝙ̄ peccato seruire. Ideo sequitur et curuatus et contristatus tota die ingrediebar nam sicut bestia vel homo excessiue oneratus pondere corporali et nimio excessu incedit tristis et curuatus non libere valens ambulare: ita peccator oneratus peccatis est curuatus et obliquus in anima et ratione et consciẽtia non valens resistere futuris peccatis nec surgere nisi per gratiam christi releuetur et erigatur et rectificetur a curuitate rationis et conscientie ⁊ in tali statu: nec potest letari nec gaudere: sed tristis et curuus incedere timendo futuras penas propter peccata ⁊ conqueritur specialiter de corruptione et vicio carnis dicens.

vi.q.ij.c. j.

Qm̃ lũbi mei impleti sunt illusionibus et nõ est sanitas i carne mea.

¶ Lumbi mei impleti sunt illusionibus.i.tentationib⁹ carnalib⁹: q: luxuria est in lũbis: vt dñs d diabolo ad Job loquitur dicens. Virtus eius in lumbis eius et fortitudo illius in vmbilico ventris eius. ¶ Ad cuius intelligentiaꝫ est notãdum ꝙ licet de⁹ creauerit aĩam liberã ⁊ corpus tñ post petm̃ aliqua pars corporis mãsit aliquo mõ diabolo subiecta inquantuꝫ sibi aliqñ a deo pmittitur vt pꝫ Job.j. Quia diabolus nũquam potuit supra corpus Job. vsqꝫquo fuit sibi a deo permis-

corporis corruptio.

sum. Sed habebat diabolus potestatẽ speciales supra aliquam partem corporalẽ hoĩs.s. supra partes pudẽdas hoc est supra gẽitalia taꝫ viri ꝙ̄ mulieris non ꝙ diabolus possit eos cogere ad coituꝫ sꝫ ꝙ põt allicere et tẽtare: ⁊ ille partes magis sunt pne ad obediẽdũ diabolo ⁊ fragiles ad resistenduꝫ tentationibusꝙ̄ cetere partes corpis ⁊ hoc puenit ex peccato et inobedientia primoꝝ parentum. Et ideo diabolus sepius et multipharie obiicit homini obiectũ ad luxuriãdũ nõ solũ in presentia mulierũ: sed etiã in absentia. Et non solũ in vigilia: sed etiã in somno ⁊ somnijs. Et sic continue ducit illusiones hominibus. ⁊ iõ petm̃ luxurie est generali⁹ ceteris nisi quis p spãlẽ gratiã preseruetur. Ideo ait lumbi mei in quibus est principiũ ⁊ radix luxurie: impleti sunt illusionib⁹ et tentationibus carnalibus et sic nõ est sanitas in carne mea. Hoc forsan dicit quia tota natura intantum fuit corrupta: ꝙ nullus inuentus est sine hoc vicio nisi sola virgo maria que per gratiã fuit pseruata ⁊ puẽta: vt ait aug. eo ꝙ in ea fomes totaliter fuit extinctus. Sed ceteri puri hoĩes nõ fuerũt imunes a fomite licet quidã fuerunt liberati ab actu peccandi sed nõ a fomite et tentatione. Nam apostolus qui iam erat perfectus et in gratia confirmatus: tñ cõquerit de stimulo carnis ipm colaphisante: sed gaudet q: data est sibi grã xpi ad resistẽdũ. Ideo dicit adã lũbi mei.i.filij lũborum meorum sunt impleti illusionibus luxurie ex fomite cõcupiscentie. et non est sanitas in tota carne mea.i.in oĩbus filijs meis naturaliter generatis nisi quis preuentus fuerit gratia christi. vt patet de vgine maria. Et ideo subdit.

De pe. dist.ij.§. opponitur.

Afflict⁹ sum ⁊ humiliat⁹ sũ nimis rugiebam a gemitu cordis mei.

¶ Afflictus sum a tali pena et corruptione: et humiliatus id est deiectus et prostratus sum nimis a libertate priori in presentem miseriaꝫ. Et ideo considerans felicem statum a quo cecidi: et miserum statum in quem incidi semper rugiebam tanꝙ̄ leo siue tãꝙ̄ leena qñ rugitu vult suscitare filios suos quos mortuos peperit: ita ego adam continue rugiebam dico a gemitu cordis mei cum magno dolore et contritione propter peccatum in se: et propter damnum reminiscendo felicem statum quem perdidi et miserum in quem cum tota mea posteritate incidi.

de pe. d. j.c.in actione.

Dñe ante te oẽ desideriũ meũ: et gemitus me⁹ a te nõ est absconditus.

¶ Hic adam petit liberari per christum cui ante dixerat. Domine ne in furore tuo. D ¶ Ad cuius intellectum est aduertendum sm̃ Augu. ꝙ iste homo mysticus languidus et vulneratus fuit figuratus per illum languidum quem christus sanauit in probatica piscina. Joban.v. Nam sicut ille languidus iacebat iuxta illam piscinam habentem quinqꝫ porticus in quib⁹ iacebat multitudo magna lãguentiũ: ita aĩa cuiuslibꝫ filiorũ adã iacebat lãguida ⁊ egrota in piscina hui⁹ corporis mortalis et corrupti: habẽtis quinqꝫ porti-

no. de lãguido in pbatica piscina.

tus.i.sensus exteriores. ꝛ quinqꝫ interiores ĩ quibus iacebat multitudo passionũ et infirmitatuꝫ tam spũaliuꝫ ꝙ corporaliũ quas traxerat ex adã Et sic corpus nostrũ sic corruptum ꝛ sauciatum nihil aliud est nisi piscina et portic⁹ infirmitatũ et vitiorũ. Sed per hoc ꝙ ille lãguid⁹ nõ potuit sanari vsqꝫ quo venit xp̄s ad piscinã fuit figuratum ꝙ totum genus humanum nõ poterat sanari a languore peccati nisi per xp̄m venientem ad piscinam huius mundi. Hoc ergo preuidens dauid in spũ in persona totius hominis mystici sauciati et languidi vocat xp̄m vt veniat in carnem ad sanandos languores quos supra memorauit vnde dicit. O domine iesu licet cum ira et furore proieceris me a facie tua in tantam miseriam: tamen nõ diffido nec despero de tua mĩa quia semper spero ꝙ tu venies in carnem ad liberandum me: ideo omne desideriũ et spes mea est ante te. et gemitus meus a te non est absconditus q: cõtinue ago pñiam de peccatis et spero aduentum tuum q: sub hac fide xp̄i venturi intendo saluari cum tota mea posteritate. Unde penitẽtia ipsius adã legit̃ Sap. x. vbi dicit̃ hec illũ qui prim⁹ creatus est hõ pater orbis terraꝝ eduxit a pctõ suo. Ex hoc patet ꝙ dauid dirigit hunc psal. in christum qui est finis legis et saluator. Nã dauid sciebat ꝙ adam et ipse et ceteri non poterant saluari: nec a peccato liberari nisi p xp̄m in cuius fide omnes saluati sunt. Ideo dicit. domine ante te est omne desiderium meum: quia.

iij.q.i.c. nulli.

Cor meũ conturbatũ est: dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meoruꝫ et ipsum non est mecum.

¶ Cor meũ ꝛ ratio ꝛ tota aĩa cõturbata est et appetitus peruersus ex pctõ. ꝛ dereliquit me virtus mea: quia sauciatus nõ possuꝫ pctõ resistere nec bonum agere. Et hoc non solum quo ad voluntatem sed etiam lumen oculorum meorum: scilicet intellectus et rationis dereliquit me: et ipsuꝫ lumen non est mecũ q: perdidi ip̄m ꝑpter pctm̃.

quattuor bona habuit adã añ pctm̃

C ¶ Unde notãdũ ꝙ inter cetera quattuor bona habuit adã ante peccatũ. primo obedientiã libe rã carnis ad aĩam: ꝛ sensualitatis ad rationẽ. Secundo libertatem et immunitatẽ ab omni pena ꝛ miseria corporali: q: erat immortalis et impassibilis vt sic. Tertio scientiam inditam oĩum rerũ naturalium. Quarto obedientiam oĩum aĩaliũ ꝛ vsum omnium rerũ creataꝝ ad vsum sui ꝛ amicitiam parẽ alioꝝ hominũ. Sed oĩa ista ꝑdidit ex pctõ. Nam primo caro surrexit aduersus animã. Scdo incidit ĩ oẽs miserias et penas corporales scꝫ famẽ: sitiꝫ: laborẽ: dolorẽ et mortẽ. Tertio incidit in ignorãtiã: q: qñ nascimur anima nostra est tanꝙ tabula rasa in qua nihil depictuꝫ est. iij. de aĩa. Quarto ĩcidit in miserias exteriores scꝫ in ꝑsecutiones et in inuidiã ꝛ irã alioꝝ hominũ. De tribus primis cõqueritur ĩ tota ista prima parte et breuiter in hoc versiculo cum dicit̃. Cor meum cõturbatũ est. i. appetitus ꝑuersus est in me ꝛ virtus mea naturalis et libertas sanitatis membrorum ꝛ fortitudo dereliquit me. ꝛ lumen ꝛ virtus intellectus agẽtis ꝛ sciẽtia mihi indita dereliqt me et ip̄m lumẽ ꝛ sciẽtia nõ est mecũ: imo aĩa mea in sui principio est tãꝙ tabula rasa in qua nihil depictũ est ꝛ sic nõ possum adipisci sciẽtiã naturalẽ nisi per magnũ ꝛ longũ studium: nec scientiaꝫ de rebus diuinis nisi spirituali reuelatione.

Amici mei ꝛ proximi mei aduersuꝫ me appropinquauerũt et steterunt.

vi.q.i.c. oues. §. ipsa.

D ¶ In hac secunda ꝑte cõquerẽdo: recordatur et memorat quartum beneficium quod amisit ꝑ peccatum miserias exteriores in quas incidit: q: incidit in irã et odium: et persecutionẽ ꝛ inuidiã malorum nam si adam non peccasset omnes homines fuissent vnanimes sine inuidia ꝛ ira: ꝛ sine odio ꝛ nõ esset ꝑsecutio nec rixa. Ideo dicit. Nõ solũ perdidi bona interiora sed etiã exteriora: ꝛ incidi ĩ multitudinẽ ꝛ multiplicationẽ miseriarũ exteriorũ. Nã amici mei et proximi mei aduersuꝫ me appropinquauerũt vt mihi nocerent et lederent lingua et manu. et steterunt aduersum me vt depredarentur et occiderẽt. Nam chain motus zelo inuidie insurrexit et occidit abel frẽm suum. Et ante diluuiũ insurrexerunt filij hominũ cõtra filios dei. i. mũdani cõtra bonos et fideles ꝛ ciuitates diaboli cõtra ciuitatẽ dei. Quia illico diuisus est mũd⁹ in duas ciuitates: dei: scꝫ ꝛ diaboli Et sic successiue semper ciuitas diaboli ꝑsecuta ẽ ciuitatẽ dei. Et illico post diluuiũ Chain ꝑsecut⁹ est patrẽ suũ Noe. ꝛ fratrẽ suũ. Sem. ꝛ diuisi sunt tres fratres per tres partes mũdi. Itẽ filij nembroth ꝑsecuti sunt abraã. ꝛ ismael ꝑsecut⁹ ẽ isaac et esau iacob. ꝛ vniuersaliter filij carnis ꝑsecuti sunt filios ꝓmissiõis. Et pharao cũ egyptijs ꝑsecuti sunt ꝛ oppresserũt filios israel et vniuersaliter ppl's gẽtilis populũ dei et ecclesiã xp̄i. Et sic vsqꝫ ad cõsummationẽ seculi semper ciuitas diaboli terrena persequet̃ ciuitateꝫ dei et ecclesiã qꝺ totũ prouenit ex peccato primoꝝ parentum. Et hoc est qꝺ dicit: et conqueritur hic adam Nã oẽs amici mei et proximi et fratres q: omnes sumus filij vnius dei per creationem: et vnius primi hominis per generationem naturalem: et sic debeãremus esse concordes et vnanimes: sed omnes qui diuisi sunt a ciuitate dei et sunt in ciuitate terrena: appropinquauerunt aduersum me. et steterunt contra me: vt me lederent et depredarentur ꝛ opprimerent et occiderẽt vt patet de chain ꝛ chã de chaldeis: de ismael ꝛ de esau ꝛ pharaõe et moabitis et de amonitis et tyrannis contra ecclesiam Ideo subdit.

Et qui iuxta me erãt de longe steterunt et vim faciebant qui querebãt animam meam.

xxiij.q. iiij.c. secundum

¶ Qui iuxta me erant per coniunctionem et consanguinitatem carnis de longe steterũt a religione fidei: quia relicto deo creatore declinauerunt ad idola que non sunt dij sed creature et lapides et ligna. Et sic insurrexerunt contra me et vim faciebant ꝛ violenter querebant animam meaꝫ: ꝛ vitam meam delere ab hoc mundo.

vi.q.5.§. desiare. **Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates ꝛ dolos tota die meditabantur.**

¶ Querebāt mala mihi.i.pagani ꝛ infideles locuti sunt vanitates ꝛ meditabant dolos ꝯtra me tota die. Or semper infideles machinabant ꝯtra populum dei tam ante aduentum xpi ꝙ post. xxiij.q.i.§.primo

Ego aūt tanꝙ surdus nō audiebā ꝛ sicut mutus nō aperiens os suum.

¶ Ego aūt dicit ecclia nō audiebā tāꝙ surdus.i. semp patiēter ferēs psecutiones tyrānorū nō rñdebam ad maledicta eorū ꝛ erā sicut mut⁹ nō aperiens os suū vt cātat ecclia de martyribus. Ceduntur gladijs more bidentiū nō murmur resonat:nō querimonia:sed corde tacito mens bene cōscia conseruat patientiam. Et ideo sequitur. xxiij.q.5.iij.c.sex differentie.

Et factus sum sicut hō nō audiēs et nō habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te dñe speraui tu exaudies me domine deus meus.

¶ Quia non expectabam auxilium hominum:sed tantum quoniam in te speraui. ¶ Et sic potest tota ista secunda pars exponi in persona ecclesie que conqueritur de suis persecutoribus. Sed forsan melius est ꝙ in toto isto psalmo loquatur christus qui est secundus adam. Nam dictum est sepius ꝙ christus tantum traxit ꝛ sponte assumpsit penalitates et culpam a primo adam .eo ꝙ christus erat passurus penā pro culpa ipsius primi adam et suorum. Sed postea christus vniuit sibi primum adam cū suis in vnitate mystica per fidem. Sed quia tanta est ista vnitas inter caput et suum corpus misticum ꝙ communicātur idiomata vt dictuꝫ est:ideo christus caput sepe loquitur in persona mēbrorum.et peccata eoruꝫ dicit esse sua postꝙ pro eis patit et soluit. Et ideo christus duo facit in hoc psalmo. Nam primo loquitur in persona primi adam ꝛ suorū quod dicitur corpus mysticum christi:et defiet peccata ꝛ penalitates quas traxit ex peccato. Secūdo xps in persona suiipsius defiet ꝛ memorat penas ꝛ afflictiones quas passus est pro peccato primi adam et totius corporis mystici:ibi amici mei et proximi. ¶ Quantum ad primum dicit xps ad patrem. O domine pater ne arguas me idest membra mea in tuo furore idest secundum sententiam datam in tuo furore:quādo eiecisti adam de paradiso terrestri. Neꝙ corripias me ineternum pro illo peccato membra mea puniendo. quoniā sagitte sententie tue infixe sunt mihi. Et sic exponatur prima pars ꝙ christus loquitur in psona primi adā cum tota sua posteritate fidei quod dicitur corpus mysticum sicut supra expositum est:nihil mutando nisi personam christi inquantum loquitur pro suo corpore. ¶ Amici mei. In hac secūda parte postꝙ christus defleuit et memorauit peccatū et corruptionem et fomitem quam incurrit adaꝫ ex inobedientia: tunc loquitur in persona sui et defiet et memorat penas ꝛ psecutiōes quas passus est pro peccatis membrorum et primi adam. Unde duo facit. Nam primo facit quod dictū est Secūdo petit liberari ibi.ne dereliquas me. Dicit ergo christus amici mei iudei quibus tot bona operatus sum et feci filios eorum sanando et suscitando a mortuis et proximi mei de tribu iuda aduersum me appropinquauerūt necē meam perpetrando.et steterūt.idest instanter aduersati sunt et qui erant iuxta me amicitiam simulando postea tempore passionis a longe steterunt quia auxilium negauerunt:immo se inimicos ostenderunt.et ipsi qui querebant animam meā faciebāt vim:idest ad posse laborabant animam idest vitā meam auferre. Et etiam apostoli qui erant iuxta me et in societate mea tunc tempore captiōis steterunt longe a me:quia me relicto omnes fugerūt et sic iudei et ministri qui querebant animam meā et vitam meā perdere faciebant vim q: ligarunt me.et violēter me trahebāt. Et ipsi inqrētes mala mihi locuti sunt vanitates et falsa testimonia ꝯtra me in domo āne et cayphe et pylati.ꝛ sic tota die meditabātur dolos et fraudes cōtra me accusando corā pylato. Ego aūt dū mihi conuicia et falsa testimonia improperarunt:tanꝙ surdus nō audiebam.i.ac si essem sicut surdus nō respondebā.et eram sicut mut⁹ nō aperiens os suū et factus sum tacens:sicut homo nō audiēs ꝛ nō habens in ore suo redargutiones nec responsiones ad satisfaciendū iniurijs ꝛ falsis accusationibus. intantuꝫ vt vehementer miraretur preses ¶ Qm̄ in te dñe speraui. Hic reddit xps causam quare ita patienter sustinuit illa cōuicia:et dicit ꝙ nō pro se sed pro mēbris patiebatur. Ideo tripliciter cā patienter passus est. Prio vt pro pctō superbie et inobedientie ipsius adā satisfaceret. Scdo vt esset exēplū martyrib⁹ et fidelib⁹ in futurū vt patiēter tolerarent persecutiones. Tertio quia propter patientiam et humilitatem se sperabat resurrecturum in capite et membris. Ideo dicit qm̄ in te dñe speraui in tota illa psecutione ideo tu exaudies me dñe de⁹ me⁹ me resuscitādo et membra mea tibi recōciliando. Et hec est prima et scda cā q̄re tacui:ꝛ patiēter tuli. Tertia est. xxiij.q.i.§.i.circa medium.

Or dixi neqñ supergaudeant mihi inimici mei et dum cōmouentur pedes mei sup me mala locuti sunt.

¶ Quia dixi hec volo pati:neqñ inimici mei gaudeant imo testentur de mea resurrectiōe.ꝛ pedes mei idest apostoli et martyres et vniuersaliter omnia membra mea commouentur et affligunt. ꝛ magna locuti sunt sup me.i.locuti fuerūt tyrāni sup me:tūc ipsa mēbra mea ferāt patiēter exēpla xxiij.q.iij.ca.ꝙ xps.

Qm̄ ego in flagella parat⁹ sum ꝛ dolor meus in conspectu meo semper.

¶ Qm̄.i.ppter causas supradictas ego sum paratus tota die in flagella toleranda pro mēbris meis:et dolor meus est semper paratus in cōspectu meo pro eis .idest semper ppono p eis pati. Et ideo in persona membrorum subdit.

xpus deflet penas peccatorum.

de pe.d. s.quasi per totum. **Quoniam iniquitatem meam annunciabo et cogitabo pro peccato meo.**

¶ Quoniam iniquitatem meam. s. membrorum meorum annunciabo: et confitebor in cruce et cogitabo pati pro peccato meo. scilicet membrorum.

vi.q.s.c. quiescite. **Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique.**

vi.q3 s. sunt plurimi. **Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.**

¶ Hic reddit causam quare moti sunt iudei ad persequendum christum: et dicit quod tota causa fuit quia predicabat et sequebatur iusticiam et virtutes opere et doctrina. Dicit ergo autem propheta. inimici mei iudei viuunt et prosperabuntur. et confirmati. i. roborati et fortificati sunt super me: et multiplicati sunt inique qui oderunt me retribuentes mihi mala pro bonis. s. illis quibus impenderam multa beneficia filios eorum sanando. Et isti tamen ingrati detrahebant mihi et accusabant coram pylato. Et totum hoc fecerunt quoniam sequebar bonitatem. Primo faciendo. Secundo docendo. quia in predicationibus meis improperabam eis peccata legis et predicabam contra eorum auaritiam et superbiam et symoniam: et cetera vitia. et quia eram dissimilis operibus eorum.

xxiij q.s. parat. **Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.**

¶ Ne derelinquas. Hic petit liberari per resurrectionem in capite et membris. dicit ergo christus O domine deus pater ne derelinquas me diu in posse iudeorum et ne discesseris a me. Sed.

s.q3. iij. c. ira. et xxiij. q. s. parat. **Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee.**

¶ O domine deus salutis mee intende in adiutorium meum me tertia die resuscitando vt possim mea membra tibi reconciliare: et per meam resurrectionem eos ab vtraque morte resuscitare. Item ista vltima particula potest esse vox prophete ad christum dicens. O christe domine deus et saluator accelera aduentum tuum: et ne me derelinquas in potestate diaboli et in hac miseria. Sed tu qui es deus salutis mee quia es vere saluator. Ideo vocaris iesus: intende ergo in adiutorium meum et redemptionem meam per passionem. Iste psalmus est tertius in ordine psal. penitentialium. Ideo vltra sensum mysticum potest exponi moraliter in persona cuiuslibet penitentis. Et sic recitat ipsum ecclesia in diebus ferialibus in persona cetus penitentium. Unde conqueritur ecclesia de diabolo et membris eius. Eo quod vexat fideles varijs temptationibus: et similiter de incommodis que accidunt peccatoribus ex peccato. Dicit ergo. O domine iesu christe ne arguas me in furore tuo. id est da mihi veniam et ne reserues vindictam et penam in die furoris tui idest vsque ad obitum meum: vel vsque ad diem iudicij sicut dictum est psalmo. vi. quoniam sagitte sententie tue infixe sunt mihi. Et sic deflet incommoda intrinseca et extrinseca que eueniunt peccatoribus ex peccato.



Dixi custodiam vias meas vt non delinquam in lingua mea. xv.q3 s. vos autem

tantē hoc canticū de nuptijs xp̄i filij sui ⁊ eccl̄ie.
In quo tria principaliter facit. Nā ꝑmo cōmen-
dat et explicat magnificentiā ⁊ nobilitatem ⁊ di-
gnitatē ⁊ ornatū sponsi. Secundo magnificentiā
et pulchritudinē et ornatū sponse. Tertio cōmen
dat vtrūq̄ in copia ⁊ fecunditate ꝓlis: secūda ibi Nota d̄
Astitit regina. Tertia ibi. Pro patribus tuis nati nuptijs
sunt. ¶ Quantū ad primū est notandū s̄m Augu. xp̄i.
cōtra Maximinū: ꝙ xp̄s quicquid hʒ nascendo a
patre accepit. Sed cū xp̄s sit deus ⁊ homo: idō du-
plex legitur eius natiuitas. Una eterna qua na-
scitur ab eterno a patre s̄m diuinitatē. Scd̄a fuit
natiuitas temporalis: per quam est homo qua cō
ceptus est opere spiritussancti ex puris sanguini
bus virginis. Et sic quicquid pertinet ad carnem
habet a matre: sed quicquid pertinet ad gratiam
habet et accepit a patre in sua incarnatiōe ⁊ vnio
ne verbi. Ideo dauid volens explicare magnifi-
centiam et nobilitatem huius sponsi. Primo de-
scribit et cantat nobilitatem nature et ea que ac-
cepit a patre ab eterno inquantum deus. Secun-
do ea que accepit ab eodem et que dedit sibi pa-
ter inquantum homo ex tempore in sua incarna-
tione: secunda ibi. Speciosus forma. Quantū ad
primum est notandum s̄m Aug. contra Maximi
num. et. xv. de trini. ꝙ cum deus sit primum ens et
actus purus non habet aliquod principium: nec Nota
aliquā potentiam admixtam. Et ideo sicut semꝑ q̄ūo de⁹
est in actu ꝑmo: ita et secūdo. non differt in eo act⁹ non hʒ
secundus a ꝑmo: sed semꝑ intelligit: eo ꝙ suū esse ꝑncipiū
est suum intelligere et econuerso: et suum intelli-
gere est sua substantia. Et sic cum ab eterno semꝑ
intelligit. ideo ab eterno dicit verbum: sed q2 illō
intelligere est sine intermissione et illud verbū est
de tota scientia et memoria fecunda. ideo nō po-
test esse nisi vnum verbum qđ est patri equale ⁊ cō
substantiale: et sicut pater de tota scientia ⁊ sub-
stantia ꝓducit ⁊ dicit v̄bum: ita totam et eandeʒ
substantiam et essentiā et esse cōicat v̄bo. Et sic
v̄bum est idē deus cum patre dicente et nō alius
deus: lʒ sit alia persona. Sed q2 tale verbum dici
tur per modū nature: ideo dr̄ et nominatur filius
patris dicentis. Cum ergo in tali verbo dicto ex-
plicetur tota essentia patris et omnipotentia: et

sapiētia ꝛ bonitas ꝺ necessitate pr̄ diligit se ī verbo: ꝛ diligit v̄bum in se. Ex quo actu diligendi p modū volūtatis ꝓducit ꝛ spirat amorē. Ex quo ptꝫ ꝙ pr̄ non posset spirare amorē sine v̄bo ī quo se diligit: ꝛ sic pater simul cū verbo spirat amorē qui ꝺr spūſſanctus. Et sic spūſſanctus equaliť procedit ꝛ spirať ab vtroqꝫ: nō prius nec magis a patre ꝙ̄ a filio: sed ambo pater et filius tanꝙ̄ vnum principiū ꝓducūt ꝛ spirāt spūſ̄ctū. Itē sequitur ꝙ ille amor spirās qui ꝺr spūſſanctus nō pōt esse accidēs: sed substātia: qꝛ ꝓduciť de tota dilectiōe patris ꝛ filij: ꝛ per ꝯ̄ns de tota substātia ꝛ eēntia vtriuſqꝫ: ꝛ ideo est substātialis ꝛ coequalis ꝛ coeternus vtriqꝫ. Et sic lꝫ iste tres ꝑsone distinguanť adinuicē: qꝛ vna non est ꝑsona alt̄r altera: qꝛ alia est ꝑsona gignens ꝛ alia genita: ꝛ alia spirata: tamē oēs tres ꝑsone sunt vnus deus: eo ꝙ in eis vna est substātia et essentia numero. Nā vnus deus dicitur ab vna deitate ꝛ essentia in tribus ꝑsonis: qꝛ ꝑsone nō distinguūtur nisi per ꝓprietates relatiuas que nō sunt aliqd absolutū sed ad aliqd. Ex supradictis ptꝫ ꝙ postꝙ̄ pater hꝫ verbū ab eterno dictū: ꝛ per illud verbū pōt loqui tpaliter ab extra. Et ita pariter per spūſc̄tm̄ pr̄ ꝛ filius tāꝙ̄ vnū principiū pn̄t spirare vitā ꝛ amorē creatū ab extra. Et ideo pater per v̄bū loquebať ad extra: qn̄ ex tpe dixit fiat lux: ꝛ iō facta est lux. Et p spiritumſanctū spirauit esse existere vt vitā in oībus rebus ꝓductis et creatis per v̄bum. Et iō diciť Gen. j. ꝙ in principio. i. in verbo creauit deus celum ꝛ terrā: ꝛ oīa. dicēdo per verbū creauit quoad spēs et essentias. Sed qꝛ per spūſc̄tm̄ spirauit vitam in rebus: ideo subdit spūs dn̄i ferebať super aquas. In caldeo aūt spūs dn̄i incubabat super aquas. i. sup oīa fluxibilia: sicut gallina incubat sup oua viuificans pullos. ꝛ sic sicut filius ꝺr verbum per qꝺ pr̄ loquiť ad extra. ita spūſſc̄tūs dicitur lingua vtriuſqꝫ: per quā pr̄ ꝛ filius formāt vocem ꝛ dant sonū ꝛ vitā rebus creatis: ꝛ ꝺr spūſſanctus ē calamus per quē pr̄ ꝛ filius velociter scripserunt ꝛ formauerūt oēs creaturas in esse vitali et actuali. Ex supradictis ptꝫ ꝙ emanatio creaturarū p̄supponit emanationē ꝑsonaꝝ diuinarum. **Nota.** Et hoc forsan intēdit explicare dꝺ in his duob⁹ primis versibus. Vn̄ dicit deus pr̄ in pncipio huius cātici. Cor meū eructauit ꝛ ꝓduxit v̄bum bonum ab eterno: per qꝺ verbū ego dico oīa opera mea creata ipi regi xp̄o. q. d. ꝙ oīa opa creata dirigo ꝛ cōmitto regēda ipi regi xp̄o: per quē oīa creaui. In qua creatione.

De spū sc. di. v c. de sancto.

Lingua mea calamus scribe velociter scribentis.

¶ Lingua mea. id est spiritussanctus fuit tanꝙ̄ calamus scribe scribentis velociter. Nam sicut scriba velox velociter implet paginam literis sensibilibus que procedunt ex verbis et literis mentalibus: ita spiritussanctus velociter influxit vitam et esse actuale rebus creatis per verbum patris: quia sicut velociter fuerūt creata: ita velociter fuerunt viuificata. Et notāter spiritussanct⁹ siue verbum ꝺr tanꝙ̄ calamus velociter scribentis. Nam

ſm Aug. omnia simul fuerunt creata per verbum et viuificata per spiritumsanctum. Qꝛ ſm Augu. illi dies nō referunť ad successionē tempoꝝ: ſꝫ nature: ad cognitionē angelorum. Sed lꝫ referantur ad dies tēporis adhuc fuit illa creatio facta velociter et qꝛ supra humanam facultatem factū est ꝙ in solis sex diebus temporis deus ꝓduxit totam diuersitatem creaturarum. ¶ Sed vlterius est aduertendum ꝙ sicut creatio p̄supponit emanationem diuinarum ꝑsonarum: ita incarnatio p̄supponit emanationem diuinarum ꝑsonarum. ita incarnatio p̄supponit creationem ꝛ sicut pater dixit creaturas per verbum: ꝛ formauit et viuificauit et distinxit eas per spiritumsanctum: ita dixit et fecit mysterium incarnationis per verbum ab eterno dictum vestiuit humanitate et carne ex tēpore. Sed per spiritumsanctum formauit velociter et in instanti illud corpus christi ex puris sanguinibus in vtero virginali. Et hoc intendit etiā dauid in eisdem duobus versibus. Unde ait pater sicut cor meum et mea memoria secunda eructauit et ꝓduxit bonum verbuꝫ ab eterno p qꝺ ex tpe dixi omnia opa mea regi christo in qua creatione spiritussanctus fuit tanꝙ̄ lingua et calam⁹ scribe velociter scribentis et formantis et viuificantis et distinguentis omnia creata: ita pariter in mysterio incarnationis: cor meum eructauit verbum bonum incarnatum humanatū: q̇ est rex messias: cui regi ego dico et cōmitto oīa opa redemptionis humane. Nam sicut per ipsum verbum dixi ꝛ creaui omnia creata: ita per ipsum volui mundum recreare et regenerare et regere: qꝛ sicut ab eterno communicaui sibi omnia essentialia: ita volo ex tpe sibi cōicare opa regeneratiōis et redēptionis. Et sicut in creatione spūs fuit lingua ꝛ tanꝙ̄ calamus velociter scribētis ꝛ viuificantis oēs creaturas: ita pariter in ipsa incarnatione ipse spūſſc̄tūs formauit et scripsit corpus christi ex puris sanguinibus velociter et in instāti in vtero virginali. ¶ Et notanter occupatur et vsurpať hoc verbum eructo in hoc loco. Nā sicut venter ex superabundantia cibi dicitur eructare: ita pariter deus pater ex tota et abundanti essentia substantia sua eructauit et ꝓduxit verbū suuꝫ sibi coequale. Ex supradictis patet ꝙ xp̄s sponsus ecclesie de quo intendit cantare: licet appareat in forma humana: et sit natus ex tempore hꝫ carnem: tamen ipse est verbum patris ab eterno productum de tota substantia patris. Et per cōsequens est deus: et eternus: et omnipotens: et infinitus. Et ex hoc apparet nobilitas ei⁹: et quid accepit a patre ſm diuinitatem. Et nota ꝙ nō solum spiritussanctus dicitur lingua per quam pater et filius spirant et scribunt in mentibus nr̄is dona gratiarum: sed etiā humanitas xp̄i pōt dici lingua per quam pater sensibiliter nobis locutus est: et manifestauit mundo voluntatem suam. Secundo christus ſm diuinitatem est verbū patris: et ſm humanitatem est lingua patris velociter loquentis et scribentis nobis sua secreta. Sꝫ spiritussanctus est calamus vtriuſqꝫ scilicet patris ꝛ filij velociter scribentis ꝛ spirātis in nobis

Incarnatio p̄supponit creationem.

Nota.

bona gratiarū: et etiā q2 tā pater ꝙ filius ꝑ spm̄ sanctū loquebātur prophetis et sanctis viris spi rādo diuina mysteria ⁊ reuelādo secreta.

De psi. di.iij.c. viti. Et.lvi. di.c.dñi

Speciosus forma pre filijs hominū diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternū. Accingere gladio tuo sup femur tuū potentissime.

¶Hic pater intendit explicare et cantare bona q̄ xp̄s accepit a patre in sua incarnatiōe ſm hu manitatē. A ¶Ad cuius intellectum: est notādū ſm qđ supradictū est ꝙ ista benedicta incarnatio a tota trinitate incluse est effecta efficienter: licet ad solā personā verbi sit terminata: q2 filius inꝗtum homo a tota trinitate dicit̄ missus prout ex plicatur Esa.xlviij. vbi dicit filius: dñs misit me ⁊ spiritus eius. Sed intantū tota ista incarnatio et missio actiue attribuit̄ patri in hoc psal. et cete ris inquantū quicqđ habet filius habet a patre: et spiritus ab vtroq3: et sic filius inquantū homo licet nō solum a patre: sed etiā a seipso inquantū deus et a spiritusancto sit missus: ⁊ h3 quicqđ ha bet: tamē sacra scriptura hic cōmuniter attribuit patri: et sic pater nō excludēdo alias personas in hoc psalmo explicat bona que largit᷒ est filio in quantū homo in sua incarnatione. Et sic xp̄s ꝑ to tum discursum euangelicū quicqđ habet etiā in quantū homo dicit se habere a patre: vt inq̄t Hy larius. Unde patrē ad filiū loqui vel ipsum de ali quibus bonis cōmendare: nihil aliud est nisi bo na cōmunicare sibi et donare. Et ideo pater in h̄ psal. cōmemorat bona que dedit filio ſm exigen tiam nostre redēptionis. Sed q2 xp̄us vt redēptor est rex ⁊ pugil et iudex: et sponsus. Ideo pater que dam cōicauit filio tanꝙ regi: et quedā tanꝙ iudi ci: et quedā tanꝙ sponso. Quattuor ergo facit in hac parte. Nam primo explicat ea que pater cō municauit filio tanꝙ regi. Scđo tāꝙ pugili. Ter tio ea q̄ cōmunicauit sibi tanꝙ iudici. Quarto ea que cōicauit et dedit tanꝙ sponso. ij. ibi. sagitte tue. tertia ibi. sedes tua. q̄rta ibi. myrrha ⁊ gutta.

Incar natio fa cta a to ta trini tate.

Tria re gē deco rant.

C ¶Quantū ad primū est aduertēdū ꝙ tria sunt que decorāt regem. s. pulchritudo corporis. Scđo facūdia et sapiētia in loquēdo. Tertio ensis siue gladius regi᷒ quo cingitur in signū regie potesta tis et maiestatis. De primo dicitur: ꝙ species priami erat digna imperio: eo ꝙ erat pulcher in statura et forma. De secundo dicitur tertio Re gū. ꝙ ex omnib᷒ partibus veniebāt ad audiendā sapientiā salomōis. De. iij. d2 cātico. iij. lx. fortes ambiūt salomonē tenētes gladios ⁊c. Pater ergo volens constituere filium suum regem totius vni uersi: etiā inquantū homo. hec tria dedit in sua in carnatione. Nam primo formauit ipm opere spi ritussancti ex puris sanguinibus virginis pulcher rimū preceteris sine macula ⁊ labe. Secundo po suit verba sua in ore eius: vt promiserat Deutero. xviij. Ideo dixeruntministri sacerdotū Ioban. vij. Nunquid sic homo locutus est. Item Luce. xxiiij. Dixerunt duo discipuli de iesu nazareno qui fuit potens opere et sermone. Et sic nō fuit similis si bi in facundia et sapiētia. Tertio tradidit sibi po testatem regiam: ⁊ ensem humanitatis et gladiuȝ ad expugnandū diabolū et potestatē faciendi mi rabilia. Et sic ista tria dedit pater xp̄o filio suo: q̄ reddebāt ipsum dignuȝ regno vniuersali. Et hoc est qđ dicit dauid in hac prima particula. Ūn ait pater ad filiū. O xp̄e tu es speciosus ⁊ pulcher for ma inquantum hō pre ceteris filijs hominū q2 in vtero materno pre ceteris speciosiorē te formaui. Nam cum oēs ceteri hoies nō concipiātur nisi ex libidinoso cōcubitu et menstruoso et fetidissimo sanguine cōpaginētur: tu solus ex puris sanguini bus opere spiritussancti in vtero virgineo supra facultatem nature formatus fuisti: et cum oēs ce teri fuissent originalis culpe primorū parentum natura obnoxij: et fomite et membro carnis sau ciati. solus tu fuisti scđm naturā inter mortuos liber. Et sic fuisti speciosus forma pre filijs hoim Et non solum fuisti speciosus quo ad supradictā puritatem et mundiciā: sed etiā quo ad nobilita tē ⁊ temperantiā cōplexionis eo ꝙ nō ex motu ce lestiū corpoꝝ nec actione alicuius naturalis agē tis in quibus semper est et accidit aliquis defect᷒ in ipso generato et producto: sed solo opere spiri tussancti facta fuit formatio illius corporis chri sti ex puris sanguinibus virginis. Et nō solū fuit christus speciosus forma pre filijs hominū in pu ritate et nobilitate complexiōis: sed etiā in hone state aspectus. Nam omnes incitat ad honestatē vite et adreuerentiaȝ sibi exhibēdam et omnibus incutiebat timorē: vt inquit Chrysost. Possumus etiam dicere ꝙ tria sunt que decorant regem ⁊ fa ciunt ipm dignū regno et imperio. Primo specio sitas. i. sanctitas vite ne sit reprehēsibilis in vita et possit alios regere et corrigere. Scđo vt sit gra tus in loquendo et doctus et sapiēs: ⁊ vt alios nō solū per vitā: sed etiā per doctrinā possit trahere Tertio vt sit fortis et potēs in factis vt oēs vene rentur et timeāt eū. S3 q2 xp̄s habuit oia ista tria. Ideo pater de supradictis tribus cōmendat xp̄3 regem nostrū in hac particula huius cātici. Ideo quantū ad primū dicit. O xp̄e tu es speciosus for ma pre ceteris filijs hoim quātum ad sanctitatē et puritatē corporis et anime ⁊ ad conuersationē vite: q2 in tuo corpore et anima nunꝙ locus po tuit esse peccati: nec fuisti vnꝙ pctō obnoxius in natura: nec in persona: q2 nō ex opere adā natus nec cōceptus es et sic excedis cūctos filios hoim in forma et sanctitate: et speciositate ꝟtutū. Scđo excedis oēs in sapiētia et donis spūsscti: q2 diffu sa est gratia in labijs tuis ad loquendū et docen dū: q2 nō ad mēsurā accepisti dona gratiaꝝ: pro pterea. i. q2 pr̄ benedixit te i eternū dona gratiaꝝ largiendo: vt alios doceat per predicationē ⁊ do ctrinā. Tertio o xp̄e potētissime in factis accinge re gladio super femur tuū. vt ostēdas tuā regiam potentiā. Ad cuius intellectū est aduertendū ꝙ tri plicē gladiū siue ensem accepit et accinctus fuit xp̄s. Nā primo fuit accinctus gladio hūanitatis et carnis ad pugnanduȝ cum diabolo vt in carne patiēdo ipm debellaret. Scđo gladio᷒ ꝑtātis ad

Pat de dit filio hec.

Tria fa ciunt di gnuȝ re gno.

xp̄us ac cinctus triplici gladio

operanduz miracula. Tertio gladio paterne do/ctrine ad scindēda corda hominū. Uñ hunc triplicem gladiū siue hoc triplici gladio pater accinxit filiū: ideo ait. o fili accingere gladio tuo: scz hūilitatis ꝛ potestatis ꝛ doctrine vt sis potens in pre/lio et potētissimus, ad vincēdū diabolū per mortem ꝛ passionē. Et ad subijciendū corda hominū per doctrinā et ad faciendum miracula per potestatem et virtutē paternam: et sic eris dignus re/gno ꝛ imperio habendo ista tria supradicta. Uñ primo ait: specie tua et pulchritudine tua intēde prospere ꝑcede et regna. i. tu regnabis prospere propter speciē ꝛ pulchritudinē sanctitatis vite: quia oēs fideles sequētur te ꝓpter sanctitatem. Itē. ij. dextera tua. i. potestas tibi a deo tradita deducet te in regnū ꝓpter veritatē in dicendo ꝛ do/cendo: et propter māsuetudinē in cōuersando et miserēdo: et ꝓpter iustitiā in corrigēdo. D ¶ Ex quib' pꝫ ꝙ xp̄s habuit quinqꝫ que reddebāt ipm dignū regno et iperio. s. speciositatē ꝛ pulchritu/dinē et puritatē corporis et anime: et sanctitatē in viuendo: et mansuetudinē in conuersando ꝛ patiendo: et veritatem in docēdo: et iustitiā in corri/gendo. Unde ad maiorē intelligentiā est vlterius notandū ſm Aristo. li. de motu animaliū ꝙ dextera est potior pars animalis: eo ꝙ ibi incipit mo/tus ad omnes partes animalis. Et ideo sicut sinistra hominis dicitur pars infirmior: eo ꝙ nō ha/bet ꝓprie principiū motus a se: sed a dextera. Itē a simili diuinitas in christo dicebatur dextera: et hūanitas sinistra: eo ꝙ tota virtus et potestas deriuabatur a diuinitate in hūanitatē: quia huma/nitas erat instrumentū in miraculis faciēdis. Et ideo notanter dicitur accingere gladio tuo super femur tuū. idest accingere gladio potestatis ꝛ virtutis super humanitatē per quā instrumentaliter facies miracula et omnia opera redemptionis. Et ideo subdit.

xp̄s fuit dign' regno propter hec quinqꝫ.

De pse. dis. iij. c. vltimo. De pse. d. ij. ca. literaē.

Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna Propter veritatem et mansuetudinē et iustitiam: et deducet te mirabili/ter dextera tua.

¶ O xp̄e regna ꝛ incipe ꝛ ꝑcede et regna ꝓspere. i. ad prosperitatē eccl'ie: ꝛ intēde ꝛ ꝑcede in ope predicatiōis et miraculoꝝ et mortis ꝛ passiōis ad q̄ opa missus es. Et regna post resurrectionē ꝛ ascēsionē: ꝛ hoc facies specie ꝛ pulchritudine sanctitatis et virtutis. Naz dextera tua. s. diuinitas verbi deducet te et diriget te in omni tp̄e redēptiōis ꝓ/pter veritatē et mansuetudinē et iustitiā: quia his armis vinces diabolum et triumphabis de eo.

xxvj. di. 9. cccc. xj q. iij. ita lꝫ pe.

Sagitte tue acute ppl'i sub te cadēt in corda inimicorum regis.

¶ Hic memorat arma q̄ xp̄us tradidit apostolis ad debellandū mūdum. Ad cuius intellectum est notandū ꝙ xp̄s per seipsum vicit diabolū in morte et passione: et expoliauit infernū et tulit legem euangelicā et fecit miracula: et predicauit in sola terra promissionis. Sed per apostolos suos predicauit in partibus remotis et populo gentili et eiecit diabolū foras: et subiecit sibi omnes nationes. Et ideo cōmunicauit ꝛ tradidit apostolis arma sua et sagittas euāgelicas et potestatē ꝛ vir/tutem faciēdi miracula in virtute nois Jesu sicut dictū est psal. viij. ꝛ xviij. Et sic ap'li cum sagittis verbi euāgelici feriebāt et penetrabāt corda hoiꝫ et prosternebāt eos a cultu idoloꝝ et supbia vite et subiugabāt iugo fidei: et hoc est qđ dicit pater ad filiū. Unde ait. O fili christe. Sagitte tue acu/te. i. verba euāgelica per tuos ap'los missa ꝛ predicata cadent sub te in corda inimicorū regis populi. i. in corda infideliū tam iudeoꝝ ꝙ gentiliū ꝛ sic populi cadent sub te victi et conuersi ad fidē. Et alij cadent in perpetuā dānationē. Et nota ꝙ taz apostoli ꝙ verba euāgelica dicūtur sagitte in scriptura a velocitate: qꝛ apostoli fuerūt a xp̄o p totū mundū velociter missi. Et ipsa verba euangelica mittebātur ex ore apostolorū ꝛ feriebāt corda inimicorum regis christi. Et sic oēs populi cadebāt a sua superbia et perfidia et superstitiōe idolorū ꝛ subijciebantur iugo christi: ꝛ omnia ista fiebant in virtute nominis iesu: et verbi euāgelici: in qui/bus ostensa fuit xp̄i regia potestas et triūphus et victoria. de quibus sagittis patebit psal. lxiij. et cxxvj. ꝛ Esa. lxvj. Et nota ꝙ iste versiculus: scz sagitte tue acute populi sub te cadent in corda inimi/corum regis. Etiam potest construi per zeuma reducendo illud verbum: cadent ad diuersa vt sit sensus. Sagitte tue euangelice cadent et figentur in corda inimicoruꝫ regis christi messie. Et sic populi gentilium sagittis tuis vulnerati cadent victi sub te et sub iugo tuo.

Sedes tua deus in seculū seculi: virga directionis virga regni tui.

Ad heb. i. b. ꝛ ex/tra de sacra vnc.

¶ Hic pater tribuit xp̄o sedē iudicialē ꝛ sceptrum siue virgā inquantū misit ipm tanꝙ legislatorem ꝛ iudicē mūdi: ꝛ tradidit sibi iudiciariā potestatē etiā inqꝫtū homo. Unde nota ꝙ xp̄s inquātum hō fuit vnct' in regē ꝛ sacerdotē a p'mo instāti incar/nationis nō oleo materiali sicut ceteri reges et sacerdotes ve. te. sed oleo spirituali ꝛ letitie ꝛ gratie spūssancti vt dictum est: ꝛ istā gratiā non accepit ad mensurā sicut ap'li et ceteri sancti: sed sine mensura redundat in animā xp̄i a verbo ꝓpter ypostaticam vnionē. ideo talis plenitudo gratie est fon/taliter in christo a qua oēs accepimus: etiā a pri/mo instanti cōceptionis data est sibi potestas iudicialis et regalis: sed nō ostendit eam nec voluit ꝙ publicet nisi post ascensionē. ideo dicit Matt. xxviij. Data est mihi ois potestas in celo. Et ista sedes xp̄i et iudiciaria potestas tradita xp̄o etiaꝫ inquantū hō est eterna a parte post: qꝛ in eternuꝫ xp̄s etiā inquantū hō sedebit ad dexterā p'ris ꝛ iudiciū suū erit in eternū: qꝛ in die iudicij impios ad penā eternā destinabit. et bonos ad gloriā sempiternā. Et sic sua sedes et suū sceptrū et virga dicit eterna et directa et inflexibilis. Dicit ergo p'r ad filiū. O christe deus ꝛ homo sedes tua iudiciaria quā dedi tibi in tua cōceptione et ascēsione nō est

data tibi ad mēsurā tpis: sed in seculum seculi et virga regni tui: 7 ptās nō est iniusta nec flexibilis ad aliquā passionē pp odiū 7 amorē sicut tyrāno rū. Sz ē vga directiōis 7 rectitudinis tribuēs vni cuiqȝ qḋ suū est ſm opa sua nō declinās ad dex terā nec ad sinistrā. Et probatur per effectum ꝙ tuum sceptrum sit rectum et iustum. Nā semper.

lxxv. di. ca. odio xxiij. q. iiij. duo. **Dilexisti iusticiā 7 odisti iniquitatē ppterea vnxit te deꝰ deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis.**

¶ Dilexisti iusticiā .i. hoīes iustos 7 odisti iniqta tē i hoibꝰ prauis. Nā illos pmiasti 7 hos punisti 7 reddit cāz quare xp̄s dilexit iusticiā 7 odiuit ini quitatē nō potuit iudicare nec poterit nisi recte: qꝛ in eo nulla est passio nec iniquitas qꝛ nō traxit naturā corruptā sicut nos oēs, qꝛ nō ex ope adaz natus est. Itez qꝛ ab initio sue conceptionis fuit vnctꝰ oleo spūsscti oīm donorū: nō ad mēsurā qꝛ q̄euit sup eū spūs sapie 7 intellectꝰ 7 spūs ꝯsilij 7 fortitudis. Et fuit iusticia cingulū renū eiꝰ. Et sic semp iudicabit in vā iusticia. vtpȝ Esa. xj. Nā dona spūsscti erāt q̄si pncipiū formale opandi in xp̄o quo ad opa iusticie iō nō potuit errare. Et iō aitpr ad filiū: o deꝰ xp̄e scḋa ꝑsona i. trinitate: p pterea dilexisti iusticiā 7 odisti iniqtatez: qꝛ deus tuus pr̄ vnxit te in tua cōceptione oleo leticie p̄ consortibꝰ 7 participibus tuis regibꝰ et sacerdo tibus qꝛ illos p̄cepit vngi oleo materiali et figu raliter te vnxit oleo spūali. Et dn̄r reges et sacer dotes consortes christi: inquantuȝ ab eo hn̄t oēs ptātem 7 inquantuȝ xp̄m figurabāt. Itē lȝ apl̄i et oēs christiani consortes et participes xp̄i sint vn cti oleo spūali 7 acceperint spiritūsanctū: tn̄ oēs acceperūt ad mēsurā deriuatiue a xp̄o. Sȝ xp̄s nō accepit ad mēsuram: sed fontaliter hȝ in se ppter vnionem ypostaticā verbi. Item xp̄s non vnctus est vt mundaretur a peccato et liberaretur sicut ceteri omnes: sed vt ab eo oēs acciperemꝰ gratiā p gratia. Et iō dr̄ vnctus pre cōsortibus suis. i. aliter et nobilius et perfectius. E ¶ Ex predi ctis in textu inferuntur quattuor manifeste con clusiones contra iudeos.

messias est deus ¶ Prima ꝙ messias in lege promissus est deus probatur. Nam secundū ioatham abenhuziel et omnes antiquos et autē ticos hebreos iste psal. est factus de rege messia. Et iste speciosus et accinctus gladio et armatus sagittis et vnctꝰ oleo leticie pre consortibus suis est rex messias ſȝ eos 7 istū vocat deus pater deū

In diui nis sunt plures p sone. in hoc psal. Primo cum dicit sedes tua deus. Se cundo cum dicit o deus propterea vnxit te deus tuus. Tertio cum dicet infra qm̄ ipse est dominꝰ deus tuus ergo sequitur ꝙ messias est verus deꝰ. ¶ Secunda conclusio ꝙ in diuinis sunt plures p sone ꝙ vna probatur, nā ibi est deus vngens et deus vnctus sed vna 7 eadem persona nō potest esse vngens et vncta, ergo sunt due persone. s. pr̄ vngens et deus vnctus qui est filius. Et licet per sona spūsscti nō noīaliter explicetur: tn̄ satis ex

Nota plicatur 7 intelligit ſm ppꝛietatē per ly oleo le ticie qui est spūssctūs aīas scīficās et penetrās et sanctos pphetas faciēs. ¶ Tertia ꝯclō: ꝙ licet xp̄s sit deus 7 hō tn̄ nō fuit vnctus quo ad deita tē: sȝ quo ad humanitatē qꝛ prīo mō nō indiguit vnctione. ¶ Quarta ꝯclō: ꝙ lȝ xp̄s sit hō 7 ex tem pore accepit vgā et sedē iudiciariā a prē: tn̄ ista sedes est eterna a pte post qꝛ i eternū puniet ma los 7 hīficabit et glorificabit bonos. De quo re gno dicit Lu. j. regni eius nō erit finis. D ¶ Sȝ

Dubiū. hic orit dubiū per hoc qḋ ait vga directiōis: 7 di lexisti iusticiā. Nā vr̄ ꝙ xp̄s dilexit iniqtatē qꝛ di lexit mattheū thelonearīū: paulū psecutorē: 7 ma gdalenā peccatricē et absoluit adulterā: 7 dedit latroni padisum ḡ sceptrū eiꝰ nō est rectū. Ad h̄ r̄ndet ꝙ deꝰ nō odit naturā hoīs qꝛ de se bona est sȝ odit pctm̄ 7 iiusticiā in hoīe. Iō qn̄ hō abijcit pctm̄ 7 se iustificat p pniam: tā deꝰ nō repit cām in hoīe vt odiat eū: immo eēt iniustꝰ si ipȝ odiret

Rn̄sio. ſm legē positiuā. Et iō xp̄us nō dilexit mattheuȝ nec paulū pctōres: sȝ iustificatos p pniaȝ. Et sic odiebat in eis pctm̄ qꝛ in eis pctm̄ destruxit 7 sic xp̄s iuste egit cū veniā negauit magdalene nec la troni nec ceteris penitētibꝰ 7 sedes 7 vga eccl̄asti ca xp̄i absoluit penitētes 7 excōicat obstinatos 7 rebelles: 7 sic semp remanet recta. Et sic vga iudi cialis xp̄i tā in hac vita ꝙ i fine vite cuiuslibet ꝙ in gn̄ali et nouissimo iudicio semp erit iustissima.

Argu. xj. di. ſ. j. et xliij. di. sit rector **Myrrha et gutta et casia a vestimen tis tuis a domibus eburneis ex qui bus delectauerunt te filie regum in honore tuo.**

¶ Hic pr̄ pbet filio 7 ornat eū vestimētis nuptia libus: iquātū sponsus eccl̄ie. Nā postꝙ supꝰ tra didit sibi signa regalia 7 triūphalia 7 iudicialia. Hic tradit insignia 7 ornamēta nuptialia conue nientia ad despōsationē eccl̄ie vt diligat a spon sa. B ¶ Unde est notandum ꝙ tres nuptie le

Tres nu ptie in scriptu ra. guntur in scriptura q̄s pr̄ fecit filio suo. Prīo fue runt nuptie incarnationis in quibus verbū vni uit sibi hominem in vnitatem suppositi. De qui bus Joh. j. verbum caro factum est. 7 Mat. xxij. Simile est regnūcelorȝ hōi regi qui fecit nuptias filio suo 7c. Secunde fuerūt nuptie reconciliatio nis in quibꝰ xp̄s vniuit sibi totā eccl̄iam in vnita te mystica, de quibus ait ambrosius. Hodie cele sti sponso iuncta est ecclesia, vbi xp̄s i iordane la uit nostra crimina. Tertie nuptie fuerunt glorifi cationis q̄ facte sunt in die resurrectiōis vbi chri

Nuptie incarna tionis. stus recuperauit corpus gloriosum. Que perficiē tur nobis in die iudicij: vbi nos resurgemꝰ indu ti stola glorie: de quibus apo. xix. Gaudete 7 exul te quoniam venerunt nuptie agni et sponsa orna uit se. In primis nuptijs sponsus indutus est car ne et humanitate speciosa et gratiosa tanꝙ rex. Et accinctꝰ est gladio 7 sagittis tanꝙ pugil vt di ctuȝ est. Et in tertijs nuptijs, scilicet glorificatio nis accepit sedē eternā 7 virgam directionis tan ꝙ iudex vt patet Math. vlti. Data est mihi oīs potestas in celo 7 in terra: vt est dcm̄ in secundis nuptijs scilicet reconciliationis que facte sunt in iordane: qn̄ xp̄s baptizauit se ī capite pro nobis mēbris tūc accepit vestimētū baptismale in per

sona diuz nostrũ:q: oẽs fuim⁹ in ea baptizati:ad
roma.vj. Et in carne accepit vestiméta flagellor
ꝛ mortis ꝛ passionis ꝛ sanguinis:q: tot⁹ fuit per
fusus sanguine ꝛ vestitus. De quo vestiméto ha/
bet Esa.lxiij. Quis est iste qui venit de edon tin/
ctis vestibus de bosra? Quare rubrum est vestimẽ
tum tuũ. Et finaliter de latere xp̄i exiuit sanguis
ꝛ aqua:vñ oia ecclesiastica sacra sumpserũt virtu
tẽ. Jdõ tota ecclia dicit spõsa xp̄i iquãtum ipsa sl
bi copulauit. Et dicitur filia xp̄i inquantum ex
eius latere exiuit sicut eua ex adã. Ex quibus pz
φ prime nuptie.s.incarnatiõis fuerũt dispositio
ad secundas nuptias.s.nostre recõciliatiõis.q: i
illis assumpsit carnẽ mortalẽ:passibilẽ:ꝛ in q̃ fuit
Secũde nuptie. baptizat⁹ ꝛ passus postea in secũdis nuptijs ac
cepit vestiméta baptismi et passionis. Vñ has se
cũdas nuptias ꝛ hec vestiméta memorat ꝑpheta
in hac parte. ¶ Vñ est iterũ aduertẽdũ φ xp̄s ince
pit secundas nuptias a baptismo ꝛ ꝓcessit ꝑ suã
predicationem vocãdo spõsam ad fidẽ sui ꝛ per/
fecit eas in sua passione. Ideo triplex vestimẽtuz
xp̄i vestimenta. accepit xp̄s:scz sanctitatis ꝛ pnie scdo vestimẽtuz
doctrine:tertio vestimẽtũ passiõis. Ideo ista tria
vestiméta memorat ꝑpheta ꝛ notificat hic ꝑ tres
species aromaticas.s.ꝑ myrrhã ꝛ guttaz et casiaz
Per myrrhã enĩ intelligit passionem ꝛ mortẽ Per
guttã intelligit pniam ꝛ sanctitatẽ vite. per casiã
intelligit lenitatẽ et suauitatẽ doctrine. fuit ergo
xp̄s in scdis nuptijs his tribus vestibus indutus
ꝛ vnctus.s.indumẽto sanctitatis ꝛ pnie in conuer
satione vite ꝛ vestimento sapientie et doctrine et
vestimẽto amaritudinis ꝛ passiõis. A quib⁹ trib⁹
vestimentis spirant ꝛ effluunt tres salubres odo/
res in tota ecclesia quib⁹ mẽbra sequũtur spõsũ
suum christum. de quib⁹ odorib⁹ habetur cãticoꝝ
.j. in odorem currimus vnguentorum tuorum. Naz
martyres sequuntur christum in odorem myrrhe
et passionis:et virgines et continentes et heremi
te et omnes penitentes in odorem gutte siue san
dali sanctitatis vite: doctores vero secuti sunt
christum in odorem doctrine. Et sic omnes curri
mus in odorem expirantem et effluentem a vesti/
mentis christi. Dicit ergo pater ad filium. o xp̄e
sponse ecclesie. non solum te constitui regem spe
ciosum forma pre filijs hominum et gratiosum:
et constitui te pugilem accinctum gladio ꝛ sagit
tis cõtra diabolum et constitui te iudicem dãs ti/
bi sedẽ eternam et virgã:sed etiã dedi tibi totam
ecclesiam in spõsam. In quib⁹ nuptijs indui te tri
bus vestimẽtis.s.sanctitatis doctrine et passionis
A quibus vestimẽtis tuis nuptialibus expirant ꝛ
effluunt tria aromata.s.myrrha passionis et gut/
ta siue sandali sanctitatis vite ꝛ casia suauis et le/
nis doctrĩe. Ista tria aromata siue odores expirãt
a vestimentis tuis tanq̃ supple a domibus id est
capsis et pixidibus eburneis:in quibus reponun
tur ista tria aromata. Ex quibus odoribus te de/
lectauerũt et oblectauerũt:et letificauerunt multe
puelle nobiles filie regum in honore tuo.s.ad ho
norẽ tuum. Nam Katharina que fuit filia regis ꝛ
agatha. ꝛ agnes et cecilia ꝛ multe alie virgines q̃
fuerunt de genere regũ secute sunt te in odorem
vestimentorum tuorũ:imo obtulerũt tibi ista tria
aromata ꝛ istos tres odores.s.myrrhã martyrij:
ꝛ guttam sanctitatis et casiã bone doctrine:in q̃/
bus odoribus valde delectaris et tales odores
habes gratos et acceptos. Ista tria vnguenta ab
straxerunt virgines et martyres a domibus et ca/
psis corporibus suis eburneis.s.albis per purita
tem et fortibus per constantiam ꝛ rubicundis ꝑ
martyriũ. Est enĩ ebur albũ ꝛ solidũ et rubicũdũ
ꝑ qđ denotat puritas virginis ꝛ constãtia ꝛ rube
do martyrum et sanctorum fortitudo doctorum ꝛ
firmitas dotrine eorũ. Hoc idẽ põt itelligi ad lit/
teram de magdalena et maria iacobi ꝛ salome q̃
fuerũt de genere regali et đ domo dauid q̃ his vn
guẽtis ꝛ aromatibus vnxerunt xp̄m in honorem
sepulture. ℒ ¶ Sed ad maiorem euidẽtiaz est
Passio xp̄i dicit myrrha. valde notãdũ φ virtus passionis xp̄i đ metapho
rice myrrha: ꝑpter accõmodatã similitudinẽ. nã
myrrha est q̃dã parua arbor aromatica: q̃ nascit
ĩ arabia:cui⁹ succus đ ẽt myrrha:q̃ q̃dẽ arbor agi
tata a ventis contrarijs.s. ab aquilone ꝛ austro
emittit sudorem preciosissimũ ad modũ gũmi q̃
đ prima myrrha:sed q: nõ potest exire multũ de
succo prio mõ:iõ agricole vulnerãt arborẽ facien
do paruã incisionẽ in latere trũci:ꝛ sic emanat co
pia succi ꝛ liquoris Et sic tot⁹ ille liquor q̃ egredi
tur ab illa arbore in mense martij tã per agitatio
nem ventorum φ per incisionem factam in latere
dicitur myrrha prima et electa virtuosissima. et
preciosissima preseruans ab omni corruptione: ꝛ
sanans et desiccãs omnem putredinem. Iste au/
tem liquor qui emanat in mensibus sequentibus
đ myrrha secunda que licet sit bona tamen non ẽ
tanti valoris et virtutis. Ad huius ergo arboris
liquoris similitudinem:tã xp̄s φ sua passio đ pri
ma myrrha et electa. Nã in mense martij xp̄s fuit
agitatus et afflictus a duobus ventis ꝯtrarijs.s. a
iudeis et pylato cum suis ministris de populo
gentili qui primo in horto emisit sudorem sangui
nis postea per flagella et clauos ꝛ vltimo per vul
nus lateris exiuit sanguis et aqua in remissionẽ
peccatorum. Vñ oia sacra receperũt virtutez. Et
sic patet qualiter a vestimẽtis hũanitatis xp̄i flu/
xit illa myrrha passionis cuius virtus fuit recepta
ꝛ reposita in domibus et capsis eburneis ecclesia
sticorũ sacramẽtorũ a quibus capsis iugiter ecclia
educit vnguẽtũ ex myrrha ꝛ casia ꝛ gutta passio/
nis xp̄i cõfectũ ad sanandas oẽs infirmitates et
vulnera pctõrũ. in quibus vnguẽtis xp̄s valde de
lectatur ꝑpter recõciliationẽ fideliũ. Et hoc ẽ qđ
intẽdit dicere dđ cũ ait myrrha et gutta ꝛc. ¶ No
ta ẽt φ istud nomẽ mor in hebreo idẽ est φ muscus
sed in arabico significat amaritudinẽ. Et iõ Hie
ronymus.ꝛ.lxx. vbicunq̃ in hebreo.scz psal. et can
ticis canticorum inuenerũt mor traduxerũt myr/
rham que est amara per quã significatur amaritu
do passionis. Et sic myrrha siue mor est equiuocũ
ad muscum:et ad illã speciem aromaticã amaraz
que preseruat a corruptione. Ideo melius videtur
dicere Hiero.ꝛ.lxx. nam iudei moderni in magna
parte ꝑdiderũt veras significationes vocabuloꝝ
hebraicorũ ꝑpter longam dissuetudinẽ. Ideo in

significatione vocabulorū hebraicoꝝ magis est credendū arabib⁹ ꝙ iudeis modernis eo qđ arabes oēs vulgariter loquūtur lingua arabica: que est valde vicina lingue hebraice magis ꝙ hyspanica italice. Nam arabica et syrica: et hebraica immediate descendunt a chaldea: vt dictum est in principio scilꝫ in prologo tractatu sexto.

[xxxiij.qđ. v.cap. si paulus.]

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate.

¶ Qr superi⁹ pr̄ ornauit spōsum supradictis tribus nuptialib⁹ vestib⁹ iō in hac.ij.parte ꝓncipali intendit ornare spōsam.s.ecclesiā et copulare eā sponso suo et canendo cōmendat eā in ornatu et apparatu nuptiali. [Eccl'ia xp̄i sponsa.] L ¶ Unde dicit pr̄ prio ad filiā vt accipiat sponsum sibi et ait. O rex xp̄e fili accipe ecclesiaꝫ tibi in sponsam.qr iā ipsa regina.s.ecclesia astitit tanꝙ regina a dextris.i.in potiorib⁹ bonis tuis et nō est nuda immo sedet in vestitu deaurato circūdata varietate qr eisdeꝫ vestimētis tuis est induta et induisti eam. Nā iaꝫ sequit̄ te per fidē spē ꝛ charitatē que affluūt ꝛ spirant a vestimentis tuis ꝛ iam seq̄tur te per sanctitatem et doctrinā et martyriū. Ergo iam ornata est vestibus nuptialib⁹ et decētib⁹. nā ipsa astat tibi i vestitu deaurato palledine sine pallore charitatis ꝛ circundata et amicta varietate vestimentorum et colorū.s.alba per fidē et puritatē ꝛ cerulea per spem et rubicūda per martyriū.et pallida per pniam et splendens veritate doctrine. Itē est circūdata et vestita varietate diuersoꝝ sacrorū.s. baptismi cōfirmationis pnie eucaristie extreme vnctionis: itē est circūdata diuersitate ꝛ varietate statuū.s.virginū: viduarū: ꝯtinentiū: cōiugatoruꝫ heremitarū: apostoloꝝ: doctorū: euangelistarum predicatorū et varietate religionū ꝛ varietate linguarū: qr iā credūt greci: latini: scyte: indi: caldei. Itē varietate moris ꝛ cōsuetudinū in cultu: sꝫ oibus est vna fides: vnuꝫ baptisma. Ideo est vnica colūba et sponsa. Un̄ est aduertendū ꝙ tota ista varietas vestimentoruꝫ ecclesie fluit et emanat a varietate vestimentorū xp̄i.de q̇bus supradictū est in versu superiori. Nā sicut in mūdi creatione vn⁹ ꝛ idē de⁹ ꝯm diuersitatē id earū causando similitudines illarū idearū ꝓduxit varietatē ꝛ diuersitatē creaturarū ꝛ specierū: ita xp̄s in nr̄a regeneratione et ecclesie desponsatione: multiplicando similitudines vestimētorū suorū causauit

[mūd⁹ a sole habet tria et eccl'ia a xp̄o.]

varietatē perfectionū in ecclesia sponsa sua. Nā sicut deus lucet in oibus creaturis: et sic dat eis esse naturale: ita xp̄s et redēptor et regnator lucet in eccelesia et membris suis et sic dat eis esse gratie. Itē sicut mūdus a sole hꝫ tria.s.lumen calorem et influentiam: ita ecclesia hꝫ a xp̄o lumē fidei ꝛ calorem charitatis.et influentiam spei propter quā operatur. Unus ergo xp̄s hn̄s ista tria aromata et vestimenta.s.passionis et sanctitatis et doctrine.aspirando et lucendo in ecclesia per passionem.causat varietatem septē sacramētorū ad sanādas infirmitates. Scdo et gutta sue sanctitatis causat in ecclesia diuersitatē religionum et statuum sanctorū.sed ex vestimento doctrine in

fluit septem dona et genera gratiarū et sic alios fecit apostolos: alios euangelistas. Et sic ecclesia sedet a dextris xp̄i circundata varietate: que oia fluūt ab eodē xp̄o: nā per vnū ꝛ eundem spiritum spirat et distribuit vnicuiqꝫ dona gratiarum prout vult. Nam sicut dictum est in prologo est dispensator bonorū patris. Dicit autem Hiero. ad principia ꝙ hucusqꝫ loquitur propheta: ꝛ ea que sequuntur sunt verba patris ad sponsam sed magis conformis videtur supradicta sententia.

Audi filia z vide z iclina aurē tuā z obliuiscere populū tuum z domum patris tui. [xxxiij.q.i loquit̄.]

¶ Postꝙ superius pr̄ dixit xp̄o vt acciperet ecclesiam in sponsam: nūc dicit ecclesie vt accipiat xp̄ꝫ in sponsum: vt appareat cōsensus vtriusqꝫ. Nam in sponsalib⁹ in primo loco querit̄ cōsensus spōsi: et in secundo cōsensus sponse: et hunc ordinem seruat nūc ecclesia. Et ideo postꝙ pater hꝫ cōsensum sponsi nunc vocat et admonet sponsam vt accipiat et sequatur et veniat ad sponsum suū xp̄m qr nemo venit ad filiū nisi pr̄ traxerit eū per gratiaꝫ.naꝫ quos pater ab eterno predestinauit hos xp̄s vocauit et iustificauit et regn̄auit. Ad Rom. viij. Dicit ergo pater ad sponsam eccl'iam. Audi filia per creationē et regnationem.audi vocē euāgelicam filij mei: ꝛ vide eius miracula et eius sanctitatem: et vide per fidē et inclina aurē tuā volūtatis prebendo assensum. Et tu cetus gentilium cōuersorū: obliuiscere ppl'm tuuꝫ idolatrarū.et tu cetus apostolorū et discipulorū ꝛ cōuersoꝝ ex iudeis obliuiscere domum.i.synagogaꝫ patris tui moysi.i.ritū cerimonialiū et non secteris l'ram: sꝫ spm̄. Nota ꝙ ista spōsa dū erat in domo pr̄is sui abrae et moysi: induebat̄ vestib⁹ vilibus et vetustis cerimoniarū et legaliū. ꝛ ideo precepit deus vt relictis vestibus cerimoniarū ornetur vestibus nouis euangelicis sacrorū et gr̄aruꝫ vt a sponso cōcupiscat̄. Et ideo dicit obliuiscere domū pr̄is tui: quasi dicat exue veterem hominem et indue vestes quas tibi dat nouus sponsus.

Et cōcupiscet rex decorē tuū qm̄ ip̄e est dn̄s de⁹ tuus et adorabunt eum. Et filie tyri in muneribus: vultum tuum deprecabūtur omnes diuites plebis. [De sacra vnctiōe.s. vnico.]

¶ Xp̄s rex spōsus cōcupiscet decorē tuū: ꝛ eris sibi grata: aliter abijciet te quasi abominabilem: egredere ergo de domo natiuitatis et patris tui et intra thalamum sponsi xp̄i: qm̄ ipse est dn̄s de⁹ tuus in lege promissus. Item o tu popule gentilis obliuiscere populum tuum: et patres tuos et domum idest delubra et superstitiones idolorum que nō sunt veri dij sed demonia: et cōuertere ad spōsum ecclesie qm̄ ipse est dominus deus tuus ꝛ nō idola. Et ideo adorabūt eū iudei sup. et adorabunt eum filie tyri.i.oēs cōuersi ex gentilibus in muneribus.i.sibi munera offerentes. Nam magi venientes ab oriente obtulerūt in sua natiuitate

aurū thus. ꝛ myrrhā. Et cōstatin⁹ ꝛ ceteri impatores ꝛ reges tēpla ꝛ ecclesias xpo cōstruxerūt ꝛ magna donaria ꝛ ornamenta obtulerūt. Vn̄ nota ꝙ v̄sus ꝛ snia incipit ibi. s. et adorabūt. eū filie tyri in muneribus. i. totus ppl's gentilis ꝛ sic exponit hanc pticulā aug. de fide rerū inuisibiliū. Et cōuersus pr̄ ad filiū dicit. o fili rex messia: intm̄ ꝓsperabit regnū tuū per vniuersū orbē: ꝙ nō solū reges: sed oēs diuites plebis deprecabunt vultū tuū. i. ante vultū ꝛ imaginē tuā orabunt in tēplo. et celebrabunt diuina officia. et desiderabūt videre vultum tuū hic per gratiā et in futuro per gloriā.

Nota. D ¶ Ex supradictis apparet et inferuntur quatuor cōlusiones. Pria quidē est ꝙ xps rex messias in suo aduentu debebat repudiare ꝛ abdicare synagogā: ꝛ abolere legalia ꝛ dare nouā legē et declarare le. ve. per hoc quod ait. Audi filia et vide ꝛ inclina aurē tuā. et obliuiscere ppl'm tuum et domū patris tui. q. d. audi nouā doctrinā sponsi: et crede sibi ꝛ vide eius miracula. ꝛ obediendo sequere eū dimittendo synagogā et vetustatem legis. ꝛ mores antiquorū. ¶ Scda ꝯclusio: ꝙ post publicationē euangelij legalia nō sunt deo grata nec accepta: sed sola sacramenta noue legis ꝑ hoc quod subdit. Concupiscet rex decorē tuum. ¶ Tertia cōclusio: ꝙ rex messias est ver⁹ deus per hoc qđ subdit qm̄ ipse est dn̄s de⁹ tu⁹ ꝛ adorabūt ¶ Quarta cōclusio: ꝙ principalis articul⁹ ꝛ fundamētum ecclesie per hoc ꝙ differt xpianus a nō xpiano: est credere in xp̄m verum deū ꝛ hoiem et messiam in lege ꝓmissum per hoc qđ ait. Audi filia ꝛ vide. sн̄dicat ꝙ sol⁹ iste est filius dei adoptiuus qui credit in christum et abdicat⁹ oēs. alios ritus et cerimonias ꝛ superstitiones. quia aliter nō concupisceretur a christo sponso nec. esset mēbrum eius nec de gremio ecclesie.

xxvij. q. i. nuptiarꝫ

Omnis gloria eius filie regis abintus i fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.

¶ Hic dat causam quare debebat xps repudiare synagogam: et delubra gētiliū et ornatū. eorū et concupiscere et eligere ecclesiā. B ¶ Nam tota gloria synagoge erat in apparatu exteriori: et in actibus materialibus. quia oīa intelligebant ad literam: et per sola opa exteriora putabant iustificari. Et ideo tota gloria tēpli salomōis erat in apparatu ornamentorū et vasorū aureorum. ꝛ sic tota gloria iudeorū referebatur ad corpus. ꝛ nihil ad aīam nec curabant de interiori iusticia. s3 oppositū docet lex euangelica. nam. vera iusticia et ornatus d3 esse in nobiliori parte. s3 aīa est nobilior corpore: ergo verus ornatus d3 esse i aīa Nam deus ratione anime diligit hominē. ergo potius vult sibi desponsare animam ꝙ corpus. ergo totū ornatū ꝛ apparatū magis desiderat in aīa ꝙ i corpe: ꝛ sic hō magis dr̄ iustificat⁹ i aīa ꝙ in corpe ꝑ ꝛ ꝯñs magis ꝑ act⁹ interiores ꝙ exteriores cum possint esse ficti: et falsi: et sic deus magis acceptat et respicit affectum et intentionem ꝙ effectum exteriorem: vt ait saluator Math. v. Et ideo dicit hic gloria huius sponse si nō ꝯsistit in apparatu exteriori sicut templū salomonis: cuius tota gloria erat in pellibus et pannis et vasis aureis et argenteis. ꝛ similiter est dicendū de templis gentilium: sed tota gloria eius. i. dest isti⁹ sponse filie regis scil3 ecclesie est abintus in actibus et in deuotiōe interiori. et in ornatu spiritualium sacramentorum ecclesie. Et sic etiam ornatus christianorum et iusticia et perfectio nō consistit in actibus exterioribus sed in ornatu anime ꝛ deuotione et virtutibus et non in apparentia: et vana gloria exteriori sed in bona intentione interiori: ne quod foris ostendit: intus a mercede euacuetur. qr xpianus non expectat premiari nec felicitari in hoc mundo: sed in alio: et talē aīam concupiscit xps et despōsat sibi. Ideo l3 ecclesia spōsa xpi sit circūamicta varietatibus ad extra: ꝛ ei⁹ vestis sit cōtexta varietatibus statuum scil3 coniugatorum viduarū ꝛ virginū: tn̄ ab intus oībus est vna fides. vna charitas. vnū baptisma. ꝛ vnicam expectant gloriam. et sic tota gloria eorū est in aīa. Unde tali vestitu deaurato et tali amictu contexto varietatibus colorū perfectionū et virtutū ornauit deus pater sponsam filij ꝛ talē spōsam concupiuit xps repudiata synagoga et gentilitate que in solis ornamentis mundanis et exterioribus delectabantur et putabant iustificari. Totum etiam hoc potest referri ad legem moysi et ad totā scripturā ve. test. cuius veritas nō cōsistit in litera exteriori: sed in sensu spūali interiori que quidem lex vetus est quasi tunica ꝛ vestis sub qua latet euangeliū siue veritas euangelica. Et sic gloria veteris legis est veritas euangelica latens ab intus in fimbrijs aureis. ꝛ hāc veritatē et gloriam interiorem legis desiderarunt oēs pr̄es ve. test. et hanc cōcupiuit et acceptauit et predicauit xps. ꝛ sic abiectis. et repudiatis cerimonijs exterioribus cōcupiuit gloriam ꝛ veritatem interiorem. Et sic lex vet⁹ pt3 ab extra in vestitu byssino et grosso sed veritas euangelica latet infra in vestitu deaurato circūamicta varietatib⁹ sensuū. i. ꝓphetico morali et anagogico et multiplici: qr ptransibūt plurimi. et multiplex erit scientia. Itē ista gloria que latet ab intus ꝛ emanat ab intus: est gratia ecclesiasticorum sacramētorū. que: sunt inuisibilis gratie visibilis forma. Nam in quolibet sacramento sub visibili forma latet inuisibilis gratia. vnde quolibet horum sacramentorum est circūamictum varietate bonorum effectuum Nam baptismus purgat originale et⁹ cōfert. fidē spē ꝛ charitatem et cōfigurat et incorporat nos xpo sponso. et confirmatio confert septem dona spūssancti et eucharistia reficit.

Ornat⁹ xpianorꝫ

Adducentur regi virgines post eam proxime eius afferentur tibi. Afferentur in leticia et exultatiōe: adducentur in templum regis.

xxvij. q. ꝺ i. cap. nuptiarū. et. i. q. i. multe et xcij. d. c. legim⁹.

¶ Postꝙ superius deus pater cātauit ꝛ cōmēdauit sponsum ꝛ spōsam in suis ornamētis ꝛ apparatu hic cōmēdauit eā ꝺ copia ꝛ frequēti societate puellarū adolescētularū que maxime decorāt

sponsam: vt pz in cãticis salomonis. Pot etiã dici: q nũc in hac tertia parte huius carminis nuptialis: predicit et cõmendat felicem prolẽ eorũdem. Et ratio est nam in supiori versu dixit. q omnis gloria huius sponse est abintus quasi invtero eius: et q est amicta et circũdata varietatib9 statuuz et filiorũ. ideo hic enumerat et memorat liberos et filios eius. quorũ stat9 sunt multi scz virgines: vidue: cõiugate: apostoli: et martyres et doctores. Unde nota q ista ples fuit regenerata ex iudeis primo. scdo ex gẽtilib9. et ex vtrisq fuerũt virgines et vidue et de oĩ statu et illico icipit ecclesia christo dare prolem. Dicit ergo primo virgines scz virgo maria et iohannes baptista et cetere virgines aducentur post eam. i. sequentur ipsam ecclesiã. i. ipsa ecclesia primo adducet virgines sponso suo xp̃o. et proxime eius: scz vidue et cõtinẽtes que tenẽt scdm locuz post virgines offerẽtur tibi. O xp̃e in leticia et exultatiõe: id ẽ spõte vouebũt et seruabũt castitatez amore tui. Etiã per virgines possunt intelligi oẽs anime xp̃ianorũ que habẽt fidẽ catholicã fm augu. q2 per primas pñt intelligi specialiter conuersi ex gentibus ex quib9 multe virgines fuerũt deo consecrate et seipsas p christo morti obtulerunt et multe alie se monasterijs dedicauerũt. Et ideo sequitur. Adducentur in templuz regis sicut continue sanctimoniales christo dedicantur. Et etiam per virgines et proxime xp̃i possunt intelligi oẽs aĩe xp̃ianorum: que in baptismo incõcusse fidem xp̃o promiserũt que dicuntur virgines ab integritate fidei ex quibus sunt martyres et virgines vidue et coniugati. qui omnes sequũtur ecclesiam: et sunt regenerati a christo et ecclesia. Omnes enim christiani adducuntur ad templum xp̃i: et adducit eos mater ecclesia. vt baptizẽtur et recipiãt cetera sacramenta. Et sic oẽs sequũtur agnũ quocunq ierit.

Proles ecclesie.

xlviij. d. c. quorũ vices.

Pro patrib9 tuis nati sunt tibi filij: cõstitues eos pricipes sup oẽm terrã.

¶ Hic specialiter memorat prolẽ apostolorũ: eo q tenẽt primũ locũ in ecclia. Unde posset dicere ecclesia. O christe tu ascendis in celum: et dimittis me viduam et solam et pupillam sine patre: quia ante habui patriarchas et prophetas qui fuerũt patres mei nunc autem repudiata synagoga in qua sunt scribe et pharisei: legisdoctores: congregasti me ex piscatoribus et plebeis et simplicibus ydiotis. Ad hoc respondet de9 ne timeas ecclesia sponsa quia pro patribus id est loco et vice patrum scilicet patriarcharum et prophetarum nati sunt tibi filij. s. apostoli qui recepto spiritusancto erũt maiores et sapientiores q̃ patriarche et prophete. Ideo hos constitues principes super omnem terram Hoc etiam dicit quia sicut iacob genuit. xij. filios patriarchas a quib9 descẽderũt omnes filij israel carnales ita xp̃o regenerauit. xij apostolos a quibus descẽderũt omnes christiani per generationem baptismalem et spũalẽ. Et id ecclesia dr verus israel spiritualis quorum patriarche fuerũt. xij. apostoli vt patebit psalmo. lxvij. Hoc idẽ dicit ecclesie congregate ex gentibus: nõ timeas: nec dedigneris o popule gẽtilis q: habuisti summos philosophos qui in scientia humana floruerũt et reges et imperatores qui armis et legibus totum orbem subiecerunt. Nã pro filiis patribus tuis scilicet loco platonis et socratis et aristotelis et ceterorũ philosophorum et loco cyri et darij et alexandri et cesaris et pompeij. et octauiani et ceterorum famosissimorum regum et imperatorum et bellatorum nati sunt tibi. id est renati ex me filij scilicet apostoli et discipuli et hos cõstitues principes super omnem terrã qui non inanis prophetie verbis: nec viribus humanis sed armis euangelicis totum orbem tibi subijcient et sic erunt maiores q̃ alexander et cesar qui minorem partem mundi vix potuerunt obtinere. Item renati sunt tibi filij ex me scilicet martyres et doctores. Et ideo o christe domine mundi.

Nota

Memores erũt nois tui dñe in omni generatione et generationem.

xxiij. q. j. quia ex sola.

¶ Isti apostoli et doctores erunt memores tui. in omni generatione et generationem. quia scribent et predicabunt mirabilia que fecisti vsq ad iudicium. Nam euangeliste scripserunt euangelia: in quib9 memorantur omnia gesta christi. Et iacob9 et iohannes et pe. scripserunt epistolas canonicas et. lucas actus apostolorum. Et paulus scripsit quattuordecim epistolas ad diuersos populos et status que quotidie leguntur et predicatur in ecclesia in quibus maxime memoratur nomen christi. Et sic apostoli non solum ipsum nomen christi predicauerunt: sed etiam in memoriam ei9 scripta reliquerunt.

Propterea populi cõfitebuntur tibi ineternum: et in seculum seculi.

s. q. i. s. ex catholica.

¶ Propterea et propter que sunt scripta omnes populi ad fidem cõuersi confitebũtur tibi o christe et colent te tanq messiam et verum deum in seculuz seculi. ¶ Nota q ly domine non ponitur in hebreo et sic nulla accidit difficultas loquendo patre ad filiuz in hoc versu. L ¶ Ex toto ergo isto psalmo possunt recolligi quattuordecim conclusiones seu doctrine. ¶ Prima conclusio q pater ab eterno eructauit verbum bonum et toto corde id est de tota substantia. ¶ Secunda conclusio q ex tempore produxit per illud verbum velociter omnes creaturas sicut velox scriba produxit litteras. ¶ Tertia conclusio q christus fuit speciosus pre filijs hominum in puritate et sanctitate et sapiẽtia et gratia spiritussancti. ¶ Quarta conclusio q christus triplici gladio fuit accinctus scilicet gladio humanitatis et potentie et doctrine. ¶ Quinta conclusio q quinq virtutes fuerunt propter quas meruit regnare: scilicet sanctitas. sapientia. veritas. mansuetudo et iusticia que quidem quinq virtutes sunt necessarie cuilibet regi et principi. &c. ¶ Sexta conclusio q tam apostoli q̃ verba euangelica fuerunt sagitte quibus christus penetrauit corda hominuz. ¶ Septima conclusio q sedes christi iudiciaria erit eterna. et sceptrum christi erit iustum et directum.

¶ Octaua conclusio q in diuinis est trinitas psonarum. scilicet pater vngens. et filius vnctus. et spiritussanctus quo filius vngitur secundum humanitatem. ¶ Nona cóclusio q triplici vestimento fuit christus vestitus scilicet vestimento mirrhe passionis. et vestimento penitentie et doctrine. ¶ Decima conclusio q vestimenta ecclesie christi deaurata sunt per charitatem et circundata varietate virtutum et sacramentorum et diuersorum ordinum et graduum ministrorum et prelatorum ecclesie. ¶ Undecima conclusio q ecclesia sponsa christi est congregata ex conuersis de populo gentili relinquentibus ritum patrum suorum et ex cóuersis de iudaismo relinquentibus cerimonialia et ritus legales patrum suorum. ¶ Duodecima conclusio q filij gentilium debebát recipere christum et adorare ipsum tanq deum. ¶ Tredecima conclusio q gloria ecclesie non consistit in bonis exterioribus et temporalibus: sed interioribus et spiritualibus. ¶ Quartadecima q loco. xij. patriarcharú constituti sunt duodecim apostoli principes super omnem terram: per quos regeneratus est totus populus fidelium.

v.q.v.nó ois.vij. q.i.c.ad uersitas



Deus noster refugium et virtus adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis.

¶ Huic psalmo preponitur talis titulus in hebreo: scilicet victori siue ad victoriam filijs chore, super alamot canticum. Scdm vero. lxx. In finem filijs chore p archanis canticú. Scdm autem hiero. Uictori filiorú chore pro iuuentutibus canticum. ¶ De autore autem et materia huius psalmi dicit Rabi. salo. et quidam alij hebreorum q filij chore fecerunt hunc psalmum pro gratiarú actione eo q fuit factú in eis illud grande miraculum: quia patre suo chore et dathan: et abiron: et ceteris cóplicibus illius coniurationis pereuntibus ipsi fuerút liberati: vt patet Numeri vigesimosexto. c. xvj. Et hoc iuste et benemerito factum est vt dicunt isti. Namq cum chore pater eorum et ceteri obstinati vellent rebellare contra moysen: et aaron: tamen filij chore noluerunt esse complices nec participes in illa coniuratione: immo persuadebát patri vt obediret moysi iuxta voluntatem domini: sed quia chore cum ceteris voluerút obstinate perseuerare in suo malo pposito: ideo aperta est terra et deuorauit eos: filijs chore saluis manentibus vt patet ibidem. Et addunt isti q filij chore manserunt in aere: cum terra sub pedibus eorum fuisset aperta: sed coniuratoribus absorptis et deuoratis: tunc terra fuit reclusa et reiúcta: et tunc filij chore máserút salui super terrá. In hoc fuit illud grande miraculú qd scribit nume. xvj. Et addút isti q tunc deus dedit filijs chore spm pphetie in premiú tante obediétie: et sic fecerút oés psalmos qui intitulant filijs chore: et inter ceteros fecerút hunc psal. agendo grás pro sua liberatióe et táto miraculo ostéso. Et hanc positionem sequútur quidam catholici glosantes hunc psal. pro illa liberatione et miraculis factis in deserto: et in tránsitu maris rubri: et in ingressu terre pmissionis. Quia tunc factus est impetus fluminis iordanis qñ cóuersus est retrorsum: et transiuit populus et altissimus sanctificauit suum tabernaculú et archá qñ reposuit eam in sylo: et letificauit illam ciuitaté et populum dádo possessioné illius terre. Et sic exponunt litteraliter hunc psal. de adeptióe illius terre cum auxilio dei. ¶ Sed ista positio licet aliquo modo et in minori parte cótineat aliqualem veritaté: tñ in maiori parte ptinet falsitaté. Nam primo cótinet falsum inquantum dicit q filij chore fecerút hunc psal. tpe moysi: sicut fuit pbatú in titulo psal. xli. Scdo ptinet falsum inquantú dicit q psalmista pcise in hoc psalmo memorat miracula et prodigia facta in exitu israel de egypto: et in ingressu terre pmissionis. Sed potest cótinere verum inquantú dauid contéplando miracula et prodigia et mysteria facta et gesta in illo egressu et progressu: et ingressu puidit in spiritu ortú et progressum et psperitaté et triúphú ecclesie xpi. Que quidé ecclesia christi est et fuit figurata per filios chore eo q est et fuit pgregata ex puersis de populo iudaico et pplo gentili quorú patres perierunt in sua cecitate et infidelitate vt pbatú fuit ibidé: scz. xli. Et ideo est dicendú q dauid fecit istú psalmum et intitulauit ipm in finem filijs chore sup alamot eo q dedit ipm cantandú ipsi hemá: et toti choro suo: eo q erant de filijs chore vt ibi fuit dictum. Sed tunc manet dubiú de diuersitate tránslationú huius tituli. Nam. lxx. trástulerunt in finé filijs chore pro archanis. Et hieronymus trástulit filijs chore pro iuuétutibus. Ad hoc respondetur q hoc nomé alamot est plurale deriuatiuú de hoc nomine alma: sed qz hoc nomé alma est equiuocum ad duo. Ná vno modo idem est q adolescétula siue puella. Alio modo idem est q secreta. Et sic alamot vno modo significat iuuentutes. Alio modo significat archana siue secreta. Et ideo septuaginta transtulerunt pro archanis sumendo vnam significationé. Et hiero. trástulit p iuuétutibus suméndo aliá significationé: sed h ex diuina puidétia factú est. Ná dauid in psal. isto prophetice memorat et predicit archana et secreta et profunda mysteria: et prodigia et miracula que gesta et facta sunt in iuuentute et in ortu et progressu ipsius ciuitatis siue ecclesie dei vt magis patebit in fine expositionis huius psalmi. Et sic necessaria fuit vtraq tráslatio: quia notificat iuuentuté et ortum ecclesie. Et altera archana et profunda mysteria et miracula que gesta sunt in ortu et in iuuétute ecclesie. Et ideo datus est iste psal. filijs chore ad cantandú eo q gerebát figuram ecclesie sic cógregate vt dictú est. Tria ergo facit dauid in hoc psalmo. Primo enim predicit fortitudinem et constantiam quá habuit ecclesia contra iudeos et tyrannos in sua iuuétute et auxilio dei in principio. et hoc per figuram: et put preuidit in exitu israel de egypto: et per transitum maris rubri. Secúdo explicat vnde ista ciuitas dei et ecclia adepta est talem fortitudiné. Et in quo tépore habuit hanc

Alamot qd significat.

Diuisio psalmi.

grẽ am: et hoc p figurã ingressus terre pmissionis per iordanẽ. ¶ Tertio explicat pphetie victoriam et triũphũ quẽ habuit ecclesia de iudeis ꝛ tyrannis persecutoribus suis. Et hoc ppter figurã victorie quã habuit iosue ꝛ israel de regib⁹ ꝛ populis chananeoꝝ. Scd̃a ibi. fluminis impet⁹ letificat. Tertia ibi. Cõturbate sunt gẽtes ꝛ inclinata.

eccl'ie p gressus. L ¶ Quantũ ad pmũ est notandũ sicut pluries dictũ est ꝙ principiũ ꝛ pgressus ecclesie xpi manifeste figuratus est per pmũ pgressum populi israel. Nam sicut iacob siue israel genuit duodecim filios et reliquit eos in egypto inter inimicos vbi grauiter fuerunt afflicti. Sed moyses cum signis et portentis eduxit eos per mare rubrum ꝛ desertum cum maximis laboribus et tribulationibus Ita xps regenerauit duodecim apl'os et post eius mortem reliquit eos in hierusalẽ vbi fuerũt afflicti a iudeis vt patet in actibus apostoloꝝ. Sed xps misit in eos flumẽ aque sapientie spiritussancti: et misit eos per mũdũ vniuersum ꝛ subiecerũt xpo totum orbem sicut filij israel transferentes impetum iordanis obtinuerunt totam terram promissionis. in illa ergo figura et mysterio preuidit dauid totum principium et progressum ecclesie. Ideo introduxit cetum apostolorum ꝛ fidelium primitiue ecclesie loquentem in hoc psal. ꝛ explicantem fidem suam in illa persecutiõe. Unde dicit populus ꝛ ciuitas ebristi christus deus et homo est noster refugium et virtus et adiutor in tribulationibusque inuenerunt et vexa uerunt nos nimis in primitiua ecclesia. Nam ilico post mortem ꝛ resurrectionẽ xpi insurrexerunt principes ꝛ pharisei cõtra nos: ꝛ ducebant nos ꝛ constituebant in cõspectu sacerdotuꝫ precipientes ne predicaremus nomẽ xpi et persequebantur nos per synagogas et ciuitates. ꝛ comminabantur nobis flagella et tormenta. vt patet in actibus apostoloꝝ: sed propterea quia deus noster est refugiũ et virtus nobis.

lxxxvi. d. desolatis. **Propterea non timebimus dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris.**

¶ Ideo non timebimus dum turbabitur terra. et transferentur montes in cor maris. Et ponitur futurum indicatiui pro optatiuo: quia iudei non habent optatiuum. Quasi dicat ꝗuis turbetur tota terra contra nos: et fiat tantus terremotus et transferantur et cadant montes in cor maris ꝛ in medio maris sicut solet quandoꝙ fieri in maximo terremotu: tñ nos non timebimus persecutores post ꝙ christus ꝛ eius auxilium est nobiscũ. Unde tota terra iudee primo mota est cõtra apostolos et discipulos et exinde totus orbis ꝛ populus gẽtilis cõtra apostolos et martyres et oẽs christianos: et tanta commotio facta est contra eos ꝙ montes. i. magni principes et reges trãslati sunt in cor maris. i. mouerunt fluctus amaros

vij. q. s. c. aduersitas. sui furoris et persecutionis contra totam ecclesiam et ciuitatem dei. Ideo sequitur.

Sonuerunt et turbate sunt aque eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

¶ Aque eorum scilꝫ persecutiones et indignationes sonuerunt et turbate sunt cum magno sonitu: sicut fit in mari tempore tempestatis. Ita moti scribe et pharisei. fecerunt preconium in tota iudea: ne quis auderet nominare christum. et sic paulus acceptis epistolis in damascũ vt si quos inueniret huius vie viros victos perduceret in hierusalem. Item nero et domician⁹ ꝛ vltimo dioclecianus fecerunt edictum per totum orbem ne quis predicaret christum: aliter capitali sententia puniretur bonis fisco dedicatis ꝛ sic in fortitudine huius terremotus fluctuationis maris cõturbati sunt montes. idest principes et reges cõtra christianos. Sꝫ in omnibus his fluctuatiõib⁹ non timebant apostoli: immo ibant gaudentes a conspectu concilij pro nomine iesu contumeliam pati. Et dicebant: obedire oportet magis deo ꝙ hominibus. Actuum. v. hoc idem dicebant apostoli et martyres dum starent ante reges et presides vt patet de beato Laurentio et Uincentio: et Katharina ꝛ Lucia. Ideo omnia ista nõ timebãt quia christum in refugium habebant. Quasi dicat ꝙ sicut filij israel fuerunt vexati in egypto et angustiati in mari rubro inter mare et montes videntes egyptios eos persequentes: ita fuimus afflicti per iudeos et tyrannos in primitiua ecclesia. Sed sicut deus fuit refugium et adiutor illorum: et liberauit eos tam de egypto ꝙ de mari cũ signis et prodigijs: ita christus liberauit ecclesiã de persecutione iudeorum et tyrannorum cum signis et miraculis et subiecit sibi omnes gẽtes et populos.

Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. lxxxvi. d. ca. desolatis. ij. q. d. vij testes.

De⁹ in medio eius nõ cõmouebitur adiuuabit eam deus mane diluculo

¶ Hic reddit causam vnde apostoli et ciues dei habuerũt tantã virtutem: vt possent resistere tot fluctibus ꝛ tormẽtis tyrannorũ terrene ciuitatis.

D ¶ Unde iam dictuꝫ est psalmo quarto ꝙ sic co post adam genus humanum fuit diuisum in duas ciuitates: quarum vna incipit ab abel: que dicta est ciuitas dei: altera a chain que dicta est ciuitas diaboli que processerunt vsꝙ ad christũ sed continue fuerunt renouate et excitate. Nam ciuitas dei fuit renouata per noe: et Abraam ꝛ iacob: a quo dicti sunt filij israel vsꝙ ad xpm cuius ciues fuerunt semper afflicti a ciuibus terrene ciuitatis. Hec autem ciuitas dei fuit totaliter renouata ꝛ regenerata per xpm et cõgregata ex filijs ciuiũ vtriusꝙ ciuitatis patribus pereũtibus vt dictum est. Et sic sicut maior pars ciuitatis terrene. s. populi gentilis transiuit ad ciuitatẽ xpi recipiẽdo xpꝫ in quo fuerũt regenerati: ita maior pars filiorum israel transierunt ad ciuitatẽ diaboli negando xpm verũ redemptoreꝫ ꝛ messiam. Notal de duab⁹ ciuitatib⁹

Et sic omnes simul infideles pertinentes ad ciuitatem diaboli inceperunt insurgere et mouere fluctus iniquitatis contra ciuitatem xpi. Que ciuitas passa est diras persecutiones. Primo a iudeis. Postea a tyrannis per .x. imperatores vsq; ad magnum constantinum quibus persecutionibus erat impossibile resistere nisi ex auxilio superno. Ideo christus misit flumen aquarum donorum et gratiarum spiritussancti in die penthecostes in omnes discipulos et apostolos in quibus cōsistebat tota ciuitas dei quod flumen vallauit et fortificauit et letificauit taliter totam ciuitatem dei que est ecclesia q̄ āplius nō timuit impetus et fluctus aquarum ⁊ persecutionum tyrannorum et oim inimicorum. Nam ilico inceperūt cum fiducia predicare verbum dei: vt patet per totum discursum actuum apostolorum. Et nō solū impetus fluminis spiritussancti defendit et fortificauit ecclesiam: sed etiam propulsit et pstrauit fluctus et ciuitatem diaboli: q: principem huius mundi eiecit foras. Nam populus gentilis eiectis idolis conuersus est ad xpm: etiam fluui' baptismalis concessit virtutem xpianis vt nō solum resisterent: sed etiam vincerent ⁊ subijcerent ciuitatem diaboli: et sic aucta est ciuitas dei a solis ortu vsq; ad occasum: in medio cuius deus habitat per fidem vbi antea diabolus princeps huius mundi habitabat. Ex quibus p3 q̄ xp̄s per flumen aque baptismalis et donorū spiritussancti fortificauit suam ciuitatē ⁊ irrigat eam: ⁊ germinare eam facit: et dilata est ⁊ ampliata per totum orbem. Dicit ergo ciuitas dei. Non mireris si non timuimus terremotum ⁊ tempestatem maris inimicorum. Nam impetus fluminis spiritussancti letificat et irrigat ⁊ fortificat et vallat ciuitatem dei: scilz ecclesiam. nam altissimus deus sanctificauit tabernaculum suū .s. ecclesiā in qua habitat per fidez. Et ideo q: ipse xp̄s habitat in ea nunq̄ cōmouebitur a fide et charitate xpi. Nā ipse habitando in ea influit virtutem et gratiam sacramentorū et dona spiritussancti: que sunt arma xpianorum. et ideo licet continue agitur fluctibus tyrannorum et hereticorum: tamen nunq̄ ad iudicium submergetur nec expugnabitur nauicula patri: immo semper deus adiuuabit eam mane diluculo. Unde nota q̄ totum tēpus legis veteris dicitur nox: tempus verō gratie dicitur dies: cuius aurora ⁊ mane siue diluculum fuit resurrectio et ascensio christi. Sed q: ilico decimo die post ascensionem misit christus flumen donorum spiritussancti in discipulos: quo flumine letificauit et adiuuit hanc ciuitatem. ideo dicit. Adiuuabit eam mane diluculo. i. in principio legis gratie. Quasi dicat q̄ sicut impetus fluminis iordanis letificat et irrigat totam terram pmissionis: et aque circundant eam vndiq;. Nam ex parte orientali clauditur aquis iordanis ⁊ ab aquilone aquis descendentibus cum impetu de libano et ab occasu clauditur mari mediterraneo ⁊ a meridie torrēte turbido egypti: ita pariter ciuitas ⁊ ecclesia dei irrigatur et letificatur et vallatur in impetu fluminis baptismalis et aliorum sacramentorum. et sic defendit vndiq; eam' ab incursibus demonū ⁊ infideliuz. Et ideo ista ciuitas sic letificata ⁊ adiuta impetu fluminis spūssancti: dedit vocem suā euangelicā per vniuersum orbem ⁊ mota est tota terra: et cōturbate sunt gentes ⁊ inclinata sunt oīa regna mūdi: ⁊ subiecta iugo xpi ad p̄dicationē aplorum ⁊ martyrum: ⁊ doctorum. Et sic reges terre qui ppter idola persequebantur xpianos antea: post suscepto baptismo deleuerunt idola ppter xpm. Un̄ sicut fluminis impetus validus trahit secum oēs arbores ripe: ita impetus fluminis xpi oēs gētes trahit ad ecclesiā. Sed in qua virtute hoc facimus: r̄ndet: q: xp̄s dn̄s virtutum semper fuit nobiscū. ⁊ deus iacob fuit semp susceptor et defensor ⁊ adiutor in oibus tribulationibus supradictis. Ideo nō solum fuimus ptecti sed etiā victores sicut dixit nobis in sua ascēsione. Ego aūt vobiscū sum vsq; ad cōsummationem seculi. Uel pōt incipi cōstructio ibi scilz dominus virtutū qui erat nobiscū dedit vocem suā euangelicam per apostolos. et mota est vniuersa terra. intantum q̄ turbate sunt gentes ad predicationem apostolorum: ⁊ inclinata sunt omnia regna mundi ad suscipiendā fidē christi.

Ciuitas dei fortificatur.

Lex vet' dicitur nox.

X i. q. iij. ad mensam.

Cōturbate sunt gētes ⁊ iclinata sūt regna: dedit vocē suā mota est terra.

¶ In hac tertia parte explicat prosperitatem huius ciuitatis. et victoriam ⁊ triumphum quez habuit de omnibus suis persecutoribus. ⁊ quomodo subiecit totum orbem iugo xpi in virtute impetus fluminis gratiarū ⁊ donorū spūssancti ad predicationē aplorū. Un̄ dicit q̄ ista ciuitas dei sic letificata ⁊ adiuta mane diluculo: impetu fluminis spūssancti dedit vocez suā euangelicā predicatione apostolorū: et tūc cōmota est tota terra a solis ortu vsq; ad occasuz. ⁊ cōturbate sunt oēs gentes visis signis ⁊ pdigijs et miraculis apostolorū. Et inclinata sunt oīa regna mūdi ad credendum euangelio. et subiecta sunt iugo christi. Et tunc reges terre qui ppter idola ante persequebantur xpianos: postea delerūt oīa idola ppter xpm: vt inquit aug. Unde sicut impetus fluminis validi tempore pluuiarū trahit secum oēs arbores: et diruit domos ⁊ ciuitates sitas in ripa: ita pariter impetus fluminis predicationis euangelice fidei et miraculorum prostrauit oīa idola et reges et populos gentiliū traxit ad fidem xpi quasi dicat q̄ sicut impetus fluminis iordanis letificat et irrigat totam terram promissionis: ita fluuius baptismalis irrigauit et letificauit totā ecclesiā xpi. ⁊ sicut ille transitus fluminis iordanis letificauit filios israel. qn̄ cōuersus est retrorsum: et prebuit eis audaciam viso miraculo. ⁊ sic transierūt cōtra chanan eos et vicerūt eos: ita pariter impetus baptismalis fluminis et impetus fluminis donorū que receperūt apl'i in die pēte. letificauit eos et totā ciuitatē et cū magna fiducia ⁊ fortitudine ingressi sunt cōtra reges ⁊ principes mūdi. Et sicut tūc ad sonitū tubarū ⁊ buccinarū ⁊ vocē sacerdotum ⁊ tubam ceciderūt muri hierico. et capta est ciuitas. ⁊ omnes fuerūt occi-

ſi et poſtea exinde ꝓcedēdo regna chananeorum fuerūt capta: ita pariter ad vocē ⁊ ſonitū tube ꝑdicationis aploꝝ ceciderūt oia idola. et inclinata ſunt oia regna ppli gētilis: ⁊ occiſa fuit in eis ſupſtitio ⁊ infidelitas ⁊ ſuſcitata fides vt inquit Aug. Sed q2 diceret aliquis in qua ꝟtute feciſtis oia iſta: o apli et xp̄iani. ideo ſubdit.

xxiiij.q.j. ſ.que digniora. **Dñs virtutum nobiſcum ſuſceptor noſter deus iacob.**

¶ Quaſi dicat ꝙ ieſus xp̄s dñs virtutū et dator graꝝ fuit nobiſcū in oibus ſupradictis ꝑſſuris ⁊ triumphis adiutor et ꝓtector. ⁊ ipe xp̄s dñs Iacob: q2 ipſi Iacob fuit ꝓmiſſus: erit ſuſceptor ⁊ liberator noſter: in quo nr̄am ſpem et fiduciā cōſtituemus. Deinde cum dicit.

vj.q.j.c. ſi oia. **Venite ⁊ videte opa dñi: que poſuit prodigia ſuper terrā: auferens bella vſq3 ad finem terre.**

De pe. diſti.j.c. omnis. **Arcū conteret ⁊ confringet: arma et ſcuta comburet igni.**

¶ Inuitat et cōuocat oēs gētes ⁊ pplos vt veniāt ad pȝedicationē aploꝝ. et ad videndū ſigna ⁊ ꝓdigia et miracula coꝝ quib9 viſis ꝯuertantur ad xp̄m. ideo ait. O vos oēs gentes venite et videte opa dñi nr̄i ꝓdigia et miracula q̄ poſuit ſup terram. Et videte primo opa nr̄e redēptionis: ⁊ miracula q̄ per ſeipſum fecit mortuos ſuſcitādo: et infirmos ſanando ⁊ ſup aq̄s ſiccis pedibus ambulādo: et poſtea videte opa ⁊ miracula q̄ fecit ꝑ apoſtolos et martyres ſup terrā et q̄ūo fuit auferens bella vſq3 ad finem terre q2 omnia regna fuerunt ſibi ſubiecta. Nam conteret arcum et poteſtatem tyrannorum et confringet arma diaboli in quibus confidebat ſcilicet omnia genera peccatorum ⁊ ſcuta ſcilicet philoſophiam naturalē qua gentiles ſe defendebant: ⁊ contra nos arguebant ⁊ ritum et ſuperſtitionem plurium deorum cōburet igni veritatis ſacre ſcripture. Nam paulus cū autoritatibus ſacre ſcripture vicit phoos vt p3 Act.xviij. Et petrus vicit oēs ſcribas et phariſeos. Act.iij. Itē chriſtus continet arcum id eſt ſacerdotium ⁊ arma id eſt regnum iudeoꝝ per romanos et ſcuta id eſt muros hieruſalē cōbuſſit igni. ¶ Deinde cum dicit.

xi.q.iij. ad menſam. **Vacate ⁊ videte qm̄ ego ſum deus: exaltabor in gentibus ⁊ exaltabor in terra.**

¶ Introducit xp̄m cōminantē tā iudeis ꝙ tyrannis dicēs. O vos iudei ⁊ vos gētiles vacate et ceſſate et deſiſtite ꝑſequi eccl'iam meā. et videte ⁊ cōſiderate bene ſcripturas. nā l3 videatis me in forma humana ⁊ mortali: tn̄ ego ſum verus deus et hō: ſicut canunt ſcripture: ⁊ ideo exaltabor in gētibus ſubijciendo oēs gētiles ad fidem et exaltabor in terra omnes terrenos et infideles puniendo et ideo cōuertimini ne ineternum puniamini. Sed ad hoc reſpondet populus fidelium dicēs.

Dñs virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter deus iacob. ꝯ.co.xcij di.c.i.in gloſſa.

¶ Ieſus xp̄s dñs virtutū erit nobiſcū in adiutorium. et ipſe deus iacob erit ſuſceptor et fautor ⁊ redēptor nr̄: et ideo te in meſſiam ⁊ redēptorem ⁊ caput nr̄m recipiemus. Ex quib9 p3 q2l3 tot9 iſte pſal. conueniat toti eccl'ie: tn̄ maxime ꝯuenit martyribus: qui ex multis tribulatiōibus et tormentis ſunt liberati: tn̄ finaliter de perſecutionibus triūpharūt. Et ideo legit̄ iſte ꝑs in feſtiuitatib9 ſctōꝝ martyrum: et etiā in virginū. Et ſic tota litera poterit applicari ad eos. L ¶ Ex toto iſto pſalmo pñt recolligi quatuor ꝯcluſiones. ¶ Prima ꝯclō ꝙ in hoc pſalmo memorant̄ prophetice magna ⁊ ꝓfunda et ſecreta myſteria de ciuitate dei et eccl'ia: et de eius iuuētute. ¶ Scda ꝯclō: qđ eccleſia fuit letificata et adiuta ⁊ ſanctificata mane diluculo in primo ſuo principio: in qua deus habitauit preſentialiter tanꝙ in ꝓprio tabernaculo. ¶ Tertia concluſio: qđ apoſtoli et tota ciuitas vicit ciuitatem diaboli et triūphauit de diabolo et membris in virtute ſanctificationis ⁊ gratie ſpiritusſancti. ¶ Quarta concluſio qđ chriſt9 fuit ſemꝑ adiutor ⁊ fautor huius ciuitatis quam ipſe fabricauit. D ¶ Sed hic aliquis poſſet dubitare ꝓpter duas concluſiones primas. Nā primo dictū eſt qđ in hoc pſal. dd̄ vult ꝓphetice explicare aliqđ magnū et ꝓfundū ſecretū de iuuentute eccleſie ꝓpter id qđ dr̄ in titulo. ſ. in finem ꝓ archanis ſiue iuuētutibus ⁊ tn̄ iſtud magnū et ꝓfundum myſteriū nō videt̄ explicatum in ſupradicta expoſitione nec fuit explicatum nec declaratū quod eſt illud mane ⁊ diluculū in quo ciuitas dei ſiue eccleſia fuit ſanctificata et adiuta. Itē tota eccl'ia cōiter cātat de virgine maria illos duos ꝟſiculos. ſ. ſctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus et adiuuabit eam deus mane diluculo: ⁊ tn̄ in ſupradicta expoſitione non fuerūt expoſiti niſi pro tota vniuerſali eccl'ia xp̄i ⁊ ſic videt̄ expoſitio inſufficiens et non ad propoſitum. A ¶ Ad totum hoc ſimul rn̄detur. Ad cuius intelligentiā eſt primo notandum: qđ ex diuina prouidentia et ſub grandi myſterio ꝓpheta prepoſuit illud vocabulū in titulo. ſ. ſup alamot. Nam dictum eſt qđ alamot eſt plurale huius nominis alma: quod eſt equiuocū ad duo. Nā vno mō idē eſt quod iuuencula ſiue puella et adoleſcētula. et alio mō idē eſt qđ ſecreta qđ totū ſimul ſoli virgini marie conuenit eo qđ ſola ipſa fuit virgo ſecreta. Nam apud vulgus non putabatur virgo eo qđ peperit filiū: et tamen ſimul cum fecunditate manſit virgo ⁊ ſic erat virgo in ſecreto et veritate mente et corpore. Et ideo ex diuina ꝓuidentia ⁊ ſub tali myſterio Eſa. dixit. Ecce alma concipiet et pariet filium. Quod quidem vocabulū alma ſcribitur cū men. clauſo in ſolo iſto loco contra naturam ſui. ad denotandum qđ iſta domicella ſecreta cum virginitate ſeruata chriſtum erat conceptura et paritura. Et etiam ſub eodem ſpiritu beatus Hierony. et etiam.lxx. tranſtulerunt. Ecce virgo concipiet. Nam alma idem eſt quod domicella: ſiue iuuen

Nota. Obiectio. Rn̄ſio. Nota dē alma. Nota dē incarnatione.

cula secreta.i.ṽgo in secreto. B ¶ Et ita pari/
ter salomon ꝓuidẽs in spũ mysteriũ incarnatio/
nis xp̄i ex ṽgine maria: ꝛ nõ valẽs cõprehendere
dixit Prouerb.iij. Tria sunt mihi difficilia ꝛ q̃rtũ
penitus ignoro viã aquile in celo. viã colubri su/
per petrã. viã nauis in mari ꝛ viã viri in alma.i.
iuuencula siue adolescẽtula. Uñ lz in aliquib⁹ bi
blijs reperiat̃ scriptũ viã viri ĩ adolescẽtia: tñ hoc
est corrupte scriptũ ex vitio ꝛ ignorãtia scriptorꝫ
qui ponũt adolescẽtiam pro adolescẽtula: q: ita
trãstulit btũs Hyero. nisi q: scriptores corrũpũt
Uñ salomon per viã aquile in celo intelligit de/
scensum verbi dei de celo: ꝛ per viam colubri sup
petrã: intelligit exitũ xp̄i de sepulchro clauso in
sua resurrectiõe ꝛ per viã nauis in mari intelligit
conuersationẽ ꝛ vitã xp̄i in hoc mũdo: et per viaꝫ
viri in adolescẽtula intelligit mysteriũ incarna/
tionis ex ṽgine maria que ↄcepit et peperit sine
corruptiõe: xp̄s enĩ igressus est in conceptione: ꝛ
egressus est in natiuitate per portã clausaꝫ vteri
virginalis. Et hoc est qd̃ dicit salomon se penit⁹
ignorare. Et sic ptꝫ q alma significat ṽginẽ secre
tam. ꝛ sic cõiter in multis locis sacre scripture po
nitur pro virgine maria. Et ita ponitur in titulo
huius psal. cũ d: filijs chore sup alamot.i. super
ṽgines secretas. Et ita ꝓnunciãt hebrei.s. filijs
chore pro domicellis. Et ponit̃ plurale pro singu
lari sicut frequẽter fit in sacra scriptura: qd̃ idem
est qd̃ pro virgine secreta.s. pro virgine Maria
matre xp̄i. Et iõ ex diuina ꝓuidẽtia factũ est qd̃.
lxx. trãstulerũt pro archanis. ꝛ Hiero. pro iuuẽtu
tibus. Et sic ambo explicãt vtrãqꝫ significationẽ
huius nõis alma q̃ significat ṽginẽ secretã. q.d.
q iste psal. datus est filijs chore ad cantanduꝫ in
quo ↄtinent̃ multa archana ꝛ ꝓfunda secreta de
illa virgine secreta.s. de virgine maria. Siue ĩ hoc
psal. continent̃ archana gesta in iuuẽtutib⁹ eccle
sie: que quidẽ archana sunt gesta in mysterio icar
nationis: ꝛ in virgine maria: qui quidẽ psal. diri/
git nos in finẽ.i. in xp̄ꝫ. Uñ dicit chanbi q qñ in
titulis preponit̃ in finẽ: signũ est q in illo psal. p̄/
dicit̃ aliqd̃ ꝓfundũ secretũ de seculo messie: q̃re
ponit̃ ꝛ memorat̃ in hoc psal. Ex hoc magnũ my
steriũ implicat̃ in illis duobus ṽsiculis.s. flumi/
nis ĩpetus. D ¶ Ad cuius intelligẽtiã est .ij. ad
uertẽdum q tota ecclesia cãtat et attribuit istos
duos ṽsiculos virgini marie ꝓpter q̃tuor myste/
ria ibi notata et memorata: que ꝓprie soli virgi/
ni marie cõueniũt. Primũ est qd̃ dicit ꝓpheta flu
minis ĩpetus letificat ciuitatẽ dei. Scd̃m q san/
ctificauit tabernaculũ suũ altissim⁹. Tertiũ q de⁹
in medio eius nõ cõmouebit̃. Quartũ q adiuua/
bit eã deus mane diluculo. Que quidẽ q̃tuor my/
steria lz dicant̃ de tota ecc̃lia tñ primo et p̄ncipa
liter et ꝓprie verificant̃ rõne virginis marie que
fuit p̄ma ciuis huius ciuitatis. ꝛ p̄mũ mẽbrum ec
clesie ꝺm Aug. in .j. sermõe de natiuitate virginis
marie. sicut illd̃ cãticorꝫ. iiij. tota pulchra es ami/
ca mea: ꝛ macula nõ est in te. Dicit̃ de tota ecc̃lia
spõsa xp̄i rõne virginis marie: q: de sola ipsa veri
ficat̃: quia sola fuit sine macula. Ita pariter ista
quatuor verificantur de tota ecclesia rõne virgi/

Nota d̃ virgine maria.

nis marie que fuit aurora ꝛ primũ membrũ ecc̃lie
A ¶ Ex quibus duob⁹ ṽsiculis verificant̃ q̃tuor
cõclusiones de ṽgine maria. ¶ Prĩa ↄcl̃o q deus
altissimus letificauit ꝛ irrigauit et ornauit aĩam
virginis marie flumine copiosissimo et abũdan/
tissimo grãꝝ ꝛ donoꝝ spũsc̃ti per hoc qd̃ ait. Flu
minis impetus letificat ciuitatem dei. Probatur
nã ꝺm Aug. j. sermone de natiuitate virginis. ipa
virgo maria fuit p̄ma ꝛ principalis ciuis ciuita/
tis dei et primũ mẽbrũ ecc̃lie in qua ciuitate de⁹
ꝑamplius et ꝑfectius habitauit prio mẽte: ꝛ scd̃o
carne.i. ꝺm carnẽ. Et iõ dicit q festũ natiuitatis
virginis iam ꝑtinet ad istã ecc̃liam cũ ipa sit p̄n/
cipiũ ecc̃lie: immo dicit q illud festũ est exordiuꝫ
oĩm festiuitatũ noui testamẽti. Ex quo ptꝫ qd̃ ly
fluminis ĩpetus letificat ciuitatẽ dei: prius ꝛ ꝑ se
verificatur de virgine maria que est p̄ma ciuis hu
ius ciuitatis. ¶ Scd̃a ↄcl̃o q altissimus fili⁹ dei
non solũ letificauit ꝛ irrigauit aĩam virginis co/
piosissimo flumine grãꝝ vt in ea habitaret ꝑ gra
tiam: sed etiã sanctificauit totũ eius corp⁹ ꝛ aĩaꝫ
vt in ea habitaret per carnẽ: et ex ea carnẽ assume
ret: qd̃ ptꝫ per hoc q subdit sanctificauit taberna
culum suũ altissimus. Uñ est notandũ sicut dictũ
est in prologo tractatu. iiij. q tabernaculum dei
est quadruplex.s. tabernaculũ ꝑsonale ꝛ materna
le: ꝛ mysticale: ꝛ ministeriale. Tabernaculũ ꝑsona
le est ipsa hũanitas xp̄i in qua ṽbum dei habitat
ꝑsonaliter in vnitate suppositi: ꝛ hoc tabernacu/
lum sanctificauit altissimus in ipso instãti incar
nationis: q: impleuit ipm spũ sapiẽtie ꝛ intellect⁹
Scd̃m tabernaculũ.s. maternale fuit ipsa virgo
maria de qua carnẽ xp̄s assumpsit: et in qua ꝑ no
uem mẽses ꝺm carnẽ habitauit: in cuius aĩa iam
a primo instanti creationis habitauerat per gra
tiam. Tertiũ tabernaculũ scꝫ mysticale est tota ec
clesia ꝛ religio christiana: in qua deus habitat ꝑ
fidem quam deus xp̄s per baptismuꝫ sc̃tificauit
in seipso: vt ipse ait Jo. xvij. ego sanctificabo me/
ipsum cũ eis. Quartũ tabernaculũ est tẽplũ mini
steriale ꝛ quelibet ecclesia ad cultũ dei et ministe/
rium ecclesiasticorũ sacrorum dedicata. Iste eniꝫ
ecclesie sanctificantur et consecrantur per ep̄os.
Et sic ẽ dicẽdũ q tabernaculũ ꝛ ciuitas dei prius
dicit̃ de hũanitate christi. Secũdo de virgine ma/
ria. Tertio de tota ecclesia fideliũ. Ultimo d̃ qua
libet ecclesia materiali. Unde recte per taberna/
culum altissimi intelligitur virgo maria quãtum
ad corpus ꝛ animã. Nam sicut illa archa testamẽ
ti in qua erant tabule legis: et virga Aaron: ꝛ vrna
mãne: figurabat hũanitatem xp̄i: vt inquit apo/
lus ad Hebre. ix. quia humanitas christi est archa
diuinitatis: ita pariter tabernaculum moysi figu
bat virginem mariam. Nam sicut archa testamẽ/
ti fuit reposita in tabernaculo illo vt ptꝫ Exo. xl.
ita pariter totus christus fuit repositus et requie
uit in vtero virginali tanquam in tabernaculo
materiali. Hoc ergo tabernaculum dicit dauid
quod altissimus sanctificauit. Et hanc ciuita/
tem copiosissimo flumine gratiarum spiritussan
cti letificauit ꝛ irrigauit: ꝛ vallauit et muniuit: et
suis manibus sanctificando fabricauit: vt ex ea

Marie aĩa orna tur ĩ gr̃a.

Corpus Marie sc̃tificat̃

quadruplex dei tabernaculum.

Maria d: dei tabernaculum.

carnẽ assumeret:vt inquit Aug.cõtra quinq͂ here ses.¶ Tertia cõclusio q͂ qñ altissimus suã matrẽ sanctificauit in eodẽ instãti in ea habitauit per gratiã et in eadẽ grã cõfirmauit ꝓpter id qđ ait dauid q͂ deus in medio eius nõ cõmouebit.Nã postq͂ deus inhabitauit in medio illius taberna culi sanctificati:nũq͂ vlteri⁹ fuit motus:nec reces/ sit ab eo per grãm:nec ipsa virgo maria recessit a deo:immo sẽp fuit in grã cõfirmata : nec virgo maria fuit mota a sua virginitate mentis ⁊ corpo poris.Nã ille cõceptus ⁊ partus ita tribuit plis fecũditatẽ q͂ nõ abstulit virginitatẽ: vt inq̃t Aug. Ita etiã ista sanctissima ciuitas nũq͂ fuit cõmota nec potuit commoueri:nec vinci:nec expugnari a diabolo per aliquã viã: ideo facta⁹ est nostrũ refu giũ et virtus ad quã sẽp cõfugimus.¶ Quarta cõclusio q͂ deus altissimus sanctificauit ⁊ letifica uit:et flumine gratiarũ ornauit virginẽ matrem suã in primo instãti sui esse ⁊ anime creatiõis ⁊ in fusionis:⁊ per cõñs illa sanctissima aĩa simul fuit creata et sanctificata:et in illo sanctissimo corpe infusa:⁊ corpus simul cũ anima sanctificatũ. Et hoc probat̃ p hoc qđ subdit dd. Adiuuabit eã ma ne diluculo.i.in ortu matutino: vt hꝫ littera Hie/ ronymi. Quasi dicat q͂ illa sctificatio fuit facta in ortu matutino et in aurora ipsius virginis: et per cõsequẽs in primo instãti sui esse ⁊ sue creatio nis:eo q͂ ipsa virgo maria fuit diluculũ ⁊ aurora totius ecclesie:ideo de ipsa primo ⁊ proprie veri/ ficãtur oĩa dicta: ⁊ ista quattuor mysteria supra/ dicta in his duobus versiculis. ¶ Ad cuius intel/ ligentiã est aduertendũ q͂ tota ecclesia habet no/ ctẽ ⁊ diem:et diluculũ siue aurorã ⁊ mane. Nox ec clesie fuit ab adã vsq͂ ad xp̃m. Dies autẽ a primo aduẽtu xp̃i vsq͂ ad iudiciũ. Ideo dicit apostolus ad Roñ.xiij. nox precessit:dies aũt appropinqua uit. Mane aũt huius diei fuit instãs incarnatio/ nis xp̃i:q2 sol iustitie luxit in mundo. Sed aurora hui⁹ mane fuit ipsa virgo maria:vt dictũ est psal mo.xviij. Nam sicut sol anteq͂ oriat̃ sup orientẽ est clausus in aurora ⁊ incipit dilucescere infra au rorã.ita xp̃s anteq͂ nasceretur iam incipiebat di/ lucere infra vterũ virgineũ:quia existens in vtero materno sanctificauit Iohã.bap. Et non solum christus fuit in virgine in sua incarnatione:sꝫ an/ te iam erat in anima virginis per gratiã ante suã natiuitatẽ:vt patet per Augustinũ. Ex quo patet q͂ virgo maria vere fuit diluculum et aurora to/ tius ecclesie in qua christus ante natiuitatem la/ tuit per carnem:et ante incarnationem latuit per gratiã. Ex quo sequitur q͂ quãdo de tota ecclesia dicitur q͂ altissimus sanctificauit et adiuuit eam mane diluculo:et in ortu matutino:totũ hoc veri/ ficatur pro virgine maria que fuit aurora totius ecclesie. Quasi dicat dauid q͂ deus iam sanctifica uit in virgine maria ante diem et ante ortũ ⁊ cõce/ ptum xp̃i. ¶ Sed est iterũ aduertendũ q͂ sicut in to ta ciuitate et tabernaculo mystico dei que est ec/ clesia fuit assignare noctẽ ⁊ diem et mane et auro ram vt dictũ est:ita pariter in tabernaculo ⁊ ciui/ uitate dei materiali est assignare noctẽ:⁊ aurorã ⁊ mane. Et sic nox virginis fuit totũ tp̃s ab eius cõ

Aĩa vir/gis scti/ficata.

Ecclesie nox ⁊ di es.

Nota.

ceptione carnis vsq͂ ad animationẽ. Aurora aũt eius siue diluculum fuit primum instans sui esse et creationis.in quo anima eius fuit creata ⁊ cor/ pori infusa. Mane autem eius fuit sua natiuitas Dies vero fuit tot⁹ discursus sue vite. Ergo si vir go maria fuit sanctificata mane diluculo in ortu matutino:vt asserit propheta.ergo fuit facta illa sanctificatio in primo instãti sui esse et creatiõis anime:in quo incepit viuere in hoc mundo: ⁊ per cõsequẽs illa anima simul fuit creata et sanctifi/ cata:⁊ gratificata:⁊ econuerso.que quidẽ sanctifi catio redundauit in carnẽ ex qua debebat christ⁹ carnẽ assumere. Et sic in eodem instãti habitauit immobiliter in ea deus per gratiã:quia simul fuit creata et facta tabernaculũ dei. ¶ Ex supradicto fundamento et quattuor supradictis cõclusioni/ bus:multi doctores catholici inferũt vnum coro larium.scilicet quod virgo maria nunq͂ in psona fuit obnoxia:nec obligata culpe originali:nec ali cui peccato.qđ probatur. Nam si illa anima fuit simul fuit sanctificata ⁊ in gratia creata:et corpo ri infusa:et in ea deus immobiliter habitabit per gratiã cõfirmatã:et simul corpus cum anima san ctificauit:ergo nullo pacto potuit a corpore coin quinari:nec peccatũ originale cõtrahere: nec dia bolus potuit suã imaginẽ imprimere. Quia iam erat facta immobiliter tabernaculũ dei: et in ea impressa imago gratifica ipsius dei. Tenet seque la:quia causa quare anima contrahit personali/ ter culpã originalẽ a carne est:q2 ipsa creata in pu ris naturalibus sine gratia infundit̃ in corpus et carnẽ libidinosam et coinquinatã habentẽ vesti/ gium ipsius ade:sed anima virginis fuit in grã:⁊ simul cum corpore in primo instãti sui esse sctifica ta vt dictũ est:ergo nullo modo potuit alicui cul pe subesse nec coinquinari. Et sic asserũt isti q͂ vir go maria nunq͂ habuit originale peccatũ. ¶ Sed contra predictã positionem arguũt multi non so lum magni:sed etiã sancti viri qui bene concedũt virginem mariã fuisse in vtero matris sanctifica/ tam.sed dicunt talem sanctificationem fuisse fa/ ctã per morulã tp̃is mediã post animationẽ. Et sic concedũt per totã illã paruam temporis moru lam originali peccato fuisse obnoxiã. Ad qđ pbã dum licet nõ possunt adducere rõnes necessarias tamen adducunt cõplures autoritates sacre scri/ pture et sacrorũ doctorum que exuperãt oẽm sen/ sum et humanã rationem. Et primo arguũt auto ritate ipsius dauid psal.xiij. scilicet omnes filij hominũ siue filij adã corrupti et abominabiles facti sunt:non est qui faciat bonum:nõ est vsq͂ ad vnum.scꝫ preter christum vt cõiter glosatur. Item ad Ro.iij. Oẽs in adã peccauerũt ⁊ egent grã dei scꝫ christi. Itẽ prima ad. Cor.xv. sicut in adã oẽs moriũtur:ita in xp̃o omnes viuificabũtur ⁊c. Ex quibus autoritatibus cõcludit Augustinus.ij.de baptismo paruulorum ⁊ libro de natura ⁊ grã ne minem fuisse liberũ a peccato: preter christũ. Itẽ libro de fide ad petrũ format illam vulgatam re/ gulã dicens. Firmissime tene et nullatenus dubi tes omnẽ hominẽ qui per concubitum viri et mu lieris concipitur in originali peccato nasci:ipse/

Maria non pec cauit o/riginal'r

obiecto.

August.

tati subditũ mortiq; subiectũ: et ob hoc naturali/
ter nasci ire filiũ. de qua dicit apostolus. Eram⁹
aliqñ natura filij ire sicut ⁊ ceteri. de qua null⁹ li/
beratur nisi per gratiã et fidẽ dei et hoĩs iesu chri/
sti. Ex oĩbus his autoritatibus cõcludũt virginẽ
mariã fuisse aliqñ originali culpe obnoxiã: quod
magis videt̃ exprimere Aug. ij. de baptismo par/
uulorũ cum ait. Solus ergo ille homo factus ma/
nens deus nullũ peccatũ vnq̃ habuit nec sumpsit
carnẽ peccati: quãuis de materna carne peccati.
Item. x. super geñ. c. xxiiij. dicit q̃ caro christi etiã
si de propagine peccati venit: nõ tamẽ de peccati
propagine cõcepta est. Itẽ arguunt rõne sic. virgo
maria habuit carentiã originalis iustitie: q: non
habuit illã originalẽ iustitiã quã perdidit adam:
ergo habuit peccatũ originale. tenet cõsequẽtia:
q: pctm̃ originale nil aliud est nisi carentia origi/
nalis iustitie. Itez virgo maria fuit mortua ꝓpter
peccatũ vt dicit August. super ps. xxxiiij. ergo ha/
buit pctm̃ originale: quia mors et dolor ⁊c. sunt
penalitates illi⁹ pcti. Itẽ si v̾go maria nõ habuis/
set pctm̃ originale sequeret̃ q̃ nõ indiguisset redẽ
ptione postq̃ fuisset libera a pctõ: ex quo sequere
tur q̃ xp̃s nõ fuisset vniuersalis redẽptor. hoc aũt
est falsum ſm Leonẽ papã dicẽtẽ in sermõe de na
In op/ tiuitate dñi q̃ redẽptor nr̃ xp̃s sicut neminẽ a rea
positum tu liberũ inuenit: ita ꝓ liberãdis oĩbus venit. In
oppositũ est aũt dauid ꝓpheta in hoc psal. dicẽs
q̃ mane diluculo sanctificauit tabernaculũ suum
altissimus impetu fluminis gratiarum spũsſcti a
quo nunq̃ cõmouebitur ꝓut declaratũ est et ma/
Rñsio. gis declarabit̃. Rñdet̃ q̃ multi cõcordãtes cum
ista scd̃a opinione asserũt virginẽ mariã nunq̃ ori
ginali culpe fuisse obnoxiã: ⁊ hoc per gratiã ꝓser/
uantẽ ⁊ sanctificantẽ: sed differunt in modo. nam
quidã dicũt q̃ caro v̾ginis fuit sanctificata ante
animationẽ: ⁊ quidã dicũt q̃ tota ꝑsona fuit san/
ctificata in primo instãti aĩationis ⁊ sic nullo mõ
pctm̃ originale potuit trãsire in animã nec ꝑsonã
virginis marie. Et ideo ꝓ huius positiõis ⁊ etiã
supradictarũ autoritatũ declaratiõe. Primo pre/
mittẽtur ⁊ sunt notãde quedã doctrine. Scd̃o con
firmabit̃ ista scd̃a positio. Tertio respõdet̃ ad rõ
Iustitia nes et auctoritates q̃ in ꝑncipio in cõtrariũ sunt
a iuxta inducte. ¶ Quãtũ ergo ad primũ est primo notã/
dum ſm Aristo. v. ethico. ⁊ ꝓut dictũ est psal. xi. et
xiiij. q̃ iustitia d: a iuxta. et ideo ille actus dicitur
iustus in particulari iustitia morali q̃ fit iuxta me
dium ſm ꝓportionẽ arithmeticã aut geometricã
actus d: et ille actus d: iustus scd̃m legalẽ iustitiã q̃ fit iu/
iustus. xta legẽ latã seu voluntatẽ legislatoris. Itẽ pari/
ter in iustitia theologica ille actus est iustus ⁊ me
ritorius premij eterni q̃ fit iuxta legẽ diuinã siue
iuxta volũtatẽ dei q̃ manifestat̃ in diuina lege. Et
sic pz q̃ iustitia fideliũ iustoꝝ nil aliud est nisi ad/
equatio et cõformitas hoĩs ad voluntatẽ ⁊ legem
dei. Ex quo etiã pz qd̃ iustitia ipsius adã nõ ꝯsi/
stebat nisi in quadã conformitate volũtatis ipius
ad deũ et preceptũ sibi datũ. Et sic primi parẽ/
tes intantũ fuerũt iusti in principio inquantũ fue
runt conformes diuine volũtati seruãdo eius pre
ceptũ. Sed quia nemo potest meritorie iustificari

nisi per charitatẽ ⁊ gratiã. Ideo sicut charitas vel
est gratia vel radicat̃ in ipa grã: ita pariter illa iu
stitia ⁊ cõformitas: vel erat ipsa charitas ordina/
ta vł radicabat̃ in charitate: ⁊ per ꝯñs in ipa grã
gratifica. Ex quo pz q̃ illa iustitia includebat in
se charitatẽ ⁊ grãm gratũ facientẽ per quã mere/
batur in sua opatiõe: q̃ quidẽ iustitia dicebat̃ ori/
ginalis eo q̃ adam traxit eã in sua origine: q: fuit
creatus cũ ea. Et sic adã ꝑ talẽ originalẽ iustitiam
ꝯformabat̃ diuine volũtati ⁊ ordinate diligebat — not. quod
deũ in se ⁊ ꝓpter se ⁊ proximũ ꝓpter deũ ⁊ ꝑ grãz — adã me/
merebat̃ septẽ p̃mia ifra scripta. Nã p̃mo ꝓpter — rebat̃ se
obseruantiã diuini p̃cepti possidebãt primi parẽ — ptẽ pre/
tes ad sui facultatẽ ⁊ vsum illã felicẽ terrestrẽ pa/ — mia pro
radisum in q̃ felicitabãtur in p̃senti. Scd̃o ꝓmit/ — pter iu/
tebatur eis futura ⁊ eterna felicitas in celo ꝑ frui — stitiã ori
tionẽ diuine essentie: q: absq; morte fuissent in il/ — ginalez.
lam vitã meliorẽ trãslati vt inquit Aug. Tertio ha
bebant habitualẽ scientiã speculatiuã oĩm reruz
naturaliũ. et etiã multorũ supnaturaliuz ꝑ fami/
liare colloquiũ angeloꝝ: vt inquit Greg. Quarto
aĩa habebat liberã facultatẽ ⁊ iperiũ supra totuz
corpus ⁊ volũtas supra appetituz sensitiuũ. nam
sicut volũtas ipsius adã erat cõformis ⁊ obediẽs
diuine volũtati: ita sensualitas erat cõformis et
obediẽs rationi. Quinto nullũ habebat ĩpugna/
torem aut infestatorẽ intrinsecũ. Sexto erat liber
a morte ⁊ omni miseria: q: poterat nõ mori eden/
do de ligno vite ⁊ poterat nullã miseriã pati rõne
fauoris loci. Septimo habebat liberũ imperium
sup oĩa mineralia ⁊ platas ⁊ aĩalia. Oĩa q̃ppe su
pradicta septẽ premia merebãtur primi parẽtes
ꝓpter iustitiã ⁊ obseruãtiam diuini p̃cepti. Et sic
pz q̃ ista septẽ nõ erãt formaliter originalis illa
iustitia: sed p̃mia illius iustitie Scd̃o est notandũ
q̃ si tota iustitia primorũ parentũ cõsistebat in il/
la cõformitate voluntatis ad deũ: ergo sequit̃ q̃
quãdo adam seductus ab eua: ⁊ eua seducta a ser
pente comederũt fructũ: tunc deuiarunt a diuina
voluntate: ⁊ non fuerũt sibi cõformes: et ꝑ ꝯñs ili
co amiserũt illã iustitiã qua erãt ꝯformes diuine
voluntati ⁊ grãm qua erãt similes diuine bonita
ti. Et sic fuerũt priuati illa iustitia et gratia: ⁊ per
ꝯñs facti sunt iniusti: ⁊ odiosi deo. Et ꝑ ꝯñs fue/
rũt priuati oĩbus supradictis p̃mijs ꝯsequẽtib⁹ — ꝑ pecca
illã originalẽ iustitiã ⁊ gratiã: imo incurrerũt sen — tũ adaz
tentiam mortis eis cõminatã: et incurrerũt septẽ — hec incur
mala supradictis septẽ p̃mijs opposita et cõtra/ — rit.
ria. Nã primo incurrerũt exiliũ ab illa terrena ⁊ fe
lici paradiso: vbi habebãt oẽm libertatem et quo
exilio incurrerũt necessitatẽ moriẽdi oẽs miserias
corpales ⁊ actuales patiẽdi: ⁊ ilico fuit inflictus
morbus fomitis ⁊ libidinis et ꝯcupiscẽtie in car
ne ilico caro insurrexit aduersus spm̃ ⁊ anima ꝑ/
didit liberũ imperiũ supra corpus ⁊ ilico fuit vi/
cta et supata a carne ⁊ sensualitate ⁊ tali cõcupi/
scentia. Et sup oĩa supradicta incurrerũt odium
et iram dei: et facti sunt debitores diuine sñie: ⁊ ꝑ
ꝯñs ꝑdiderũt futurã felicitatẽ ꝓmissam ⁊ eodem
nati sunt ad penã tpalẽ continuã in corpe patien
do supradictas miserias et ad penã eternã aĩe in
futuro. Ex supradictis pz primo q̃ mors et mi..

rie corporales et cetera mala que incurrerūt p̄mi
parētes ex pctō nō p̄nt dici mala naturalia sicut
dicebāt pelagiani:q2 nō fuerūt cōcreta cū adam
immo per grām fuit creatus cum libertate oīum
istoꝝ ꝛ cū p̄mis oppositis vt dictū est:sed ista ma
la fuerūt eis inflicta in penā illius pctī:ergo iam
nō debēt dici mala naturalia:sed penalitates il/
Adam in eua tri/plici de/bito ob/ligaba tur. lius pctī et affectus eius. A ¶ Scđo sequit̄ q̄
adam cū eua triplici debito fuit obligatus. Prio
ad recuperandū illā originalē iusticiā cū suis pre
mijs quā gratis accepit a deo pro se ꝛ suis poste/
ris. Scđo māsit debitor ꝛ obligatꝰ ad pferendam
diuinā sn̄iam sibi cōminatā ꝛ ad patiendū septē
dāna supradicta. Tertio fuit obligatus ad penā
sensus eternā in futuro:eo q̄ illud pctm̄ nō fuit si
bi originale sed psonale:nā iusticia bene fuit sibi
originalis:q2 ab origine fuit sibi largita:sed pec/
catū fuit per ipm̄ psonalr̄ cōmissum ꝛ voluntarie
ppetratū. Et ideo vltra penā dāni merebat̄ sen/
sus penā eternā. Et sic p3 q̄ postq̄ adā cū eua mā
sit debitor supradicto triplici debito:ꝛ deus mā/
sit creditor:ideo semp potuit de iure exigere supra
dictū triplex debitū a primis parētibus .s. vt red/
derēt sibi originalē iusticiā cū suis p̄mijs amissam
Nota. Scđo vt paterent̄ oīa illa dāna in p̄nti. Tertio vt
paterent̄ penā sensus eternā in inferno post mor
tem. Et sic māserūt inuisi et odiosi ꝛ abiecti ꝛ sub
iecti ire ꝛ sn̄ie dei. Et sic dicit Aug. ɔtra Julianū
q̄ in tali debito māserūt obligati ad eis īpossibi
le sub tali statu:q2 māserūt obligati ad seruandū
iusticiā ꝛ obseruādū diuina p̄cepta tā affirmati/
ua q̄ negatiua:sed hoc nō poterāt facere ex pro/
prijs viribꝰ post lapsum ppter amissam libertatem
ppter corruptionē nature nisi per grām iuuaren
tur. ergo obligabant̄ ad sibi īpossibile:ꝛ deꝰ de iu
re poterat exigere ab eis qđ eis ppter culpam sui
erat īpossibile vt latius videbit̄ psal. cxviij. Ter/
tio est notandū s̄m Ansel. ꝛ etiā Aug. q̄ adā acce/
quō adā obliga/uit po/steros. pit illā iusticiā cū oībus p̄mijs suis pro se et pro
oībus posteris suis:ꝛ sic obligauit se ꝛ oēs poste/
ros suos ad seruādū iusticiā sibi traditā:ꝛ sic oēs
posteri fuerūt in eo obligati. Et idō cū pdidit adā
illā iusticiā nō solū pdidit pro se:sed ēt pro oībus
posteris et heredibus suis:q2 nō potuit illā cum
suis p̄mijs transferre ad posteros suos postq̄ p/
didit eā. D ¶ Ex quo sequit̄ q̄ oēs pdidimꝰ illā
iusticiā ꝛ grām cū oībus suis p̄mijs in adam et p
ɔ̄ns oēs fuimus obligati ad oīa dāna ɔsequētia
priuationē illius iusticie pdite in adā. Et isto mō
dicit aplus ad Ro. iij. q̄ oēs in adā peccauerunt:
q2 oēs in eo pdiderūt iusticiā cū suis p̄mijs ꝛ oēs
fuerūt in eo obligati ad penā dāni:et ad penā de
biti in eo:sicut oēs filij et posteri catiline nobilis
romani fuerunt cū eo dānati ad penam perpetui
exilij:et ad priuationē beneficioꝝ et premiorum
ciuiū romanorum. Et sic sicut peccatum catiline
transiuit in omnes suos posteros quo ad dānum
ita peccatum primorum parentum quo ad dānū
obligauit omnes posteros futuros. Et sic nondū
eramus et iam fuimus omnes venundati et obli/
gati ad penā peccati ipsius adam. Et sic peccatū
psonale ipsoꝝ p̄moꝝ parentū trāsiuit a persona
in naturā suā cum oībus dānis et penis. Idō illud
pctm̄ in nobis dr̄ pctm̄ nature s̄m aplm̄ ad Ro. p
totum:ꝛ s̄m Aug. cōtra Julianū ꝛ oēs pelagianos:
eo q̄ transiuit a persona primoꝝ parentū in natu
ram et a natura in psonas nostras. Et ideo dr̄ in
nobis originale et non personale:eo q̄ non est a
persona perpetratum:sed a natura ꝛ origine nr̄a
cōtractū. Sed tunc arguebat Julianus ɔtra Au/ obiectio
gu. nā si tale pctm̄ inesset nobis a natura tunc se/
queretur q̄ esset creatum cū natura et natura eēt
creata a deo mala:quod est falsum q2 cuncta que
fecit deus erant valde bona Gen. j. Ad hoc r̄ndet R̄nsio.
Aug. q̄ Julianus equiuocat de natura humana:
nam vno modo sumitur pro natura specificata ꝛ
essentia:alio modo sumitur pro tota generatiōe
et descendentia ipsius adam sicut dicitur natura
scipionū a primo scipione et natura et generatio
fabiorum a primo fabio:et natura catiline ab ip
so catilina a quo tota sua natura et descendentia
traxit penam exilij:et incurrit penam multiplicis
dāni. Primo igitur modo natura specifica huma
na fuit a deo creata valde bona pfecta in sui na/
tura. Sed secundo modo tota natura et genera/
tio et descendentia ipsius adam per naturalem
generationem in eo fuit corrupta et ad penā sui
peccati obligata et sic dicit apostolus q̄ omnes
in adam peccauerunt ꝛc. A ¶ Sed hic est viden
dum primo quō transiuit illud peccatum per na/
turam ad nos:et quid transiuit de illo peccato:ex
quibus videbitur quid est proprie originale pec
catum in nobis. Quantum ad primū est dicendū
s̄m Aug. in prima parte de fide ad Petrum et ad
Valeriū:et contra Julianū:ꝛ s̄m Ambrosium de
verbis aplī quos sequit̄ magr̄. ij. sententiaꝝ q̄ vl No. quō illd pec catū ad me trāsi uit.
tra carentiam gratie:et illius originalis iusticie
et vltra dānum ꝛ priuationem bonorum eius fuit
inflicta quedam corruptio ꝛ fomes inordinate cō
cupiscentie et feditatis libidinis in mēbris p̄mo
rum parentū sine qua libidine nullus pōt exerce/
re actum generationis:sic generatio hoīs que ah
fuerat homini collata cū benedictione ante pec/
catum postea nō potuit exerceri absq3 feditate li
bidinis. Et sic dicit Aug. q̄ nō facit hoīes in pec
cato nasci sola generatio:sed feditas libidinis p
quam generationē libidinosam inficitur materia
vtriusq3 sc3 viri et femine:q2 nō solū inficit̄ men/
struum mulieris ex quo fetus format̄:sed ēt spūs
prolifici et generatiui qui formant fetū in matri/
ce. Et sic tota illa caro et fetus manet corruptus
et morbidus illo fomite et adam successiue in car
nem oīum immisso et translato in qua quidē car/
ne et fomite dicitur esse peccatū primoꝝ parentum
seminaliter et virtualiter sicut mors in arsenico ꝛ
ignis i silice:sed per consortium pctī ipsius adam
ɔtrahitur a carne formaliter in aīa vt dictū est et sic
translatum fuit pctm̄ illud a persona ipsorū pri/
morum parentū in naturā et carnē per libidino/
sam generationem seminaliter:sed postea trans/
fertur formaliter in personā et aīam vniuscuiusq3
per consortiū et aīationem vt ait Ambrosius. Et
sic dicitur transferri a natura in personam. S3 est
nunc videndum quid translatum est de illo pctō

ad oēs posteros. Ad hoc dicūt sancti q culpa p/
ticularis existēs in aīa ipsius adā non trāsiuit ad
nos q: iam fuit in eo deleta et extincta per pnias
Nota. et fidē xpi futuri: sed trāsiuit ad nos carētia illius
iusticie pdite cū suis dānis ꝛ priuatiōe oīm pre/
miorum et cū debito recuperādi et rehabēdi illā
et operandi per illam et implendi diuina prece/
pta ꝛ cū debito subiectionis ad pferendā diuinā
sniam ꝛ ad incurrendū odiū et irā diuine vindicte
q: oia ista imputant̄ ad dānum de iure successiuo
oībus descendētibus ab illo preuaricatore: sʒ nō
icurrimus penā sensus eternā sicut adā: eo q. pec
catum in posteris nō est a nobis psonalr ppetra
tum: sed ab origine et natura contractū: sed bene
est inflicta illa corruptio et cōcupiscentia in car
ne que sicut per cōsortium ꝛ solā vnionem causat
culpā originalem in aīa per quam hō obligatur
ad penā dāni: ito illa corruptio in adultis causat
per consensum pctm̄ actuale in volūtate quod dr
psonale: per qd meret̄ penā sensus ꝛ mortis eter/
Quid sit pctm̄ originale i homine. nam. D ¶ Ex quib⁹ oībus ptʒ q pctm̄ origina
le in hoīe nihil aliud est nisi carētia illius origi/
nalis iusticie amisse ꝛ pdite in adā cum oībus p̄/
mijs suis et debite toti generationi sue siue natu
re: per quā carentiā obligat̄ hō ad dānum illius
peccati ꝛ ad recuperandū illā iusticiā: ꝛ operan/
dum ſm spam: quam iusticiā cum suis p̄mijs de⁹
exigit in carente que quidē carentia cōstituit ho/
minē in odio et ira dei. Et sic ptʒ q pctm̄ formali
ter nil aliud est nisi illa obligatio et debitū habē
di illam iusticiā et opandi per eā qd inest homini
ex carenti ꝛ illius iusticie quā acceperat adā pro
se ꝛ oībus suis: in cuius amissione oēs manserūt
posteri obligati et in odio et ira dei constituti de
bitores rei ꝛ pene: sicut dicit Vergilius in. j. enei/
dos de troianis. ꝛ Junone q in iunone manet al/
ta mente repostum iudicium paridis sp̄retęq; in/
iuria forme. Et genus inuisum: et rapti ganime/
dis honores ꝛc. Et sic pʒ q ista culpa originalis
nō ꝑprie de se est pctm̄ nisi inquātum est debitū
et obligatio ad penas dāni ipsius primi peccati
Quid sit pctm̄. et transgressionis actualis primoꝝ parentū. Sʒ
nos cōiter appellamus pctm̄ istā carentiam iu/
sticie et gratie: et illam difformitatem et debituʒ
relictum in aīa ex actu peccandi quo debito de⁹
imputat ad penā pctm̄ quōdam factū. Et sic ori/
ginalis culpa cū suis dānis non est pena nostri
Per iusticiam deus voluit homines liberare a pctō. peccati: sed alterius. s. ipsius adā. Quarto est no/
tandum ſm Aug. xj. de trinita. qd lʒ deus ex potē
tia potuisset superare diabolū et remittere et li/
berare hoīem a pctō tm̄ hoc voluit facere per iusti
ciam. s. qd aliquis satisfaceret pro illo peccato ꝛ
oībus alijs que ex illo ppetrantur: sed q: nullus
filius naturalis ipsius adam hoc potuit facere:
cum oēs essent obligati ſm naturā in illo ad pe/
nas ipsius peccati et tota natura ꝛ generatio eēt
in ira dei ꝑpter illud pctm̄ oportebat ergo vt ta/
lis satisfactio fieret per aliqueʒ hoīem de specie
humana liberū non solū in psona: sed etiā in na/
tura nō obligatum illi pctō. Et ideo voluit deus
mittere verbū suum vt sumeret carnē ex adā: non
per generationem naturalē: sed ope spūsſcti nec

obligaretur illi pctō in psona nec in natura in q
posset pro oībus pctōribus pati et satisfacere et
offerre deo gratum ꝛ validū sacrificiū pro oībus
vt deus acciperet mortem corporalem illius pro
omni morte corporali et spirituali et eterna oiuʒ
hoīm ne illud pctm̄ cū oībus sequentibus mane
ret impunitum. Et sic deus statuit a principio nō
remittere illud peccatum et debitū nisi per vnum
solum xp̄m mediatorem. Hoc est per preciū et me
rita passionis illius. Et sic nullus potuit ab illo ꝛ
ceteris peccatis liberari: nisi cui xps voluit grām
et merita sue passionis cōicare ꝛ sue passionis p/
ticipem facere: p quā grām ꝛ merita voluit chri/
stus suos fideles iustificare ꝛ in grām patris re/
stituere ꝛ sic loco illius originalis iusticie et gra/
tie pdite in adā data est fidelibus grā ꝛ iusticia
fidei xpi ad iustificandū ꝛ gratificādū eos. Et sic
sicut adam cōicando suū pctm̄ oēs posteros infe
cit et a deo separauit et maledicto etiam ire dei
subiecit: ita per oppositū xp̄s cōicando suā grāʒ
oēs fideles sanctificauit et deo patri reconcilia/
uit. Itē sicut adā trāstulit suū pctm̄ in carnē semi/
naliter: sed ex carne transfert̄ illud pctm̄ formalr
in aīam sicut dictū est: ita pariter xps qui est scds
adam influit virtutē ꝛ merita sue passionis qua
si seminaliter et virtualiter in sacr̄a ecclastica.
Et ex sacramentis siue per sacr̄a virtus et merita
passionis christi transferūtur formaliter in aīam
vnde accedens verbū ad elemētum fit sacr̄m cōti
nens quasi seminaliter et virtualiter grām ꝛ me/
rita passionis xp̄i: sed tangens baptismus carnē
abluit mentē et remittit debitum et peccatuʒ nō
q illa aqua conferat gratiā: sed q: cū aqua tāgit
corpus ilico deus creat et infundit gratiā sancti
ficantem ꝛ gratificantem animam et purganteʒ
eam a peccato si insit ꝛ sic reconciliat hoīem deo
et sic ptʒ q sicut adā transtulit pctm̄ suū per gene
rationem naturalē et libidinosam in oēs poste/
ros: ita xps transfert suā gratiā et iusticiā in oēs
suos fideles per regenerationē spūalē: ꝛ ecclesia
stica sacramenta: licet sit aliqualis differentia in
quantum hic creatur noua gratia a deo immedia
te prout alibi declaratur. Est tamen aduertendū
q xp̄s non artatur nec alligatur ad conferendaʒ Nota.
gratiam sue passionis per sola ecclesiastica. nam
multos gratificat et sanctificat per latentē infu/
sionē gratie et internam et inuisibilem illustratio
nem vt ptʒ de inspirato veniente ad baptismum
qui moritur in via: quia talis ex solo desiderio ba
ptismi sanctificatur et glorificatur per baptis/
mum flaminis et latentem sanctificationem. Et
ita sanctificauit et iustificauit Abraam per fideʒ
christi futuri ante circuncisionem. Item nec chri/
stus artatur ad sanctificandos homines in deter
minato tēpore: et etate sicut sanctificauit Joan/
nem baptistam anteq̄ nasceretur. Item nec xp̄s
artat̄ ad sctificandū hoīem in statu determinato
q: nō solū pt sctificare hoīeʒ post creationē ꝛ aīa/
tionē: sʒ simul pōt ipm creare et sctificare p grāʒ
sicut aīaʒ ipsi⁹ adā creauit simul cū grā. Et sic po
test sanctificare quem voluerit in principio sui
esse: et simul aīam creare et in creādo sanctificare

et carnez infundere et hoc absq3 omni cōtradictione:vt patebit. Sed aduertendū quem effectuz facit talis sanctificatio siue sit baptismalis siue inuisibilis absq3 sacramēto. Ad quod dicendū φ principalis intētio sacramēti.est sanctificare et grām cōferre:et gratificare apud deum:et sibi est culpa aut debitū ab ipso absoluere. vel possumus dicere qđ principalis intētio sacramenti est a peccato et debito per gratiā christi liberare et deo recōciliare. Et ideo in baptismo per illā sanctificationem gratie remittit̃ debitū habēdi et recuperādi originalem iustitiā et gratificat̃ baptizatus ꝛ fit dignus et meritorius vite eterne: et per cōsequēs absoluitur ab ira et odio dei. Naz sicut ante erat odiosus et inuisus deo:postea per sanctificationem gratificatur:et fit deo gratus et acceptus:sꝫ non absolutus a penalitatibus ꝛ dānis: nec a fomite et concupiscētia ex vicio carnis nec a necessitate moriendi: ꝛ patēdi: qꝛ oīa ista manent post baptismū. Et iō dicit Augustinus: φ ista cōcupiscentia cum ceteris penalitatibus non aufertur per baptismū:vt nō insit in carne: sed vt nō imputetur ad peccatū:nec ad penā eternā:talis inexigētia et permanentia penalitatū. Item per baptismum non auferet̃ obligatio ad obseruādā legem iustitie et obseruāda diuina precepta:q̄uis sit homini impossibile sine grā manēte tali concupiscētia et fomite et corruptiōe in carne et manente libero arbitrio claudicato et vulnerato prout patebit psalmo.cxviij. Ex quo pꝫ φ per baptismū gratie et per sanctificationē sanctificatus tm̄ absoluitur a debito habendi ꝛ recuperandi illam originalem iustitiā cum suis premijs:et absoluit̃ a pena dāni eterna et ab ira et odio dei gratificatur ad vitā eternā consequendā. Est verum φ preter gratificationez ad vitā eternā ꝛ absolutionē a debito nature quibusdā cōicauit christ⁹ aliqua premia pdita in adā. Nā apostolis cōmunicauit septem dona gratiarū:et martyribus donum fortitudinis ꝛ aplo cōcessit gratiā ad resistendū stimulo carnis. Et pre ceteris in virgine totaliter extinxit fomitē libidinis ꝛ cōcupiscētie omnis inordinati appetitus intātum φ nō potuit peccare mortaliter nec venialiter:qꝛ nulla fuit pugna interior licꝫ in ea manerēt quedā penalitates ad merēdū et exercitium virtutū sicut dolor cōpassionis ꝛ famis et mors ꝛc. q̄ omnia ista fuerūt in ea instrumēta merēdi:φ nō fuerūt incitamēta peccādi. Et sic pꝫ qualiter xp̄s multis modis pōt suā gratiā mēbris suis cōicare tanq̄ caput ꝛ redēptor. Et sic pꝫ qualiter licꝫ sanctificatio facta in baptismo vel quouis alio mō absoluat a debito habēndi illaꝫ originalē iustitiā cū suis premijs:tm̄ non recuperat oīa illa p̄mia perdita in adā: vt pꝫ intuēti. Veruntamē licet baptismus vel sanctificatio nō absoluat:nec tollat prefatas penalitates nec recuperet illa premia de p̄senti in actu tamē facit hoīem dignum et meritoriū in habitu vt absoluatur in nouissimo die ab omni miseria et penalitate corporali p futurā gloriosaz resurrectionē. Causas aūt q̄re voluit xp̄s vt iste penalitates i nobis post baptismū manerēt assignat Aug. xiij. de ciui.c. liij. dicēs:φ hoc factū est ꝓpter maius bonuꝫ nostrum. Primo quia si per baptismum fuissent nobis ablate iste penalitates:nulla esset pugna nec instrumēta merēdi. et sic nulla fuisset corona martyrum. nec confessoruꝫ. nec virginū: nec iustorum. Secunda causa fuit:φ si per baptismuꝫ homines efficerentur immortales et impassibiles. tunc omnes currerent ad baptismū nō propter futurā felicitatē. sed ꝓpter presentē vtilitatē:et sic tolleretur meritū fidei:et spei ꝛ charitatis. Tertia causa est:quia vt sic nulla possit fieri reparatio angelice ruine que nō pōt reparari nisi per magnā violentiā:et merita excedētia humanā facultateꝫ:scꝫ p martyriū et heroicos labores vt hoīes fiāt pares et equales angelis qui ceciderūt et mereātur possidere māsiones illoꝝ quas isti p superbiā et inobedientiā perdiderunt. Et sic pꝫ q̄d aufertur in baptismo:ꝛ quare relicte sunt nobis tales passiones et penalitates:qꝛ ꝓpter causas p̄dictas.

¶His habitis ponit̃.s.ↄclusio.s.φ absq3 oī cōtradictione xp̄s potuit virginē matrē suā nō soluꝫ a pctō actuali:sed etiā ab originali psonaliter p̄seruare. Ista ↄcl'o ꝓbat̃:primo inq̄tū deus est creditor.nā oīs creditor pōt dimittere debitū debitori ad libitū q̄ncūq3 ꝛ cuicunq3 voluerit: sed deus est creditor respectu totius hūane nature: qꝛ adā cuꝫ tota natura sua remāsit debitor post pctm̄:ḡ de⁹ pōt absoluere a iugo seruitutis ꝛ obligatiōis: et libertati donare quālibet psonā istius hūane nature:et debitū seruitutis ꝛ reat⁹ sibi remittere:et h̄ in quolibet statu ꝛ etate ꝛ tpe illius psone:ꝛ sic nō solū pōt remittere tale debitū nature post natiuitatē sicut dimisit nobis per baptismū ꝛ añ natiuitatē sicut remisit culpā hieremie ꝛ Johan. bap. in vtero matris:sed etiā potuit deus aliquē absoluere a tali debito hūane nature ꝛ libertate in sua ↄceptiōe ꝛ aīatiōe:ꝛ sic potuit absoluere matrem suā in p̄mo instāti sue creatiōis ꝛ aīatiōis ꝛ p ↄñs in tali casu debitū nature hūane:ꝛ iuguꝫ seruitutis pctī ipsi⁹ adā nō trāsiuit in psonā x̄ginis ꝛ sic de⁹ potuit inq̄tū creditor p̄seruare x̄ginē mariaꝫ ab originali pctō nature. Et hoc potuit de⁹ facere absq3 ↄtradictiōe ꝛ p̄iudicio et derogatiōe iuris seruitutis ꝛ obligatiōis qđ hꝫ sup totā humanā naturā ꝓpter pctm̄ ade. Nā hoc pōt facere q̄libet dñs tēporalis habens ius seruitutis sup naturā alicuius delinquētis vel quē acquisiuit iure belli:quia retinēdo sibi ius super totā generationem et naturā illius pōt liberare aliquā personā in principio sui esse ꝛ absoluere a iugo seruitutis nature:et potest facere vt iugum seruitutis nature non trāseat in personam si libertati donat cum in sua cōceptiōe ꝛ ante ↄceptionē. Unde si Assuerus dedisset libertati ipsam Hester que erat de filiabus captiuitatis in sua conceptione sicut liberauit eam in.xv. anno tunc iugum seruitutis nature iudeorum non transisset in personam hester. Et sic preseruasset eam in personam a iugo captiuitatis:ergo a fortiori deus inquantū creditor totius humane nature potuit virginē mariā in psona p̄seruare a debito pctī ꝛ onere nature ipsi⁹ ade ne trāsiret in psonā. Item ad hoc etiā potest induci

Marginalia: Effect⁹ sanctificatiōis. — No. bn̄. — Penalitates q̄ re in nobis remanēt. — qđ xp̄s potuit mariam ab originali preseruare. — Figura de Hester.

Indu/ctio per exēplū.

vnū singulare et accōmodatū exēplū. Nā dictum est psal. xlij. ⁊ in plerisq; locis. ꝙ sicut tota huma/na generatio peccauit: idest, fuit obligata in adā ad sententiā et penā illius peccati. Ita pariter to ta natura siue generatio iudeorū modernorū pec cauit et fuit obligata nō solum ad seruitutē spūa lem pcti: sed ad perpetuā seruitutē temporalē in crucifixoribus xp̄i qn̄ dixerūt sanguis eius super nos et super filios nostros. Et sic vbicunq; habi/tant hodie sunt serui dominorū ⁊ regum et princi pum mundi naturaliter: vt pz in tota hispania ⁊ germania et italia et multo magis inter sarace/nos. Sed est talis lex inter xp̄ianos: ꝙ quādocūq; aliq̄s iude⁹ baptizatur non solum absoluitur a serui tute pcti spūali per baptismū: sed etiā a seruitute dn̄i tēporalis cui erat obligatus s̄m naturā. Un/de sicut vtraq; seruitus trāsiuit a natura in perso/nā illius iudei per carnalē gn̄ationē. Ita fuit ab vtraq; seruitute liberatus per spūalē regeneratio nem xp̄i. Item si ille puer iudeus fuisset baptizat⁹ in vtero matris ante natiuitatē pariter fuisset li/beratus ab vtraq; s̄uitute. Itē vlterius si ille puer potuisset baptizari in primo instanti sue creatio/nis et animatiōis tunc manifestū est ꝙ ille talis per talem baptismū preseruaretur nō solum ne ser/uitus naturalis ⁊ temporalis trāsiret in eius per/sonā: sed et nec seruitus pcti: et sic per gratiā pre/seruātem liberaretur ab vtraq; futura seruitute cui erat obligatus scd̄m naturā in adā et crucifixori/bus christi. Et sic est dicendū ꝙ nec seruitus natu re iudaice causata in crucifixoribus nec seruitus pcti humane nature causata in adā trāsiret nec es/set trāslata in personā illius iudei. Cū ergo san/ctificatio spūsancti sit possibilis fieri in vtero ma/tris: vt pz de Hieremia et Johāne baptista per quā sanctificationē fuerūt liberati a s̄uitute pec/cati ⁊ a debito nature ipsius adā. ergo per talem latentem sanctificationē spūsancti potuit sanctifi care virginē mariā in primo instāti sui esse: ⁊ per consequens deus potuit simul animā creare ⁊ san ctificare: et sic debitū ⁊ peccatū ⁊ seruitus nature nunq̄ potuit trāsire in personā virginis Marie: ⁊ per cōsequens licz fuerit obligata in natura: ta/men nunq̄ in persona: qz omnes peccasse in adā nil aliud est nisi nos omnes in eo fuisse obligatos ⁊ venūdatos in eo: vt inq̄t Aug. in lib. yponosticō ⁊ .ij. de baptismo puulorū. Scd̄o hoc potuit facere xp̄s inq̄ntū deus: nā absq; oī contradictione iuris obligatiōis q͛ hz super humanā naturā potuit gratiā suā cōicare matri sue per p̄uiā sctificatio/nem in primo instāti sui esse: nā sicut iustificauit Joh. bap. post aiationē potuit sanctificare mr̄em suā in animatiōe simul creādo aiam sanctificādo et infundēdo: et sic pctm̄ ⁊ debitū ⁊ obligatio na/ture nō trāsiuit in personā: ⁊ sic potuit eā a pctō originali p̄seruare. Itē nō solū aiam in sua crea/tione: sed potuit sctificare carnē v̄ginis ante aia tionē ⁊ ab oī fomite purgare: et sic illa caro nō potuit aiam inficere vt dictū est. Et si dicitur il/la caro nō erat capax gr̄e: ergo nō potuit sancti/ficari āte aiationē. Ad hoc rn̄detur ꝙ illa sanctifica tio carnis nō oportuit ꝙ fieret per gr̄am. gratifi/

Arguit.

Rn̄sio.

cam: sed per virtutē spūsancti purgantē ⁊ purifica/tem illā carnē extinguentē fomitē in ea. sicut p̄ vir tutē spūsancti exorcizatur oleū: ⁊ consecratur in crisma: et sicut consecrātur altaria ⁊ recōciliātur ecclesie pollu te ⁊ cetera inaiata. Ita xp̄s voluit purificare illā carnē vt absq; omni sorde in ea aia crearetur ⁊ ne a carne fedaretur: sed vltra hoc oportuit illā animā in creādo sanctificari per gr̄am gratū facientē: vt esset deo grata ⁊ accepta: ⁊ sic sicut sctificatio car nis nō fuit gr̄e infusiua: sed a fomite purgatiua. Ita sctificatio aie nō fuit pcti purgatiua: qz nullā erat: sed fuit gr̄e infusiua et gratificatiua: ⁊ ab oī peccato preseruatiua: qz illa aia simul fuit sancti ficata et creata et in gr̄a confirmata que quidē gr̄a p̄seruauit ab oī malo ⁊ confirmauit in omni bono.

¶ Scd̄a conclusio ꝙ decēs fuit vt xp̄s matrē suā nō solū ab actuali et veniali: sed ⁊ ab originali p̄ser/uaret et hoc inq̄ntū ipsa erat futura mater dei ⁊ ta bernaculū et templū dei: hāc conclusionē probat An selmus lib. de cōceptu virginali dicēs. ꝙ decebat vt illa virgo tali puritate niteret qua sub celo ma ior nequit intelligi: et per cons̄ si hanc puritatem non habuisset: maior puritas posset intelligi.

Decens fuit q͛ xp̄s ma/trem ab origina li preser uaret.

¶ Tertia cōclusio ꝙ xp̄s debuit ⁊ tenebatur virgi nem mariā ab originali preseruare inquātum fi/lius. probatur. nam omnis filius debet ⁊ tenetur ho/norare matrē quātum potest et decēs est: sed chri/stus hoc potuit facere inquātum deus ⁊ inq̄ntū cō ditor: vt probatū est per primā conclusionē: ⁊ hoc fuit decens inquātū ipsa erat mater dei futura: vt pz per scd̄am cōclusionē: et debet et tenetur face/re inquātum filius: ergo sequitur ꝙ ipsam ab origi nali p̄seruauit: itē xp̄us hoc tenebatur facere inquā tum legislator: nā legislator primo debet facere ꝙ docere: vt exemplo sui ceteri seruent leges ab eo latas: sed christus legislator vtriusq; legis dedit preceptum de veneratione parentum: ergo serua/uit illud: quia non venit legem soluere sed adim/plere. Matthei. v. Et ideo hanc legē de facto ser/uauit: quia erat subditus illis. Luce. ij. ¶ Itē chri stus in oībus cepit facere et docere: vt pz actuum primo ergo inter cetera hoc p̄ceptū adimpleuit preseruādo matrē suā ab omni peccato nō solū actuali: sed etiā veniali ⁊ originali. ¶ Item oēs il le rōnes quas adducit Augu. in libello de assum/ptione v̄ginis probādo corp⁹ virginis nō fuisse in/cineratū in sepulchro: sed ad gloriā in breui surre xisse: q̄ pro maiori parte procedūt de honore paren tū magis probāt hoc propositū ꝙ illud. Ex supradi/ctis infertur corolaria cōclusio pro cōfirmatione su/pradicte positiōis ꝙ xp̄s de facto p̄seruauit ma/trē suā ab originali postq̄ hoc potuit ⁊ fuit decēs et debuit facere vt probatū est. ¶ Sed posset aliq̄s instare: quia multa pōt deus que esset decens fa/cere ad ostendendā suā potentiā et bonitatē que tamē nō facit sicut creare plures mūdos: ⁊ oēs ho mines predestinasse ad gloriā: ꝙ tn̄ non fecit. Ad hoc respōdetur ꝙ licz supradicta deus potuisset facere: tamē nō tenebatur nec obligabatur facere: idō nō fecit: sed semper est asserēdum ꝙ christus fecit et cōpleuit omnia que potuit et decuit et debuit et tenebatur facere. Nam si quis nō facit q͛ pōt

Xp̄s te/nebatur matrē p̄seruare.

Obie/ctio.

Rn̄sio.

et decet τ tenet̄ facere: puta si diues nō dat elemosynā τ fili⁹ nō venerat̄ parētes τc. hoc nō accidit nisi ex aliqua passiōe ipedicēte puta ex auaricia τc sed nulla fuit passio nec aliq̄d hmōi impediēs ad bonū in xp̄o: ergo fecit oīa q̄ debuit τ tenebat̄ facere ergo matrē absq̧ p̄iudicio sue legatiōis preseruauit τ honorauit. ¶ Quarta cōclusio φ virginē mariā fuisse p̄seruatā p̄ grāz ab oī pctō nō solū actuali τ veniali: sȝ ēt originali fuit de mente bt̄i augustini: pro cui⁹ pbatiōe ē aduertēdū φ cuȝ pelagiani negarēt pctm̄ ade cum suis dānis τ onere fuisse i oēs posteros suos trāslatū τ negarēt nos oēs traxisse originale pctm̄ ex carne τ natura corrupta ipsius adā τ assererēt quēlibet hoīem ex viribus ppriē nature τ p solū liberū arbitriū absq̧ spāli grā posse oē pctm̄ vitare τ diuina p̄cepta adiplere tūc bt̄us Aug. zelo catholice fidei ppulsus inter ceteros tractatus fecit libros de baptismo paruulox cōtra pelagianos in q̄bus pbat nemi nē eē liberū ab oī pctō sȝ actuali aut veniali aut originali p̄ter vnū solū xp̄m mediatorē. eo φ sol⁹ inter mortuos liber nō ex ope adā conceptus nec natus. Sed cū postea pelagius arguisset contra Augustinū adducēs τ memorās cōplures i ve. te. τ nouo quos sacra scriptura iustos appellat sicut fuit abel. enoch. noe. melchisedech. abraā. ysaac. iacob. moyses. iob. iosue. Ad hoc rn̄det. Aug. i libro de natura τ grā φ lȝ oēs illos appellet iustos sacra scriptura ob ingentes virtutes: tn̄ aliq̄n fuerunt in aliquo pctō actuali aut veniali aut originali: τ si aliq̄n vitarūt pctā actualia hoc nō fuit ex pprijs virib⁹: sed ex speciali grā p̄uenicēte τ p̄seruante. Sȝ cū rursus pelagius memoraret zachariam et symeonem et annā prophetissaȝ τ ioseph sponsum virginis et iohannē baptistam in vtero sanctificatum quos omnes euāgelica iustos commendat autoritas et sine pctō τ innocentes de q̄bus d̄r in Apoc. φ hi sunt qui cum mulieribus nō sunt coinquinati et sine macula sunt ante thronū dei τc. Ad hoc rn̄det Aug. φ omnes illi lȝ p grām fuerint preseruati a pctō actuali tn̄ nō fuerūt absq̧ oī pctō saltē originali: sȝ cuȝ tandem pelagius memoraret virginem mariam mr̄ eȝ xp̄i cui dictū est per angelū gratia plena τc. Ad hoc rn̄det aug. in eo. lib. de natura et grā φ hac virgine excepta: si oēs supradicti et omnes scti τ scte congregari possent: et quereretur ab eis an pctm̄ haberēt: q̄d possent respondere nisi qd̄ Io. ait. si dixerimus φ peccatum non habemus. nosipsos seducimus et veritas in nobis non est. Ex quibus patet φ aug. asserit virginem mariam non soluȝ ab actuali: sȝ ab originali fuisse immunem naȝ ipse comparat ipsam iohanni baptiste qui nunq̄ peccauit actualiter et innocentibus qui non solum nō peccauerūt actualiter sed nō venialiter: pparat ēt eā oib⁹ sanctis: quox q̄dā fuerūt filĳ innocētib⁹ τ nō habentib⁹ nisi tm̄ originale τ dicit nullū illox fuisse sine pctō p̄ter v̄ginē mariā ergo asserit ipsaȝ immunē ab originali. Sed modū per quē maria fuit p̄seruata exprimit au. cū subdit. pp̄ter honorē dn̄i cū de pctīs agit̄ de v̄gine maria nullā prsus itē do mētionē agere: inui⁹ eīn tn̄ gratie ad vincēduȝ

Opinio augusti.

modus p̄seruationis.

ex oī parte pctm̄ illi fuisse collatū φ illum meruit parere quē cōstat nullum habuisse pctm̄. Ex quibus v̄bis asserit Aug. φ xp̄s volens honorare matrem voluit sibi pferre grām p̄seruantem ad vincēdū ex oī parte pctm̄. i. tā a parte ante originale q̄ a pte post actuale: τ a dextris et sinistris veniale et p pn̄s fuit p̄seruata nō p naturā: sȝ p grām ab oī pctō q: oē pctm̄ vicit. Sȝ hoc magis cōfirmat aug. τ expmit in. ij. ser. de natiuitate eiusdē virginis vbi allegando illud verbuȝ angeli grā plena τc. dicit quid iusticie: q̄d sanctitatis hec virgo idigere potuit q̄ efficacis ad oīa grē plenitudinē acepit: aut quis vnq̄ in eius aīa vel corpore locus potuit inueniri peccati que ad instar celi continētis, oīa templū domini est effecta hec est dom⁹ de qua p salomonē d̄r sapiētia edificauit sibi domū hanc pfecto domū diuina sapiētia edificauit de qua carnē assumeret cui nullus patriarcha x: nullus pphetarū est conferendus nec mirum si hec virgo puritate cūctorū celsitudinē trāscēdit mortalium cū partu oium merita excedat angelorum Item magis exprimit hoc bt̄us Hiero. sup illud psal. lxxvij. Deduxit eos in nube diei et tota nocte in illuminatione ignis vbi dicit Hiero. φ per illā nubem possumus intelligere sanctam mariam illa enim nullo humano pondere pregrauata semp fuit in die et nunq̄ in nocte: et semper in luce et nunq̄ in tenebris. Ex quo pȝ φ tam de mente hieronymi φ augustini fuit φ virgo maria nō soluȝ ab actuali τ veniali: sȝ ēt ab originali pctō fuit per grām p̄seruata. nā aug. dicit φ nullus p̄ter ipsam potuit dicere nullū habuisse pctm̄ et φ vicerit ex omni parte pctm̄: et φ nunq̄ in ei⁹ corpe vel aīa locus potuit inueniri pcti: beatus vero hiero. dicit φ ipsa nunq̄ fuit in nocte pcti: sȝ semp i die grē et nunq̄ in tenebris sed in luce: ergo ab omni peccato fuit preseruata. D ¶ Sed si arguitur contra q: aug. pbauit in. ij. de bapti. paruuloruȝ neminē esse liberū a pctō p̄ter xp̄m τc. ad hoc rn̄det̄ φ differētia ē inter liberū τ liberatū. Nā liber respicit psonam τ naturā simul: τ sic solus xp̄s est inter mortuos liber φ nec fuit obligatus i psona nec in natura in adā. Et hoc probat ibi augu. sed q: virgo maria fuit obligata in natura: sed fuit liberata p grām p̄uenientē in psona. Ideo nō pōt dici libera sed liberata τ hoc pbat ista positio sȝ mentem aug. τ hiero. in locis preallegatis et hoc de ista positione. ¶ Sed nunc restat rn̄dere ad autoritates τ rationes in pricipio adductas. Ad primā ergo q̄n d̄r φ oēs filĳ adā corrupti sunt. Rn̄det̄ φ dauid ibi nō intēdit dicere nisi φ adā peccāte tota natura hūana. i. sua gn̄atio fuit i eo corrupta quā corruptionē trāsmisit adā in suos posteros per libidinosam generationem: q̄ quidē caro libidiosa p suū ptactū causat culpā originalē in aīa: τ p cōsensum causat oīa scelera in volūtate q̄ in illo psalmo denoiant̄: quā quidem corruptionē τ sniam adā nō potuit trāsferre in christum eo φ non ex ope adā natus est. Et sic solus xp̄s fuit liber ab illa snia et ideo solus xp̄s pōt eos liberare ab illa snia: vt cōcluditur in illo psal. s. q̄s dabit ex syon salutare τc. Et ideo multos liberauit

Hiero.

obiectio

dr̄ia int liberū τ liberatū

rn̄sio ad primā.

xp̄s p̄ grã꞉ p̄ueniētē ab effectu illꝰ s̄nie. Nã꞉ Jo.
baptista ⁊ euãgelista v̄go maria: ⁊ multi viri sc̄ti
nūq̄ ɔmiserūt illa scelera q̄ memorãtur i illo psal
mo: eo q̄ fuerūt liberati p̄ grã꞉ p̄ueniētē ne icide
rēt in illa scelera p̄ cōsensum volūtatis. Jta ergo
p̄iter v̄go maria fuit liberata p̄ grã꞉ p̄uenientē ⁊
sc̄tificãtē ⁊ gratificãtē aiã꞉ ne contaminaretur a
carne ⁊ p̄ virtutē sp̄ūsscti sc̄tificãtē carnē ante aia
tionē ne inficeret aiã꞉ p̄ cōsortiu꞉ p̄ut dictū ē. Et
Ad apo lum isto. sic p꞉ q̄ illa auctoritas nō itēdit dicere nisi q̄ na
tura humana talr̄ fuit corrupta in adã꞉ q̄ nisi li
berent̄ p̄ grãm oēs perpetrarēt illa scelera i illo
psal. mēorata. Ad autoritates ap̄li dicendū: q̄ q꞉
cōuersi ex iudaismo gl̄iabant̄ de sua natura: eo q̄
erãt ex natura abrae et iacob s꞉ carnē p̄ quã na tu
rã putabãt saluari cōtēnētes grã꞉ xp̄i. Jō ap̄ls p̄
totã꞉ ep̄lam ad ro. ⁊ ad gala. dicit q̄ nemo gl̄iet̄
nec cōfidat de natura sua carnali q꞉ tota natura
carnalis fuit corrupta i adã: q꞉ oēs i eo peccaue
runt. i. oēs fuerūt obligati s̄nie vtriusq꞉ mortis da
te i adã: q꞉ adã q̄n peccauit oēs obligauit ad s̄niã
sui pcti: ⁊ sicut q̄n nascãtur ⁊ ɔcipiant̄ oēs filij na
turales ipsius adã iã sunt obligati illi s̄nie s̄m na
turã a qua s̄nia nemo pōt liberari in p̄sona nisi p̄
grãm xp̄i aut p̄ueniētē aut subsequētē: de q̄ s̄nia
fuit liberata v̄go maria in p̄sona p̄ grãm p̄ueniē
tē ⁊ p̄seruãtē ab effectu illꝰ s̄nie, p̄ut dc̄m est. Et
iō nō valet ista ɔ̄tia v̄go maria cū ceteris pecca
uit in adã: ergo habuit pct̄m originale i aia q꞉ ar
guit̄ a natura ad p̄sonã. Nã añs nō asserit nisi q̄
v̄go maria fuit obligata in nã s̄m naturã in adã
s꞉ cū postea ifert̄: g̃ habuit pct̄m originale: nega
tur ɔ̄tia: q꞉ variat̄ suppositio de nã ad p̄sonã q꞉
añcedēte exn̄te v̄o ɔ̄ns est falsum eo q̄ pct̄m nata
re nō trãsiuit ad p̄sonã p̄pter grã꞉ p̄ueniētem et
scificãtē. Ad aliã cū dr̄ q̄ sicut in adã oēs moriun
De ōes in adã morimur. tur. ⁊c. R̄ndet̄ q̄ ista autoritas declarat oēs alias
iuxta intētū huiꝰ p̄positi. nã manifestū est q̄ pas
sio ⁊ grã xp̄i sufficiēs ē de se ad saluãdū ⁊ viuificã
dū oēs a pctō s꞉ talis grã nō transiuit i multos:
nō ex defectu grē: s꞉ ex ipedimēto obijcis malicie
multorū iudeorū ⁊ aliorū ifideliū. Jta g̃ pariter
pct̄m ipsius ade sufficiens fuit ad corrūpendū ⁊
ificiēdū ⁊ obligãdū oēs de se. sed illa s̄nia seu effe
ctus illius s̄nie nō potuit trãsire personaliter ad
quosdam propter impedimentum gratie p̄ueniē
tis et preseruantis. Et ideo sicut grã christi p̄ser
uauit iohannem baptistã et multos alios perso
naliter ab omni pctō actuali: ita p̄seruauit virgi
nem mariã nō solum ab actuali et veniali: sed ēt
ab originali prout dictum est. Ad primã autorita
tem Augustini. dicendum q̄ augustinus in libris
Ad aug. de baptismo paruulorū et de perfectione iusticie
hominis de natura et gratia et contra iulianum
et in oībus libris cōtra pelagianos nil aliud in
tendit probare nisi q̄ a peccato ⁊ s̄nia ipsius adã
nemo fuit liber s̄m naturam nisi solus xp̄s q̄ non
ex ope adã cōceptꝰ est s꞉ oēs alij fuerūt obligati
in eo s̄m naturã de qua obligatione nemo pōt p̄
sonalit̄ liberari nisi p̄ grãm xp̄i p̄ueniētē aut sub
ueniētē sicut asserit in libro de natura et grã q̄ l꞉
virgo maria eēt obligata in natura t̄n fuit preuē
ta et liberata p̄ grãm preuenientem ad vincendū
ex oi parte pct̄m. Et sic peccatum nature non trã
siuit in personam. Eodem modo respondetur ad
aliam regulã vulgatam. s. firmissime tene: nã illa
regula nil aliud probat nisi q̄ oēs filij adã p̄ gñā
tionē naturalē cōcepti nascūt̄ in peccato s̄m na
turã nisi p̄ gratiam xp̄i liberentur et sic illa regu
la secum importat responsionem pro isto propo
sito. Jtē ad aliã cū dicit q̄ xp̄s assūpsit s̄m carnē
ex illa peccati carne: ⁊ propagine r̄ndetur q̄ Aug. No. au.
appellat carnē ⁊ p̄pagīnē peccati totam genera
tionē et p̄pagīnē naturalem ipsiꝰ adã hñtem se
cū illã corruptionē q̄ p̄ cōsortium causat origina
le in aia ⁊ per cōsensum causat actuale in volūta
te de qua propagine cōcepta fuit caro virginis s꞉
peccatū originale nō transiuit in animam p̄pter
p̄uiã sanctificationē. Et sic patet quomodo oēs
ille autoritates secum portant suas d̄clarati ōes
et responsiones ⁊ quomodo ista positio nullo mō
derogat supradictis autoritatibus immo confir Ad p̄mã
mat eas. ¶ Ad rationes autem ad primū quando rationē.
dicitur q̄ virgo maria habuit carētiã originalis
iusticie: negatur. nam carentia dicitur indigentia
alicuius necessarij sed virgo maria nūq̄ indiguit
illa originali iusticia nec habuit debitum eius
quia a primo instanti sui esse habuit gratiam et
iusticiam fidei christi habitualiter per quam fuit
iustificata et a deo gratissima ⁊ accepta: sicut nos
post baptismum iustificati. iam non indigemus
illa originali iusticia perdita in adam quia iam
sumus absoluti a debito eiꝰ. Ad aliud dicitur q̄
idem aug. declarat ibidem psalmo. xxxiij. quali Ad aliã
ter mors et cetere penalitates non sunt formali
ter peccatum sed similitudo et vestigium peccati
ipsius adam quarum quasdam voluit spōte chri
stus assumere propter delenda peccata. Et sic di
cit q̄ maria non mortua est propter peccatum
proprium sed propter peccatum ipsius adam et Nota.
sic virgo maria traxit etiam quasdam alias pena
litates ad instrumentum meritorium: sed concu
piscentia fuit in ea principio totaliter extincta
nec esset occasio peccati actualis nec venialis vt
communiter tenetur. Ad aliam cu꞉ dicitur seque
retur q̄ virgo maria non indiguisset redemptiōe
nec esset redempta negatur consequentia nam in
quantum erat obligata in natura necesse erat vt
liberaretur in persona per gratiã xp̄i. Et sic fuit
liberata per grãm preuenientem ne pct̄m nature
trãsiret ad personã: ⁊ p̄ eãdē gratiã fuit redēpta
⁊ p̄ticipauit passionē xp̄i: eo q̄ illa grã fuit sibi da
ta p̄ merita passiōis xp̄i: q̄ q̄dē merita cōicabat ⁊ Maria quomō fuit redēpta.
dispēsabat xp̄s añ suã passionē: q꞉ iã miserat apo
stolos ad baptizãdū p̄ merita sue passiōis añq̄
pateret̄: ⁊ añ icarnationē suã dispēsabat merita
sue passiōis vt inq̄t aug. ⁊ hiero. q꞉ xp̄s heri hodie
⁊ cras ⁊ i secula ad he. vlt. Etiã si arguit̄ q̄ ea que
sunt d̄ iure nature hūane ⁊ necessitate trãseūt i p̄
sonã ⁊ oīa īdiuidua. g̃ si talis corruptio ⁊ pct̄m ē
d̄ debito et iure hūane nature. ergo transiuit i per
sonã v̄ginis ⁊c. R̄ndet̄ q̄ ea q̄ sunt de essentia na
ture specifice necessario trãseūt i p̄sonã. sed talis
corruptio ⁊ obligatio nō ē de essentia nature spe

cificet:sed de iure ꝛ debito gñationis naturalis ip fius adã que equiuoce dr natura prout ait Aug. ꝯtra iulianũ et sic tale debitũ sicut est inflictũ to ti generationi naturali hũane per culpã ipsius adã. Ita põt impediri ne trãseat in aliquã psonã per grãm xpi preuenientẽ.sicut dictũ est de seruo naturali qui põt liberari a dño.nõ solũ in sua cõ ceptione sed etiam ante:ꝛ sic nunq̃ ius seruitutis naturale trãsiret in eius personã.verũtñ oia ista relinquantur determinationi ecclesie catholice.

xcij.di.s. in glosa



Omnes gentes plaudi te manib⁹ iubilate deo in voce exultationis.

¶ Titul⁹ ad victoriã siue i finẽ filijs chore psal.ex titu.ꝛ lrã hu ius psal.apparet ꝙ dauid pui ditin spũ ꝓsperitatẽ et ãplia tionẽ regni xpi:ꝛ vniuersalẽ ptãtẽ eius in celo et in terra in toto ꝑplo gẽtili:ideo fecit hunc psal. Vñ est aduertẽdũ ꝙ dauid cõsiderando mysteriũ ingressus terre ꝓmissionis preuidit ꝓsperitatẽ regni xpi. Nã postq̃ iosue igressus est terrã ꝓmi ssionis electis.xij. principibus ex.xij.tribub⁹ repo suit archam in galgalis sed superatis oibus re gibu s et subiecta quasi tota terra chanaan siluit terra a prelijs. Tunc congregatis.xij. pricipib⁹ cum oibus tribubus ducta est archa dñi de gal gali cum iubilo et tympanis et collocata in sylo in monte effraym:vt pꝫ iosue.xviij. Ubi deus di cebatur sedere in ꝓpiciatorio et sede sancta sua. In quo mysterio dauid tanq̃ in speculo preuidit in spiritu totam prosperitatem ecclesie et conuer sionem populi gentilis ad xp̃m et victoriam apo stolorum qui dicti sunt principes ecclesie super omnem terram. Hoc est quomodo ver⁹ iosue xp̃s iesus congregatis.xij. apostolis debebat intro ducere totum populum in ecclesia per flumẽ ba ptismi que quidem ecclesia fundata est super.xij. articulos fidei abstractis a flumine sacre scriptu re et quomõ isti.xij.apostoli superato populo gẽ tili et ciuitatibus eorũ in medio ppli gentilis de bebãt collocare tabernacula dei ꝛ multitudinẽ ecclesiarum edificare in quibus ecclesijs xp̃s rea liter sedet in sacramẽto eucharistie et reponitur in tabernaculo et sacrario cuiuslibet eccl'ie vt pꝫ manifeste.et i die corporis xpi portatur corp⁹ xpi honorifice cũ sonitu instrumentorũ musicorũ et cantu exultationis per ciuitates et reponiẗ in sa crario. Itẽ preuidit qualiter xp̃s erat ascẽsurus in celũ et accipere regnũ pr̃is et sedere a dextris patris ꝛ in fine mũdi qualiter erat vẽtur⁹ cũ illis duodecim apostolis ad iudicãdũ.xij.trib⁹ israel. Hoc ergo preuidẽs dauid fecit hũc psalmum in quo inducit cetũ apostolorum ꝛ xp̃ianorũ agen tẽ grãs de hmõi victoria. ¶ Dicit ergo cet⁹ apo stolorũ. O vos oẽs gentes xp̃o iã subiecte per no strã predicationem plaudite et letamini manib⁹ eleuatis in celum gratias agendo ꝛ iubilate ꝛ ca nite laudes deo in voce exultationis.

Nota h mysterium.

Not. de baptismo.

xvi. d.c. naici.

Quoniam dominus excelsus terribilis rex magnus super oẽm terram.

Subiecit populos nobis:et gentes sub pedibus nostris. vs. q. s.si omnia.

¶ Dominus iesus christus excelsus in dignitate et terribilis in iudicio. Iam subiecit nobis om nes populos et gentes sub pedibus et potesta te nostra.ergo sibi debetur honor laus et gloria. quia sibi est tradita omnis potestas a patre. Itẽ maxime nos christiani conuersi ex gentibus debe mus plaudere manibus ꝛ iubilare in voce exulta tionis. Quoniam.

Elegit nobis hereditatem suam spe ciem iacob quem dilexit. de pe.di ij.c.scio.

¶ Elegit nobis ꝛ dedit nobis hereditatẽ suã dic per grãm in futuro per gloriã hereditatem dico. s.speciẽ ꝛ pulchritudinẽ iacob:quẽ dilexit. quasi dicãt conuersi ex gentib⁹. Sicut iacob supplãta uit esau:ita nos supplantauimus synagogã ꝛ vi cimus eam ꝛ sicut esau vendidit primogenituram et hereditatẽ ipsi iacob ꝓ lenticulis et iacob sur ripuit hereditatem:ita synagoga vẽdidit nobis ꝑmogeniturã ꝛ hereditatẽ pro reb⁹ tpalibus. Et nos facti sumus filij regni xpi ipsis reprobatis. Et sicut deus iacob dilexit ꝛ esau odio habuit ita xp̃s nos diligit et populum iudaicum odio habet Et sic sumus veri israel et veri benedicti a dño et dilecti q: videmus deũ facie ad faciem per fi dem et sic possidemus hereditatem et speciem et pulchritudinem iacob quẽ deus dilexit.

Ascẽdit deus in iubilo ꝛ dominus in voce tube. xxij.q. ij. c.in qui bus.xcij di.c.s.in glo. et.ij. q.s. c.scelus.

Psallite deo nostro psallite:psallite regi nostro psallite.

Quoniã rex omnis terre deus:psalli te sapienter.

¶ Postq̃ in prima pte descripsit regnũ xpi vniuer sale in hac ecclesia. Nũc in hac secũda pte ostẽdit qd christus non solum accepit vniuersale regnum in terra:sed etiam ascendit in celum et receptus est cum ingenti honore et accepit regnum in celo Et ideo dicit iubilate vos in terra qñ xp̃s deus tanq̃ rex vniuersalis ascendit in celum cũ iubila tione angelorũ.et tanq̃ verus dominus ascendit in voce tube celestis in die ascensionis.ergo si an geli receperunt eum in celo cum tãto honore a for tiori debetis vos gentiles psallere ꝛ iubilare qui tãta beneficia recepistis cum vos i hereditatem et regnum suũ elegit et synagogã reprobauit er go maiorẽ cãm habetis vt gratias agatis cũ iu bilo.psallite ergo vos gentiles cõuersi deo nr̃o ꝛ cãtate ꝛ psallite regi nr̃o xp̃o. Sed psallite sapiẽ ter cũ hõ cultu diuino sicut regi xp̃o debeẗ qui ẽ deus ꝛ hõ .ergo sibi debeẗ latria. Non ergo psal latis sibi imprudenter et fatuo modo sicut ante psallebatis ꝛ sacrificia feda ꝛ abomiabilia dijs falsis offerebatis mot⁹ icompositos et falsa ꝛ in honesta carmina cantabatis:et maxime laudes

falsas et carmina poetarum: xps autem rex noster vult spiritū cōtribulatū et cor cōtritum et humiliatum et sacrificiū laudis et orationes et psalmos et carmina sacre scripture et hoc est psallere sapienter quia diabolus princeps mundi huius iā non regnat super gentes. Sed christus.

lvs. di. c. nasci. in glo.

Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedem sanctam suam.

¶ Regnat sup gentes et sedet sup sedē sanctā suā in hac ecclia p ecclastica sacra. et i celesti per gloriam. Et iam principes populorum. s. apostoli cōgregati sunt in celo cū xpo deo abraā et dicit xps deus abraam: eo q sibi fuit promissus.

xxiij. q. v c. regum

Principes populorum congregati sunt cum deo abraam qm dij fortes terre vehementer eleuati sunt.

¶ Isti principes eleuati et honorati sunt sicut dij terre et cōiudices xpi sedentes sup duodecim sedes iudicantes duodecim trib' israel. Nota etiā q hec eleuatio pōt referri ad redemptionē spūs sancti factam in apostolis. Nam forsan apostoli in die pente. fuerunt eleuati vehemēter vsq ad tertium celum sicut paulus vbi viderūt archana dei: que non licz hominij loqui prout declarabit psal. lxvij. C. ¶ Sed ad maiorem euidētiam est valde aduertēdum qd licet gentiles adorarent multitudinem deorum tamen vnum adorabant et venerabantur tanq principem et patrem omnium deorum: scilicet Jouem. Iupiter enim idem est q iuuans pater vt ait. Cice. lib. de natura deorum. ceteros autem scilz phebum et mercurium et martē adorabant tanq deos accessorios habētes tamen dñium in quibusdam partibus mundi et neptunus presidebat mari. et Juno terre. et eolus vētis. Item isti erant principes speciales regnorum vt Mars erat princeps romanorum. Pallas troianorum. et phebus delius grecorū. et osiris siue serapis egyptiorū. et belus de' caldeorū et babyloniorū. Et istis tanq principib' offerebant sacrificia sordida et scenica: vt ptz de bacchanalibus bacchi et veneris nephandis ritibus Sed oēs isti tam iupiter q ceteri nō erant dij sed falsa demonia. nos aūt adoramus verum iouem et patrē iuuantē et redemptorem qui est xps: et nō adoramus: sed nō veneramur aplos et sctōs martyres et cōfessores ppter xpm. et hos pstituit xps principes super pplos et regna. Nam principes romanorū sunt petrus et paulus. et hispania veneratur sctm Jacobum tanq principē hispaniarū et ethiopia beatū mattheum qui eos conuertit. et india bartholomeum et thomā. et grecia beatuz Andream. et asia Johannē. Dicit ergo pphēta. O vos gentiles conuersi iubilate xpo deo nostro in voce exultationis qm ipse est excelsus et iudex terribilis et rex magnus sup oēm terrā. Probat naz ipse subiecit nobis oēs pplos et gentes sub ptāte et pedibus nostris. Itē ipse ascendit in iubilo tanq deus in celū. ergo nō psallatis nec adoretis insipiēter iouem et saturnū nec alios tanq pncipes populorū: q2 illi erāt demōia nephāda.

Nota iouez deū adorabāt tāq patrem deorum.

Sed adorate sapienter xpm verum deum et hominem. et psallite et afferte honorem latrie ipsi vero regi nostro xpo quoniam iam nō regnat diabolus sed ipse xps deus noster regnabit super gētes et iaz sedet in celo super sedem sanctam suam per gloriam et in hac ecclesia per gratiam sacramentorum. Et veri principes populorum xpianorum qui sunt apostoli. et ceteri sancti iam sunt congregati in ecclesia et in celo cum christo qui est de' abraā. Et iā sunt eleuati et exaltati et venerati tāq dij fortes terre q nō sunt dij per essentiā sed per participationem. Et ideo non adorantur sed venerantur propter christum quia fuerunt fortes in martyrio et audacter loquentes ante reges et presides cum qua fortitudine totum orbez subiecerunt iugo christi. Ideo roma veneratur Petrum et Paulum tanq principes. et hispania Jacobum. florentia beatum Johannem. et venetie et egyptus marcum et Katharinam. et Francia Dionysium et sic quelibet prouincia veneratur suum principem quasi dicat iam amplius nō adoretis deos falsos sed colite christum: vt verū deum. et accipiatis apostolos et sanctos christi principes et deuotos vestros: quia isti regnant in celo cuz christo qui est deus abraam: qui propter sanctitatem et virtutem sunt vt dij eleuati et exaltati cum christo in celo. Et nota quod per istos principes populorum qui congregati sunt cum deo abraam non solum intelliguntur apostoli. sed etiam reges et principes conuersi ad fidem de populo gentili quia abraam in figura christi facta est promissio quod ex eo exirēt reges et. xij. duces. Gene. xvij. Item qd in semine suo. scilicz christo multiplicarētur et benedicerentur et conuerterētur omnes gentes. et ad ipsum congregarentur. Gene. xxij. Ideo ait: psallite sapienter regi nostro q2 reges et principes populorū gentiliū iam congregati et confederati sunt cum xpo deo abrae promisso. et iam fortes terre vt dij eleuati et multiplicati sunt vt arena maris et stelle celi sicut deus pmisit abrae. Ex quibus patet q dauid nō solum ex adoptione terre pmissionis: sed magis ex pmissionibus factis ipsi abrae preuidit regnum xpi multiplicādum ex regibus et populis gentilium: ideo fecit hunc psalmum vocādo gentes vt cōgregarentur ad xpz et psallāt ei et adorēt vt deum. C. ¶ Ex isto ergo psalmo colligit ista conclusio. s. q messias in lege promissus per duodecim principes debebat subijcere oēs reges et populos gentiles in hereditatem suā eo q totus pplus gentilis cum principibus suis erat in ecclesia pgregand' cū deo abraā et per pñs debebat colere deū abraaz et isaac et iacob. Hoc idē ostēsum est psalmo. ij. vbi dr dabo tibi gentes in hereditatē tuā. Itē psal. xliij. p pr ibus tuis nati sunt tibi filij cō. stitues eos principes sup oēm terraz. Itē psalmo. lxxi. tu hereditabis in oībus gentibus et hoc idē ptz per oēs psalmos. Itē hoc idez patet Esaie. ij. venient ad eum oēs gentes et dicent venite ascendamus ad montē dñi. idē. xlix. Dedi te in lucem gentiliū vt sis salus mihi vsq ad extremum terre reges videbunt et consurgent

Quomō messias debebat subijcere reges

pricipes ⁊ adorabūt dñz deū tuū et scm̄ israel q̄ elegit te. Itē.c.xvj. Mittā ex eis qui saluati fuerit ad oēs gētes ⁊ annunciabūt gentibus gloriam meā ⁊c. Itē Hiere.xvj. ad te gentes venient ab extremis terre et dicent vere mēdaciū possederunt patres nostri vanitatē que eis non profuit. Hoc idē p3 zacha.viij. veniēt ppl'i ⁊ gētes robuste ad q̄rendū dñm exercituū in hierl'm ad deprecandā faciē dñi. Hec dicit dñs exercituū in diebus illis in quibus apprehendēt decem homines ex omnibus linguis gentium ⁊ apprehendēt fimbriā viri iudei dicētes. Ibimus vobiscū audiuimus em̄ qm̄ deus vobiscū est. Ex oibus supradictis patet qualiter messias in lege p̄missus p̄ suos discipulos debebat sibi subijcere totum populū gentilē. Ex quo modo totus ppl's gentilis volūtarie erat venturus ad fidē euāgelicā cōuersus per viros iudeos et debebat adorare dñm exercituū et deum abraā ⁊ israel vt p3 p̄ dauid ⁊ esaiam. ⁊ zachariā ⁊ p̄ oēs p̄phetas. A ¶ Ex oib' his formaṫ vna inconuincibilis ratio ad p̄bādū iesum xp̄z fuisse verū messiā in lege p̄missum. vñ arguiṫ sic. ille est ver' messias in lege p̄missus qui p̄ viros iudeos subiecit totū ppl'm gētilē ⁊ p̄ cuius fidem tot' populus gentilis venit ad colendū ⁊ adorandū dñz deū abraā ⁊ israel. Sed iesus xp̄s ē huiusmodi ergo ipse est verus messias. maior p3 p̄ ea q̄ dicta sunt ⁊ p̄ vaticinia oim̄ p̄phetarū ⁊ p̄ communem opinionē oīum hebreorū. minor aūt p3 manifeste Nā xp̄s post resurrectionez suā misit.xij. aplos et lxx. discipulos p̄ vniuersum mūdū ad p̄dicādum euāgeliū omni creature qui p̄ eos ⁊ p̄successores suos totū populū gentilē iugo fidei subiecerunt intm̄ q̄ non solum decem homines sed centum et mille homines gentiles apprehendebāt fimbriā pauli qui erat iudeus vt sequerentur eum ad fidē christi. sicut dicit zacharias et sic est dicendum de ceteris apostolis et discipulis qui omnes erant iudei: per quos primo lex euangelica predicata est. Et sic populus gentilis qui ante contemnebat et detestabatur deum abraam ⁊ israel nunc colit et adorat eum sicut patet manifeste, de nobis qui descendimus ex illo populo gentili. Unde patres nostri gentiles colebant idola et execrabātur legem moysi et deum israel: nos autem execramur et abominamur idola ⁊ superstitiones gētilium et defendimus legem moysi et propheta℞ et adoramus deum israel iuxta vaticinium hieremie et zacharie in locis preallegatis. Et ē ista vna ratio inconuincibilis quam iudei negare non possunt eo q̄ patet per experiētiaz et procedit ex concessis ab eis.

per apostolos gētiles erāt subijciēdi.

xp̄s ver' messias

Infra. cxliiij. ⁊ de p̄se. di.ij. accesserūt.


Agnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto ei'.

¶ Titulus secundum.lxx. psalmus cantici filijs chore secūda sabbati. Ex titulo apparet q̄ dd̄ fecit hunc psalmuz ⁊ dedit ipsum cantandum filijs chore cum instrumento musico ⁊ voce humana p̄ quos filios chore intelligiṫ eccl'ia xp̄i p̄gregata ex gentibus ad fidē xp̄i q̄ q̄dē ecclesia dr̄ hierusalem. eo q̄ incepit in hierl'm p̄ xp̄z ⁊ aplos suos. E ¶ Uñ ē notādū q̄cā q̄re i sacra scriptura memoratur et laudaṫ ⁊ beatificatur illa ciuitas hierusalē terrena nō est nec fuit nec intelligitur propter bonitatem sui nec bono℞ ciuiū q2 semp̄ pro maiori parte fuerūt mali et peruersi. Sed prophete et antiqui laudabant eam in figura prout figurabat verā hierl'm sp̄ālem sc3 ecclesiam militātē et triūphātē: in qua est vera visio pacis. ⁊ etiā laudabāt illā ciuitatē p̄pter p̄missa patriarcha℞ ⁊ p̄pheta rum. que in ea debebant impleri per messiā futurū: et propter ea que in ea facta sunt in figura xp̄i futuri. Et tales laudes semp̄ referebanṫ ad xp̄z: q2 ⁊ nomē ⁊ situs ciuitatis et ea que p̄ maiori parte de ea scripta et gesta in ea sunt; figurabant xp̄m et ecclesiā suā. Uñ p̄io in ea vt dicitur fuit prius hō formatus. Scd̄o ibidē fuit redēptus per xp̄m. Tertio in ea est totum genus humanū iudicandū per christum: quia in valle iosaphat que est iuxta muros hierusalem inter eam ⁊ montem oliueti vt vbi xp̄s dedit legē ibidē iudicet preuaricatores legis. Ideo hec ciuitas pluribus nominibus nūcupatur. Unde dicitur q̄ sem filius noe eam edificauit quē hebrei dicunt fuisse melchisedech: qui eaz salem nūcupauit in qua primo obtulit deo panē et vinū in figurā xp̄i. eo q̄ erat rex et sacerdos dei altissimi. Genesis.xiiij. Et dicit iosephus q̄ iste fuit primus sacerdos qui obtulit post diluuiuz. Sed iesus filius chanaam eādem ciuitatem post ea ampliauit et incoluit et iebusalem nominauit. Postea dauid eam nobilitauit et in eam trāstulit archam domini et collocauit et hierusalē eā nominauit. Salomon rursus in ea templum domini cōstruxit et triplici muro cinxit et ipsam hierosolymam nuncupauit et a quibusdam dicta est bethel. id est domus dei: eo q̄ in codez loco iacob vidit scalaz in somnijs vt dicūt. Geñ.xxviij. vt affirmant iudei. dicunt etiam in loco codē loco abraā voluit sacrificare domino Isaac filium suum. Et ideo ille mons dictus est domin' videt. Geñ.xxij. In hebreo autem habetur in mōte adonay yeree id est in monte dominus videbitur. quasi dicat in hoc monte dominus christus deus et homo videbitur immolari in cruce pro toto genere humano sicut iste aries immolatus est pro isaac. Et ideo dicunt quidam hebreorum q̄ duo sancti viri scilicet abraam et melchisedech imposuerunt nomen illi ciuitati secundum nomina illorum duorum montium. Nam abraam vocauit vnum illorum duoruz yeree ⁊ melchisedech appellauit alterum salem. Et ideo dauid appellauit totam illam ciuitatē hierusalē eo q̄ fuit edificata ⁊ āplificata supra illos duos montes. Nā mons syō dictus est salē per melchisedech et mōs moria dictus est yeree per abraam ex quib' componitur hoc nomen hierusalez qd̄ interpretatur visio pacis. Dicitur etiam filia syon eo q̄ primo fuit sita in monte syō Ac etiā dicitur ciuitas magni regis inquantum dauid ⁊ salomō eam ampliauerunt. Dicitur ciuitas syon ad latera aquilonis inquantū est sita

Nota q̄ laudes hierl'm ad xp̄m referebātur.

Not. hō fuit formatus i hierl'm.

Not. de noibus hierl'm.

in monte moria i latere aquilonari. Dicitur etiaʒ
ciuitas sancta inquantum in ea erat tēplū dñi si
ue sanctuariū: ⁊ i ea erat studiū legis. Postea vero
dicta est elya: eo ꝙ elyus adrian⁹ reedificauit eaʒ
post destructionē factā per romanos per xpʒ. Un
de vsus. Solime luza beth el hierosolyma iebus
elya. Urbs sacra hierusalē dicitur ipa salē. Scdo
Nota. est valde notādū ꝙ omnia nomina ⁊ mysteria su
pradicta sunt facta in figura christi ⁊ ecclesie. Nā
p hoc ꝙ melchisedech rex et sacerdos cuius genea
logia tacetur, obtulit panē et vinum in ea signifi-
cabatur ⁊ figurabatur ꝙ in eodem loco xp̄us rex
et sacerdos in terris sine patre ⁊ naturali genera-
tione debebat condere sacramentum eucharistie
ex pane ⁊ vino: quod ita factum est. Nam christus
in cenaculo montis syon fecit cenam apostolis in
die iouis sancta. vbi dedit corpus ⁊ sanguinē suū
discipulis sub forma panis ⁊ vini. Et p hoc ꝙ di-
cta est salē. i. pacifica figurabat̄: ꝙ in ea erat futu
ra vniuersalis pax ⁊ recōciliatio ghis hūani per
mortē ⁊ passionē xp̄i. Itē p hoc ꝙ postea iebus fi
lius chanaā qui interpretatur calcat⁹ ampliauit
legales materiales et cetera sacrificia. Scdo q: rant.
nõ possunt intrare verum sensum spiritualem lit
tere legis: quia totum oppositum vident eorum
que ipsi expectant et intelligunt in litera. Et sic
discurrunt decepti. Nam deus pmisit omes cõ-
gregari in hierlm spiritualem hic per grãm: et in
futuro per gloriam in qua manducantur cibi spi
rituales grẽ et glorie et ipsi querunt illaz hierlm
terrenã vt manducẽt cibos carnales. Et sic semp
frustrabũtur in desiderio suo. Tertio et murmurãt
iudei cõtra deũ querentes ppter qd pctm detinẽ
tur in hac tam longa captiuitate. Nã patres eo-
rum peccauerunt per idolatriam qd est maximũ
pctorũ: et tñ nõ fuerũt puniti nisi per. lxx. annos in
captiuitatẽ babylõis: ipsi aũt qui custodiũt legẽ
ad vnguẽ: iã pseuerauerũt in hac captiuitate ro-
mana vltra. m. cccc. annos. Sed cum d: eis q hoc
euenit eis ppter necem xpi: licz negent ore tñ be-
ne norũt hoc esse verum in conscientia. Et ideo
tunc sicut deberent conuerti et agere penitentiã
tñ in sua malicia obcecati maledicunt et blasphe-
mãt xpm. sz hoc magis patebit psal. cviij. in fine
Ego aũt cantabo fortitudinẽ tuã: et xv. q. i. c. reuerti-
exaltabo mane miã tuam. mini cir
Q: fact⁹ es susceptor me⁹ et refugiũ ca finem
meum in die tribulationis mee.

¶ Dic ergo gras et dicit iudei couersi sunt ad vesperam: et noctē ignorātie: et tenebrarum nolētes recipere lumē messie: et sic vadūt in nocte errādo: circuiēdo ciuitatē sacre scripture nō valētes introire ad verū sensum et sacra occulta. Et sic errāt murmurando et blasphemādo. Ego aūt per oppositum agendo grās et nō murmurādo cātabo fortitudinē: et magnificētias: et miam: et triūphū tuū: et exaltabo meam tuā mane. i. in die et lumine grē eo qd tu es fact⁹ susceptor: et c. Itē ipi puersi sunt ad vesperā. i. in fine mūdi puertent: et tūc in sero icipiēt cātare et pfiteri: sz ego in mane. i. in pncipio legis grē que incepit silico post resurrectionē incepi et cātabo fortitudinē tuā et c. Et exaltabo mane i pncipio legis grē que incepit a resurrectiōe pi exaltabo miam tuā et pdicabo bñficia collata generi hūano: qr tu es factus susceptor meus et refugiuz in die tribulationis et persecutionis: et ideo D.

ps. q. s. ad mensaz. **Adiutor meus tibi psallā: qr deus susceptor meus es: deus me⁹ mia mea.**

¶ Qr post tot psecutiōes me suscitasti in capite et in membris et ad gloriā suscepisti. Ex qbus pz q litera huius psal. nō pōt applicari cōmode et simpliciter ad Saulē: nec ad Satellites suos: si specularī velimus: nec precise ad ipsuz dauid nisi in sola figura: inquantū fuit figura xpi.

Dd pe. di. s. taciturnitas Dic. de. enim.



Eus repulisti nos: et destruxisti nos: iratus es: et miser⁹ es nobis.

¶ Titulus ad victoriam siue in finem super rose testimonium suaue canticū dd ad docenduz humiles et simplicis dd qñ pugnauit ptra arā fluuiorum et siriā sabba. et reuersus est ioab et pcussit edon in valle salinarum. xij. milia. Scdm vero. lxx. in finē pro his qui cōmutabuntur in tituli descriptione ipsi dd in doctrina cum succendit mesopotamiam syrie: et sabb i. et conuertit ioab: et pcussit edon in valle salinarū. xij. milia. ij. Reg. x. et. j. Paralipo. xviij. legitur q mortuo naaz rege amon misit dd nuncios ad annon filiū eius vt consolaretur super obitu patris. Sed milites annō putātes q dd misisset nūcios ad explorandum terram semi raserunt barbas et vestes eorū presciderūt vsq ad nates et sic cū opprobrio remiserunt eos ad dd. Uidens aūt an nō male egisse et timens ne dd vellet iniuriam vindicare conuocauit quosdā reges syrie in auxiliū inter quos fuit sabba et roob: et tyboth: et macha cum innumera multitudine peditum et equitū. Contra quos misit dd ioab principē militie et abisay fratrez eius: qui vicerunt oēs illos reges syrie. Tunc annō rex moab videns victos omnes reges syrie misit trās flumē eufratrē et conuocauit multos reges mesopotamie in auxilium inter quos cū magno exercitu adadezer misit sobal principem militie sue. Quem ioab vicit occidit et cepit quingentos curtus et interfecit. xl. m. equitum et percussit regem damasci ferentē auxiliū ipsi adadezer. Et postea cū toto exercitu israel pcessit cōtra moab et vastauit eā similr cū tota ydumea: et sic facta ē ydumea tributaria dd cū moab et damasco: et magna parte syrie: et etiā adadezer trans flumen et aram que est inter eufratrē et tygrim: ideo d: ciuitas fluuiorum Oēs iste ciuitates et puincie facte sunt tributarie aut amice ipsi dd. Et sic ppls israel qui totiēs fuerat conculcatus et subiectus et vexatus pter peccata eorum a supradictis ciuitatibus et regnis finitimis: postea factus est dns eorum pter strenuitatē dauid regis israel. Uidens ergo dd q non solū triūphasset de regno Saulis qr oēs tribus sibi subiecerat: sed et triūphasset de alienigenis: ideo agens gratias de tot triūphis et victorijs fecit istum psal. Et sic beb: ei exponūt ipsuz literaliter scdm q videt sonare titu. psal. Nā in titu. ponit super rose testimoniū vel pro rosis siue pro lilijs p quas rosas intelligit plebs israelitica semper vt dicunt qui gloriatur in hoc psal. vt dicūt. Uerū si sic precise iste psal. literaliter exponat: tūc nō ptineret ad sacrā scripturā nisi cōtineret aliqd sacramentum de xpo aut ecclesia et sic non cantaret spm eccl'ia. Item sequeret q dd nō fuisset pphēta in hoc psal. sz hystoriographus: nec habuisset specialem grām spiritussancti cuius oppositū explicatur in titu. cū d: ad docendū vbi demonstrat q dd fuit doctus a spūssancto et docet nos et erudit nos de aliquo futuro sacro. Un dictū est q sp per rosas intelligitur eccl'ia xpi: que sicut rosa inter spinas est orta et spinis iudeorum et gentiliū. Et ideo. lxx. transtulerūt pro his qui cōmutabunt. s. ppls xpianus qui est cōmutatus et conuersus ex iudeis et gentilibus. Est ergo dicendū q dd p supradictos triumphos et victorias preuidit in spū psperitatē regni xpiani et eccl'ie futurā. Nā primo per aduersitates et vexationes quas passus est populus illo tpe iudicū vsq ad Saulē et ipm dd preuidit psecutiones eccl'ie vsq ad cōstantinū et per psecutiones suas preuidit psecutiones xpi: et per hoc q ipse dd primo factus est princeps paucorum dum fugeret a facie Saul. et postea primo factus est rex sup tribu iuda: postea paulatiz adept⁹ ē tribum effraim et manasses et vniuersalr totum regnum israel. Per hoc puidit in spū qualr christus prius debebat facere paucos discipulos de sua parentela et cōsanguinitate et sic crescere de alijs tribubus. Nā de oībus tribubus fecit sibi discipulos. Nam petrus et andreas erant de tribu zabulon de bethsaida et c. Et silico in die Pente. fuerunt baptizata. iiij. milia in hierusalē. Et sic philippus multos baptizauit in samaria q̄ recepit verbum dei. Et sic per oēs tribus multi venerunt ad iugum fidei. Item per hoc q dd misit nuncios ad annon regem moab: et ipse vituperauit eos et opprobrio affecit: preuidit dd in spū qualiter xps post conuersionem paucorum iudeorum debebat mittere seruos suos per vniuersum mundū ad salutem et consolationem gentilium. Sed gentiles debebāt aplos et discipulos et christianos multis opprobriis et vituperiis afficere et diuersis tormētis torquere. Itē per hoc qd dauid finalr triumphauit de oībus regnis et ciuitatibus finitimis preuidit in spū qliter xps et ecclesia debebat post

not. qño per pdicta dd puidit regni xpi psperitatem.

multas psecutiões totū orbē: ⁊ pplm gētilē iugo fidei subijcere per suersionē magni constantini. Et de oibus his fuit doctus dd a spūsctō. Et id fecit hūc psal. sup rose testimoniū. i. in figura ecclesie siue pro his populis qui cōmutabunt ⁊ cōuertent ad fidē xpi sicut oēs illi ppli qui memorātur in titulo ⁊ in hoc psal. cōmutati sunt ad iugū et obedientiā ⁊ tributū ipsi dd. Et ad istū intellectum ⁊ sensum cātat ecclia hūc psal. Duo ergo facit. Nam primo predicit psecutiões primitiue ecclesie per figurā psecutionū populi israel. Scdo petit liberari ibi. vt liberentur dilecti tui. B

david pͦuidit ecclesie psecutiones. ¶ Quantū ad primū est aduertendū q dd nō solū per psecutiones suas: sed per psecutiões populi israel factas vsq ad suū tps preuidit in spū psecutiones primitiue ecclie. Nā sicut ille pplꝫ statim post exitū de egypto: ⁊ ingressū terre pmisse ibi habuit. x. vel. xij. magnas psecutiões vt ptꝫ p totum discursum libri iudicū ⁊. i. reg. vsq ad saulē ⁊ david. Ita primitiua ecclia a resurrectiōe vsq ad magnū constantinū passa est. x. vel. xij. magnas psecutiones. s. sub iudeis ⁊. x. imperatoribꝰ. Sꝫ fuit differētia. Nā pplꝰ ille passus est propter pctā et scelera sua. Primitiua aūt ecclia passa est ppter veritatē ⁊ iusticiā fidei xpi. Sed sicut ille pplꝰ liberatus est ab oibus psecutionibus ⁊ iugo seruitutis ⁊ tributi per dd immo ipse dd subiecit sibi philisteos: ⁊ ydumeos: et moabitas: et damascenos: ⁊ syros vsq ad eufratem: et fecit eos tributarios vt ptꝫ. ij. reg. viij. Ita pariter ecclia xpi, que iam per. ccc. annos fuerat subiugata ⁊ vexata et expoliata a tyrannis et pplo gentili. Postea post conuersionē constantini subiugauit oēs tyrannos et populū gentilem iugo xpi. Hoc puidens david i spū dicit in psona ecclesie. O deus tu multotiens repulisti nos in prima etate ⁊ secūda. s. a diluuio vsq ad Abraam ⁊ Moysen: qr fuimus captiui in egypto: et postea repulisti nos a te ⁊ dimisisti eos decies sub seruitute et tributo tempore iudicum vsquequo capta est archa a philisteis: vt patet. j. regū. iiij. Et postea facti sumus tributarij philisteis ⁊ ydumeis ⁊ tn̄ aliqn̄ sic repuleris nos. ⁊ fueris iratus: sed tn̄ tandem semp misertus es nobis qr semper misisti nobis aliquem saluatorem. Nā a captiuitate egypti nos liberasti per Moysen: et a vexationibus moabitarum ⁊ ammonitarum et ydumeorum nos liberasti per iudices et tandē ab omnibus nos liberasti per david. Et sic semp post iram et repulsiones misertus es nobis. Nūc ergo post resurrectionem.

xij. q3. i. exēpluꝫ. **Cōmouisti terrā ⁊ cōturbasti eā: sana cōtritiones eius qr commota est.**

¶ Cōmouisti totā terrā ecclie ⁊ conturbasti eā diris psecutionibus tyrannoꝝ ppter iusticiam fidei xpi ergo sana ptritiones et tribulationes eiꝰ qm̄ cōmota et vexata et tribulata est per crebras et diuersas persecutiones imperatorum et tyrannorum. quod probo. Nam.

xxij. q3. iiij. quia. **Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.**

¶ Ostēdisti pplo tuo xpiano dura tormēta: qr tot milia martyrū occisa sunt et potasti nos vino cōpunctiōis ⁊ amaritudinis et meroris: qr cibus et potus noster sunt lachryme et fletus et gemitus.

Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant a facie arcus. xxiij. q3. iiij. c. qͥdā. ⁊ de pse. d. v. vnitas. xj. q. iij. ad aurem sam.

Ut liberentur dilecti tui: saluum me fac dextera tua et exaudi me.

¶ Dedisti xpianis metuētibus te significationē vt fugiāt a facie arcus tyrānoꝝ. Nā sicut aues audiētes sonitus arcus aut baliste si videant alias aues cadētes vulneratas tūc fugiūt a facie arcus venatoris. Nam ille sonitus arcus est eis signum vt fugiāt: ita pariter xpiani vidētes seuas psecutiones tyrannoꝝ et tot milia martyrū occisa: fugiebant per mōtes ⁊ latebras. Un̄ papa siluester latebat in mōte serapino qn̄ vocatus est a cōstā. et ideo dicit. Dedisti eis signū vt fugiāt a facie arcus. s. a furia et cōmotione tyrannoꝝ ergo saluuꝫ fac pplm tuuꝫ xpianum vt dextera et ptāte tua et virtute liberentur dilecti tui christiani de tot ⁊ tātis et tam duris persecutionibus et tormentis et impone eis finem.

Deus locutus est in sancto suo: letabor et partibor sicciмā ⁊ conuallem tabernaculorum metibor. xxiiij. q. v. dixit dn̄s.

¶ Qr superius dd in psona ecclesie petit liberari a psecutionibus tyrannoꝝ: hic nō solū petit liberari: sed ēt psperari ⁊ subijcere oēs tyrānos ⁊ oēs pplos iudeoꝝ ⁊ gentiliū. Et psuadet q deus hoc debet facere ex pmissione quodā facta vni sancto vel pluribus ⁊ ēt sibi. Dicit ergo dd in psona ecclesie. O dn̄e saluum fac pplm tuū xpianū ⁊ exaudi me: qr sicut deus locutus est ⁊ pmisit in sancto suo id est in sanctuario suo: quia d sanctuario habui responsum ⁊ reuelationem scꝫ q. ego letabor id est cum leticia triūphabo de multis populis. Nam primo partibor siccimam id est bello acquiram ciuitatē sichem que est in samaria: et ptibor ⁊ distribuā possessiones eius seruitoribus meis: et bellatoribus. Et conuallem tabernaculorum metibor. i. terrā socbot que est vltra iordanē vbi Jacob fixit tentoria reuersus de mesopotamia qui qͥdem socbot fuerat a gētilibus occupata. ⁊ tn̄ dd cepit eam et imposuit sibi leges et tributū. Unde metire nil aliud est nisi sub legibus et limitibus artare. Item.

Meus est galaad ⁊ meꝰ est manasses ⁊ effraim fortitudo capitis mei. j. cviij. d.

¶ Meus est iam galaad que est vltra terram, basam et syon ⁊ etiam meus est manasses. s. dimidia tribus q̄ est vltra iordanē ⁊ tota terra tribus ⁊ terra effraim fctā est susceptio capitis mei: in qua caput meum quiescit eo q est tribus maior ⁊ magis populosa inter omnes. Item.

Juda rex meus moab olla spei mee. xxiij. q3. v. nō fru stra.

¶ Juda fctūs est rex meꝰ. i. caput regnī mei ⁊ terra moab fctā est olla. i. refectio spei mee: eo q de terra moab veniebāt oia victualia in hierlꝫ cū terra

moab sit valde fertilis: ibi erkm sterilis. Itē nō so lū subieci mihi oēs pplos sup:adictos: sed etiā.

xxiij.q.5. v.regū c. **In ydumeam extendā calciamētum meum: mihi alienigene subditi sunt.**

¶ Extendā calciamentū meū in ydumeā. i. calca bo ydumeā sub dñio meo: ꝛ ampliabo regnū meū vsq ad eam: ꝛ alienigene. s. philistei: vt hʒ lra Hie ronymi: mihi subditi sunt sub tributo: cum pplus israel ante eēt suo tributo. Et sic oēs sup:adictos populos mihi subiugaui sicut deus locutꝰ est san cto suo. D ¶ Sed hic sunt duo dubia necessa ria. Primum qs est iste sanctus cui deus locutꝰ est de sup:adicta pſperitate ꝛ ampliatiōe regni da uid. Scḋm quō hoc facit ad ppositū de liberatio ne ecclesie xpi a psecutiōibus tyrannoꝝ: ꝛ de pſpe ritate et dilatatiōe regni xpi quā petit in hoc psal.

Dubia.

ad pmū ¶ Ad primū est dicendū q regnū materiale dauid et dilatatio eius nō solū p vnū: sed etiā per plu res sanctos fuit a deo pmissa. Nā primo fuit pro missa per ipm iacob. Gen. xlix. vbi dicit. Iuda te laudabunt fratres tui: manus tue in ceruicibꝰ ini micorū tuoꝝ: adorabūt te filij patris tui. Ista aūt particula partim fuit impleta tēporaliter in ipso Dauid de tribu iuda: cui oēs. xij. tribus fuerūt fi naliter subiecte: et exinde posuit manus suas sup ceruices inimicoꝝ: scʒ moabitarū: amonitaꝝ: phi listinorum: ydumeorū ꝛc. Secundo ista magnitu do regni ꝛ dilatatio fuit pmissa ipsi moysi Deut. xi. quādo dixit dñs. Omnis locus quē calcaue rit pes vester: vester erit a deserto: et libano ꝛ flu mine magno eufrate vsq ad mare occidētale erūt termini vestri. Manifestū est aūt q filij israel an te tēpora dauid nunq possederūt totā istā terraʒ: immo illico post mortē iosue perdiderūt totā ter ram vltra iordanē: immo oēs qui erant citra ꝛ vl tra iordanē venerūt in seruitutē regis mesopota mie: vt ptʒ Iudicū. iij. Et sic semper fuerunt quasi in seruitute interpolatim vsq ad regnū dauid: vt ptʒ per totuʒ discursum libri iudicū: ꝛ primi Reg. Sed dauid de stercore paupertatis a deo eleua tus primo clam fuit per samuelē vnctus in regeʒ. Secundo factus est princeps sup consanguineos suos in spelunca odolā quasi. cccc. primo Regum xxij. Postea mortuo saul factus est rex super tribū iuda tm. ij. Regū. ij. et per septē annos pugnauit contra domum saul. Et finaliter factus est rex su per oēs duodecim tribus israel. ij. Reguʒ. v. Post ea dauid percussit philisteos et humiliauit eos: ꝛ tulit frenum tributi de manu eoꝛuʒ. Nam sicut an te israel erat philisteis tributarius: postea dauid fecit eos sibi subiectos et tributarios: vt ptʒ scḋo Regum. viij. Postea percussit moab et mensus est eos funiculo coequans terre: idest sublimitati bus et legibus suis artauit et subiecit: ꝛ factus est moab sub tributo. Postea pcussit adadezer filiuʒ roob regem soba. Et sic profectus est dauid vt do minaretur super flumen eufraten. Et sic dauid di latauit regnum suum vsq ad eufraten subijcien do sibi damascum et partem syrie: et totam ydu meam: et etiam vltra eufraten aram fluuioꝛū sub tributo: vt patet in eodem ca. viij. Ex quo patet q

Regnuʒ dauid pmissum.

pmissa facta moysi de dilatatiōe regni israel a li bano vsq ad desertū egypti: et ab eufrate vsq ad mare nostrum occidentale nunq fuit cōpleta vsq ad dauid. et hoc explicatur in titulo huius psal. ꝛ partim in littera. Et hoc est qd dicit dauid. Ego letabo: ꝛ triumphabo de omnibus istis populis et dilatabo regnū meum: sicut deus locutus est in sancto suo iacob. Gen. xlix. quando dicit. Iuda te laudabunt fratres tui ꝛc. Et etiaʒ sicut locutus est in sancto suo moyse. Deutero. xi. quādo dicit a de serto et libano et flumine magno eufrate vsq ad mare occidentale erunt termini vestri. Item etiaʒ sicut locutus est in sancto suo samuele per matreʒ suam annā in cantico primo regū. ij. et etiam. xiij. ca. quando dicit. quesiuit dñs virum iuxta cor suū et precepit ei vt esset dux super populū suū ꝛc. Et etiā sicut locutꝰ est in sancto suo nathā. ij. reg. vij. Et etiā de hoc facta fuit aliqua specialis reuela tio et promissio ipsi nathā: et etiaʒ ipsi dauid: liceʒ non expliceē in libris regū sicut ptʒ psal. lxxxviij. Unde littera hieronymi hic habet. Deus locutus est in sanctuario suo. Ex quo ptʒ q hec reuelatio facta est ipsi dauid in tabernaculo: ꝛ sic ptʒ respō sio ad primū dubiū. Ad scḋm dubiū est dicendum et aduertendū q quādo dauid fecit hunc psalmū iam fuerat vnctus rex sup vniuersas tribus israel et iam subiecerat philisteos ꝛ moabitas: ꝛ amoni tas et ydumeos: et aram fluuioꝛū syriam ꝛc. vt pa tet in titulo. Sed nos videmus q in isto psalmo adhuc petit liberari a tribulationibus ꝛ vino me roris: et a facie arcus allegans factam promissio nem sicut locutus fuerat deus in sancto suo. ꝛ etiā vlterius petit deduci a deo in ciuitates munitas vsq in ydumeaʒ ꝛc. Et hoc patet q petit ecclesiā christi futurā liberari a persecutiōibus: et regnuʒ christi dilatari sicut pnouerat figuratū per pſpe ritatem et dilatationē sup:adictam regni sui: et si cut nouerat prout deus locutus est in illo sancto suo iacob: aut moyse: aut samuel: aut nathan: aut sibiipsi in sancto dei: et ideo subdit in vltima par te huius psalmi cum dicit.

Nota.

Quis deducet me in ciuitatē munitā quis deducet me vsq in idumeam: dist. viij. c. q̄ ptra xv q. ij. visis.

¶ Quasi dicat. Ego iam triūphaui de oībꝰ tribu bus ꝛ regnis mihi pmissis: sicut deus locutꝰ est in sctō suo. Nā ego regno sup siccimā siue sichē: ꝛ iā metibor: ꝛ mēsurabo legibꝰ meis vallē tabernacu loꝛum: ꝛ iā meus est galaad: ꝛ manasses: ꝛ effraim etiam sum principalis rex in iuda. et iam moab ē olla mearum refectionū ꝛ victualiū. et iam exten di calciamentū meum in ydumeam: quia mihi est subiecta sub pedibus. ꝛ alienigene: idest philistei et cetere nationes vsq ad damascū: ꝛ eufratē sunt mihi subdite ꝛ tributarie: sed oēs iste natiōes ꝛ ter re sunt figure illarū terrarū ꝛ regnoꝝ que subijciē de sunt regno christi. Ergo quis deducet me in ci uitatē munitā. i. tot ciuitates munitas et fortissi mas et regna vastissima ppli gentilis: ꝛ quis de ducet me vsq in ydumeā. i. ad dñandum toti pplo gentili qui p ydumeā figurat: eo q ydumea inter pretat terrena et sanguinea ꝛ rubea: ꝛ idō totꝰ po

pulus gentilis dicitur ydumea: quia totus terre-
nus et rebus terrenis et non celestibus deditus si-
cut esau: quia rubeus et sanguineus ꝛ non solum
ex bellis crebris inter se: sed quia rubeus ꝛ sangui-
nolentus erat sanguie martyrū quos interfecerat
ante cōuersionem magni constantini. ꝛ subdit.

Infra clxvij. c. **Nonne tu deus qui repulisti nos: et non egredieris deus in virtutibus nostris.**

¶ Nonne tu deus qui repulisti nos in manus pse-
cutorum liberabis nos ab illis et deduces nos in
ciuitates et regna gentiliū munitissima ꝛ fortissi-
ma ꝛ per totā ydumeā i. populū gentilē terrenū ꝛ
sanguinolentū: ꝛ subijciemus eum iugo xpi a so-
lis ortu vsqȝ ad occasum: ꝛ ab aqlone vsqȝ ad au-
strū sicut impletū fuit post magnū cōstantinū. Et
subdit dauid in persona ecclesie. Et tu deus non
egredieris in virtutibus nostris: idest ad pugnan-
dum pro nobis: et dando nobis virtutē cōtra infi-
deles. quasi dicat immo facies. Ideo subdit.

xxiij. qd. iij. c. sex. **Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.**

¶ Da nobis tu iesu xpe auxiliū de ista persecutio-
ne: et tribulatione in qua stamus: quia non queri-
mus auxiliū ab hoīe: nec per arma tpalia: qꝛ vana
est salus ꝛ auxiliū hoīs. quasi dicat non querimus
liberari in virtutibꝰ humanis: nec humane sapiē-
tie persuasibilibus verbis: nec in curribus: nec in
equis. Sed querimus auxiliū dei. Et sic.

xf. q. iij. c. ad mensam. **In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihilum deducet tribulātes nos.**

¶ In deo faciemus virtutē et victoriam: ꝛ ipse ad
nihilū deducet inimicos et persecutores nostros
iudeos et gētiles ꝛ hereticos: qd partim fuit imple-
tum in excidio hierusalē: et in destructione idolo-
rum per conuersionē constantini: et totaliter im-
plebitur per interitum miserabilem ipsius anti-
christi. ¶ Totus etiam iste psal. potest mystice ex-
poni: in quo dauid in psona totius corporis my-
stici petit liberari per passionē xpi a captiuitate ꝛ
afflictione peccati. quasi dicat. O deꝰ tu repulisti
nos a terrestri paradiso propter peccatū ade: ꝛ de-
struxisti nos: nostrā naturam corrumpendo: et sen-
sualitatem vulnerando fomite concupiscētie: sed
misertus es nobis per passionem ꝛc. Sed postqȝ
ecclesia est liberata per christi passionē a peccato
Petit iterum liberari de persecutione inimicorū
vt dictum est. Et sic etiā psal. iste pōt moraliter ex-
poni de quocūqȝ populo ꝛ ciuitate afflicta ab ini-
micis tēporalibus maxime infidelibꝰ: vt deus det
sibi virtutē vt liberetur: et vincat: ꝛ subijciat infide-
les. Quarto etiaȝ potest exponi moraliter de quo-
libet peccatore a peccatis afflicto vt deus det si-
bi virtutē vt possit peccata a se repellere ꝛ diabo-
lum fugare: ꝛ regnū anime sue rationi subijcere: ꝛ
deo: ꝛ diuine volūtati conformare. Et ita oīa illa
nomina regnorū infideliū que dauid sibi subiecit
et domuit: et suppeditauit: possunt applicari di-
uersis vitijs que fideles conculcant ꝛ domant per
dei gratiā sibi collatā ꝛ virtutē pnie: et sic prudēs
lector potest singula singulis applicare scdm ꝛ iu-
xta interpretationē illorum nominū.



Exaudi deus deprecationem meam: intēde orationi mee. xxviij. d. c. sedulo. xv. dist. ca. sctā roma.

¶ Ad victoriā siue in finē super
organū siue in hymnis ipsi da-
uid. Ex titulo ptȝ qꝫ dauid fecit
hunc psal. et dedit ipm cantandum in organis si-
mul cum voce humana toto conatu vocū eo qꝫ di-
rigit nos in xpm et ecclesiā que est finis legis. Vn-
de autem determinate sumpsit occasionē dauid
ad faciendū hunc psal. incertū est: sed creditur cō-
muniter qꝫ qn dauid euasit a manibus saulis qui
tenebat ipm obsessum in monte deserti maon et
cinctum ad modum corone: et fugit inde: et latuit
in locis tutissimis engaddi: q quidē montes sunt
in finibus iudee: iuxta mare salsum: vt ptȝ primo
Regū. xxiiij. Et sic hebrei moderni exponunt istuȝ
psal. quomodo dauid egit gratias: quia euasit il-
lud periculum et anxietatem: et postea acquisiuit
regnum. Sed licȝ sit verum qꝫ dauid sumpsit occa-
sionem faciēdi hunc psalmū euasione illius peri-
culi inquantū ibi preuidit in spū persecutionē et
anxietatē ecclesie xpi: futurē et eternitatem regis
eius christi: tamē nō est sistendū in littera: vt sepe
dictum est: immo si quis vellet totā litterā huius
psal. applicare ipsi dauid regi israel: cōperiet ma-
nifeste falsuȝ. Nā dauid nunqȝ fuit in eternū in cō-
spectu dei in illo regno tēporali: vt dicitur infra
ergo ptȝ qꝫ hic loquit̄ de regno xpi eterno. Tria er-
go facit dauid. Nam primo petit orationē ꝛ dep-
cationem suaȝ exaudiri in persona ecclesie. Scdo
gaudet se exauditū. Tertio pmittit vota pro gra-
tiarum actione. scda ibi. A finibus terre. tertia ibi Dr̄ia in-
Sic psallā et dicam. B ¶ Quantū ad primū est ter orō-
aduertendū qꝫ inter orationē et deprecationē hoc nē ꝛ dep-
interest. Nam deprecatio petit ab aliquo malo li- catione.
berari: sed oratio petit aliquā gratiā sibi dari: ꝛ ec-
clesia xpi primitiua semper vsqȝ ad cōstantinū pe-
tebat liberari a persecutoribus iudeis et tyrānis
et dilatari hereditateȝ suam cultui christi vsqȝ ad
fines terre qd cōpletū fuit post cōuersionē magni
Constātini. Sed quia postea fuit infestata ab he-
reticis et infestabit̄ vsqȝ ad antichristum: et tunc
totaliter liberabitur ab omnibus tribulatiōibus
et consequetur hereditatē eternam in celo. Et re-
gnabit cuȝ christo rege suo eterno: ideo dauid hoc
preuidens in spiritu in persona totius corporis
mystici cuius ipse est de principalibus membris
dicit. O deus exaudi deprecationē meam a pn̄sen-
tibus persecutionibus et malis liberando. Et in-
tende et annue orationi mee mihi post longas tri-
bulationes optatam hereditatem largiendo.

A finibus terre ad te clamaui: dū anxiaret̄ cor meū in petra exaltasti me. ij. q. iiij. mēnā. et iij. q. ix. c. dignuȝ.

¶ Hic gaudet se exauditū in sua depcatiōe ꝛ orō-
ne explicādo mala de qbꝰ est liberatꝰ ꝛ hereditatē
quā est ꝯsecutꝰ ꝛ dicit. O deꝰ p oēs ptes mūdi fui

afflicta et infestata a psecutiõe tyrannoꝝ.s. ab india in hispaniã ⁊ a siria in ethiopiam fuit psecutio martyꝝ et oim xpianoꝝ. Et sic vndiq3 a finibus terre ad te clamaui vt me liberares: q2 vbiq3 fiebat oratio ab ecctia sine intermissione: ne deleretur ecctia et ideo dicit. A finibus terre ad te clamaui dũ anxiaret.i. dũ martyres qui sunt cor meũ et viscera mea anxiarent ⁊ torquerent. S3 tu dñe exaltasti ⁊ fundasti me in petra fidei qui est xps supra quẽ fundata est ecctia. Vñ maxime ecctia fuit exaltata qñ constantinus eã multipliciter honorauit et ditauit ⁊ iugo fidei obediuit.

h. q. vij. testes. §. christus **Deduxisti me q2 factus es spes mea turris fortitudinis a facie inimici.**

¶ Tu dñe deduxisti ⁊ liberasti me tot psecutionibus: q2 factus es spes mea: ⁊ factus es turris fortitudinis in quo ⁊ per quẽ fui tutatus a facie ⁊ incursu inimici ppli gẽtilis me persequentis.

xi. q. iij ad mensam xxiij. q. vi. scismatici. **Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula protegar in velamento alarum tuarum.**

Qm̃ tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatẽ timentibus nomen tuum.

¶ Habitabo in tabernaculo tuo ⁊ in hac turri fortitudinis fundata sup firmã petrã ⁊ ptegar in velamento ⁊ ptectione alaꝝ tuaꝝ: in secula: hic per fidẽ ⁊ grã3: ⁊ in futuro per gloriã: qm̃ tu dñe exaudisti orõnes meã: ideo dedisti hereditatẽ fidelib9 timẽtibus et colẽtibus nomẽ tuũ qd est iesus. Hereditatẽ dico.i. ampliationẽ eccle ⁊ regni tui vsq3 ad fines terre. Nã per magnũ cõstantinũ dedisti dñium ⁊ ditionẽ eccle in tota italia in magnũ patrimoniũ ⁊ dedisti sibi obediẽtiã3 oim regũ ⁊ pncipum vsq3 ad fines terre. Vñ nõ solũ dedisti hereditatẽ timentibus nomẽ tuũ in terra: sed etiã3 in celo que quidẽ hereditas est eterna. Nã3 rex eius xps est eternus cui tradita est oĩs ptãs a patre in celo ⁊ in terra ⁊ in oĩbus abyssis et inquãtũ hõ: ⁊ traditũ est ei regnum eternum. Nam tu pater.

xvi. di. c. duo. **Dies super dies regis adijcies: annos eius vsq3 in diem generationis et generationis.**

¶ Adijcies dies infinitos sup dies regis eius.i. istius regni ⁊ eterne hereditatis: ⁊ adijcies ãnos istius regis vsq3 in diẽ gñationis ⁊ gñationis q̃ ẽ eternitas. Nã sicut hec tpalis vita dr gñatio ⁊ generatio ppter successionẽ in illa glia ⁊ eternitas dr dies et finis huius generationis et gñationis cuius diei non est finis.

Luce. ij. **Permanet in eternũ in conspectu dei miam ⁊ veritatẽ eius quis requiret.**

¶ Iste rex xps pmanet in eternũ in cõspectu pris sedẽs ad dexterã eius inquantũ ad equalitatẽ et inquantũ hõ in potioribus bonis: q2 ptãs ei9 potestas eterna ⁊ regnũ eius eternũ qd nõ auferetur Dan. vij. Et ideo q̃s requiret ⁊ inuestigare poterit miam ⁊ veritatẽ eius. Et ponit hic veritas p iusticia et equitate. q. d. nullus poterit inuestigare pfunditatẽ: et altitudinẽ: et latitudinẽ mie ⁊ iusticie huius regis xpi sedẽtis ad dexterã pris cui tradita est oĩs iudiciaria ptãs ⁊c. Nã dñi penitẽti dat veniã per miam ⁊ superbis ⁊ impenitentibus penam per iusticiam.

Sic psalmũ dicã nomini tuo in seculũ seculi: vt reddã vota mea de die in diem. xvj. q. i. § mos.

¶ Hic pmittit vota pro gratiarũ actione de tantis beneficijs receptis: q2 nõ solũ fuit de psecutionibus liberata: sed ẽt psecuta est hereditatẽ eternam in terra per grãm ⁊ in celo per gliam: iõ ait sic.i. ppter hoc dicã psal. ⁊ psalmodias cantabo nomini tuo qui est xps in seculũ seculi celebrando anniuersaria ⁊ quotidiana officia et festiuitates in hac ecctia: et reddã vota mea in seculũ seculi hic per grãm ⁊ in futuro per gliam. Hic a gñatiõe in gñationẽ et ibi in secula seculoꝝ laudabo te cum sctis angelis. Ex his pz q iste psal. nõ põt pcise intelligi de dd aliter. Vñ est aduertẽdũ q sicut pluries dictũ est q per nomẽ dñi semp propheta intelligit xpm filiũ dei et iõ dicit ppheta in psona totius corporis mystici. O pater post tot bñficia recepta ego dicã psalmũ nomini tuo.i. laudabo te in iesu xpo filio tuo q2 pater laudat et adoratur et veneratur in xpo filio suo ⁊ ecõuerso: a quo honore nõ excludit spũssanctus: quia tribus psonis honor vnus debetur.



Nonne deo subiecta erit aĩa mea ab ipso eñi salutare dei. ij q. iij. § euidenter xxiij. qd. viij. c. vi.

Nam ⁊ ipse deus meus ⁊ salutaris meus susceptor meus non mouebor amplius. et. xxij. qd. ij. c. aliqñ.

Quousq3 irruitis in hoiem interficitis vniuersi vos: tanquã parieti inclinato ⁊ macerie depulse.

¶ Titulus ad victoriã siue in finẽ sup yditum ps. dd. Ex titulo pz q dd fecit hunc psal. et dedit ipsum cantandũ in choro yditum cũ toto conatu ad victoriã vocũ. Sed ad intelligendã materiã pmo figuratiuã. Scdo principalẽ et figuratam huius psal. est notãdũ q deus iustus iudex et misericors Propter supbiam et inobedientiam reprobauit Saulẽ et priuauit regno. Et ppter hũilitatem et patientiã et obedientiã quesiuit et elegit dd et dedit sibi regnũ israel in preciũ et premiũ hũilitatis et obediẽtie l3 grã dei primo fuerit elect9 pcedente: vt pz. i. reg. xiij. cũ dr. quesiuit dñs sibi virũ iuxta cor suũ. Et precepit ei dñs vt eẽt dux super pplm suũ. Et sic postea ex pcepto dñi samuel vnxit ipm dd in regẽ vt pz infra. c. xvi. Ex quo pz q regnũ israel datũ est a deo ipi dd in preciũ: primo De donis dd.

propter eius hũilitatẽ et obedientiã erga deum. Scḋo eo q̄ īterfecit Goliat et abstulit opprobriũ israel et sic datũ est duplex preciũ ipsi dd̄ primo filia saul in vxorẽ. Scḋo datus est sibi maior ho/nor quã regi cũ mulieres cantarũt in choro dicẽ/tes. Saul occidit mille et dd̄. x. milia. vñ ex ista in uidia et zelo conatus fuit saul nō solũ auferre p̄/cium regni a deo ꝓmissum ipsi dd̄: sed et̄ vxorẽ fi/liam ꝓmissã pro victoria habita de Goliat. Nã primo abstulit sibi merob quam sibi ꝓmiserat et tradidit ipsam edrieli molathite in vxorẽ: et mi/chol tradidit sibi in scandalũ: vt occideret̄ a phi/listeis vt pz. j. reg. xviij. Vñ tali inuidia non solũ fuit sauciatus saul: sed mlt̃o magis doech. et ab/ner: et multi alij qui semp incitabãt saulẽ ad iras vt interficeret dd̄: et auferret sibi precium regni a deo ꝓmissum et honorẽ et filiam regis. Unde ex hac causa ipse saul exposuit ipm dd̄ multis peri/culis a quibus oibus euasit ex gr̄a dei ꝓpter suã hũilitatem et patientiã. Et finaliter obtinuit re/gnum et preciũ ꝓmissum. Nã primo euasit quan/do saul traiecit sibi lanceã vt transfigeret ipsum in pariete. Scḋo qñ misit eũ vt auferret centũ pre putia philistinorũ: et ipse interfecit. cc. philisteos. Tertio qñ iterũ nixus est saul cũ lancea cõfringe re ipsum in pariete dũ psalleret vt pz. c. xix. Quar to qñ saul misit satellites vt circuirẽt domũ ꝛ oc/ciderent eũ. s; michol demisit eũ per fenestrã. c. eo dem. Quinto qñ iuit ad occidẽdũ eũ ꝛ inuenit eũ ꝓphetantẽ cũ samuele in ramatha ꝛ ipse expolia tus simul ꝓphetauit cũ eis. Vñ exiuit ꝓuerbium nū saul inter ꝓphetas. c. eodẽ. Sexto qñ saul ex/pectabat dd̄ vt veniret pacificus ad Kalẽdas vt in prãdio ipm occideret. Sed auisatus a ionatha per tractũ sagittarũ euasit ꝛ abijt in nobe. c. xx. Itẽ Septimo qñ se finxit insanũ ꝛ euasit d̄ manibus achis regis geth. Octauo qñ euasit de ciuib᷒ cey le qui volebãt eũ tradere in manib᷒ saul. c. xxviij. Item Nono qñ euasit de zipheis. Decimo quan do euasit de speluñca in locis tutissimis engaddi et prescidit orã vestimẽti saul ꝛ et̄ qñ abstulit ha/stam ꝛ cyphũ sibi dormiẽti: ex oibus predictis. x. periculis euasit dd̄ ꝓpter hũilitatẽ ꝛ patientiã: ꝛ firmã spem quã in deo posuit. et obedientiã quã deo semp gessit in quibus oibus mystice preuidit dd̄ in spũ totũ discursum ecclie ꝛ ꝓsperitates ꝛ ꝑ secutiones eius ab abel iusto vsq; ad iudicium. ꝛ maxime preuidit. x. persecutiones cõmunes eccle sie xp̄i: s; in statu gratie. et legis euangelice. D

¶ Ad cuius intelligentiã est iterũ notãdũ sicut di/ctum est psal. v. q̄ ilico in principio diuisũ fuit to tum genus hũanum in duas ciuitates siue socie/tates vnã dei et alterã diaboli. Has duas ciuita tes diuiserũt duo amores vt inquit Augu. Nam amor mũdi ꝛ bonorũ tp̃aliũ ꝯstituit ciuitatẽ terre nam et diaboli. Nã illa incepit ab amore sui vsq; ad contẽptum dei. cuius primus ciuis fuit cayn. Amor aũt dei incipiens ab amore dei vsq; ad cõ/temptũ sui cõstituit ciuitatẽ dei cuius primus ci/uis fuit adã ꝛ abel. Jo isti dicti sunt filij dei. Illi vero filij hoim: eo q̄ in hoc mũdo ꝛ carne ꝯstitue/ꝛunt spem suã ꝛ felicitatẽ. Isti xo in solo deo. et iõ

Nota q̄ diuisio generis hũani i duas ci/uitates.

filij hoiũ illius ciuitatis semp ꝑsecuti sunt filios dei et huius ciuitatis propter bona tp̃alia. Et sic primo cayn ꝑsecutus est abel: et chaldei abrã: et ismael ysaac ꝛ esau iacob ꝛ saul. et doech ipm dd̄. Et sic pp̄ls iudeorũ ꝛ gentiles ꝑsecuti sunt xp̄m ꝛ ecclãm suã que ꝓprie d̄r ciuitas dei vsq; ad anti/xp̄m. Et hoc preuidẽs dd̄ in spũ fecit hunc psal. a quibus ꝑsecutiõibus semp fuit liberata ecclesia ꝓpter hũilitatẽ ꝛ patiẽtiã. Et liberabit̄ totaliter post interitũ antixp̄i. Et hec est principalis mate ria huius psal. quã dd̄ preuidit in spũ per suas ꝑ/secutiones: in quo psal. tria facit dd̄. Nã primo in persona totius ecclesie siue hois mystici inuehit cõtra ciues terrene ciuitatis conãtes eccliã; siue ciuitatẽ dei ꝯuertere et auferre preciũ eternũ. Se cundo exhortat̄ ciues ciuitatis dei ad perferen/das persecutiones per firmã fidem ꝛ ad ꝯtẽnen/das diuitias et bona tp̃alia per firmã spẽ bonorũ celestiũ. Tertio hic cõcludit ꝓpositũ ex diuina iu sticia et mi[sericordia] ibi. Sperate in eo ois ꝯgregatio. iij. ibi. Semel locutus est deus. Quantũ ad ꝑmũ est aduertẽdũ sicut dictũ est ſm Aug. q̄ duo amo/res distinguũt ꝛ diuersificãt istas duas ciuitates s; amor dei: et amor mũdi. amor dei cõsistit in fi/de: spe: ꝛ charitate: et hũilitate ꝛ patientia: ꝛ obe dientia: et per oĩa in desiderio celestis patrie qui est finis et premiũ vltimatũ hui᷒ ciuitatis. Amor vero mũdi cõsistit in cõcupiscẽtia et ambitiõe ho norum et diuitiarũ: et in auaricia bonorũ tp̃alium et in concupiscentia carnis ꝛc. Et ista sunt arma q̄bus ciuitas terrena siue diaboli semp infestauit ciui/tatem dei et eccliam a principio vsq; ad iudicium vniuersale. Sed fides: spes: et charitas: et humi/litas ꝛc. sunt arma quibus ciuitas dei de se semp defendit in hac peregrinatione a ciuitate diaboli et maxime in statu euangelico. Ergo ista ciuitas dei siue iste homo mysticus totiens vexatus et in festatus a filijs terrene ciuitatis et infidelibus in uehit contra eos: et incipit sententia in tertio ꝟsu dicens. Quousq; o filij hoim supple: id est q̄diu durabit malicia vestra contra me. Et q̄re irruitis in hoiem mysticum et fidelem tanq̄ canes rabidi ipsum mordendo et infestãdo ab abel vsq; ad xp̄z Et vniuersi vos interficitis ipsum maxime tem/pore legis euãgelice: quia primo interfecistis ca/put scilicet christum: postea interfecistis membra scilicet apostolos et tot milia martyrũ. Que qui/dem persecutiones et cedes durabunt vsq; ad an tichristum. Item quousq; etiam insidiamini et in sultatis et incumbitis supple isti parieti inclina/to et macerie depulse: et agitate: et infestate. Un de iste homo mysticus vocat se parietem inclina/tum id est hominem humilem et pauperem ꝛ de/bilem: et vocat se maceriam repulsam. Nam si/cut inimici obsessores ciuitatis volũt diruere mu ros et parietes et maceriam ciuitatis cum ma/chinis et tormentis impellere hinc et inde huc et illuc vsquequo ille murus et maceria diu re/pulsus minatur ruinam. Ita tyranni et infide les diuersis minis et tormentis agitabant et in festabant et repellebant muros: id est mentes fidelium et etiam fidem eorum tenebant si pos[set]

duas ci/uitates faciunt duo a/mores.

sent eos a proposito bono: et fide christi diuellere et peruertere: et ad eorum perfidiam detrahere: ideo dicit. Quousque irruitis in hominem istum fidelem et mysticum: et vniuersi vos interficitis eum et insultatis et incumbitis ei tanquam parieti iam inclinato et victo: et macerie siue muro depulso. Unde maceria est murus terreus et fragilis. Et sic tyranni putabant per tormenta mentes martyrum et fidelium tanquam maceriam terrenam et fragilem diuellere et faciliter repellere. Sed contra hoc inuehit homo mysticus dicens. Inuanum laboratis: quia nunquam me poteritis a firmo proposito diuellere cum sim munitus et armatus armis irrefragabilibus: scilicet fidei: spei: et charitatis christi et humilitatis et patientie: quibus repellam ictus et incursus: et insultus vestros supple. Ideo ait. Nonne anima mea erit semper deo subiecta per humilitatem et patientiam et fidem: et ab ipso erit salutare meum et auxilium. Nam ipse christus est deus meus et salutaris meus: quia ideo dicitur iesus: idest saluator: et est susceptor et defensor meus in omnibus tribulationibus. Et ideo non mouebor amplius idest nunquam cadam: nec deficiam a proposito vere fidei: licet omnes fructus et mine tyrannorum et omnia genera tormentorum veniant super me. Postquam anima est talibus armis munita. Si ita est ergo quod iesus christus est defensor et susceptor et salutaris meus. quousque irruitis in istum hominem et interficitis eum et incumbitis tanquam parieti inclinato et macerie repulse: idest putatis quod sit paries inclinatus: et maceria repulsa: quasi dicat decipimini et frustra agitis et laboratis: immo cognoscetis quod est murus inexpugnabilis et columna immobilis.

xj. q. 3. s. nulli dubium. et xxiij. q. 5. iiij. q. secundum

Uerũtamẽ preciũ meũ cogitauerũt repellere cucurri in siti: ore suo benedicebãt et corde suo maledicebant.

¶ Hic explicat causam quare tyranni et infideles et praui conantur peruertere mentes fidelium et iustorum a bono proposito fidei et iustitie: et dicit quod hoc faciebant et faciunt mali: vt iusti perdant premium et precium eis promissum. ¶ Ad cuius euidentiam est notandum quod premium et precium iustorum pro laboribus suis est regnum celorum: et vera beatitudo. Et hoc explicauit christus Matth. v. dicens. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Et beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Et sic concludit christus. Merces vestra copiosa est in celis etc. vnde propter hoc precium et premium laborauerunt et passi sunt Abel et Noe Abraam et ysaac et iacob: et omnes antiqui patres: vt ait apostolus ad Heb. xj. Sed quia sciebant in spiritu quod hanc promissionem et precium non poterant consequi nisi per christum venturum: ideo primo et immediate expectabant christum venturum qui erat finis illius legis: et sic mortui sunt omnes: et non acceperunt repromissiones et precium suorum laborum vsque ad christum: vt non sine nobis consummarentur: vt inquit apostolus ibidem. Hoc idem ait saluator. Matth. xx. in parabola de vinea: quia a prima hora vsque ad vndecimam et a sero omnes laborauerunt in vinea: tamen nunquam acceperunt mercedem et precium illius denarij promissi nisi nobiscum in sero. Et sic fuerunt facti nouissimi primi Nam latro prius accepit denarium quam abraam qui adhuc erat in limbo: quia eodem die passionis fuit cum christo in paradiso. Nam vbi est christus ibi est paradisus. Ex quibus patet quod merces et premium et precium pro quo aspiciendo iusti laborauerunt et passi sunt: est regnum celorum et beatitudo: quod nunquam potuit nec potest quis adipisci: nisi per fidem et spem christi et charitatem etc. Et ideo diabolus et membra eius semper laborauerunt et conantur repellere et auertere istud precium et premium a fidelibus et iustis. Et quia aliter istud precium et premium non potest perdi: nec amitti nisi per amissionem fidei et charitatis christi: ideo diabolus et membra eius semper conati sunt a principio et conantur: vt iusti et fideles et ciues dei perderent fidem christi: et per consequens precium et premium eius. Et hoc faciebant primo per promissiones bonorum temporalium: et carnalium voluptatum: et in fine adhibebant dura et intolerabilia tormenta: vt patet in passionibus martyrum. Et hoc idem faciet antichristus. Hoc est ergo quod dicit iste homo mysticus. verumtamen idest certe isti tyranni et diabolus: et membra eius irruerunt in me: et interfecerunt etc. quia cogitauerunt repellere et annihilare precium meum et mercedem: et premium regni celorum mihi propter fidem et charitatem promissum. Quod quidem regnum celorum dicitur precium fidei et charitatis in siti est desiderio cuius precij et premij: ego cucurri et peregrinatus sum in hac vita. nam in siti et desiderio huius precij et premij et mercedis peregrinati sunt antiqui ab adam vsque ad christum: et eodem desiderio nos peregrinamur vsque ad iudicium: quia vnusquisque currit in stadio vt accipiat hoc brauium. vnusquisque laborat in vinea et portat pondus diei et estus: et patitur sitim: vt accipiat hunc denarium et precium. Et ideo dicit propter sitim et desiderium huius precij ego cucurri et peregrinatus sum et laboraui in vinea per fidem etc. Ipsi cogitauerunt repellere et auferre a me precium meum et mercedem per suas promissiones temporales: sic cum promissionibus et blandis verbis me volebant decipere. Ideo sequitur. Ore suo benedicebant: idest bona verba: et persuasibilia et blanda et adulatoria dicebant promittendo diuitias et honores et dignitates: si dimitterem fidem christi: vt patet in hystoria beati stephani et aliorum martyrum etc. Sed corde suo maledicebant: idest ad malum finem et per uersam intentionem hoc dicebant: quia vt peruerterent mentem meam: et me a fide et charitate christi separarent hoc dicebant sicut dicebat datianus beato Uincentio. Hoc ipsi bonis verbis primo faciebant verumtamen in vanum laborabant: quia mens mea immota mansit: et verba promissiones eorum vertebantur inanes. Ideo conuersus iste homo ad animam suam subdit.

Merces laborum est beatitudo.

Not. de tyrannis et antichristo.

regnum celorum dicitur precium fidei.

Uerumtamen deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea. vij. q. s. c. sciendum.

¶ O anima mea esto et sis semper deo subiecta per fidem: spem et charitatem: et ne timeas tormenta eorum: nec acceptes falsas promissiones: quoniam deus nunquam tibi deficiet: nec deseret te. Et nota quod

ly esto potest esse tertie persone imperatiui modi et sic ly anima erit tertie persone: quoniā ab ipso est patientia et virtus: et fortitudo mea.

De pse. di. iij. c. vltimo. **Quia ipse deus meꝰ ꝛ saluatoꝛ meꝰ: adiutoꝛ meus nō emigrabo.**

¶ Ipse iesus christꝰ est saluatoꝛ ꝛ susceptoꝛ ꝛ deꝰ meus: ideo nunq̄ emigrabo: nec recedam a firmo proposito fidei.

ij. q. vij. c. testes. **In deo salutare meū ꝛ gl'ia mea deꝰ auxilij mei et spes mea: in deo est.**

¶ In deo est salutare ꝛ salutatio mea et gl'ia mea et ipse est deus meus auxilij mei: ꝛ tota spes mea in deo est. Et ista sunt arma: scꝫ fides spes ꝛ charitas christi: ꝛ patientia quibus me defendam contra incursus et ictus ꝛ tormēta diaboli ꝛ membrorum eius. Et non solum me defendam: sed etiam vincam ꝛ triumphabo de eis.

xl. q. iij. c ad mensam. **Sperate in eo oīs cōgregatio populi: effundite corā illo corda vestra: deꝰ adiutoꝛ noster in eternum.**

¶ Hec est scd̄a pars principalis in qua exhortat̄ fideles ad fidem ꝛ spem contra inimicos ciuitatis dei. Dicit ergo. O vos congregatio ꝛ ecclesia populi et ciuitatis dei. sumite ista arma supradicta: ꝛ sperate in eo. Sed quia ista arma nō dantur nobis ex meritis nostris nisi ex sola dei gratia et misericordia. Ideo fundite corda vestra: ꝛ orate semper coram illo: vt largiatur vobis supradicta contra diabolum ꝛ membra eius. Et deus det vobis gratiā preuenientē ꝛ cooperantē ꝛ pficientē quia ipse est adiutoꝛ noster in eternū ꝛ non est aliꝰ qui pugnet p nobis ꝛc. Et ista sunt arma istorū.

xij. q. i. c. ois etas **Uerūtamē vani filij hoim mēdaces filij hoim in stateris vt decipiāt ipsi de vanitate in idipsum.**

¶ Postq̄ superius pphēta in persona corpis mystici memorauit arma ciuiū ciuitatis dei: ꝛ inexpugnabiles ꝛ insuperabiles vires eorū. Hic memorat arma diaboli ꝛ membroꝝ eius quibꝰ pugnat contra ciuitatē dei: et quomodo de per se sunt vana et friuola si arma christi obijciant̄. ¶ Unde est

Arma diaboli et tyrānoꝝ aduertendū q̄ arma que diabolus et mēbra eius obijciebant martyribus sunt supbia ꝛ inanis gloria et auaricia: et voluptates: vt dictū est: q: pmittendo honores ꝛ dignitates: ꝛ diuitias: ꝛ voluptates que sunt preciū amatorū huius mūdi: cū his putabant repellere preciū fidei a martyribus: et cū per ista nō potuerunt eos puertere: tunc adhibuerunt supbiā ꝛ iram ꝛ tormēta. Sed etiā cū his minꝰ potuerūt eos auertere: nec deijcere a firmissimo proposito ꝛ statu fidei. Ex quibus ptꝫ q̄ ista arma diaboli ꝛ filiorū hominū sunt vana ꝛ friuola ꝛ misera. Ideo dicit pphēta. Uerūtamen vani filij hoim cōfidentes in talibus armis ꝛ ponētes spem suā in bonis tpalibus ꝛ mēdaces filij hoim idest ciues terrene ciuitates in stateris ꝛ ponderibus et mercibꝰ suis: q: diuitie nō possunt accumulari in magna quantitate nisi cū mendacio ꝛ fraude et rapina ꝛ violentia: q: oīs pecuniosus violētus: idest raptoꝛ aut fraudulētus in verbis ꝛ ponderibꝰ ꝛ mensuris ꝛ stateris intm̄: vt ipsi decipiāt alios in idipsum: idest ꝛ simul pariter in vanitate et mendacio. Et id filij hominū volētes magnas pecunias congregare: sunt pariter vani ꝛ mendaces vt decipiāt in stateris ꝛ pōderibus. Sunt enim mendaces inquantū decipiūt ementes: et sunt vani inquantū ppter tpalia corruptibilia ꝛ trāsitoria volūt perdere animā ꝛ felicitatē eternā. Et sic ppter preciū tēporale perdūt eternū ꝛ celeste. Et ideo martyres fuerunt sapientes et non vani qui ppter tēporale noluerunt perdere preciū eternū: immo propter illud passi sunt ꝛc. Et ideo prophetā exhortatur omnes vt fugiant ꝛ contēnant ista friuola et vana tēporalia que nō possunt beatos facere suos possessores: et dicit.

Nolite sperare in iniquitate: et rapinas nolite concupiscere: diuitie si affluant nolite coꝛ apponere. xlvij. d. c sicut hi. ꝛ xij. q. ij glia epi.

¶ Nolite sperare in iniquitate. i. nolite amare iniusticiā ꝛ mēdaciū: nec propter diuitias cōgregādas decipere proximū in mensuris ꝛ ponderibus et stateris: nec loqui iniquitatē. Et nolite concupiscere rapinas: nec vsuras: nec aliquid hmōi. Et si forte diuitie vestre affluant ꝛ abundēt: licꝫ bene acquisite: tamē nolite coꝛ ꝛ spem vestrā apponere in eis: q: ad vsum dantur et nō ad fruitionē: vnde nō prohibetur carū vsus nec possessio: sed abusus et nimia affectio cum cōtemptu rerum spiritualium. Quasi dicat. primū querite pcium ꝛ premium celeste. Deinde vtimini cum discretiōe istis rebus terrenis: et de necessitate: et ne propter eas congregandas proximus ledatur.

Semel locutus est deus duo hec audiui: quia potestas dei est et tibi domine misericoꝛdia: q: tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opera tua. de pe. d. i. oīsqui nō dili git. ꝛ xxiiij. q. i. odi. ꝛ. c. sequēti.

¶ Explicat preciū ꝛ pmium vtriusq̄ ciuitatis qd dabitur p deum iudicē vtriusq̄ scd̄m merita. Unde ait propheta. Nolite supple rapinas cōcupiscere cum damno proximi: nec iustos ꝛ innocētes persequi: nam deus iustus semel: idest immobiliter locutus est et statuit irreuocabiliter ꝛ duo hec audiui. Primo quia potestas dei est: idest q̄ deus est oipotens et iustus: et sic tribuet vnicuiq̄ iuxta opera sua: scilicet bonis premiū eternū et preciuꝫ pro laboribus in celo: et malis preciū pene in inferno. Scd̄o qd audiui est q̄ tibi dn̄e est misericordia scd̄m quā tribuis penitētibus veniā per tēporalem penitentiam. Et sic nullū bonum manet irremuneratū: nec malum impunitū. Littera Hieronymi habet. vnū locutus est deus: et duo hec audiui. Quasi dicat: vnam locutionē fecit: aut locutus est deus. A ¶ Sed in illa locutione ego duo intellexi: scꝫ q̄ ibi erant due pfectiones: scꝫ potentia siue iustitia et misericordia. Sed tūc est querēdum que est illa locutio dei in qua dauid intellexit esse in deo iustitiam et miām. ¶ Ad hoc dicunt

Not. de premio vtriusq̄ citatis.

aliqui. q ista vna locutio pōt esse illō qō dicit dominus ipsi dauid.ij. Reg.vij. de suo populo.s. q si inique aliquid egisset arguam eū in virga virorū et in plagis filiorum hoim: miam aūt meam non auferam nec dispergam ab eo. Ecce quomodo dauid per vnam locutionem intellexit duas perfectiones maximas in deo simul scilicet iusticiam et misericordiam. Aliqui dicunt q deus semel locutus est ab eterno. Et sic produxit vnum verbuz aut filiū tantum. Postea semel locutus est ex tempore dicendo creaturas et sic produxit vnum mūdum tantum in suis speciebus &c. Postea locut⁹ est dicendo et dando legem. in qua sunt duo tantum scilicet dilectio dei et proximi aut iusticia et misericordia quia sicut omnia contenta in lege reducuntur ad dilectionem dei et proximi. Ita premium obseruatorum legis et iusticia que dat bonis bona et malis mala: et misericordia que dat veniam penitentibus et sic temperat iusticiam. Et sicut deus locutus est semel dando vnicam legem sed in tota lege duo intelliguntur. scilicet dilectio dei et proximi quia tota lex reducitur ad dilectionem dei et proximi siue ad iusticiam et misericordiam. Ex his enim duobus tota lex pendet & prophete quasi dicat iste homo q ex tota lege dei non intelligendo nisi duo scilicet iusticiam et misericordiam siue dilectionem dei et proximi.



lxxvij. d. c. nosce. Als sitiuit tibi. xxiij. qō. iiij. qpeccat. & vij q. j. c. cū percussio.

¶ Arua deserti populi gẽtilis facta speciosa per baptismum pinguescent pinguedine sacramentorum et gratiarum: et colles scilicet doctores accingentur et armabuntur: et induentur exultatione sapientie et doctrine euangelice. Nam maior pars doctorum ecclesie fuerunt orti ex populo gẽtili: vt puta Origenes Eusebius Cyprianus Augustinus Ambrosius Hieronymus ⁊c. Et etiam arietes ouium qui fuerunt prelati et pastores ecclesie induti sunt vellere copioso multiplicis lane: ex qua contexti sunt multi libri exponentes et declarantes sacram scripturam vtriusq3 testamẽti: quibus pannis nos defendimus a frigoribus et ventis hereticorum infidelium vt patet de Augustino qui scripsit contra omnes hereses et defẽdit ecclesiam et cooperuit ab incursibus arrianorum et manicheorum et pelagianorum et hereticorum. Que quidem abundantia et vbertas tota prouenit ex illo flumine spiritussancti defluxo in riuos apostolorum et exinde in doctores. Ite3 vellus quo induti sunt arietes scilicet prelati ecclesie quibus est cura de ouibus est ecclesiastica potestas prouenient ex illo flumine. Et ex ijsdem riuis valles id est fideles infirmi simplices irrigati abundabunt frumento et omni cibo spirituali nutrientur: et sic clamabunt et dicent hymnũ laudis et leticie agendo gratias deo patri: et domino nostro iesu christo pro tantis beneficijs receptis in hac noua hierl'm per aduentũ dñi nr̃i iesu xp̃i: ⁊ talis hymnus decebit et delectabit deu3 in hac noua syon: ⁊ tale votũ ⁊ sacrificiũ eucharistie reddetur deo in hac noua hierusalem: q̃d erit deo gratum et acceptabile et delectabile sicut dictu3 est in principio psal. Ex supradictis patet quod iste psal. improprie potest exponi de abundantia hierusalem terrene et materialis. Nam nunq̃ ibi post reditũ de babylonica captiuitate fuit tanta abundãtia quãta hic memorat̃ cum de se sit terra sterilis et sicca: immo fuit tanta penuria tempore neemie dũ tẽplũ ⁊ ciuitas reedificabat̃ ꝙ patres cogebant̃ vẽdere et locare filios pro cibis: ⁊ ideo beatus Hierony. in epistola ad dardanu3 inuehit contra iudeos et dicit ꝙ ista syon et hierusale3 et terra in hoc psal. memorata est ecclesia et cultores eius sunt apostoli. Et demonstrat quod ea q̃ sunt dicta hic et alibi de terra promissionis non possint conuenire palestine: tum propter sterilitatem terre: tum propter artu3 spaciũ loci q2 a .d. ã vsq3 bersabee vix sunt .clxx. miliaria in longitudine: et a mari magno vsq3 iordanem: que est eius latitudo: et etiam vsq3 ad montem Galaad vix sunt septuaginta miliaria. Et ideo dicit quod pudet

Doctores ecclesie quo vestiere fideles suis doctrinis.

Nota de ciuitate hierlm.

.cū mensurare lōgitudinē et latitudinē illius terre ꝓpter ethnicos.i.gētiles et paganos: q: videt̄ mi nimū spaciū respectu tantorū rumorū. Ex quib⁹ patet ꝙ ꝓpheta in hoc psalmo cōmendat hanc nouam hierusalē que ex illa veteri fuit exorta. Pri mo quia in hac cantantur hymni deo laudabiles et accepti. Scdo quia offertur verū et acceptū sa crificiū et votum eucharistie: qd in illa minime of ferebatur. Tertio quia in hac exaudiūtur oratio nes et in illa nō:cū sit totaliter mortua et reproba ta. Quarto q: ista est ampliata et diffusa toto or be terrarū vsq; ad fines terre: et illa est artata et si ta in illo paruo et arto loco et monte lapidoso. Quinto q: in hoc loco et parte illius noue hierl'm offertur sacrificiū eucharistie: sed sacrificia vete ris legis nō offerebant̄ nisi in illa parua ciuitate et templo. Sexto q: in hac offertur iugiter sacrifi cium in omni hora et tēpore: et cantātur hymni et lau des. in illa aūt ciuitate nō nisi i certis horis diei Septimo quia ista abundat vbertate infinita bo norum et refectiōis spiritualis: et illa tm̄ paucorū tēporaliū et corpaliū. Et ista abundat frequentia ciuium: illa caret. Ultimo est aduertendū ꝙ sicut lex vetus erat ymago legis euangelice: et illa hie rusalē materialis erat ymago ecclesie christi. Ita ista ecclesia et hierusalē noua est imago illius hie rusalem celestis. Nam omnes ciues in hoc viuūt per gratiā et perfruunt̄ his bonis spiritualibus gratie et expectāt viuere in illa et pfrui bonis glo rie. Nam sicut per bona temporalia legis veteris intelligūtur bona gratie futura in lege noua. Ita per bona gratie intelligūtur bona glorie: q: ista sunt causa illorū: vt dictum est psalmo.xxij. et psal. lxv. Et ideo totus iste psalmus sicut expositus est de abundantia bonorū gratie huius hierusalem: ita potest exponi de vbertate bonorum glorie il lius celestis. Immo deus magis delectat̄ in hym nis et laudibus que cantātur in illa syon et hieru salem celesti et magis sunt beati qui habitāt in il la domo celesti: q: in secula seculorum laudabunt deū et fruent̄ bonis glorie. Etiā iste psal. cātat̄ in laudibus officij defunctorū inquantū fideles qui sunt in purgatorio detenti: qui iā fuerūt refecti in hac hierl'm bonis grē desiderāt liberari: vt pfruā tur bonis glorie in celesti hierusalē: ita nos a gē do gratias de bonis spiritualibus gratie quibus reficimur in hac hierusalē cantamus hunc psal mū desiderātes perfrui bonis glorie in illa celesti et hymnos glorie cum beatis cantare.

Margin: Not. ꝙ ecclia ē hierl'm. — Lex vet⁹ ymago legis euangelice.



Ubilate deo omnis ter ra psalmum dicite nomi ni eius: date gloriā lau di eius. *(margin: di.xcij. c in glo. et xcix.a.)*

¶ Titulus secundū hieronymum victori canticum psalmi. In biblijs nostris repe ritur in finem canticū resurrectionis: sed hoc for san additū est ab aliquo autore putāte hunc psal mū fuisse factū pro gratiarū actione de beneficio resurrectionis. Sed in titulo secundū hebreū: nec apparet materia: nec autor huius psal. sed dicit Rabi salomon ꝙ iste psal. factus est pro gratiarū actione quā aget populus iudeorū in aduētu su messie: q debet eos liberare de captiuitate in qua nunc sunt sub diuersis regibus: et principib⁹ chri stianorū: et sarracenorū: et sic exponit hunc psal mum. Sed iste cecus et perfidus verum dicit ꝙ in hoc psalmo memorat̄ iubilatio quā populus dei erat acturus post liberationē factā per messiam: sed perticinaciter ꝓteruit et delirat: inquantū il lud qd' est iam preteritū expectat futurum per fal sum messiam quē adhuc frustra expectāt. Et ideo est dicendū ꝙ dauid preuidēs in spiritu liberatio nem totius generis humani de captiuitate pec cati que facta est per christū cōdidit hunc psal. in persona christi et ecclesie in quo inuitat populū gē tilem ad iubilandū deo pro gratiarū actione: eo ꝙ reprobatis et obcecatis iudeis venit ad agnitio nem fidei et veritatis: vnde primo facit qd dictū est. secundo promittit vota ibi. Introibo in do mum et c. Quāntū ergo ad primū dicit ꝓpheta. O vos gentes et omnis terra populi gentiliū qui se cuti estis xp̄m. Jubilate et cū iubilo et letitia agite gratias domino nostro iesu christo: et dicite psal mum letitie nomini eius per quē et salua ti et libera ti estis: et date gloriā laudi eius. qui reprobatis iudeis vos ad suam fidem elegit. *(margin: materia hui⁹ ps.)*

Dicite deo ꝙ terribilia sunt opa tua domine: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui. *(margin: de sūma tri. et fid. catho. c. dānam⁹)*

¶ Dicite sic deo. O dn̄e iesu ꝙ terribilia sunt opa tua q̄ fecisti in nr̄a redēptione: quia sol eclypsat⁹ est in plenilunio ꝯtra naturā: et tenebre facte sunt super vniuersam terrā a sexta vsq; ad nonā in tua passiōe. Et introisti infernū: et portas ereas et ve ctes ferreos cōfregisti: et inde fideles vete. te. eduxi sti et de sepulchro resurrexisti: in qua resurrectione terremotus factus est magnus et exterriti sunt cu stodes et c. Et totū hoc factū est in multitudine vir tutis tue qui es dominus celi et terre et inferni. Et ideo non solum terram et infernū: sed etiā ce lum mouisti: quia angelus domini descēdit de ce lo: et reuoluit magnū lapidem et c. sed inimici tui iudei semp mentient̄ cōtra te: qui pecunia corru perunt custodes: vt dicerent te nō surrexisse: sz cor pus ab aplis ablatū fuisse. Et etiā mentiētur tibi iudei non accipiētes te: cū sis verus messias in le ge: patribus et ꝓphetis promissus: et ideo non so lum mentient̄ tibi: sed etiā toti sacre scripture.

Omnis terra adoret te deus et psallat ti bi: psalmū dicat nomini tuo. *(margin: di.xcij.c. s.in glo.)*

¶ Postꝙ iudei inimici tui mentient̄ tibi: et non re cipientes: ideo reprobatis illis oīs terra gētiliū adoret te tanꝙ deū et hoiem et psallat tibi laudes decantando et psalmū dicat nomini tuo qd est ie sus ꝯfitendo verū redēptorē et messiā. Deinde ꝓ pheta cōuersus nō solūmodo ad populū gentilē sed ad omnes fideles de limbo liberatos dicit.

Uenite et videte opera dei: terribilis in consilijs super filios hominū. *(margin: ex. q.s.c. si omia.)*

De pse. di.ij. ca. reuera. **Qui conuertit mare in aridam in flumine pertransibunt pede ibi letabimur in ipso.**

Qui dñat in virtute sua i eternũ: oculi eius sup gẽtes respiciũt q̃ exaspant non exaltẽtur in semetipsis.

¶ O vos fideles redẽpti et liberati: venite ⁊ videte opera redẽptiõis dñi nostri iesu xpi: qm̃ terribilis est in cõsilijs ⁊ sapientia ⁊ doctrina sup oẽs filios hoim. Nã sicut moyses eduxit populũ israel de egypto in signis terribilibus ⁊ portẽtis ⁊ siccauit mare rubrũ: et diuisit in diuisiones: ⁊ cõuertit mare in aridam terrã: idest ostẽdit terraꝫ aridam per diuisionẽ per quã israel trãsiuit ⁊ liberatus est de manu egyptioꝝ: ⁊ postea cõuertit retrorsuꝫ flumen iordanis: ⁊ israel trãsiuit: et introiuit sicco pede in terrã pmissam. Ita pariter ⁊ amplius xp̃us cum maiorib⁹ signis et tumultu celi ⁊ maris et terre: et inferni eduxit sanctos patres de tenebris inferni: ⁊ totum genus humanũ de tenebris peccatorũ: ⁊ mare et fluctus inferni conuertit in aridaꝫ terrã: et diuisit: ⁊ fugauit demones: ⁊ liberauit sanctos patres: ⁊ postea p aq̃s ⁊ in flumie baptismali remisit aquas pctõꝝ: ⁊ sic trãsiuimus pede sicco et abluti a sorde peccati: et intrauim⁹ ecclesiã in q̃ letabimur in ipso xp̃o hic per gratiã: et in patria per gloriam. Ita ꝙ sicut sancti patres fuerũt liberati de tenebris inferni: ita populus gentilis de tenebris idolorũ: et translati ad fideꝫ et ecclesiam per flumẽ baptismale. Ex quibus patet ꝙ xp̃s est deus qui dominat in eternũ in virtute sua: in celo et in terra: et in inferno: et in mari. et oculi eius respiciunt sup gentes: ⁊ eis prestitit hereditatẽ grẽ et glorie. Ideo iudei q̃ negant et exasperãt xpꝫ nõ exaltent in semetipsis: immo deijciãtur ⁊ subijciãtur in captiuitatẽ tẽporalẽ sub principib⁹ huius mundi: et eternã sub diabolo: postq̃ noluerũt liberari per christum: et nõ etiam exasperent nec murmurent: q: ipsi se indignos fecerunt diuine grẽ.

xxiij. dist. c.s.i glo. **Benedicite gẽtes deũ nostrũ: et auditam facite vocem laudis eius.**

Qui posuit aĩam meã ad vitã: et nõ dedit in cõmotionẽ pedes meos.

¶ Hic incipit scḋa ps. Ergo vos gentes bñdicite deũ nostrũ dñm iesum xp̃m: et auditã facite voceꝫ laudis eius: ⁊ p̄dicate eũ: ⁊ grãs agite ipi xp̃o qui posuit et eduxit aĩam meã ad vitã grẽ ⁊ glie p fidem: ⁊ nõ dedit pedes meos in cõmotionẽ: nec pmisit pedes a fide cõmoueri: sicut iudei moti sunt a fide ⁊ veritate. Unde p pedes intelligit hic fundamentũ fidei: qua in hoc mundo peregrinamur et ad patriã tendimus. Nã sicut per pedes materiales gradimur p istã terrã: ita specialiter per fidem tanq̃ p pedes ambulamus in ecclesia: q: ipa est pes et fundamentũ omniũ aliarũ virtutum.

vij. qõ. j. sunt plurimi. **Qm̃ pbasti nos deus: igne nos examinasti sicut examinatur argẽtum.**

Induxisti nos in laqueũ: posuisti tribulatiões in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. de pe. d. ij. s. oppon.

Transiuimus per ignẽ et aquam: et eduxisti nos in refrigerium.

¶ Probo ꝙ nõ permisisti cõmoueri pedes meos fidei: immo firmasti qm̃ tu deus nos pbasti ⁊ nos examinasti igne ⁊ ira et crudelitate tyrannoꝝ per diuersa tormẽta: sicut argentũ examinatur multo igne ⁊ fusione ⁊ induxisti. i. induci permisisti in laqueum tẽtatiõis: et posuisti tribulationes tormẽtorum in dorso nostro p multa tẽpora: q: a resurrectione xp̃i vsq; ad Cõstantinũ durauit psecutio tyrannorũ: et imposuisti homines super capita nr̃a quia Maximianus ⁊ diocletianus promulgarũt edictum: si quis christũ pfiteretur bonis fisco destinatis capitali sententia puniret. Intantũ ergo fuim⁹ afflicti ꝙ per totũ istud tps trãsiuimus per ignem et aquã tormentoꝝ et persecutionũ. Sꝫ tãdem deduxisti nos in refrigeriũ ⁊ quietẽ p puersionẽ constãtini: in quo quieuit ecclesia: ⁊ etiã nos deduxisti martyres in refrigeriũ et fruitioneꝫ glorie post tot tormẽta quasi vellet pcludere. Ergo bñdicite gẽtes xp̃m de tot beneficijs receptis. Primo q: fuistis liberati ab idolatria. Secũdo q: plures martyres fuerunt de pplo gentili. Tertio q: tota ecclesia mansit in pplo gẽtili iudeis reprobatis.

xvij. q. j. sunt que dã. ó cõse. di. iiij c. pma. **Introibo in domum tuam in holocaustis: reddaꝫ tibi vota mea que distinxerunt labia mea.**

¶ Hic pmittit reddere vota post gratiarũ actiones. Un̄ dicit hõ mysticus. postq̃ fuero liberat⁹ de persecutiõe tyrãnorũ: ⁊ pstantinus reddiderit pacem ecclesie: ego tunc libere potero exercere diuinum cultũ: et introibo domũ tuam: scꝫ ecclesiã in holocaustis et sacrificijs: qđ erit cor contritũ ⁊ humiliatũ. Nam holocaustũ in leg. vete. erat sacrificium qđ totum igni consumebat ante altare: ita pariter in lege noua cor contritum et humiliatuꝫ dicitur holocaustũ totũ igne charitatis crematũ nil remanens de peccato: sed totum: idest conuersum: et hoc est verum holocaustũ christianorũ. Et ideo sequitur. Reddam tibi deus vota mea. s. promissa voluntaria que labia mea distinxerũt ⁊ expresserunt. Unde vota que vouimus: et deo pmisimus: et professi fuimus in baptismo fuerũt fides spes ⁊ charitas de corde bono ⁊ consciẽtia pura: et obseruãtia legis euangelice. Ista ergo sunt vota q̃ distinxerũt: et expresserũt: et pmiserunt labia nostra in baptismo. et hec tenemur reddere semp sponso nostro christo tanq̃ debitũ.

xvij. q. j. c. sunt q̃ dam. **Et locutum est os meum: in tribulatione mea.**

¶ Dicit ecclia etiã reddã tibi illa vota ⁊ pmissa q̃ locutũ est os meũ in tribulatiõe mea. nam qñ erã in illa dira psecutiõe tyrãnoꝝ fugiẽdo p mõtes ⁊ speluncas: ⁊ nõ poterã libere deo sacrificare: tũc pmisi p os meũ deo multa vota: ⁊ si liberaret me

de illa psecutione postq̄ ergo fuero ego ⁊ sum li/berat⁹ volo reddere nō solū vota mea q̄ distinxe/rūt labia mea .i. baptismo: sȝ ēt illa vota q̄ locutus est ⁊ pmisit os meū in illa tribulatiōe ⁊ psecutiōe

extra de voto.c. perpe/tuas.

Holocausta medullata offerā tibi cū incenso arietū: offerā tibi boues cuȝ hyrcis.

¶ Et offerā tibi holocausta medullata. Ubi nota q̄ in le.ve. offerebant̄ arietes pingues ⁊ boues ⁊ hyrci ⁊ toti cremabant̄ in holocaustū: ⁊ ille fum⁹ pinguedinis ascēdebat in celū ⁊c. Sȝ iā dictū est psal.lxviij. q̄ talia sacrificia iā nō sunt accepta in lege noua: ⁊ qd̄ de se nō erāt bona nec munda nec ppria sed aliena. Sed in lege noua offerunt̄ illa sacrificia que per illa figurabant̄. Nā per agnuȝ matutinū ⁊ vespertinū qui totus in holocaustum cremabat̄ itelligit̄ xp̄s qui tot⁹ in cruce igne charitatis crematus est: ⁊ totū se deo patri pro toto mūdo obtulit: ⁊ illud holocaustum: quotidie in ecclesia offert̄ in memoriaȝ illius passiōis ⁊ recōci/liationis ppli cū deo p̄re: ⁊ per arietes intelligū tur sacerdotes qui sup̄adictū holocaustū offerūt cū incēso ⁊ deuotiōe qui simul offerūt seip̄sos. ⁊ p boues et hyrcos oblatos intelligūtur penitentes qui a supbia ⁊ petulātia bouina et feditate hyrci na mortificatos seipsos sctōs ⁊ immaculatos offerūt deo. Dicit ergo ego tūc offerā tibi holocausta medullata et pinguia pinguedine ⁊ abūdan/tia gr̄e q̄ est sacr̄m eucharistie: ⁊ hoc holocaustuȝ offerā tibi cū incēso ⁊ deuotiōe arietū .s. sacerdo/tum qui sunt ductores ouiū ⁊ offerā tibi boues .i. penitētes a supbia mortificatos cū hyrcis .s. cum penitētibus ab hyrcina feditate ⁊ luxuria morti/ficatis ⁊ mūdatis: sicut dictū est psal.l. in tertia expositione. Et ēt per ista tria aīalia occisa intelli/gunt̄ martyres: ⁊ pfessores: ⁊ virgines: vt dictū est ibidē que quidē holocausta iugiter offerunt̄ in ecclesia. Et oīa ista obtulit xp̄s in cruce. Nā primo ip̄e fuit aries et ductor ppli ⁊ gregis x̄piani ⁊ fuit vitulus sine iugo pctī: ⁊ fuit hyrcus nō de se: sȝ q̄ pctā oīm membroꝝ secum crucifixit.

dist.lvj. nasci.

Uenite audite ⁊ narrabo oēs q̄ timetis deum quāta fecit anime mee.

¶ Ecclesia prorumpens in gaudium conuocat omnes ad congaudendum secum dicēs. Uenite omnes fideles et videte q̄ta beneficia superius exposita dn̄s fecit aie mee.

di.xlix. c.vlti.

Ad ipsum ore meo clamaui: ⁊ exaltaui sub lingua mea.

Joā.ix. Et dō cō se.dist.i. qm̄ aūt. iij.q.vij. in grauibus.

Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet dn̄s.

Propterea exaudiuit dn̄s: ⁊ attendit voci deprecationis mee.

¶ Et ideo ore meo clamaui ⁊ clamabo ad ip̄m se/pties in die gr̄as agēdo in diuinis officijs ⁊ exaltabo sub ligua mea. Nā si pro q: ⁊ nō: q: nō aspexi iniq̄tatē in corde meo. Jō exaudiuit me dn̄s: q: si aspexissez iniq̄tatē nō exaudisset me dn̄s: q: peccatores deus nō exaudit: sȝ iustos: sȝ q: ego morti ficat⁹ a pctō obtuli cor ꝯtritū ⁊ hūiliatū ppterea exaudiuit deus et intēdit ⁊ satisfecit voci depcationis mee adimplēdo qd̄ petebam.

Bn̄dictus deus q̄ nō amouit oratio/nē meā: ⁊ miam suam a me.

xj.q.iij. c.ad mē sam.

¶ Bn̄dictus sit ergo deus ⁊ gr̄as ago sibi qui nō amouit .i. nō renuit nec repulit orōnē .i. petitionē orōnis mee: nec miam suā remouit a me. Naȝ per suā miaȝ me audiuit ⁊ cōpleuit petitionē orōnis mee. Nam primo per miam suā venit in carnē et liberauit me a pctīs per ecclīastica sacr̄a: ⁊ postea liberauit me a psecutiōe tyrānoꝝ: ⁊ sic expecto li/berariō carcere corporis hui⁹: ⁊ eē cū xp̄o. Amen.



Deus misereat̄ nostri ⁊ bn̄dicat nobis: illuminet vultū suū sup nos ⁊ misereatur nostri.

xciij.dist. dyaconi

De pe. dist.i.c. serpēs.

Ut cognoscam⁹ in terra viam tuā: in oibus gentibus salutare tuum.

¶ Titulus ad victoriā siue in finē psalmi cantici. Ex titulo apparet q̄ dō fecit hūc psalmū. dirigēs in xp̄m et ecclīam qui est finis legis omni credenti ad iusticiā ad Ro.x. Et exprimit̄ modus quo cātabatur in tēplo ex precepto dō: q: in organis musicis cū cantico et voce hūana. Nā ita Terētius i titulis comediaꝝ exprimit organa et musica in/strumēta quibus comedie cātabant̄: cū dicit acta ludis megalensibus tibijs duabus ⁊c. Ita dō ve/lut verus ⁊ sp̄ūalis poeta ⁊ egregius psaltes is/rael in titulis suoꝝ psalmoꝝ exprimit gn̄a musi/corum ⁊ modū cantādi. Nā s̄m sacra in psalmis contēta dabat modū cantādi vt cantus corrēspō deret sacro. Sed q: iste psalmus ꝯtinet altissima mysteria .s. mysteriū aduētus xp̄i ⁊ mysteriū trinitatis. Jdeo voluit vt cantaret̄ cū organo ⁊ cātu si ue voce hūana iuncta organo ⁊ sic simul notifica/bat̄ vnitas verbi cū carne et leticia aduētus xp̄i ⁊ cantabat̄ cū toto conatu vocū vsq̄ ad finē ad de/notandū altissimū mysteriū trinitatis in quo fuit iste p̄s paruus in verbis: et maximus in sn̄ia: ⁊ di uidit̄ in duas ptes. Nā in prima hō mysticus siue ecclīa petit saluatorē vt veniat in carnē vt saluet mūdū per miam ⁊ passionē. Scd̄o q: lȝ ista incarnatio termineī ad filiū: tn̄ efficienter fit a tota trinitate. Jō in vltimo v̄siculo inuocat et exprimit oēs tres psonas p mysterium trinitatis ibi. bn̄dicat nos deus. A ¶ Quātū ad primū est notādū q̄ actus mie ⁊ nr̄e redēptionis primo et p̄ncipalr̄ attribuit̄ p̄ri: ⁊ toti trinitati efficiēter et instrumētaliter et meritorie attribuit̄ hūanitati xp̄i: eo qd̄ illa fctā est nr̄a iustificatio ⁊ punitio nr̄i sceleris: et sic totus christus dicitur redemptor ⁊ saluator sȝ quia in illa humanitate deus pater fuit nobis notificatus inquātum christus per humanitatē nobis loquebatur et predicabat et reuelauit dis/

De materia huius psal

Actus redem/ptionis attribuitur p̄ri.

uinitatem et notificauit voluntatem patris in lege euangelica: ideo christus dicitur vultus et facies patris in scriptura: quia per vultum et faciẽ noticia designatur vt ait Greg. super ezech. Nam vnaquęq3 res per faciem et vultum cognoscitur. Ideo ait dauid in principio huius psalmi. Deus pater supple misereatur nostri: quia per magna tempora ab adam hucusq3 fuimus in miseria ⁊ captiuitate peccati. Et benedicat nobis absoluendo nos a maledictione sententie date in adam: et a maledicta lege: sed q2 talis misericordia et benedictio non poterat nobis dari nisi per incarnationem filij dei qui est verbum et vultus patris per quem pater et sua voluntas nobis debebat notificari: ideo sequit̃. Illuminet vultũ suũ sup nos. i. ostendat nobis filium suum in hũanitate: qui est lux vera illuminans oẽm hominẽ in hunc mundũ quasi dicat per vultum suum scz filium suũ incarnatum illuminet nos dando legem euangelicam et sic misereatur nostri nõ solum per doctrinã: sed etiã per mortem et passionẽ a miseria et maledictione releuando vt per ipsum filium tuũ cognoscamus in terra viã tuã: scz legem euangelicã que est via perueni entium ad te ⁊ ipse met filius tuus est via veritas et vita: et sic cognoscendo ipsum cognosceimus viam tuam: q2 nemo potest venire ad patrem nisi per filium: et etiam vt cognoscamus xp̃m salutare tuũ et medicũ salutis nõ solũ in iudea: sed in oĩbus gentibus: vt sit vniuersalis redẽptor. Nã per ipsum filiũ tuũ tanq̃ per faciem et vultum te oẽs cognosceimus: ergo mitte eum vt te omnes cognoscamus.

xcvi. dist. nos. ⁊. c. vbi.

Confiteantur tibi populi deus: confiteãtur tibi populi omnes.

¶ O deus et omnes populi confiteantur tibi confessione fidei et omnes populi confiteantur tibi in confessione laudis. q. d. taliter cognoscamus salutare tuum in omnibus gentibus: vt oẽs ppli gentiles qui hucusq3 fuerunt falsę supstitioni ydolorum dediti. Deinde te verum deum trinũ ⁊ vnũ et incarnatum cõfiteantur et adorent et laudent.

dist. xlv. qđ ꝗ̃ŭ ꝙ. in gl.

Letentur et exultẽt gentes: qm̃ iudicas populos in equitate: ⁊ gentes in terra dirigis.

¶ Gentes sic conuersę letent̃ ⁊ exultent: qm̃ tu iudicas populos in equitate per legẽ euangelicam quia nõ precipit nisi omnem virtutem et equitatẽ et iusticiam: ⁊ nõ es acceptor personarum q2 ita eque saluas gentiles sicut iudeos: et dirigis gentes in terra per legẽ euangelicã sicut direxisti iudeos. Nam l3 predicaueris iudeis ⁊ direxeris eos: tamẽ postea misisti apostolos ad predicandũ et dirigẽdum gentiles in via dei ⁊ sic patet qđ iudicas in equitate quasi dicat ꝙ ita letabunt̃ gentiles sicut iudei in tuo aduentu: quia eque omnibus dabis legem et omnes redimes.

xcvi. d. c. nos. de pe. di. ij. §. nõ est mirum.

Confiteantur tibi populi deus: cõfiteantur tibi populi oẽs: terra dedit fructum suum.

¶ Quasi dicat ꝙ nõ solum confitent̃ tibi populi: q2 tu es deus ⁊ messias ⁊ saluator ⁊ iudex equus ⁊ legifer: sed etiã q2 es verus tutor ⁊ gubernator: et dator bonorum tpaliũ. Nã per te terra dedit fructũ suũ ad hũanam sustentationẽ ⁊ ad verum alimentum q2 oĩa ad te expectãt vt des fructũ in tpe ⁊c. Sed ista expositio l3 cõtineat veritatẽ: inquãtum oĩa ista tpalia dant̃ a deo: tñ nõ credo ꝙ ista sit intentio ꝓphete in hoc loco: imo hic exp̃mit mysterium incarnatiõis ⁊ natiuitatis xp̄i de virgine maria sine viro sed solo ope spũssancti. q. d. ꝯfiteant̃ tibi oẽs ppli ⁊ firmiter credãt ꝙ terra. i. virgo maria que respectu dei dr̃ terra dedit fructum suũ. i. peperit ipm̃ patriarchis ⁊ ꝓphetis diu ꝓmissum et expectatũ: de quo fructu ait Esa. liij. Et erit sicut virgultum corã eo: ⁊ sicut radix de terra sitiẽti. Idẽ. c. xlv. Rorate celi desup: ⁊ nubes pluãt iustũ: aperiat̃ terra ⁊ germiet saluatorẽ. q. d. ꝙ sicut terra ex sola influẽtia celi germinat virgultũ ⁊ fructũ. Ita virgo maria sine coitu viri: sed ex solo ope spũssancti: ⁊ influẽtia supna germinauit xp̃m saluatorẽ ⁊ fructũ bñdictũ cũ ceteri fructus fuerunt in adã maledicti descendentes per gñationẽ. Iõ solus iste fruct⁹ nos poterat benedicere. Mysteriũ icarnatiõis

Benedicat nos deus deus noster: benedicat nos deus: ⁊ metuãt eum oẽs fines terre.

Mat. x.

¶ In hac secunda parte explicat mysterium triũ personarum in vna essentia diuina et substantia. Nam quia superius memorauit duas personas diuinas: scz patrem a quo petijt misericordiam et benedictionem: ⁊ personam filij intellectam per vultum per quẽ facta est nobis mĩa ⁊ data benedictio et salus ⁊ lex: sed ne putaremus esse tantum duas personas in diuinis. Ideo explicat oẽs tres vt simul comprehendat personam spiritusscti triplicando hoc nomen deus. l3 implicite facta sit memoria de spiritusancto: cum dicat terra dedit fructum suum: quasi ope spiritussancti supple id hic intendit dicere ꝙ licet misereri et benedicere pertineat ad patrem per filium qui est vultus ei⁹ Tamen non excluditur spiritussanctus qui disponat corda nostra ad mĩam ⁊ gratiam recipiendam dicit ergo. Benedicat nos deus pater et deus noster scz filius et benedicat nos deus scz spiritussanctus animam nostram disponendo. Sz ne q̃s putaret ꝙ iste tres persone sunt distincte in essentia et substantia: ideo sequitur. Et metuant eum id est ipsum vnum solum deum omnes fines terre quasi dicat l3 iste sint tres persone personaliter et relatiue distincte: tamen sunt vna tantum essentia et substantia et vnus solus deus trinus in personis et vnus in essentia. Unde per ly deus: deus deus non notificatur quod sint tres dij: sed tres persone: quarum quelibet est eque et perfecte de⁹ quia eadem deitate qua pater est deus: eadem numero filius et spiritussanctus est deus: et sic non est nisi vnus deus. Item eadem entitate et essentia qua pater est ens: eadem pater et filius et spiritussanctus est ens et sic non est nisi vnum ens absolute vt ait Augustinus contra Maximianum l3. Nota de trinitate.

sint tota supposita relatiua. Itē pater nō est deus paternitate: sed deitate ꝛ essentia et substantia dr ens et deus: ꝛ hanc candē cōicat filio: ꝛ ambo eādem cōicāt spūisctō. ꝛ sic oēs tres psone sunt vnꝰ deus ꝛ vnū ens ꝛ vnū aliqd: qꝛ relatiua non sunt aliqd ſm Aristo. ꝛ Augu. sed ad aliqd: et ideo licet sint tria ad aliqd: siue tria relatiua: tamē non sunt nisi vnū ens: ꝛ vnū aliqd: ꝛ vnus deus sumēdo ens et aliquid noīaliter. Sed ppriū nomē dei est ens siue essentia siue essentie: ꝙ idem dicunt in deo: et ideo opa essentialia ad extrema sunt indiuisa in diuinis: nā tota trinitas dr creatrix. licꝫ qñqꝫ scriptura distiguat modū in psonis. Nam pater creauit mundū per verbuꝫ in spiritusancto: ꝛ sic patri attribuit̄ autoritas misericordie: ꝛ filio dispēsatio eiusdē: quia per filiū misertus est nobis: spirituisancto attribuit̄ sanctificatio: qꝛ sicut pater et filius spirant spiritūsanctū: ita per ipm inspirāt in nobis sanctificationē ꝛ grāꝫ. Et ideo in orōnibus petimus patrē per filiū in vnitate spūssancti et qꝛ sic requirit̄ ꝛ explicat̄ ordo emanationuꝫ diuinarū personarū: et nos nō timemus nec metuimus: nec adoramus tres deos: sed vnū deū colimꝰ in essentia ꝛ substātia: ꝛ trinū in psonis. cuius opa mie ꝛ salutis circa nos facta satis explicātur in hꝰ paruo psal. A ¶ Et nota ꝙ dd nō solū notificat nobis vnitatē diuine substātie cū trinitate personarū p hoc pnomē singulare eū. qñ dicit metuāt eum ꝛc. sed etiā p hoc verbū singulare bndicat cū dicit bndicat nos deus deꝰ noster ꝛc. ad denotandū ꝙ licꝫ tres psone realiter distincte cōcurrāt ad bndicendū nos. tamē vnicꝰ est actus earū ad extra tanꝙ ab vno pricipio substātiali in quo sunt vnū: qꝛ opa trinitatis sunt indiuisa ad extra: ideo tales actus essentiales cōiter pferunt̄ in scriptura per verba singularis numeri: vt Gen. j. In principio deus creauit celū et terrā: sꝫ qñqꝫ pferunt̄ per verbū plurale: vt ibidē. Faciamꝰ hoiem ad imaginē ꝛc. per qd denotat̄ pluralitas psonarū cū vnitate substātie. Secus aūt est de pductiōe spūsscti qui licꝫ spiret̄ a patre ꝛ filio tanꝙ ab vno principio: prout determinatū ē in cōcilio Lugdunēsi: tamen doctores catholici semp ꝯsueuerūt dicere cū verbo plurali: ꝙ pater et filius pducunt aut spirant spiritūsanctū. Et hoc fit quadruplici ratiōe vt potest colligi ex dictis Aug. Primo quia talis actus nō est essentialis: sed personalis ꝛ nominalis. Secundo quia licet pater ꝛ filius spirēt spūsanctū tanꝙ vnū principiū pter vnicā virtutem spiratiuā in qua nō opponūtur sed vniūtur: tamē spūssctūs pcedit ab eis tanꝙ a duabꝰ personis se mutuo diligētibus: qꝛ spūssctūs nō est patris solius nec filij solius: sed amboꝝ. Et ideo quandaꝫ qua se pater et filius diligunt insinuat nobis charitatem: vt inquit Aug. Et sic simul denotat in eis pluralitatē ꝛ vnitatē. inquantū est nexus amboꝝ. Tertio hoc fit ad notificandā trinitatē personarum cū vnitate substātie. Quarto vt videat̄ cōformari saluatori nostro qui dixit: pater ꝛ ego vnū sumus cū verbo plurali. Et idō de hac ineffabili trinitate cū grādi timore et tremore loquēdū nobis est semp verba nostra catholice fidei subijciēdo.

tota trinitas dr creatrix.

actꝰ triū psonaꝝ ab extra est vnus.



Exurgat deus et dissipētur inimici eius: et fugiant qui oderunt eū a facie eius. ſ.q.iiij.c homini. ſ.ecōtra

¶ Huic psal. preponitur talis titulus scꝫ in finem siue ad victoriam dauid psalmus cantici: per quod patet ꝙ dauid fecit hunc psal. dirigens in xpm ꝛ ecclesiā qui est finis legis ꝛ precepit ipm cantari in tēplo cū instrumēto musico cū toto conatu vocis: eo ꝙ ille pplꝰ cū magno clamore ꝛ desiderio vocabat christū vt veniret ad ecclesiā suā: vt patebit. Vñ est aduertenduꝫ ꝙ iste psalmus est difficilior inter oēs ad intelligenduꝫ et exponēdum. Primo propter scabrositateꝫ ꝛ diuersitatē trāslationū. Secūdo qꝛ vtitur cōmuniter vocabulis metaphoricis. Tertio qꝛ vtitur multis figuris grāmaticalibꝰ. Ideo est difficilis ad construendā ꝛ ordinandā litterā. Et est magna diuersitas nō solū inter catholicos: sed etiam inter hebreos in exponēdo ꝛ ordinādo particulas huius psal. licꝫ oēs hebrei conueniāt p maiori parte in expositiōe eius quantū ad materiā. Dicunt enim ꝙ dauid in hoc psal. agit grās deo p beneficijs que recepit ille populus in exitu egypti: et in tota illa peregrinatiōe per desertū vsqꝫ ad ingressum terre promisse inclusiue. Et sic exponūt hunc psalmum litteraliter absqꝫ aliquo sacramēto. Sed in tali expositiōe precise litterali iudei ceci ꝛ obstinati multipliciter errant. Primo qꝛ minuūt dignitatem pphete. Nam sequeret̄ ꝙ dd nō esset propheta in hoc psalmo: nec indiguisset lumine spūssancti: quia vnusquisqꝫ ex pprio lumine pōt narrare hystoriā preteritoꝝ gestoꝝ: qd est cōtra sacramētum tituli huius psal. Nā dicit Rabi cābi ꝙ vbicunqꝫ i psal. ponit̄ titulus in finē: ibi ponit̄ ꝛ claudit̄ aliqd magnū mysteriū de futuro rege messia. Itēꝫ scđo qꝛ multa inserūtur in hoc psal. que sunt pter illā hystoriā. Itē tertio: qꝛ loquit̄ multotiens per verba de futuro: vt patebit. ergo aliqd aliud intēdit dicere dauid pter hystoriā in hoc psal. Et idō est magis credēdū aplō paulo q̄ ad Ephe. iiij. exponit scripturā huius psal. de donis gratiaꝝ q̄ acceperūt apli in missione spūsscti in die penthe. allegādo illud. Ascēdisti in altū cepisti captiuitatem: accepisti dona in hoibꝰ. Et idō est dicendū ꝙ pphta dauid ꝯsiderādo ꝛ cōtemplādo totū discursum filioꝝ isra el ab exitu egypti vsqꝫ ad ingressum terre promisse. puidit in spū totū discursum ecclesie a resurrectiōe xpi vsqꝫ ad eius psperitatem tpe cōstantini: ꝛ etiā vsqꝫ ad iudiciū. Vñ p hoc ꝙ moyses eduxit illū pplm de egypto in manu forti ꝛ brachio excelso trāsiuerit cum p mare rubrū submerso pharaone ꝛ exercitu suo. de qua victoria ille pplꝰ cātauit illud canticū triūphale. s. Cantemus dño gliose. puidit dd in spū qualiter xps in sua resurrectiōe ꝯfractis portis iferni debebat educere vinctos ꝛ captiuos pres ꝛ fideles vete. ꝛ introducere eos in celū de quo triūpho āgeli debebāt cātare cāticū triūphale. Itē p hoc ꝙ deꝰ pluit māna i deserto ad refectionē illiꝰ ppli: ꝛ dedit

de materia huiꝰ psalmi.

legē moysi in monte synai cū igne & tonitruis ꝓui dit dauid qualiter xp̄us debebat dare ecclesie sue sacramentū eucharistie ad refectionē spūalē. & in die pentbe. debebat pluere sup ap̄los pluuiā do norū gratiarū spūaliū. Itē tertio per hoc ꝙ moyses ex p̄cepto dei fabricauit tabernaculum & ar chā: & diuisit leuitis oia officia & spolia taberna culi: vt ptz Nu. iiij. ꝓuidit qualiter xp̄us debebat spūaliter fabricare ecclīam sponsam suaꝫ & orna re et dotare eā ornamētis diuersarū xtutū & offi cioꝝ et sacramētoꝝ. Itē quarto p hoc ꝙ ille pp̄ls ex p̄cepto dei interfecit regē basan: & oēs reges chanaā cum oībus habitatoribus ꝓpter scelera eoꝝ. Preuidit dd qualiter ex p̄cepto dei Titus cū exercitu romanoꝝ debebat intrare p basan in ter ram ꝓmissionis: & destruere hierlm & oēs habita tores eī in vindictā mortis xp̄i. Itē quinto p hoc ꝙ ille pp̄ls introiuit p iordanē cū duodecim duci bus: & cū archa dn̄i. Ad cui⁹ p̄ntiaꝫ & voces sacer dotū & leuitarū corruerūt muri hierico: & exinde in virtute dn̄i existētis in archa capta fuit tota terra et subiecta diuino cultui. Preuidit dd in spū qua liter reprobatis & destructis iudeis: ap̄li debebāt ingredi ad pplm gentilē & ad p̄dicationē & in vir tute nominis iesu qđ in ore ferebāt cuꝫ magnis si gnis & miraculis debebāt subijcere totū pplm gē tilē iugo et fidei xp̄i a solis ortu vsqꝫ ad occasum.

Diuisio psalmi. Oia ergo sup̄adicta ꝓuidens dauid in spū fecit hunc psal. in quo octo facit. Nā primo excitat xp̄ꝫ vt resurgat a mortuis: & oēs fideles vt celebrēt cū leticia xp̄i resurrectionem. Scđo inuitat & excitat oēs angelos & oēs fideles redēptos ad cantandū canticum triūphale pro victoria quā xp̄s habuit de diabolo: & de morte p suā resurrectionē & ascē sionem. Tertio explicat dona gratiarū & ornamē ta quibus xp̄s dotauit & ornauit ecclesiā spōsam suam. Quarto explicat qualiter oia ista dona xp̄s accepit a patre in sua ascensiōe. Quinto explicat quđ christus meruit accipere illa dona per mortē suam & passionē. Sexto explicat et p̄dicit punitio nem iudeorū factā in vindictā mortis christi. Se ptimo explicat & p̄dicit qualiter reprobatis & de structis iudeis apostoli ingressi sunt ad populuꝫ gentilē: ex cuius conuersione ecclesia fuit amplia ta per totū orbem. Octauo agit gratias et excitat totam ecclesiā ad agendū gratias pro oībus be neficijs sup̄adictis acceptis. Secunda ibi canta te deo. Tertia ibi: deus cū egredieris. Quarta ibi: currus dei. Quinta ibi: benedict⁹ deus. Sexta ibi: verūtamē ꝯfringet. Septia ibi: viderūt ingressus tuos. Octaua ibi: regna terre cātate. ¶ Quantum

Nota de motione arche &c. ad p̄imū est aduertendū ꝓut legitur Numeri de cimo. ꝙ postqꝫ moyses receperat legem: & fabrica uerat tabernaculū cum archa & erexerat ipm in co lumna nubis simul cū tabernaculo incepit moue ri: tunc moyses cū leuitis cantarūt p̄imū versum hui⁹ psal. scꝫ Exurgat de⁹ & dissipenł inimici eius et fugiāt q̄ oderūt eū a facie eius: et sic qn̄cunqꝫ ar cha dn̄i mouebał de aliquo loco & māsione sp re petebāt hunc ꝟsum: & oēs inimici fugiebāt a facie eoꝝ intm̄ ꝙ irruit timor super oēs habitatores il lius terre circūstātis: vt oēs fugerēt a facie taber naculi vsqꝫ quo archa introducta fuit in terrā p̄o missam & collocata in sylo: vt ptz p totū discursuꝫ libri numeroꝝ & iosue in quo facta sunt multa mi rabilia. Nā a facie tabernaculi victus et fugatus fuit amelech & moab: et basan & ioꝛdanis ꝯuersus retrorsum et oīa regna chanaan subiecta: per qđ p̄euidit dauid qualiter christo resurgēte infern⁹ erat expoliādus & diabolus a facie xp̄i fugandus et etiā qualiter a facie nominis Iesu: qđ apostoli portabāt in ore & archa euangelica tota terra de bebat tremere: et omnia idola erant ꝓsternen da: et omnia regna terre christo subijcienda. Hoc ergo p̄euidens dauid in spiritu incepit hūc psal mum cum verbis moysi & excitat xp̄m vt resurgat a mortuis de sepulchro et expoliet infernum dī.

¶ Exurgat deus & homo de sepulchro sicut surre xit quando liberauit israel de egypto: & intret in fernum: & fugiēt diaboli inimici eius: et ducat ex inde fideles vete. testa. Et non solum fugiant dia boli a facie eius: sed etiam iudei inimici eius: qui oderunt et crucifixerunt eum fugiant videntes eū resurrexisse. De p̄se. di. iij. c. vit. & xx iij. q. v. §. vlti.

Sicut deficit fumus deficiāt: sicut fluit cera a facie ignis sic pereāt pec catores a facie dei.

¶ Sicut fumus deficit et cera fluit a facie ignis. Ita tam iudeiꝙ diabolus pereant & fugiant a fa cie christi dei et hominis post suam resurrectionē et omnes fideles vete. test. liberati de inferno per resurrectionem. De p̄se. di. v. c. ie iunium.

Et iusti epulentur: et exultent in con spectu dei: delectentur in leticia.

¶ Omnes iusti fideles no. te. liberati a pctō et a iugo leg. vete. exultent in conspectu dei se fuisse li beratos & delectentur in letitia in lege euangeli ca per quā intelligunł mysteria vete. le. & ꝓpheta rū: vnde xp̄iani qui xp̄m recceperūt epulenł in esu sacramentorū & cibotū spiritualiū euāgelice do ctrine. Et delectēłur in letitia in eius intelligētia sicut filij israel epulati sunt in azimis: et agno pa schali in exitu egypti. Deinde cum dicit. De pe. di. j. ois qui non diligit.

Cantate deo et psalmum dicite no mini eius: iter facite ei quoniā ascē dit super occasum: dominus nomen illi.

¶ Inuitat et excitat dauid angelos & oēs fideles redēptos et liberatos de captiuitate diaboli ad cantandū xp̄o canticū triūphale pro victoria quā habuit de diabolo per expoliationē inferni & mor te per resurrectionē prout p̄euidit per liberatio nem filioꝝ israel de egypto. D ¶ Ad cuius intel ligentiā est notādū ꝙ quinqꝫ fecit moyses in figu ra xp̄i in illo exitu egypti. Primo fecit mlta signa in virtute noīs dei tetragrāmatō. Scđo interfecit omnia primogenita egypti. Tertio liberauit oēs filios israel de illa morte p sanguinē agni. Quar to eduxit tres ꝯditiōes hoim de illa captiuitate. Quinto ꝯgregauit totuꝫ illū pplm sub vna lege Not. de exitu egypti.

et societate in terra pmissionis qui antea erat di spersus p egyptū. Et iō postq̄ fuit liberat᷒ ō egy pto et de piculo maris rubri cantauit illud trium phale. Cantemus dn̄o gloriose p grāarū actione. Sed quia oia alia fecit moyses in figura xp̄i. Idō xp̄s cui est nomē dn̄i tetragrammatō .s. iesus alia q̄ꝫ fecit in expoliatione inferni: sua resurrectio ne que fuerūt multo maiora. P̄rio in sua passiōe qn̄ descendit ad inferos factus est terremotus per vniuersam terrā ⁊ sol obscurat᷒ est. Scd̄o ꝯfregit infernū ⁊ triūphauit dō diabolo. Tertio expoliauit infernū et liberauit sctōs pr̄es. Quarto triūpha uit ō morte q: p resurrectionē mortē vicit ⁊ supa uit. Quīto cū magno triūpho sctōs pr̄es ī celū in troduxit: ⁊ ī domo vni᷒ glīe ꝯgregauit de quo triū pho angeli cāticū triūphale cātarūt dicētes. q̄s ē iste q̄ venit de edon. Esa. lxiij. Hec ergo puidens dd̄ in spū excitat āgelos ⁊ fideles redēptos ad cā tā dū triūphū xp̄o in sua ascēsiōe dicēs. O vos pa tres ve. te. ab inferno liberati. ⁊ vos fideles no. te. tres ve. te. ab inferno liberati qui p aquas baptismales ma re rubrū trāsistis: ⁊ ad littus salutis p xp̄m puenistis. Cantate deo et psalmū dicite noi ei᷒ qd̄ est iesus significatū p nomē quattuor lr̄az q: meli᷒ potestis vos cantare in ista redēptiōe q̄ filij isra el post transitū maris rubri: q: de maiori captiui tate ⁊ morte estis liberati per xp̄m. nam illi fuerūt liberati ī de captiuitate ⁊ morte tpali: vos aūt de morte eterna: et vos āgeli nō pibeatis igressuz eius in celuz: immo facite ei iter: et date locum q: lȝ deus relegauerit hoiem a paradiso et priuauit ipsum celestibus mansionib᷒ pter pctm̄: tn̄ xp̄s multis rōnibus merez intrare celū cū suis fideli bus liberatis et redēptis. P̄rio q: dn̄s est illi no mē. i. q: iesus est nomē ei᷒ significatū p nomē dn̄i tetragrāmatō qd̄ est nomē summe potētie et sa pientie et mie ⁊ iusticie vt dictū ē psal. viij. ergo si bi debez celū in hereditatē. Scd̄o q: ipse ascendit sup occasum. i. supauit et vicit mortē p resurrectio nem. Tertio debez sibi triūph᷒ q: ipse triūphauit de diabolo ⁊ turbauit ⁊ fugauit cum ⁊ liberauit suos fideles: eo q̄ est pater orphanorū et iudex vi duaꝝ. Ideo exaltate in conspectu eius in isto triū pho: q: principes inferni turbabunz a facie eius scȝ xp̄i pr̄is orphanorū et iudicis viduaꝝ. Nā ad eū ptinet defendere fideles suos orphanos et eie ctos ⁊ aias viduas a deo per pctm̄ desertas. Item quarto debez sibi triūphus ⁊ debetis exaltare: eo q̄ eduxit victos in fortitudine de inferno et etiaz eos qui exasperāt. i. latronem et paulū et multos alios qui ante exasperabāt contra eum liberauit et eduxit de morte ppetua: etiā eduxit multos qui habitabant in sepulchris: q: multi surrexerunt cū xp̄o in sepulchris et venerunt in sanctam ciuitatē et apparuere multis. mat. xxvij. Itē quinto debez xp̄o triumphus eo q̄ omnes quos de inferno et de peccato liberauit: fecit habitare in loco sancto. s. in loco et in domo vnius moris et vnius glorie et charitatis. Et est figura q̄ dicit hysterō pterō. id est transpositio sententie. Nam prius christ᷒ edu xit vinctos de iferno et de pctō et postea fecit eos habitare in loco sancto suo. Ex quib᷒ ergo ratio nibus supradictis probat ppheta q̄ xp̄o debetur triūphus et hereditas in celo. Primo quia nomen eius est nomē dn̄i qd̄ ē iesus. Secūdo q: triūpha uit de morte. Tertio quia turbauit et fugauit dia bolum et triūphauit de eo. Quarto quia eduxit vinctos de inferno. Quinto quia cōgregauit eos in loco sancto suo. et de domo vnius moris. ¶ Ad quorum intelligentiam est primo notandū q̄ oēs patriarche ⁊ prophete ideo desiderabāt xp̄m vi dere quia sciebant in spū q̄ solus xp̄s debebat re uelare nomē dn̄i tetragrāmaton qd̄ nulli patrum antiquorum fuerat reuelatū. Et ideo dicūt iudei moderni q̄ messias quē falso expectāt debet ha bere secum illud nomen et scire proprietates ei᷒ in cuius virtute dȝ facere multa miracula et subij cere totū mūdū. Cum ergo ꝭm veritatē xp̄s salua tor noster nō solū habuit illud nomē: immo ipse erat nomen domini quod est iesus vt probatū est psal. viij. Ideo habet potestatem in celo et in ter ra et in inferno. et per ꝯn̄s debetur sibi triumph᷒. Ideo dicit dauid. Cantate ei et psallite illi: quia dominus nomen illi. Secundo est notandum ꝭm apl'm primo ad corinth. xv. q̄ mors ante resurre ctionē christi dicebatur victrix oiu3. et ideo dice baz occasus vite. Nā sicut mūdus pdit lucem per occasum solis ita homo perdit vitam per mortē. Et ideo dicebatur finis oiuȝ terribiliū vt ptȝ pri mo ethi. q: de omnibus magnis et paruis trium phabat q: vltra mortē non erat aditus neq̄ tran situs. licet christus reperit aliam vitam post mor tē quādo resurrexit ad vitā gloriosam. Et sic triū phauit de morte: q: ꝯuicta morte reserauit nobis aditum ad aliam vitā p ipsam mortē. Et sic mors q̄ erat finis oiuȝ terribiliū facta ē nobis puia ad aliam vitam. Et ideo dicit dauid q̄ xp̄o debez tri umphus in celo eo q̄ ascendet sup occasum. i. su per mortem qn̄ resurrexit. Vn̄ sicut xp̄s ascēdit su per occasuȝ mortis: ita meruit ascendere super oc casum celi. id est super primum mobile quod dici tur celum occasus eo q̄ motu pprio mouetur ad occasum. cum ceteri celi moueātur motu obliquo et quasi contrario super polos zodiaci. ¶ Unde ē aduertendum q̄ hic latet maximum sacramentū nam sicut sol p raptū primi mobilis tendit ad oc casum preter motum proprium et quasi cōtra na turam sui et post occasum causat noctē per absen tiā suā in nostro hemispherio. ⁊ tn̄ dū fertz p aliō hemispheriū inferius semper lucet et causat dieȝ in alio hemispherio inferiori: quia nūq̄ in se pdit lucē sed peragrato alio hemispherio apparet sup nostrum hemispheriū et orizontem: ⁊ sic causat no bis diem clarum et letum quia non manet in illo occasu. immo transcendit ad auroram et diē. Ita christus contra iusticiam et preter merita sua ra ptus et ductus est ad occasum mortis per iu deos: et corpus eius fuit clausum et sigillatum in sepulchro q: putabāt iudei xp̄m totaliter occidis se victū morte corpali ⁊ nunq̄ reuersurū nec redi turū: sed licet xp̄s vere fuerit mortuus tamen eius aia verbo psonaliter vnita descendit ad aliud he mispheriuȝ. s. ad infernū nūq̄ amittens nec per dens suū lumē causans luceȝ ⁊ diē sanctis pr̄ibus

xp̄s hec fecit i expoliatione inferni et sua resurre ctione.

xp̄s meruit itrare celum

sol᷒ xp̄s nomen dei debebat reuelare.

mors vite occas᷒

Nota.

Nota.

in limbo vbi xpus tanq̄ pater orphanorū et iudex viduarū aiarū sedit per xl. horas et cōdēnauit diabolum tanq̄ tyrannū a cuius facie fugerunt oēs demones: et ipse eduxit predā antiquā: et vinctos patres de lymbo iferni. Et sic aia xpi cū tali triūpho reuersa est ad corpus et resurrexit xps ad diē et vitam gloriosam: et sic incepit dicog̃ e in ecclia. Ex quo pz q̄ xps ascēdit sup occasum mortis: et ideo meruit ascēdere sup occasū celi p̄mi mobilis vsq̄ ad celū ēpyreū. Et ītō dicit Dauid q̄ xpo debetur triūphus: eo q̄ ascendit nō solū sup occasū mortis: sed et super occasum celi. D ¶ Iterū est notandum q̄ xps tres conditiones hoim eduxit de inferno. s. vinctos patres et omnes fideles ve. te. qui ibi vincti tenebantur propter peccatum p̄mi hois. Scdo eos qui exasperāt sicut fuit latro qui ante improperādo exasperabat xp̄m in cruce: sed q: correctus et illuminatus dixit: memēto mei domine dum veneris in regnum tuū: ideo xpo liberauit eū dicēs. hodie mecū eris in paradiso. Tertio quosdā nō solū liberauit de iferno: sed etiā suscitauit de sepulchro et surrexerūt cum eo vt dictum est. et ideo dicit dauid.

Hos xps de inferno eduxit.

Exultate in conspectu eius: turbabūtur a facie eius patris orphanorum et iudicis viduarum.

xv. q. j. reuertimī. xxiij. q. Loibus.

Deus in loco sctō suo: deus qui habitare facit vnius moris in domo.

¶ Exultate in cōspectu eius qui ducit victos i fortitudine filii eos q̄ exasperāt. i. latronē et oēs qui habitāt i sepulchris. Hoc ēt pōt intelligi de liberatione a pctō. nā xps quosdā liberauit. s. aplos et ceteros et cōuersos de iudaismo q̄ erāt ligati et vincti iugo et vinculo legis et sic xps eos liberauit et absoluit a iugo legis. secūdo liberauit quosdā exasperantes contra xp̄m sicut fuit paulus et reges qui persequebantur ecclesiam. Tertio liberauit quosdam de sepulchris peccatorū sicut magdalenā et mattheū et oēs peccatores. Et sic de omnib⁹ potest intelligi ille versiculus. Nam primas tres conditiones hominum eduxit christus de inferno et fecit eos habitare in domo vni⁹ glorie: et alias tres eduxit de vinculo peccatorū et infidelitatis et fecit eos habitare in domo vnius moris et fidei. Primo omnes qui sunt vnius fidei facit habitare in hac ecclesia. Secundo facit eos habitare per vnam gloriam in celo.

Qui eduxit vinctos in fortitudine similiter eos qui exasperant: qui habitant in sepulchris.

xv. di. q̄ lis. et. j. q. j. ita fit.

¶ Notādū q̄ moyses tres cōditiones hoiz eduxit de egypto. Nā prio eduxit quosdā victos ā captiuitate. Scdo quosdā exasperātes q̄ nolebāt exire Tertio eduxit quosdā de sepulchris. s. ossa ioseph et p̄triarcharū: et oēs istos q̄ erāt dispersi p̄ egyptū eduxit et cōgregauit i domo vni⁹ moris dādo eis vnā legē et ritū colēdi deū. Ita pariter xps tres cōditiones hoim liberauit et cōgregauit in ecclesia. Nam primo absoluit vinctos iudeos a vinculo et iugo legis. Secūdo eduxit ab idolatria gētiles exasperantes et persequentes ecclesiā. Tertio traxit multos de sepulchris peccatorum sicut magdalenam et mattheum. Et omnes istos congregauit in domo vnius moris et legis euangelice. congregauit ergo christus ecclesiam suam et iudeis vinctis et gentilibus et peccatoribus sub vna lege. Deinde cum dicit.

Deus cum egredieris in conspectu populi tui cū ptransires in deserto. Terra mota est etenim celi distillauerunt a facie dei synai: a facie dei israel.

ps. lxxij Sa. xvi. Exo. xvi. De cōse di. ij. vbi pars.

Pluuiam voluntariā segregabis deus hereditati tue et infirmata est tu vero perfecisti eam.

Animalia tua habitabūt in ea parasti in dulcedine tua pauperi deus.

xxiij. q̄ō. vi. c. Iaz vero.

¶ In hac tertia parte p̄dicit et explicat bona spiritualia que contulit xps ecclesie spōse et ornamēta quibus eā dotauit et ornauit figurata per bona q̄ ille popul⁹ recepit a deo in deserto et illo itinere. L ¶ Ad cuius intelligentiam est notandū q̄ quinq̄ bona inter cetera contulit deus illi populo in deserto. Nam primo deus pluit eis manna de celo cum iam deficerent fame. Secundo dedit eis legē in monte synai per quam dedit eis cognitionē dei. Tertio precepit fieri tabernaculū et ornauit ipsum et diuisit spolia eius filijs leui: scz caathytis et gersonitis et merarytis vt ptz. Nu. iij. Quarto diuisit et distribuit grad⁹ sacerdotū et ministrorum. Quinto introduxit illum populū et tabernaculū et collocauit ipsum in montibus pinguibus terre promissionis Sz quia omnia illa facta sunt in figura christi et ecclesie sponse sue. Ideo xps volēs īplere scripturas alia quinq̄ vel sex dedit ecclesie sponse sue post resurrectionē et postq̄ liberauerat de captiuitate et peccatoribus. Primo dedit sibi sacramentum eucharistie ad refectionem spiritualem. Secundo dedit apostolis spiritumsanctum per quem receperunt dona gratiarū ad intelligendas scripturas et hoc in die pente. Tertio dedit eis dona virtutum moralium et theologalium ad ornatum. Quarto diuisit gradus sanctitatis in ecclesia secundum diuersitatem virtutū. Quinto distribuit ecclesie gradus ordinum ministrorum et officiorū. Sexto cōstituit et fundauit ecclesiam in monte pingui sacramentorum ad nutritionem spiritualē. In quo monte pascuntur oues christi pinguedine ecclesiasticorum sacramentorum. Hoc ergo preuidens dauid in spiritu apostrophando dicit ad christū. O xpe de⁹ et hō sicut cū trāsires in deserto celi distillauerūt māna et terra mota est a facie dei israel et dei synai qn̄ dedisti legē moysi. Ita pariter cū tu egredieris et exhibis icarnat⁹ i cōspectu populi

Not. bona cōtulit deus in deserto.

xpus sex dedit ecclesie.

ter oēs populi gentiliū viderunt ingressus dei mei iesu christi qui est et habitat in sanctuario humanitatis: et in sanctuario legis euangelice: et in sanctuario sacramētorum. Nā in eucharistia christus habitat realiter et personaliter: et in oībus sacramentis sacramētaliter. Nam cetera sacramenta realiter cōtinēt virtutē passionis xpi vt dictum est. Et notanter dicūtur ingressus in plurali. Nā sicut illi duodecim pncipes cū suis tribubus intrarunt per duodecim alueos iordanis. Ita pariter duodecim apostoli intrarunt totū orbem per duodecim partes. Nam vnusquisqȝ accepit suam prouinciam in sortem. Et sicut illi duodecim principes tribuum preueniebāt cum leuitis canētibus et cum puellis tympanizantibus ante archam. Ita pariter duodecim apostoli principes et exercitus dñi iesu xpi regis nostri preuenerūt coniuncti martyribus et doctoribus pdicantibus nomē xpi et euangeliū in medio iuuencularum tympanistriarum: scilicet in medio virginum publice confitentium christū. Nam sicut apostoli dicuntur tybicines seu tubicenes canētes ante archam christi in isto ingressu: eo q predicabāt et pconizabant euangeliū: ita martyres dicūtur psallentes: quia ad sonum et pdicationē apostolorū: ipsi confitentes psallebant christū. Et ita etiā virgines dicuntur tympanistrie: eo q cum audacia et fiducia cōfitebantur publice fidem christi ante reges et presides ad quarū confessionē multi populi cōuertebantur: quia ipse etiam predicabant euangeliū. Nam beata magdalena predicauit in marsilia et conuertit regem et reginā cum toto populo. Item beata lucia conuertit matrē suam: et fuit causa vt conuerteretur tota insula Sicilie post mortē suā. Nam ante disputauerat fidē christi coram pascasio. Itē beata cecilia cantantibus organis in die suarū nuptiarū ipsa domino decantabat dicens. Fiat dñe cor meū et corpus meū inmaculatū: vt non cōfundar. Et ita pariter beata katharina disputauit de fide christi coram maxentio cū doctoribus: et vicit et confudit oēs. Et ideo omnes virgines fideles dicuntur tympanistrie christi: sed inter oēs virgo maria per excellentiā fuit tympanistria christi que cantauit illud canticū nouū super oīa cantica: scilicet Magnificat aīa mea dñm etc. Et sic patet q tres cōditiones fideliū subiecerunt mundū iugo christi: scȝ apostoli tubicināntes euāgeliū: et martyres et doctores psallētes et publice confitentes xpm: et virgines tympanizantes. Sed quia apostoli et martyres et virgines nō intrarūt: nec introduxerūt alios in ecclesiā nisi per aquas baptismales: et per confessionē .xij. articulorū: ideo dauid inuitat omnes christianos ad baptismum et confessionem. Unde ait.

(apli pro tū orbē pdicart)

In ecclesijs benedicite deo domino de fontibus israel.

(xxiiij. q. j. alien⁹. et c quam q.)

¶ O vos xpiani regenerati de fontibus baptismalibus israel scilicet ecclesie benedicite dño deo et domini iesu xpo in ecclesijs et congregatiōibus fideliū. quasi dicat: vos gētiles in illo ingressu apostolorum regenerati de fontibus baptismi confitemini fidem articulorum domino deo nostro iesu xpo relictis idolis. Et sic eritis effecti filij israel secundū spiritū per apostolos regenerati q erāt filij israel non solum secundū spiritum: sed etiam scdm carnem. ¶ Deinde cum dicit.

Ibi beniamin adolescentulus in mentis excessu.

(dist. xj c. ecclīasti car. et c. catholica.)

A ¶ Explicat qui fuerunt illi principes et duces qui ingressi sunt ad subijciēdum populū gentilem et dicit q omnes illi apostoli et duces: licȝ potuerint esse ex oībus duodecim tribubus scdm carnē tamē principaliter fuerūt de quattuor tribubus scȝ de tribu beniamin: et iuda: et zabulon: et neptalim. Et hoc dicit dauid put puidit in spiritu prophetico. Per ea verba que dicit iacob Gen. xlviij. Unde quādo iacob venit ad beniamin dixit super eum. Beniamin lupus rapax mane comedet aut rapiet predā et vespere diuidet spolia. Hoc quippe fuit impletum in beato paulo qui fuit de tribu beniamin ad Phi. iij. ipe enī primo fuit lupus rapax quādo psequebat ecclesiā dei. j. ad Cor. xv. sed postea raptus vsqȝ ad tertiū celū vidit archana dei: que non licet homini loqui. ij. ad Corinth. xij. et Actuū. ix. Unde in illo raptu vidit diuinam essentiam: vnde rapuit et comedit pdam spiritualium mysteriorū in illo mane et sue luce conuersionis: ibi enim comedit et cibatus fuit illo pane vite et doctrine et intellectus: et aqua sapientie fuit potatus: vt ceteris posset diuidere spolia sapientie. Nam in diuina essentia quasi visione matutina vidit illa archana que nō licȝ homini loqui: sed vespere diuisit spolia mysteriorū que ibi viderat. Nā doctrina pauli quā toti mūdo diuisit fuit quasi cognitio vespertina respectu visionis quam habuit de diuina essentia: et eorū que fuerunt sibi ostensa in ea. Et ideo dicit q mane comedet predam et vespe diuidet spolia: idest visione matutina videbit diuina mysteria in diuina essentia: sed doctrina vesptina diuidet et annūciabit mūdo diuina archana que fuerāt sibi reuelata i illo raptu p visionē matutinā. Item beatus paulus in vespe idest vsqȝ ad finē mūdi diuidet spolia diuinorum archanorum que rapuit et vidit in diuina essentia: quia cōtinue legunt epistole sue in oībus ecclesijs mūdi. quā doctrinē habuit paulus in illo raptu et mentis excessu. Nā cognitio rerū in deo dicitur matutina: sed cognitio rerum in seipsis dicitur vespertina: vt ait Aug. xj. de ciui. et .xij. sup gen. Hoc est ergo qd intēdit dicere dauid in hac parte: vñ dicit q ibi in illo ingressu ad pdicandū et cōuertendū et subijciēdum populum gentilē erit dux et princeps beniamin adolescētulus in mentis excessu: ibi erit paul⁹ de tribu beniamin in mentis excessu. j. ille q raptus fuit vsqȝ ad tertiū celū qui vidit archana dei: que quidē archana de christo et ecclesia predicauit in populo gentili principaliter.

(Paulus raptus.)

(Cognitio matutina. quid sit.)

Principes iuda duces eorum: principes zabulon principes neptalim.

(xj d. c. ecclesiasti carum.)

¶ Item ibi erūt principes iuda: scilicet iohannes et iacob⁹ et symon: et thadeus: et iacobus de tribu

tuda erunt duces eorum: scilicet populi gentilis. Item ibi erunt duces eorũ principes zabulon: scz petrus ⁊ andreas ⁊ philippus qui fuerũt de tribu zabulon habitãtes in bethsayda. Itẽ ibi fuerunt duces: in illa expeditiõe ⁊ sacro exercitu principes neptalim: scilz mattheus: ⁊ bartholomeus: ⁊ thomas qui fuerũt de tribu neptalim scdm quosdam. Quidã etiam dicũt ꝙ matthias ⁊ lucas fuerũt de ista tribu. Et sic etiã est dicendũ ꝙ de oĩbus decẽ tribubus fuerũt apostoli ⁊ discipuli: sed principaliter ex supradictis quattuor tribub⁹ fuerũt quasi oẽs apostoli qui totũ orbẽ peragrarũt ad p̃dicandum euangeliũ christi: ideo hos principaliter nominat hic dauid. Sed hic dubitatur: puta quare ꝓpheta dauid in hac parte p̃ferat ipsum paulũ ceteris apostolis ⁊ principib⁹ ecclesie. Primo q: explicat mentis excessũ quẽ habuit paulus in illo raptu: ⁊ nõ explicat mẽtis excessum quem habuerunt ceteri apostoli in die pentecostes quãdo receperũt spiritũsanctũ. Item secũdo quia prius memorat paulũ sub nomine beniamin ꝙ ceteros apostolos: ⁊ sic videtur ꝙ p̃ferat eum ceteris in dignitate: cum fuerit posterior tempore in apostolatu: maxime: q: idẽ dauid dixit de apostolis. Quadraginta sex principes populoꝝ cõgregati sunt cum deo abraã: quoniã dij fortes terre vehemẽter eleuati sunt. Ex quo patet ꝙ ceteri apostoli vsqꝫ ad tertiũ nõ min⁹ eleuati sunt celũ ꝙ paulus. Ad hoc respõdetur ꝙ causa quare dauid fecit specialem mẽtionẽ de raptu pauli in hoc loco est vt ostẽdat ꝙ paulus nõ fuit expers a receptiõe sp̃ussancti. Nam sicut ap̃li receperũt spiritũsanctũ in die penthecostes. Ita pariter paulus recepit ipm in illo raptu: ⁊ mẽtis excessu: vt posset esse doctor gẽtium ⁊c. Nec est negãdum tamen beatũ iohãnem attigisse hunc tertiũ gradum raptus quando supra pectus domini in cena recubuit: vbi potauit fluenta illius fontis ꝓfundissimi: quia aliter non ita altius intonuisset cũ dixit. in p̃ncipio erat verbum ⁊c. Itẽ nec est negandũ oẽs alios ap̃los simul cũ virgine maria cõsecutos fuisse ⁊ ascẽdisse vsqꝫ ad illud tertiũ celũ in die pẽthecostes per raptũ sp̃ussancti: ⁊ ꝑ eleuationẽ intellectus ad supra. In quo raptu ⁊ visione fuit impressa in mẽtibus ap̃loꝝ tota sacra scriptura cũ eius vera intelligẽtia. Unde petrus illico post receptionẽ spiritussancti: ⁊ post illũ raptum incepit disputare cum scribis et phariseis ⁊ principibus sacerdotũ allegãdo scripturas quas nunꝙ nouerat: dando veram intelligentiã: vnde abierũt conuicti ⁊ cõfusi pharisei: et cõuersa sunt tria milia in illa die: vt patet Actu. tertio: ⁊ per totũ discursum actuũ apostolorum: et per hystorias eorum. Unde nusꝙ legitur ꝙ apostoli legerent in libris: quia qd̃ semel legerũt in illo sacro libro spiritussancti in illo raptu nũꝙ postea sunt obliti. Que quidem visio fuit multo altior et ꝑfectior ꝙ illa quã habuit moyses. Quod autem talis visio altissima fuit necessaria oĩbus apostolis scdm exigentiã sue legationis ꝓbatur. Nã si fuit necessariũ moysi habere talẽ visionẽ diuine essentie saltẽ inquantũ deus est vnus: ⁊ principium oĩm creaturarũ: eo ꝙ deus mittebat ipm ad predicandũ vnum solum deum creatorẽ ⁊ gubernatorem oĩum. prout dictum est in prologo: ergo a fortiori erat necessaria omnib⁹ apostolis talis visio. eo ꝙ debebant predicare: ⁊ explicare toti populo gentili: et toti mundo articulũ trinitatis et incarnatiõis: ⁊ nostre redẽptionis: ⁊ glorificationis ⁊c. Nam augusti. nõ propter aliud probat moysen: et paulum vidisse diuinã essentiã: nisi ꝙ ille fuit primus doctor iudeorũ: et paulus primus doctor gentium. Sed manifestum est ꝙ oẽs apostoli fuerunt primi doctores gentiuꝫ ⁊ totius mundi. Nam bartholomeus ⁊ thomas p̃dicarũt apud indos: et mattheus in ethiopia: ⁊ andreas in cylicia: quo nunꝙ ꝓfectus est beatus paulus. Sed causa quare dauid p̃ponit paulum ceteris apostolis in hac parte: et explicat eius raptum: ⁊ nõ aliorum est ista. Nã iam superius asseruit apostolos omnes consecutos fuisse similem visionem cum dicit. ascendit in altũ: ⁊ dedit dona hoĩbus. et quãdo dixit: pluuiã voluntariã segregabis hereditati tue ⁊c. vt dictũ est. Sed quia dubitaret aliquis an paulus recepit spiritũsanctũ: Ideo explicat raptũ suum: vt ostendat cũ recepisse sp̃mſanctum cum donis suis in illo raptu sicut ceteri apostoli receperãt in die penthe. ideo dicit ibi beniamin adolescẽtulus in mẽtis excessu: idest in illo raptu qui factus fuit cum mentis excessu: et quadaꝫ extasi ⁊ eleuatiõe vsqꝫ ad diuinã essentiaꝫ per modum transeũtis. Illud ergo idem ⁊ eadẽ archana que vidit paulus ĩ illo raptu potuerũt videre omnes apostoli quãdo factus est de celo sonus tanꝙ aduenientis spiritus vehementis: quia tunc tanꝙ dij fortes terre vehemẽter supra humanam facultatem eleuati sunt vsqꝫ ad tertium celum multo magis ꝙ moyses: vbi christus non tanꝙ seruis sꝫ tanꝙ amicis nota fecit eis quecũqꝫ audiuit a patre prout promiserat eis. Johannis. xv. Et sic patet qualiter omnes apostoli mane comederũt predam sicut Paulus. Nam quasi quadam visione matutina fuerunt cibati pane vite: et intellectus in illa receptione spiritussancti: sed postea vespere diuiserunt spolia toti mundo. Nam cognitio quã tota ecclesia habuit de rebus diuinis ab apostolis fuit quasi vespertina: respectu notitie quam ipsi habuerunt a christo per spiritũsanctũ in illa die. Et ideo dauid vt ostenderet ꝙ non solum apostoli receperunt spiritumsanctuꝫ cum donis suis quando christus ascendit in altum: et dedit dona hominibus in die penthecostes: sed ꝙ etiam apostolus paulus recepit eadem dona in illo raptu. Ait ꝙ ibi fuit aggregatus in illa societate Paulus in mentis excessu ad predicandũ populo gentili cum ceteris ⁊c. Item vt dauid ostenderet ꝙ illud idem quod operatus est christus ipsi paulo in illo raptu operatus est et ceteris apostolis in die penthecostes. Ideo subdit. Manda deus virtuti tue: confirma deus hoc quod operatus es in nobis ⁊c. Ideo ait paulus qui operatus est petro in apostolatũ operatus est et mihi. Ad galathas secundo. Et sic patet ꝙ id quod operatus est christus apostolis in die penthecostes operatus est etiam paulo in illo raptu et econuerso. Si autem

Dubiũ.

Not. de paulo.

Rñsio.

no. de ioan. raptu ⁊ apostolorum.

Ap̃li mane p̃daꝫ comederunt.

omnes apostoli receperit dona spūsſcti ſm maius aut minus: hoc nō est nobis disputandū: sed relinquendū determinatiōi sacrosancte romane eccl'ie. Nā ego nō reperio aliquā rōnez: nec scripturas ↄdicentes supradicte posi:ioni dignitas eni aplica est tā grādis ⁊ suprema i eccl'ia φ post dignitatē ꝟginis marie nulla est sibi pferēda. Et ideo dicti sunt pncipes ⁊ duces eccl'ie ⁊ triūphatores de diabolo ⁊ toto mūdo. Sȝ cā q̄re dd̄ i hoc loco ꝑponit Paulū añ alios aplos est nō ratiōe dignitatis: sed q: pmus cuȝ barnaba fuit missus ad pdicādum pplo gētili: vt ptȝ Actuū.xiij. Sed cā q̄re Paulus magis fuit missus ad gētiles φ ad iudeos fuit: ne diceret φ Paulus ↄuicisset iudeos ꝑpter peritiā quā habebat de lege ⁊ ꝓphetis: sȝ Petrus q̇ nunq̄ nouerat lr̄as missus est ad iudeos qui eos ↄuicit per scripturā legis ⁊ ꝓphetarū in die Pēteco. per qđ visuȝ est φ illa scia non erat humanitus acquisita. Deinde cū dicit.

xxiij.q. j.c.loquitur.⁊.c. oibus.⁊ ↄse.dist. iij.c.tribus.in fine.

Māda deus virtuti tue: cōfirma de⁹ hoc qđ opatus es in nobis.

A templo tuo in hier'lm: tibi offerēt reges munera.

¶ Est aduertendū φ q: dd̄ ꝓuidit in spū qualiter primo iudei: deinde reges: ⁊ imperatores: ⁊ pncipes ppli gētilis: ⁊ ēt tyranni ⁊ heretici debebant multipliciter ipedire istā expeditionē ⁊ pdicatiōi aplorum resistere: ⁊ eccl'iam ꝑsequi. ⁊ multos martyrio coronare sicut fuit Nero ⁊ Domitianus et Galienus ⁊ Decius ⁊ Diocletianus ⁊ ceteri tyrāni: sed q: ꝓuidit etiā in spū q̄liter finaliter ecclesia debebat pmo de pplo iudeoꝝ: deinde de toto populo gētili triūphare: ⁊ spm iugo xp̄i subijcere ꝑ conuersionē magni Constātini. Et hoc in virtute noīs xp̄i iesu ⁊ in v'tute spūsſcti quē apl'i receperūt in hier'lm in die Pēte. quē etiam receperūt postea inuisibiliter martyres et doctores. Hoc ergo ꝓuidens dd̄ in spū apostrophat ad xp̄m dicēs. O xp̄e deus manda ⁊ p̄cipe virtuti tue. i. excita virtutem nominis tui iesu qđ nomē apostoli ⁊ fideles portabunt in candelabro euangelico ante reges ⁊ ꝑsides: et ꝑfice et confirma hoc quod opatus es in nobis a tēplo tuo in hier'lm. Nam ibi creasti templum et ecclesiam tuam in monte syon in illa sancta societate vbi erant duodecim apostoli cū maria matre tua et turba virorum et mulierum. cxx. congregati: super quos misisti spiritūsanctum: et distribuisti eis dona gratiarum ad predicandum euangelium et intelligendas scripturas: et ad resistendum tyrannis ⁊ hereticis. et ad perferenda ꝑsecutiones ⁊ tormenta: ergo confirma ista dona et opa in apostolis: et martyribus: et doctoribus. et vincant et conuertant tyrannos et imperatores et reges terre qui ante persequebant nomen tuum et ecclesiam tuam: postea conuersi offerant tibi munera in ecclesia tua post conuersionē magni Constantini. Omnia autem ista fuerunt completa. Nam Constātinus cōuersus ⁊ baptizatus per Siluestrū publicauit edictum per totū imperiū vt oēs xp̄iani libere possent edificare ecclesias et pmo dedicauit eccl'iam saluatoris in palatio suo in laterano: quam multis donis et muneribus dotauit: immo romā cū tota italia pōtifici romano et eccl'ie xp̄i donauit. Et ipe sedē suam imperialem in grecia apud bizantiuȝ dedicauit. vbi ecclesiam ⁊ templuȝ miro artificio edificauit quā sanctam Sophiā. i. sapientiā in honorez xp̄i appellauit. Et exinde omnes reges terre ad exemplum imperatoris baptizati confractis ydolis: omnia templa in ecclesias fecerūt cōsecrari: in q̇bus magna munera continue offerebāt. Hoc ergo preuidens dauid in spiritu dicit: tibi offerent reges munera. q. d. O xp̄e confirma eccl'iam quaȝ operatus es: ⁊ edificasti in nobis a templo tuo in hier'lm. i. ab illa congregatione ibi congregata a quo templo ⁊ congregatione ecclesia fuit diffusa per totū orbē: ideo ecclesia dicta est hier'lm: q: ibi de fuit orta. Confirma ergo eam ⁊ in ea offerent reges munera tanq̄ subiecti et deuoti. Et vt h̄ possit fieri et in effectu deduci.

Increpa feras arūdinis cōgregatio tauroꝝ in vaccis pploꝝ: vt excludāt eos qui probati sunt argēto. xij.q.vij. qd fine ⁊.c. iudicet. ⁊.c. postulastis.

¶ Increpa inquit feras arundinis ⁊ siluarum qui sunt imperatores ⁊ tyranni dicti fere ⁊ leones siluarum a ferocitate et crudelitate qui volūt nomē tuum extinguere: et tuam ecclesiam extirpare: sicut fuit Nero et Diocletianus ⁊c. isti dicti sunt fere arundinis: quia licet essent feroces vt leones ⁊ vrsi: tamen eorum potestas erat arundinea et vana: quia tantum supra corpus: animam autem nō poterant occidere: et tandem male finierunt vitā eorum: et eorum potestas euanuit tanq̄ arundo vento agitata: vt patet de Nerone et Domitiano Seuero ⁊ Docletiano in ecclesiastica hystoria. Et subdit congregatio taurorum: id est increpa istas feras: q: fctā est ↄgregatio taurorū. i. impatorum ⁊ tyrannorum in vaccis populorum: id est minoribus de populo. Nam populares sequebātur imperatores et reges et tyrannos ad persequendum ecclesiam sicut vacce sequuntur tauros et oues sequuntur arietes. Ita ergo isti tyranni feroces sicut leones et tauri simul cum popularib⁹ persequebantur christianos: qui probati sunt argento fidei id est purificati in fide sicut argentus in igne. Et hoc faciebant tyranni vt excluderent eos a fide xp̄i: et ideo dicit ꝓpheta.

Dissipa gētes q̄ bella volūt: venient legati ex egypto: ethiopia preueniet manus eius deo. vi.q.i.si oīa.et.l. di.c.absit.

¶ O christe increpa istas feroces bestias et tauros et comprime ferocitatem et infidelitatem eorum: et dissipa gentes que bella volunt committere contra ecclesiam et destruere eam quibus dissipatis et infidelitate eorum destructa et fide in eis constructa. et inserta: tunc venient legati ex egypto ad ecclesiam: vt recipiant fidem: ⁊ faciant sibi obedientiam. Et tota ethiopia que est maxima regio inter tropicos preueniet et premittet ma

Nota.

Ecclia prius in egypto floruit per marcum.

nus eius id est eleuabit manus eius deo: ad obediendum christo et recipiendum fidem eius. Unde per ethiopiam et egyptum subintelligit et comprehendit totum populum gentilem: et omnia regna mundi per nouam regulam de specie et genere positam in prologo: sed specialiter memorat egyptum et ethiopiam: eo quod ecclesia prius floruit in egypto per Marcum: vbi maxima multitudo christianorum incepit viuere secundum euangelium in fide christi in continuo studio sacrarum scripturarum: et hymnis et orationibus: in qua ecclesia alexandrina multi postea floruerunt doctores successores Marci intantum quod illa ecclesia mittebat episcopos per partes mundi ad instruendos fideles vt ait sanctus Eusebius in ecclesiastica hystoria. Et ideo dicit propheta quod ex egypto venient legati et doctores per omnes partes mundi ad conuertendos et instruendos populos ad fidem. Item dicit quod ethiopia preueniet manus deo: quia citius conuersa est per Mattheum. Et quia continue ex ethiopia veniunt multe manus et societates ad visitandum sepulchrum christi in hierusalem: per quas duas prouincias subintelligit omnia regna mundi. Ideo subdit agendo gratias.

Regna terre cantate deo psallite domino. Psallite deo qui ascendit super celum celi ad orientem.

reliij. d. c. f. in glo.

¶ O cetera omnia regna terre cantate deo et psallite domino iesu christo: quia relicta spurcitia et supstitione ydolorum peruenistis ad agnitionem veritatis. et recepistis fidem xpi. Ideo psallite christo deo et homini qui tanquam victor et triumphator ascendit super celum celi. i. super celum empireum quod dicitur celum celi ad orientem. i. reuersus est ad patrem vnde ortus est et exiuit et venit in mundum quando incarnatus est. prout ipse dixit. Jo. xv. Exiui a patre et veni in mundum. Et iterum relinquo mundum: et vado ad patrem vnde exiui. Ideo litera Hieronymi habet qui ascendit ad principium eo quod pater est principium non de principio: et est principium productiuum filij. Ideo ait David. O vos fideles in christo regenerati psallite christo: qui habita victoria de mundo et diabolo ascendit super omnes celos: immo super celum empireum vsque ad patrem et sedet a dextris eius a quo accepit omnem potestatem in celo et in terra et in inferno. Et ideo subdit.

De pc. dis. iij. s. qrendum.

Ecce dabit voci sue vocem virtutis date gloriam deo super israel magnificentia eius: et virtus eius in nubibus.

¶ Mittet spiritumsanctum in apostolos et dabit voci sue vocem virtutis: id est dabit virtutem et dona gratiarum et genera linguarum apostolis vt predicent vocem euangelicam que est vox christi vt predicent euangelium omni creature. Et david conuersus ad apostolos et omnes fideles dicit. O apostoli date gloriam deo super israel: id est predicate euangelium et omnia mirabilia opera xpi super totam ecclesiam et magnificentia eius et virtus eius sit in nubibus: id est vsque ad nubes vel in nubibus: id est in apostolis qui dicuntur nubes. Esaie quadragesimo. Qui sunt hi qui vt nubes volant etc. Item hoc potest referri ad angelos qui receperunt christum in nube in die Ascensionis et annunciantes vniuersalem potestatem christi dixerunt. Viri galilei quid admiramini aspicientes in celum: quia hic iesus qui assumptus est a vobis sic veniet in potestate magna ad iudicandum mundum quemadmodum vidistis eum euntem etc. Et ideo concludit.

Mirabilis deus in sanctis suis deus israel: ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus.

De cons. di. v. c. de spusctō.

¶ Mirabilis erit xps deus in sanctis suis apostolis et martyribus et doctoribus: quia ad predicationem eorum dabit fortitudinem fidei et virtutem spei et charitatis et aliarum gratiarum plebi sue fideli: quia omnes gentiles conuertentur ad fidem: et ecclesia christi dilatabitur per omnes partes mundi vsque ad terminos terre: quod non fiet fortitudine armorum nec viribus humanis: nec per principes et imperatores: sed per homines simplices et plebeios: et piscatores vicet christus reges et philosophos et imperatores in sola virtute nominis iesu quod receperunt cum spiritusancto ergo benedictus deus qui per tales simplices voluit suam omnipotentiam demonstrare: et ecclesiam magnificare. A

Conclusio psalmi.

¶ Ex toto isto psalmo recolliguntur. xxv. prophetice conclusiones.

¶ Prima conclusio quod resurgente domino et descendente ad inferos infernus fugit turbatus a facie eius: eo quod expoliauit eum: et iudicauit diabolum ad penam eternam.

¶ Secunda conclusio quod xps ascendit super occasum mortis: quia triumphauit de morte in sua resurrectione: ita meruit ascendere super occasum celi id est super celum aqueum quod est primum mobile ab oriente ad occasum.

¶ Tertia conclusio quod xps tres conditiones hominum eduxit ab inferno. s. vinctos et latronem exasperantes et quosdam de sepulchro qui cum eo surrexerunt: ita pariter tres conditiones eduxit de tenebris peccatorum: Nam iudeos absoluit a vinculis legis et gentiles et asperantes duxit ad fidem: et omnes eduxit de sepulchris peccatorum.

¶ Quarta conclusio quod ecclesia xpi dicitur domus vnius moris eo quod omnes fideles viuunt in ea vnanimiter sub vna fide et vna lege euangelica sociati.

¶ Quinta conclusio quod sola ecclesia dicitur vere populus dei eo quod est decora multitudo hominum vna lege sociata.

¶ Sexta conclusio quod sola ecclesia dicitur hereditas dei eo quod eius ciues pertinent ad celestem hereditatem: et a deo possidentur per gratiam.

¶ Septima conclusio quod sola ecclesia dicitur ouile xpi eo quod in eo habitant animalia et oues xpi pascentes pascua ecclesiasticorum sacramentorum.

¶ Octaua conclusio quod christus rector et dispensator virtutum et donorum dilecti patris sui dedit verbum apostolis euangelizantibus cum multa virtute miraculorum.

¶ Nona ɔclo ꝙ xp̄s dispensator bonorū dilecti patris sui diuisit spolia virtutum et gratiarū domini speciose patris sui: scʒ ecclesie sponse sue. ¶ Decima conclusio ꝙ ecclesia ⁊ columba habēt pennas deargentatas et dorsum in pallore auri per diuersos gradus virtutū ⁊ sanctitatis: ⁊ scd̄m diuersos gradus sanctorum qui figurant per diuersitatē pennarū columbe. ¶ Undecima conclusio ꝙ christ⁹ ornauit ecclesiā sponsaʒ suam diuersis gradibus ordinum: et prelatorū: et rectorum: ⁊ officiorū ad purgandos ⁊ dealbandos peccatores. ¶ Duodecima conclusio ꝙ sola ecclesia est mons pinguis pinguedine sacramentorū in qua pascūtur oues christi in pascuis vberrimis sacramentorum. ¶ Tredecima conclusio ꝙ deus in sola ista ecclesia habitat per gratiā: et in superna per gloriam. ¶ Quartadecima conclusio ꝙ christus in sua ascensiōe accepit omnia dona a patre omnibus distribuenda. ¶ Quintadecima cōclusio ꝙ christus moriendo destruxit mortem: ⁊ resurgēdo fecit eam nobis peruiam: vt esset nobis per eam iter ad vitam: et ascendendo fecit nobis iter prosperum per celum et gloriam. ¶ Sextadecima cōclusio ꝙ exitus christi ab hac vita fuit per mortē. Ideo meruit omnia supradicta dona a patre recipere et totum genus humanū liberare et saluare. ¶ Decimaseptima conclusio ꝙ destructio et punitio iudeorum facta est in vindictaʒ mortis christi. vnde perdiderunt regnum et sacerdotium. ¶ Decimaoctaua conclusio: ꝙ sicut exercitus filiorum israel circuiuit terrā ꝑmissionis per desertū ⁊ mōtem sey: et intrauit per basan et iordaneʒ ⁊ vastauit omnes ciuitates chananeorum cum regibus habitatoribus suis: ⁊ ita pariter per eandē partē introierunt copie romanorū ⁊ destruxerūt omnes ciuitates a basan vsqʒ ad mare occidentale: ⁊ vltimo cōbusserunt et euerterūt hierusalē: et trucidarūt vnā partem habitatorū: ⁊ alteram captiuauerūt ⁊ tinxerunt pedes suos sanguine occisorū: ⁊ canes linxerunt et satiati sunt sanguine iudeorū quod totum factum est in vindictam mortis christi. Ex quo patet ꝙ vastatio chananeorum fuit figura vastationis iudeorum. ¶ Decimanona conclusio ꝙ ingressus filiorum israel fuit figura ingressus apostolorū ad populum gentilē. Nam sicut in illo ingressu iosue elegit duodecim principes: scʒ vnum de qualibet tribu qui precederent archam cum leuitis tubicinantibus ⁊ psallētibus ⁊ puellis tympanizantibus: et sic transierunt iordanem cum archa: et subiecerūt totam terraʒ cum regibus suis: ita pariter christus elegit .xij. apostolos ex eisdeʒ xij. tribubus: qui portantes hoc nomē iesus in archa euangelica intrauerūt per populum gentileʒ et subiecerūt omnia regna mundi iugo christi.

De⁹ i sanctis suis mirabil'

¶ Uigesima conclusio ꝙ sicut ex illis .xij. patriarchis filijs iacob multiplicatus fuit totus populus israel per generationē carnalē. Ita ex .xij. apostolis regeneratis a xp̄o multiplicatus est totus populus christianus per regenerationē spiritualem et baptismaleʒ. ¶ Uigesima prima conclusio ꝙ oēs xp̄iani sunt semen abrahe: ⁊ filij israel s̄m ꝑmissionē ⁊ spiritū: ⁊ sic tota ecclesia christi est verus israel iudeis reprobatis. ¶ Uigesima scd̄a cōclusio est ꝙ virtus huius nominis iesu: et v̄tus spiritussancti quā discipuli receperūt in mōte syon in hierusalē in die penthecoste. confregit et repressit ferocitatem et crudelitatē imperatorū ⁊ tyrannorum ecclesiam persequentiū: intantū ꝙ apostoli ⁊ martyres ⁊ doctores triūphauerunt de eis ⁊ de toto populo gētili: ⁊ subiecerunt oīa regna terre iugo xp̄i ⁊ egyptus ⁊ ethiopia ⁊ totus populus gentilis receperūt fidē xp̄i per cōuersionē Constantini intantū ꝙ reges terre qui ante persequebātur ecclesiam postea obtulerūt munera xp̄o in ecclesijs quas cōstruxerūt. ¶ Uigesimatertia ɔclusio ꝙ xp̄s fuit mirabilis in sanctis suis apostolis. Nam per homines simplices ⁊ piscatores vicit ⁊ lucrat⁹ est philosophos ⁊ imperatores. Uñ maioris v̄tutis fuit fides ⁊ gratia apostolorū: ꝙ̄ scientia philosophorum ⁊ fortitudo ⁊ potētia regū ⁊ imperatorū. ¶ Uigesimaquarta conclusio est ꝙ iste psalm⁹ nō potest ꝓprie intelligi de illo egressu israel de egypto: et peregrinatiōe per desertum: sicut ceci iudei exponunt. Nam si dauid non loqueret̄ prophetice in hoc psalmo: tunc nō esset ꝓpheta: sed hystoriographus narrans solā hystoriā. Iteʒ multa interciderunt in hoc psalmo que nullo mō ꝯueniūt illi hystorie. Nam hic ꝓpheta loquitur de futuro dicens. pluuiā voluntariā segregabis deus hereditati tue: ergo nō loquit̄ de pluuia manne facta in deserto. Item deus nō dedit illi populo verbū euangelizantibus virtute multa: sicut hic dicitur nec deus accepit ab alio dona in mōte synay: hominibus distribuēda: nec exitus mortis: sicut hic dicitur: nec egyptus misit legatos ad illū populū nec ethiopia ꝑuenit tūc manus deo: nec regna terre cantarūt deo israel laudes: nec crediderūt deo nec fuerūt subiecta illi populo sicut i hoc psalmo memoratur: ergo sequitur ꝙ dauid ad litteram loquitur de christo ⁊ ecclesia spōsa prout expositum est. Sed quia dauid in hoc psal. et ceteris aliquando vtitur figura pro figurato in vocabulis: ideo decipiuntur miseri ⁊ ceci iudei. non percipientes sacramenta dei quomodo omnia illa mysteria facta sunt in figura christi et ecclesie. Et quomodo illa domus speciosa et columba deargentata et mons pinguis est ecclesia spōsa xp̄i et quō dauid preuidens in spiritu omnia mysteria euāgelica ꝑ illa mysteria vete. legis fecit hunc psalmū ⁊ alios ꝓphetice de christo ⁊ ecclesia. Ex toto discursu huius psalmi patet ꝙ salomō ex hoc psalmo ⁊ .xliij. sumpsit materiā ad condendū librū canticorū eadem enim est materia in magna parte: nisi ꝙ mutauit stilum. Naʒ in illo libello nil aliud facit nisi ꝙ sub metaphora sponsi et spōse describit totuʒ discursum ecclesie ab incarnatiōe vsqʒ ad ei⁹ ꝓsperitatem post conuersionem Constantini. In hoc autem dauid idem facit nisi ꝙ incipit a resurrectiōe xp̄i: quādo lex euāgelica incepit ꝓmulgari et quādo ecclesia fuit ꝑ xp̄m dotata. Et ideo salomon quandoqʒ vtitur eisdē vocabulis: quia ecclesiam appellat colūbam ⁊ speciosam ⁊ ornatā di-

uerso ornamentis: et quandoq; ponit vocabula illis correspondentia. Nam hortus irriguus idest q mons pinguis &c. Ideo nemo miretur si tantum volui immorari in expositione huius psalmi eo q est durus et scabrosus propter vocabula metaphorica et figuras gramaticales. Et ideo potius volui satisfacere simplicibus sacerdotibus et fidelibus singula pluries iterado q cum peritis profunda disputando.



De pse. d. ij. c. cũ oẽ. sup ij. a.

Salvũ me fac deus quoniam intraverũt aque usq; ad animã meam. Infixus sum in limo profundi: et nõ est substantia.

Ueni in altitudinem maris: et tempestas demersit me.

¶ Titulus scdm hieronymũ victori super rosas siue lilijs david. dicit etiam q dd fecit hunc psalmum in persona totius populi existentis in hac captiuitate eo q habitauit inter fideles sicut rosa inter spinas et allegat illud canticorũ scdo. a. Sicut rosa iter spinas sic amica mea inter filias Et dicit q loquitur totus populus iudaic⁹ tanq vna persona: sed iste cecus manifeste mentitur: qz ea que dicuntur in hoc psalmo non possunt conuenire illi populo obstinato propter iam supradicta maxime: quia nullibi passio christi est magis manifesta q in hoc psalmo: et ratio est: quia hic propheta magis videtur euangelista q propheta: et magis videt texere historiam passionis christi q prophetiam. Item magis est credẽdum beato petro qui Actuum primo allegat scripturam huius psalmi contra crucifixores christi dicens. Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Item, magis est credendum beato iohãni euangeliste qui asserit hũc psalmum esse factum in persona christi allegando illum versum. zelus domus tue comedit me. Johannis scdo. Ideo est dicendum q vbicunq; ponitur rosa siue lilium in scriptura; semper primo intelligitur christus qui fuit speciosus sine labe peccati inter filios hominũ: vt dictuz est psalmo xliiij. et fuit pulcher inter peccatores: sicut rosa inter spinas: quia solus ipse secunduz naturam nõ fuit punctus spinis peccatorum ade et aliorum hominuz. Et ideo sicut rosa qui est pulcherrimus florum nascitur inter spinas in se nõ habens spinas: sed pulchrum odorem et colorem. Ita christ⁹ inter spinas peccatorum hominũ &c. Ex consequenti intelligitur ecclesia. Nam quod christus habet per naturam: ecclesia habet per gratiaz deriuatam a capite suo christo. Nam cum ipsa esset spinosa in filijs: tamen christus per passionẽ suaz et sacramenta amouit spinas peccatorum et reddidit ipsam pulchram sine macula et ruga: et fecit ipsam rosam: que quidem ecclesia hodie est inter ceteros populos infideles. sicut rosa inter spinas

no. p. rosam vl lilũ xpm intelligi

vt patet Canticorũ secũdo. Secundum vero. lxx. titulus huius psalmi est iste. In finem pro his qui commutabuntur ipsi dauid. ¶ Ad cuius intellectum est aduertendũ q cõmutatio idem est quod cambium siue venditio et emptio: vt puta quãdo vna res ex vna qualitate siue conditione mutatur in aliam: siue quando pro vna re cõmutatur et datur alia. Et sic dicimus q omnes christiani et fideles sunt commutati. Nam primo erant peccatores et in potestate diaboli: sed per passionez christi sunt commutati de peccato ad gratiam: et de captiuitate in libertatem. Item sunt cõmutati p passione. Nam christus dedit vitam suam in cruce pro eis: et sic per passionem suam redemit omnes nos. Et sic dicit Augustinus. qd in baptismo nil aliud facit ecclesia nisi q emit illum paruuluz baptizatum precio passionis christi: et liberat ipm a captiuitate. Et sic passio christi fuit quedam cõmutatio: et sic omnes redẽpti sunt commutati pro passione christi: quia christus dedit passionẽ suã patri: vt nos a captiuitate redimeret. Et ideo q Dauid describit totam passionem christi in hoc psalmo: quam passionez christus dedit patri pro nobis in cruce: ideo esdras preposuit in titulo p rosis siue pro his christianis qui cõmutabuntur: idest dauid fecit hunc psalmuz in persona christi. Et dirigit ipsum in christũ qui est finis legis qui dedit et obtulit passionem suam in hoc psalmo memoratã: pro his fidelibus qui redimentur qui dicuntur rose et lilia inter spinas infideliũ. Unde est etiam aduertendum sicut sepius dictum est q quicquid passus est christus in capite: passus est postea in membris: et ideo iste psalmus primo cõpetit christo: et consequenti toti ecclesie. Sed qz tam in christo q in ecclesia ista quattuor fuerunt per ordinem. Primo persecutio et passio. Secundo liberatio. Tertio punitio persecutorum. Quarto prosperitas christi et regni et ecclesie: vbi diuinus cultus fuit ampliatus. Ideo quattuor facit christus in hoc psalmo per ordinem. Nam primo exponit querelam suam narrando totam suã persecutionem et passionem. Secundo petit liberari. Tertio petit vltionez de persecutoribus. Quarto promittit gratiarũ actiones per diuinum cultum. scda ibi. Ego vero orationẽ. tertia ibi. Fiat mensa eorũ. quarta ibi. Laudabo nomen dei.

¶ Quantum ad primum duo facit christus. Nam primo exponit querelam siue querimoniam ante patrem. Secundo petit fructum siue nostram redemptionem pro meritis sue passionis. ¶ Quantum ad primum est aduertendum q vehemẽs persecutio cõparatur periculo aquarum communiter in sacra scriptura. Nam sicut excedens aqua submergit hominem sine defensione: ita et vehemens psecutio. Sed triplex est periculũ aquarum vnum in torrente siue flumine tempore magnarũ pluuiarũ. Scdo potest quis precipitari in aliquo lacu profundo et limoso siue cenoso. Tertio in tempestate maris: ita reperitur triplex psecutio: scilicet populi et hypocritarũ et regum. Nam psecutio et furia ppli cõparatur furie torrẽtis. Naz sicut tor-

Fideles dicũtur commutati.

Passio xpi dr cõmutatio

In xpo et ecclia. iiij. fuerũt.

Persecutio cõparat pĩculo aqrũ.

reno tēpore pluuiarum trahit arbores et oia que sunt in ripa ⁊ exit extra alueum: sed in breui cessat eius furia. Ita furia populi contra aliquem inuehit vsqȝ ad mortem. sed completa furia penitet eū fecisse. vnde incipiente vno in populo omnes sequuntur. Item persecutio hypocritarū cōparatur lacui profundo et limoso qui licet non emittat fluctus manifestos: tamen si absorbet hominem nō potest inde exire. Persecutio autem regis comparatur fluctibus maris. quia rex ⁊ princeps manifeste persequitur ⁊ cū magno impetu oia ergo ista tria genera persecutionū passus est christus. Nā primo passus est persecutionem hypocritarum scilicet scribarum ⁊ phariseorum. quorū malicia fuit profunda ⁊ limosa qr sub zelo eius processerunt cōtra iustum occulte: ne forte tumultus fieret in populo. Secundo passus est a populo. Nā populus videns intentionem scribarum et phariseorum furiose et absqȝ deliberatione moti sunt contra christum dicentes crucifige crucifige eum: sed in breui penituit eos postq̄ fuit crucifixus. Nam vidētes signa facta. scilicet tenebras super terrā ⁊ cetera reuersi sunt in ciuitatem percutientes pectora sua. Luc.xxiij. Tertio christus passus est a pilato qui manifeste ipsum flagellauit ⁊ sententiā mortis executiōi mādauit. Sic ergo dd istas tres persecutiones comparat tribus periculis aquarum

Nota. Dicit ergo christus per os dauid. O pater saluum me fac in hac passione. quoniam aque persecutionum intrauerunt vsqȝ ad animam meam. Nā quedam persecutiones non attingunt nisi vsqȝ ad bona temporalia. quedam vero vsqȝ ad corpus vt cū quis patitur infirmitates et dolores: sed iste mee persecutiones intrauerunt vsqȝ ad animam meā: quia realiter mortuus sum. et separata est anima a corpore in cruce. Intrauerunt ergo vsqȝ ad animam meam idest vsqȝ ad separationem anime a corpore. quia passus sum tres terribiles persecutiones. Nam primo intrauerunt aque torrentis furiosi vsqȝ ad animam meam quando totus populus fuit commotus dicens crucifige ⁊ cetera sed secunda persecutio siue periculum fuit peius. Nam infixus sum in limo profundi scribarum et phariseorum et sacerdotum quia in malicia inueterata eorum infixus est pes meus et exinde nō potui exire sine morte vsqȝ quo in me non fuit substātia. i. vita quia nunquā cessauit eorum limosa et occulta malicia vsqȝ ad mortem meam. Dicunt enim hypocrite et scribe et pharisei lacus limosus et profundus propter profundam iniquitatem et maliciam et auariciam. Item non solum infixus est in limo profundi phariseorum et scribarum sed etiā tempestas Maris et furie et potestatis ipsius pylati procuratoris imperatoris demersit me ad mortem crucis iudicādo ⁊ destinādo. Et sic icidit triplex periculū aquarum persecutionum. s. furiosi torrentis populi clamantis crucifige. ⁊ limosi profundi lacus sacerdotū ⁊ scribarum ⁊ phariseorum machinātium in mortē meam ⁊ cōspirando improperando mihi peccata legis. ⁊ incidi etiam in tēpestatem maris furiosi pylati ferētis ⁊ promulgantis in me sententiam mortis: et iste demersit me in

hypocrita dr lacus limosus.

sepulchro et morte.

Laboraui clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerūt oculi mei dum spero in deum meum. Joā. ix. Mat. xxvij. mar. xv. Lu. xxiij

¶ Nota q̄ supradicta pericula fuerūt ita magna q̄ xp̄s nullū habuit adiutorē nisi deum patrē. Ideo ad ipsum clamauit vt eū liberaret: sȝ quō fuit exauditus semp pro sua reuerentia: ⁊ quō illa verba orationis sunt intelligēda ad sensum in quo fiunt: et nō ad sensum quem faciūt vt dictū est psalmo. ij. et. xxi. ideo dicit xp̄s. Laboraui in templo ⁊ p synagogas vocando eos ad fidem. Scdo in captione qñ dixi tanq̄ ad latronem ⁊c. Tertio in horto qñ ter oraui. Quarto in cruce quando pro persecutoribus exoraui: et clamans sic pre nimio labore fauces mee rauce facte sunt id est oia mēbra mea debilitata sunt et viribus euacuata vsqȝ ad mortem et oculi mei defecerūt id est lassati sunt ⁊ clausi p mortem: dum spero et sperabā in deū meū patrē spero dicovt mea membra liberaret: ⁊ calix meus ad eos transiret eodē modo quo dictū est psal. xxi. et sperabam etiā q̄ iudei conuincerent et cognoscerent veritatem.

Multiplicati sunt sup capillos capitis mei: qui oderūt me gratis. supra. xxxix. c. Joā. xix.

Cōfortati sunt q̄ psecuti sunt me: inimici mei iniuste: q̄ nō rapui tūc exoluebam. Mat. xxvij. Lu. xxiij mar. xv.

¶ Ipsi iudei qui oderunt me gratis sine demeritis meis multiplicati sunt contra me super capillos capitis mei: quia plures fuerunt persecutores quam capilli capitis mei: et isti fuerunt populares decepti a sacerdotibus: et oēs isti tam pharisei quam populares qui persecuti sunt me iniuste sine causa et demeritis meis: confortati ⁊ multiplicati et fortificati sunt contra me falsa crimina imponendo. Que non rapui. Hic probat q̄ iniuste passus est. Nam nullus punitur iuste nisi ex proprijs demeritis: sed christus nunq̄ demeruit: nec peccauit: sed passus est pro peccato primi parentis et pro peccatis nostris preteritis et futuris. Nam adam rapuit fructū a ligno vetito: sed christus passus est vt nos liberaret: et ideo ait quod non rapui tunc scilicet in cruce exoluebam pro oībus supple. A ¶ Sed est aduertendum quod duplicem rapinam commisit adam. Nam pmo rapuit fructum prohibitum. Secundo voluit rapere diuinitatem volendo se esse similem deo et ideo perdidit felicitatem vt inquit Augustinus et ideo deus factus est homo vt hominem redimeret. Sȝ est aduertenduȝ quod passio christi vno modo potest dici iusta. alio modo iniusta. dicitur enim iniusta ratione actorum quia mala voluntate iudeorum perpetrata fuit sine causa et demerito christi. Ideo dicit qui oderunt me gratis et iniuste. Secundo dicitur iniusta ratione persone christi: quia talem mortem non merebatur: cum esset iustus. ideo ait. quod non rapui tunc exoluebam patiendo penam latronis cum non essetȝ latro. Sed

Adā cōmisit duplicē rapinam.

illa passio fuit iustissima ratione delicti primi parentis quod talem punitionē merebatur sed quia christus voluit effici caput fidelium et pati ꝓ mēbris vt nos omnes liberaret tunc ratione nostri illa passio fuit iustissima: et modus redimendi debitus et congruus vt inquit Aug. xi. de tri. c. xiij. Et ideo in illa passione nostra iusticia facta est: et nos ibi fuimus iustificati et nostrum debitum ꝑsolutum: quia penas quas nos pendere et persoluere tenebamur de iure persoluit christus pro nobis: licet hoc fuerit factum mala voluntate iudeorum. Ideo subdit christus.

De pe. dist. v. c. cōsideret §. fieret.

Deus tu scis insipiētiā meā: et delicta mea a te nō sunt abscōdita.

¶ In trāslatione Hieronymi dicitur. Tu scis stulticiam meam. et peccata mea a te non sunt abscōdita que quidem littera dupliciter potest intelligi. vno modo yronice et ꝑ antifrasim vt: filius dicat O pater tu scis insipientiam meam: quia nulla est: delicta mea que nunquam feci. q. d. tu scis ꝙ nunquā peccaui. Alio modo hoc potest intelligi assertiue retorquendo stulticiam et peccatum in Adam qui putauit rapere diuinitatem: et perdidit felicitatem vt inquit Augustinus. Sed hoc potest adhuc dupliciter intelligi. Uno modo prout christus peccata ipsius adam et nostra dicit esse sua non quo ad culpam: sed quo ad penam: et hoc tanꝙ aduocatus et procurator: et fideiussor: et pastor: et dominus: et spōsus: et caput sicut dictum est psalmo decimoseptimo ꝛ vigesimo pmo. Alio modo ista locutio potest itelligi per metonomiā inquantum effectus nominatur nomine cause. Sicut dicitur primo de anima qd' ira est accensus sanguinis circa cor. et in secundo eiusdem quod gustus est quidam tactus. id est fit ex quodam tactu et cetera. Que quidem locutiones et predicationes dicuntur causales que frequenter fiunt in sacra scriptura. Ita ergo christus omnes penalitates quas pro nobis assumpsit: et penas quas pro peccatis nostris pertulit appellat peccata inquantum fuerūt causata in eo ex peccatis nostris Et sic famem et sitim et flagella et crucem et mortem suam: quam pro stulticia et peccato Ade: et omniū nostrum sustinuit dicit peccata sua nomine cause: ita etiam per oppositū causa nominat nomine effectus in scriptura Et sic Paulus cōcupiscentiam appellat peccatum ad Romanos. vij. cum dicit. Non operor ego: sed quod habitat in me peccatum: eo ꝙ illa concupiscentia ꝛ lex membrorum efficit peccatum per consensum quia ipsa non est peccatum formaliter: sed efficienter ipsum efficit peccatum in anima. vt ait beat' Jacobus. c. i. ꝙ vnusquisqꝫ tentat a concupiscentia sua distractus ꝛ illectus. concupiscentia autē cū conceperit parit peccatū. pctm̄ aūt cū cōsummatū fuerit generat mortē. Et sic pctm̄ etiā ē: mors inqꝫtū efficit mortē. Ita etiā sacra scriptura per eandem rationem ꝛ modū nō solū penalitates ꝛ penas xp̄i appellat pctā: sed etiā ip̄m xp̄m dicit factū pctm̄ ij. ad Cor. v. Unde ait apostolus ꝙ deus pater cū i. xp̄m qui nō nouerat peccatū pro nobis peccatū

Nota.

no. quomodo se pecausa appellatur noie effectus vt concupiscētia pctm̄.

fecit. ¶ Ad cuius intellectū est aduertendū ꝙ quādo suspēditur latro aut punitur aliquis reus nō intendit lex naturam hominis delere: sed furtum aut quodlibet crimē in eo: et ideo furtū aut crimē est illud qd' suspenditur in illo: et sic illa punitio ꝛ suspensio dicitur peccatum inquantū est effectus peccati et criminis commissi. Cum ergo christus fuit crucifixus ꝛ punit' pro peccatis nostris: ideo scelera et peccata nostra fuerunt in illo crucifixa ꝛ punita: sicut ait apostolus ad Romanos sexto. ꝙ in christo vetus homo crucifixus est: et omnes fuim' crucifixi et cōsepulti in eo et ad Collo. scđo dicit ꝙ cyrographū qd' contra nos erat fuit affixū cruci cū eo. Item Esa. liij. dicitur ꝙ deus posuit in eo iniquitates omniū nostrum: et languores nostros ipse tulit ꝛc. quasi dicat: ꝙ in eo crucifixit iniquitates et peccata ꝛ per cōsequēs illa crucifixio effectiue potest dici peccatum nostrū: idest sacrificium pro peccato nostro: et hoc per figurā que dicitur metonomia. Ita ergo est intelligendū quando apostolus dicit ꝙ pater fecit christū filiuz suū peccatū: idest crucifixuz ꝛ punitū ꝛ passum ꝓ peccato: inquantū i eo crucifixit ꝛ puniuit pctm̄ nr̄m Item fecit ipsum peccatū: idest mortalē ꝛ passibilem pro peccato: inquantuz mors ꝛ passio ꝛ pena eius fuit effectus nostri peccati. Item deus pater fecit christū ꝓ nobis peccatū: idest sacrificiū ꝓ nostro peccato inquantū fuit factus sacrificiū. et oblatio pro nostro pctō sicut dictū est psal. xxxix. Et sic etiā dicitur Osee. iiij. ꝙ sacerdotes comedebāt peccata populi: idest sacrificia ꝛ oblationes que fiebant pro peccatis populi. Et sic xp̄s in hoc loco ꝛ psalmo peccata nostra dicit sua non quo ad culpam sed quo ad penam: inquantū sua mors et passio fuit effectus causatus ex peccatis nostris in ipso. Et ideo ait. O pater tu scis insipientiam meam: idest penam quā patior ꝓpter insipientiā ipsorum primorū parentū. Et peccata mea: idest penalitates quas assumpsi: et pene quas patior a te non sunt abscondite: quia non patior pro me sed pro peccatis filiorū adam: qui rapuit fructuz prohibitum. Et ideo qd' non rapui in adam: tunc exoluebam in cruce: qꝛ obtuli me in sacrificiū pro peccato ipsius adam et omniū filiorum suorum.

Bona inductio.

Nota.

pater fecit filiuz suū pctm̄

Non erubescant in me qui expectant te domine: domine virtutū.
Non confundātur super me: qui querunt te deus israel.

De cse. dist. iiij. c. ocs. ꝛ. c. queris a me. ꝛ xxiiij. q. i. c. vbi. et ad Ro. x.

¶ In hac secunda parte petit christus fructum sue passionis: scilicet per suam passionē membra sua liberari. Nam sicut per suam resurrectionem nos glorificauit: ita per passionē nos a morte perpetua et captiuitate liberauit. Ideo prius petit captiuos redimi per passionē dicens. O pater deus israel possꝫ tu scis: et a te non est absconditum ꝙ ego patior pro insipientia et delictis membrorum meorum: ergo fac vt illi sancti patres qui expectant in limbo nō erubescāt: nec frustrentur desiderio suo: sed da mihi facultatē vt inde possim eos liberare: quia ꝑ magna tēpora expectauerūt

messiam in lege promissum: et meam mortem et passionem per quam expectant liberari. Item fac etiam vt pphete non erubescant: nec menda ces inueniantur: qui per meam passionem genus humanum redimi predixerunt: ergo imple quod per os pmisisti. Aliter erubescant et cōfundant. Item omnes viui. qui querunt te: et desiderant per uenire ad te per me et volunt salui fieri: nō confun dantur in me. Nam ego pmisi omnibus creden tibus vitam eternam: et per passionem liberari: ergo fac vt mea passio sit eis fructuosa: ne cō fun dantur aut decipiātur et defraudētur in fide sua postq̄ ego feci debitum meū et fui tibi obediēs vsq̄ ad mortem crucis: et impleui omnia dicta prophetarū ergo iuste debeo predam recupera re postq̄ eos iustificaui: et pro eis solui: et puni tio in me facta est. Et hoc probo.

De cōse. dist.ij. c. iteratur

Quoniam propter te sustinui opprobriū operuit confusio faciem meam.

¶ Propter te. idest vt tibi satisfacerem pro eis: et vt tibi obedirem et nomen tuum et veritatem de fenderem sustinui opprobrium. Nam iudei voca bant me voracem et demoniacum: et samaritanū. Ideo cōfusio operuit faciem meam: cum ministri pylati velarunt faciem meam et cedentes caput meum dicebāt prophetiza nobis christe. quis est qui te percussit &c.

abijt. Iob. ij. c Ro. xv. a

Extraneus factus sū fratrib⁹ meis et peregrinus filijs matris mee.

Quoniam zelus domus tue come dit me: et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

¶ Extraneus factus et reputatus sum fratribus meis iudeis de tribu iuda: et peregrinus filijs sy nagoge matris mee: scilicet sacerdotibus et scri bis et phariseis: quia non tanq̄ messiam me rece perunt sed tanq̄ peregrinum et extraneum et ma lefactorem flagellauerunt et crucifixerūt. Et hoc fecerunt: quoniam zelus domus tue comedit me. Nam quia eieceram ementes et vendentes de tē plo zelans honorem domus dei: et quia predica bam contra eorum auariciam. B ¶ Ideo

Nota.

¶ Idest qꝛ diu viuūt: et si aliquādo habēt aliquā aduersitatē aut plagā: tñ nō ē firmamētū nec duratio in plaga eorꝫ: qꝛ cito liberātur a quacūqꝫ aduersitate. Vñ rō quare diuites diu viuūt est: qꝛ nō se exponūt tot ꝑiculis sicut paupes ꝓpter necessitatē ad querendū victū ꝛ vestitū. Et hñt modū custodiendi se a periculis ꝛ seruandi ꝛ preseruandi. Et causa quare nō est firmamētum: et duratio in plaga ꝛ infirmitate seu aduersitate eorꝫ est: qꝛ hñt diuitias et bona tꝑalia cū quibꝰ possunt remediū adhibere ꝛ liberari: qd minime obtinent paupes. Et sic ex necessitate se exponūt multis periculis. Vñ multipliciter mors pauperū ꝓperat ꝛ acceleratur ꝛ cū difficultate: et raro a plaga ꝛ infirmitate liberat̄: ꝛ sic est firmamentū ꝛ duratio in plaga pauperū. per oppositū aūt diuites mali.

In labore hominū non sunt: et cum hoibus non flagellabuntur.

De pe. d. j. serpēs

¶ Quia nō sunt in cōmuni labore hominū. Et sō nō flagellabunt̄ ita frequēter cū hoibus: imo videntur excepti et exempti a cōmuni vita ꝛ labore et miseria: et aduersitate hominum.

Ideo tenuit eos supbia: operti sunt iniquitate et impietate sua.

xxiij. qd. j. paratꝰ in fine.

Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectū cordis.

¶ Hec est causa quare tenuit eos superbia: qꝛ putant nō habere deū supra se: ꝛ sic ex tali supbia operti et repleti ꝛ vallati sunt iniquitate ꝛ iniustitia: ꝛ impietate cōtra pauperes ꝛ iustos eos vexando et affligendo et expoliādo: que quidē superbia et iniquitas prodijt et emanauit ex diuitijs ꝛ ꝓsperitate longa. quasi dicat. ex adipe et pinguedine. Nam sicut magna pinguedo: et quies: et ocium ꝓuocat equum ad superbiā et petulantiā ꝛ lasciuiam. Ita diuitie et longa prosperitas prouocāt hoiem ad superbiā et contēptum dei et aliorum: et sic superbia et iniquitas istorū diuitū malorꝫ prodijt in eis ex lōga prosperitate et abundātia. Et ideo transierunt ꝛ processerunt in affectuꝫ cordis: quia quicquid desiderarūt obtinuerunt: et qᷓcquid voluerunt facere fecerunt ꝛ ad effectuꝫ deduxerunt contra pauperes et iustos ꝛ simplices ꝛ cōpleuerunt et expleuerūt desideria sua in voluptatibus et flagitijs et sceleribus ꝛc. Et sic etiam ex continno ocio.

Cogitauerūt ꝛ locuti sunt neqtiam: iniquitatē in excelso locuti sunt.

xj. dist. c. in tñ.

Posuerunt in celum os suum: et lingua eorꝫ trāsiuit in terra.

¶ Cogitauerunt ꝛ locuti sunt oēm nequitiā cōtra deū et proximū. Et locuti sunt iniqtatē in deo excelso dicentes ꝙ deus nō est. Aut si est: non curat ista inferiora: nec pōt eis resistere: nec liberare iustos et pauperes de manibus suis: sicut dicebat pharao et sennacherib: et nabuchodonosor: ꝛ Iulianus apostata: et diocletianus. ꝛ isti blasphemi posuerunt os suū in celū contra deum. Et lingua eorū transiuit et durauit in hac terra per aliqd tēpus sine punitiōe. Nota ꝙ multipliciter tyranni loquūtur in celū: et lingua eorꝫ trāsit in terra. Primo qꝛ penetrāt̄ celū blasphemādo sicut sennacherib qui dicebat deū israel nō posse liberare Ezechiā de manu sua. iiij. Regū. xviij. et Julianꝰ apostata qui vocabat iesum deridendo galileum. Secundo qñ lingua eorū trāsit metas rōnis. Tertio

q̄ñ trāsit per longa tp̄a sine punitiōe. Quarto trāsit lingua eorū in terra: q̄ñ oīa mala que p̄cipiunt adimplent per satellites suos: tūc hec est cā q̄re pauperes ⁊ simplices videntes istos iniquos tot sceleribus impune trāsire titubāt et titubarūt de diuina ꝓuidētia ⁊ iusticia. Et sic sequit.

xxviij.q. j.c.sepe. in glos.

Ideo cōuertetur populus meus hic et dies pleni inuenientur in eis.

¶ Ideo.i. ꝓpter ista supradicta ppl's meus.i. gentes simplices ⁊ populares. ppl'i mei: siue populares mei ⁊ pauperes ꝯuertent.i. ꝯuersi ad se: in se dubitabūt ⁊ titubabūt ⁊ hesitabūt hic.i. ī isto passu cogitādo supradicta: ⁊ dies pleni.i. dies multi inuenient in eis in tali cogitatiōe. q.d. ꝑ dies plenos et multos ⁊ ꝑ totā diē cogitabūt inquirendo hmōi mysteriū ⁊ querendo de hoc dubio. Un̄ q̄ñ quis videt talia scelera impunita d₃ cōuerti in se et nō vltra ire: sed scādalizari ⁊ ibi cogitationē figere per totam diem. Ideo sequitur.

vj.q.j.si omnia.

Et dixerūt quomodo scit deus: et si est scientia in excelso.

¶ In tali cogitatiōe dixerūt isti simplices populares.i. dubitauerunt inter se: si scit et curat ista. ⁊ si.i. vtrū sit scia ⁊ ꝓuidētia in deo excelso de istis inferioribus ⁊ de actibus hūanis. vn̄ dubitando dixerūt: q̄mō scit deus ista cū ista trāseant ipunita q̄si dicat dubiū est an sciat deus: ⁊ an sit scia istoꝝ in deo excelso. Nā si sciret nō ꝑmitteret. Et sic q̄si desperati dubitauerūt an ista fierēt a casu ⁊ fortuna: et hoc ꝓbāt simul de ꝓsperitate maloꝝ et aduersitate bonoꝝ. Et ideo dicebāt isti simplices iusti dubitātes. Nō est mirū si dubitamus an deus sciat et curet ista et an sit scientia et prouidentia de istis in excelso.

xxiij.q.j. ca.paratus.

Ecce ipsi peccatores ⁊ abūdātes ī seculo obtinuerunt diuitias.

¶ Q.d. ecce ipsi pctōres ⁊ scelerati abundātes in h' seculo obtinuerunt diuitias. et bona temporalia et dignitates ⁊c. Et nos per oppositum continue sumus in afflictione et paupertate et aduersitate et persecutione.

supra. xxv.b.

Et dixi ergo sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocētes manus meas.

¶ Dicit vnusquisq₃ iustus: ergo sine cā et frustra ⁊ sine p̄mio iustificaui cor meū diuina precepta seruando et opera misericordie adimplendo ⁊ laui manus meas inter innocētes ab omni rapina et mala operatione prohibendo. Nam ille iustificatur qui non proponit malu₃ agere: et ille lauat manus inter innocentes qui prohibet eas a mala operatione. Et licet aliquando proponat: tamen non progreditur in effectum: et sic se seruat innocentem in opere.

vij.q.j.c. ꝑcussio.

Et fui flagellatus tota die: ⁊ castigatio mea in matutinis.

¶ Frustra ē et sine cā fui flagellatus tota die.i. toto tp̄e vite mee flagella ⁊ aduersitates patiēter sustuli: ⁊ castigatio et flagellatio mea fuit in matutinis.i. ī auroꝛā surgēdo ad orōnē ⁊ pn̄iam ⁊c. q.d. si oīa ista frustra feci ⁊ sine premio: ergo melius fuisset mihi cōmittere oīa scelera ⁊ vitā duxisse in flagitijs ⁊ voluptatib⁹: et euenissent mihi oīa ꝓspera sicut ipsis sceleratis. B ¶ Et nota ꝙ castigatio iustoꝝ d₃ matutina.i. velox. Nā q̄ñ iusti delinquūt ī aliquo cito et velociter castigat eos de⁹. Per oppositū castigatio sceleratoꝝ est cōiter vespertina. ⁊ sera et tarda: q: deus non castigat eos vsq₃ ad mortē: q: moriūtur quo ad corpus et aīa₃ ad penā eternā. Un̄ tales mala capiūt in interitu vt patebit psal.cxxxix. Un̄ dicit Amb' ꝙ illico si q̄s post pctm̄ flagellat: hoc cedit sibi in bonū. Nā signū est ꝙ deus nō seruat sibi punitionē post mortem. Per oppositū malū signū est q̄ñ scelerati nō flagellant in hac vita: q: signū est qđ deus seruat penā in aliā. Iđ ait Augu hic vre dn̄e: hic seca vt in eternū parcas. Et nota qđ iste discursus hesitationis de diuina ꝓuidentia maxime fuit in primitiua eccl'ia. Nā multi simplices xp̄iani videntes duram et atrocē persecutionē tp̄e decij ⁊ diocletiani inceperūt dubitare de fide catholica: et ore negabāt xp̄m: l₃ nō corde: inter q̄s marcellinus papa adoleuit idolis incensum: licꝫ postea fuerit correptus et recōciliatus. Et sic multi fugiebāt per montes ⁊ speluncas: vt sepe dictū est. Et ideo ecclesia in persona infirmoꝝ dicit ista verba scꝫ pene moti sunt pedes mei.i. fides mea q̄ est fundamentum: et pes quo gradior in hac vita ⁊c. Unde sicut cogitatio siue affectio que sunt pedes aīe dicūtur moueri a medio virtutis moralis cum effunditur et egreditur extra metas rationis. Et ita d₃ viciosus homo: ita pariter cum quis egreditur ad credendū et eligendū et sequendū: ea que sunt extra limites fidei: et cōtra fidem ex timore aut sponte tunc dicitur infidelis siue hereticus. Ideo iste homo et christianus infirmus deceptus ex supradictis dicit: mei pedes pene moti sunt: ⁊ gressus mei pene effusi: et egressi sunt extra limites fidei supple dubitando an deus curaret actus humanos. et an esset iustus talia tolerando. Ex quo patet ꝙ dubitare et titubare est quasi a fide et eius limitibus moueri et effundi.

castigatio iustorū dicit matutina.

Nota.

d.xlix.sacerdotes in glo.

Si dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.

¶ In hac scđa parte reuocat falsam opinionē seu dubitationē quā habuit dubitādo de diuina prouidentia et iustitia. Un̄ nota ꝙ supradicta simul fuit q̄stio ⁊ dubitatio. Nā questio fuit quare deus permittit prauos ꝓsperari ⁊ iustos flagellari ⁊ a malis cōculcari. Sed ex hac questione siue ignorātia huius questiōis seq̄tur dubitatio: an deus curet et regat actus humanos: nā si regit eos videtur iniustus talia tolerādo: q: si est iustus nullum bonū debet relinq̄re irremuneratū: et nullū malū impunitū. Iđ in hac scđa pte soluit dubitationes ostendēdo deū curare: ⁊ regere actus humanos: et ꝙ l₃ toleret ista ad tp̄s: tn̄ finaliter relinq̄t nullu₃ malū impunitū: nec bonū irremuneratum. ex quo

Dubitatio notāda.

patet quod est iustus iudex et sic reuocat falsam opinionem: quam ignorando et etiam cum zelo et ira tenuit dicendo supradicta. Unde iste non affirmatiue tenuit istam falsam opinionem: tamen dubitauit et pene adhesit illi motus a limitibus fidei. Ideo dicit quasi correctus si dicebam: narrabo sic. ecce nati. Litera Hieronymi habet. Si narrauero sic ecce nationem filiorum tuorum reliqui: et sic litera est plana. Dicit ergo translatio nostra si dicebam: id est si sic dicendo narrauero seriose et affirmauero. i. si sic affirmarem vt dictum supra est approbando et laudando vitam et prosperitatem malorum sicut supra dixi ex passione et infirmitate deceptus. Ecce id est manifeste patet quod reprobaui et reprobarem nationem filiorum tuorum: scilicet Abel et Noe et Abraam Isaac et Jacob et Job et omnium apostolorum et martyrum et iustorum noui testa. qui semper fuerunt flagellati et vexati a malis tyrannis. Nam deus quos amat corrigit et flagellat. Prouer. xv. Et patet per totum discursum sacre scripture quasi dicat si esset vera ista opinio: omnes viri iusti veteris et noui testamenti essent reprobati et decepti qui semper passi sunt patienter flagella et persecutiones propter deum. Sed hoc nemo potest scire ex humana inuestigatione nisi reuoluat et perscrutetur sacram scripturam et ibi videbit solutionem huius questionis. s. qualiter deus est iustus iudex: et nullum malum relinquit impunitum. Ideo sequitur et subdit.

vi. q. j. si omnia. **Existimabam vt cognoscerem: hoc labor est ante me.**

¶ Existimabam vt cognoscerem ista per humanam inuestigationem: sed hoc labor est ante me. i. valde laboriosum: quia nunquam potui videre veritatem donec adhibui studium sacre scripture. Ideo dicit.

xxix. d. c. sciendum. et. ca. sequenti. **Donec intrem in sanctuarium dei: et intelligam in nouissimis eorum.**

¶ Sanctuarium dei. i. in sacram scripturam que dicitur sacrarium et sanctuarium dei in quo reconduntur omnia sacra gesta sanctorum patrum: in quibus latent sacramenta christi et ecclesie. Et ideo sacra scriptura dicitur sanctuarium dei: quia ibi literaliter scribuntur gesta et dicta sanctorum patriarcharum et prophetarum et virorum iustorum: sed mystice figurantur omnia mysteria christi et ecclesie. Et intelligam in nouissimis eorum. Unde nota quod dauid sicut iste homo infirmus antequam videret et contemplaretur scripturam: ex ignorantia dubitauit et zelauit zelo ire et inuidie super iniquos. Sed postquam ingressus est sanctuarium scripture ibi intellexit in nouissimis illorum malorum. Nam ibi vidit et legit qualiter omnes tyranni et iniqui licet ad tempus fuerunt prosperati: tamen miserabiliter dies finierunt et vitam. Tunc cognouit nullum impium impunitum abire: et sic cognouit deum mundum regere ex sapienti prudentia et iusticia. Et ideo dicit non intellexi donec introiui in sanctuarium dei: id est secretum sacre scripture et intellexi istam materiam in nouissimis et in finibus eorum prauorum quasi dicat ibi vidi malum finem et exitum malorum: scilicet qualiter male finierunt omnes persecutores iustorum. scriptura dicitur dei sanctuarium.

Puta chaim: pharao: zeb: zebee: Salmana: Nero: Domitianus et ceteri: quasi dicat quod postquam inuestigatione humana ista non potui reperire: conuerti me ad studium sacre scripture: et reperi veritatem huius questionis per puniciones malorum et premia iustorum. Ideo sequitur.

Uerumtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur. De pe. di. iij. s. quamquam. c. quod ergo

¶ Id est ego noui in sanctuario sacre scripture quomodo propter dolos et iniquitates istorum prauorum posuisti eis finem felicitatis sue et prosperitatis: delendo eos a facie terre: quia non permisisti eos in perpetuum prosperari: immo deiecisti eos a prosperitate: dum alleuarentur et exaltarentur et etiam permisisti eos prosperari propter dolos vt deciperentur in prosperitate: quia dum fuerunt in culmine prosperitatis: tunc deiecisti eos ad terram. Et sic prosperitas eorum fuit eis in dolum et scandalum et perniciem et in causam interitus et damnationis. Nam vt ait Plato et Augustinus. Diuitie mundane et dignitates sunt bonis bone et salubres: et malis male et perniciose. Nam boni bene vtendo adipiscuntur gloriam et felicitatem per eas. Et mali male vtendo propter eas pereunt hic et in futuro: vt ait Juuenalis. Ideo sequitur.

Quomodo facti sunt in desolationem: subito defecerunt perierunt propter iniquitatem suam. xxiij. q. v. parat.

¶ Sicut aman et Seyanus: et Nero: quia subito defecerunt et ceciderunt a dignitate et diuitiis. Et perierunt corporaliter et eternaliter propter iniquitatem suam defecerunt dico sicut somnium Nam vita et prosperitas mundi est sicut somnium cito euanescens et annihilabilis. Nam sicut quis somniat quod est rex et diues: sed quando excitatur a somno nihil reperit et visa est ei illa felicitas et leticia breuis et deceptoria: ita homo licet per longam vitam vixerit in prosperitate tamen in morte videtur sibi suam vitam et prosperitatem fuisse breuissimam et quasi somnium et vmbram: et non veram felicitatem: sed quasi imaginem felicitatis. Ideo ait.

Uelut somnium surgentium: domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. De pe. di. iij. quod ergo turbamur.

¶ O tu domine rediges imaginem eorum. i. prosperitatem eorum: que fuit quasi quedam ymago prosperitatis rediges ad nihilum a ciuitate et regno tuo: quia nunquam intrabunt in ciuitatem celestem rediges dico sicut somnium surgentium: id est eorum qui surgunt a somno. vel potest sic ordinari. Isti praui subito defecerunt et perierunt a ciuitate tua sicut somnium surgentium deficit et annihilatur: et sic ymaginem eorum ad nihilum rediges: id est prosperitatem fallacem: et etiam potest hoc literaliter referri ad plures qui in hac vita fuerunt in tanta dignitate: quia ymagines eorum erigebantur in plateis et in foro. ¶ Sed fuerunt turpiter eiecti a dignitatibus et interfecti. Ideo postea.

imagines eorū fuerāt cōminute et ad nihilū reda cte: vt dicit Juuenalis. de seyano: et etiā de nero ne et domitiano. Nā imago seyani trahebat p ci uitatē: vsqȝ quo fuit lacerata. Nā ista erat cōsuetu do tyrānorū: qui dū erant in prosperitate faciebāt fieri sibi imagines ex ere et metallo: et poni in fo ro et locis publicis ad perpetuā memoriā eorū: vt sic venerarētur in absentia sicut in p̄sentia. Sȝ qn deijciebātur a statu et dignitate aut interficiebā tur: tunc etiā imagines eorū cōterebātur: sicut fa ctū est de seiano qui erat neroni dilectus intimꝰ qꝫ erat scd̄s post eū: sed tandē venit in irā neronis et fecit ipm interfici: et ad ripā tiberis iactari: vbi ini mici eum calcabāt dicentes. calcemus cesaris ho stem. Et trahebant imaginē eius per terrā: et cōmi nuerunt eam. Unde ad hunc intellectū forsan di cit. Et imaginem eorum ad nihilū rediges ꝛc.

imagines tyrānorū.

Quia inflāmatum est cor meū: et re nes mei commutati sunt: et ego ad nihilum redactus sum et nesciui.

xxxvij. d. c. reatū

¶ Hic dauid in persona cuiuslibet iusti cōfitetur errorē suū et ignorantiā et impossibilitatē ad sol uendam istā questionē: in qua tria facit. Naȝ p̄mo facit qđ dictū est. Scd̄o agit gratias: qꝛ nō mansit in illo errore. Tertio dat salubre consiliū et doctri nam. scd̄a ibi. Et ego semꝑ tecuȝ. tertia ibi. Quid enim mihi est. ¶ Quantū aūt ad primū iam dictū est qꝫ duo sunt p̄siderāda in p̄dicta questione. Pri mo ipa questio siue dubiū in se: sȝ quare deus p mittit malos prosperari: et iustos deprimi et affli gi. Secūdo cōsiderādus est error quē ignorātes et fragiles inferebant ex supradicto dubio: sȝ qꝫ vel deus nō curabat nec gubernabat actus hūanos vel ipse erat iniustus talia tolerando: sed iā hunc errorem remouit dauid in particula p̄cedēte ostē dendo qꝫ deus gubernat actus humanos et semꝑ in supradictis manet iustus iudex: quia licet per mittat malos ad tempus prosperari: tamē finali ter punit eos et annihilat eorum prosperitatem: et deijcit eos dum eleuātur et exaltātur ꝛc. Et sic pec catum eorum non abijt impunitum. Sed quid di cendum de questione in se: sȝ quare deus ista per mittit ad tēpus fieri: quia interim patitur iustus. Ad hoc dicit dauid qꝫ licet ipse inflāmatus deside rio sciendi: vel zelo et inuidia prosperitatis malo rum per longa tempora inuestigauerit solutionē huius questionis in tantū qꝫ cogitationes eius fue runt cōmutate ad supradictū errorē hesitādo et du bitando de diuina prouidentia et iustitia. Tamen finaliter nunqꝫ potuit peruenire ad eius solutio nem: immo tanqꝫ iumentuȝ factus est ignorans: et quasi ad nihilū redacta est scientia sua in hac per scrutatione: eo qꝫ ista questio est insolubilis et inue stigabilis per scientiā humanā. Unde in tantū fa ctus fuit ignorans: et quasi iumentum et bestia in hac inuestigatione qꝫ incidit in errorem et du biū de diuina iustitia et p̄uidētia. ideo dicit Aug. qꝫ qui querit solutionē huiꝰ questiōis et cām: videt querere cām diuine volūtatis: cuiꝰ nulla est cā: cū ipsa volūtas diuina sit causa oīm. Ideo ait qꝫ de hu iusmodi archanis diuinis melior est fidelis igno

Quare deꝰ p̄mittit malos p̄sperari.

rantia qꝫ temeraria scia. Nam multi volentes in quirere de hoc profundo versi sunt in profundum multorum errorum sicut fecerat iste afflictus fra gilis. Et hoc est qđ intendit dicere dauid dicens. Ecce cor meū inflammatū est inuestigando hanc questionē: et etiam cor meum: idest affectus et sen sualitas inflāmata est ardescēs zelo ire et inuidie vidēdo p̄speritatē malorū et renes mei. i. cogita tiones mee interiores cōmutate sunt ad inciden dum in supradictum errorem dubitādo de diuina prouidētia et iustitia. ideo ad nihilū redactus suȝ et nesciui: idest tota sciētia mea et labor studij mei ad nihilū redactus est: et nesciui soluere supradi ctam questionē: immo vt iumentū et bestia igno rans factus sum apud te: volēdo q̄rere causam tue voluntatis. Unde nota qꝫ renes quādoqȝ sumunt pro interiori cogitatione in scriptura: vt ibi. scru tans corda et renes deus. Unde littera Hiero. hȝ: quia contractum est cor meum: et lumbi mei velut ignis fumigans: et ego insipiens et nesciui.

Ut iumentū factus sum apud te: et ego semper tecum.

xxxiij. di. ca. se dulo. et c nullꝰ. et xl. dist. c. multi.

Tenuisti manum dexteram meam et in volūtate tua deduxisti me et cū gloria mea suscepisti me.

¶ Quasi dicat. nam ista proueniūt ex profundita te et altitudine diuitiarum sapie et scie tue: cuius iudicia et vie sunt inuestigabiles. Ideo quilibet in tellectus hūanus volēs ista inuestigare est q̄si iu mentū et bestia apđ te nō valēs ista inuestigare: imo incidet in diuersos et nephandos errores. Ex quibꝰ p̄tȝ qꝫ meliꝰ est talia fideli ignorare: et alti tudinem diue sapiētie dimittere et relinquere: et cū timore et tremore deum magnificare: qꝫ temere velle inuestigare. Et hec videtur intētio ipsius da uid: licȝ aliter alij exponant hunc passum. Et ego semper tecum. ¶ Hic incipit versiculus et sn̄ia in hebreo et translatiōe hiero. vbi dauid in persona iusti agit gratias: qꝫ licȝ aliquādo ex dolore et affli ctione hesitauerit: quia ira ip̄edit animuȝ: ne pos sit cernere verum: tamē deus nō permisit ipsum p manere in illo errore: immo cognouit ignorātiam suam: et talia prouenire ex illis occultissimis et ar chanis iudicijs sapientie diuine. Nam deus sem per tenuit manum dexterā eius. ¶ Ad cuius intel lectum est notādum qꝫ sicut sensualitas et caro di citur sinistra hominis: eo qꝫ semper īpellit homi nem ad partē deteriorē. Ita ratio dicitur dextera eo qꝫ impellit hominē ad partem meliorē et iustaȝ et ad obediendū deo et preceptis eius. Ideo licȝ dauid et aliquis iustus aliquādo fuerit impulsus a sinistra: idest a sua sensualitate ad dubitādum de diuina iustitia: tamen deus semper tenuit ma num dexteram: idest partem rationaleȝ ipsius ne maneret in tali errore: imo s̄m voluntatem delibe ratiuā et fidelē intelligentiā cōformatus fuit di uine voluntati: tribuēdo talia occultissimo et iustis simo dei iudicio. Ex quo patet qꝫ in tali titubatio ne deus nunqꝫ dimisit illuȝ: imo semper fuit secuȝ quo ad partem rationalē. Ideo dicit gratias tibi

Rō dicitur dextera. ca ro vero sinistra.

ago supple: quia ego semper fui tecum: et non fui separatus a te per fidem in tali meditatione: immo semper tenuisti dexterā manum meam: idest partem rationalem: et voluntatē deliberatiuam in qua parte rationali consistit vera fides: et spes et charitas: et sic tenuisti dexterā meam per fidē in presenti cum qua fide et spe toleraui patienter persecutiones et afflictiones tēporales. Ideo cum gloria suscepisti me post hanc vitam in premium laborū et persecutionū. Unde dextera in scriptura non solum ponitur pro parte rationabili: sed etiam pro recta voluntate et operatione. Et ideo dicit. tenuisti manum dexterā meam: idest rectam et piam intelligentiā: et fidelem ad credendū: et rectam voluntatem ad bona operandū ne caderem in hereses aut blasphemias. Et deduxisti me in tua voluntate: idest per regulā mandatorum: et sic cū gloria et victoria suscepisti me. q. d. tu tenuisti intelligentiā meā ne caderem in errores cōtra fidem: et tenuisti voluntatē meā ne cōmitterem opa illicita et nephanda contra tua precepta. Et sic semper fui tecum: te tenēte dexteram meam &c.

dextera id est recta volūtas

Quid enim mihi est i celo: et a te quid volui super terram.

Defecit caro mea et cor meū: de⁹ cordis mei et pars mea de⁹ in eternum.

De cōse. di. iiij. c. ecclia. et de cons. di. v. ieiunium.

¶ Hic dat salubrē doctrinā et cōsiliū oibus fidelibus super hanc questionē. Unde dicit qꝫ si nos videmus qꝫ deus semp punit malos: et agētes ɔtra legem diuinā: et dat premiū bonis et iustis: ergo vanum et inane est terere tēpus inuestigando de supradicta questione nisi declinare a malo: et facere bonū. Et ista est salubris doctrina et cōsilium bonum. Dicit ergo quid est mihi in celo amplius querēdū nisi gloriā quā das iustis. Et qd amplius volui a te sup terrā: nisi gratiā sup. ad bene opandum: quā das adherentib⁹ tibi: et inuocātibus te: ergo vanū est aliud querere: et tēpus in curiositatibus terere: qr in talibus curiositatib⁹ deficit cor meū et caro mea. i. sensualitas mea inquirēdo et inuestigādo. i. dimissis illis tu es de⁹ cordis et desiderij mei: et tu deus es pars hereditaria. i. hereditas mea in eternū. Et ideo aliud nolo querere: nec inuestigare. Et in hoc premio etiam deficit. id est terminauit desideriū et cor meū et caro mea. Jō nil aliud volo. Et declarat seipsum dicēs.

Quia ecce qui elongant se a te peribunt: perdidisti omnes qui fornicātur abs te.

xj. q. j. c. beat⁹. et xxxiij. q iij. si habes.

Mihi autem adherere deo bonum est ponere in dño deo spem meam.

Ut annunciem omnes predicatiões tuas in portis filie syon.

De pe. di. j. ois.

¶ Quia ecce. i. manifeste videt qꝫ oēs qui elōgant se a te trāsgrediendo precepta: peribūt in inferno et tu perdidisti in damnationem perpetuam oēs qui fornicantur abs te. i. qui a te recedēdo fornicantur cum dyabolo eius suggestiones sequēdo et operando. Ex quo patet qꝫ bonū et melius est mihi adherere deo et ponere spem meā in eo qꝫ sequi diabolū et elongari a deo: vt possim annūciare omnes laudationes et opera tua in portis ecclesie: q̄ dicit filia syon: vt frequēter dictū est. Et ēt aures fidelium dicuntur porte quibus audiūtur laudes dei &c. ¶ Ex his patet qꝫ dd in hoc psal. cōiungit finem cū principio. Nā ibi dixit: qꝫ bonus israel his qui recto sunt corde. in fine vero cōcludit mihi adherere deo bonum est. Nā quidam fragiles putabant qꝫ deus erat melior et magis fauorabilis prauis et tyrānis: et etiam infidelibus qꝫ iustis et fidelibus eo qꝫ illos pmittit prosperari: hos autem affligi. Ad hoc respōdet dauid in hoc psalmo dicens: qꝫ hoc est falsum immo per oppositum deus est bonus: imo melior et fauorabilior iustis et rectis corde: qꝫ prauis et tyrānis. qđ probatur. Nā licet ad tempus deus permittat prosperari malos: tñ hoc cedit eis in malum: et in scandalum et in perniciem: quia in feliciori et altiori prosperitate deijcit eos a prosperitate mundana et gloria celesti: et destinat eos ad penam eternā. Per oppositum aūt licet pmittat iustos aliqñ flagellari: tñ totaliter nō relinquit eos: immo tenet manum eorum dexterā: cōferendo gratiam. vt patienter tolerent flagella et aduersitates: et etiam cedit eis in augmētum meritorum et finaliter cōsequuntur gloriam et vitam eternam. Ex quo patet qꝫ deus israel melior et magis fauorabilis est iustis et rectis corde qꝫ prauis et tyrannis. Nā prosperitas illorum cedit eis in damnationem perpetuam: et aduersitas istorum cedit istis ad felicitatem et gloriam eternam: maxime quia non deserit eos per gratiam i tali aduersitate. Et concludit qꝫ melius est adherere deo per fidem et charitatem et spem. qꝫ elongari ab eo: cum tales pereāt finaliter. et hec est tota intentio huius psalmi et salubris doctrina quam dat nobis ppheta. Licet principalis questio maneat insoluta vt dictum est Sed Augu videtur soluere istam questionem super psalmo. liiij. dicens. qꝫ deus permittit prosperari et regnare malos: vt bonos exerceant. Itē in sermone de innocentibus dicit qꝫ non esset meritum nec corona martyrum: nisi fuisset iniquitas tyrannorum &c. Item de iustis dicit Aug. qꝫ ideo flagellantur in hoc mundo ne patiantur in alio. Item apostolus ad corinth. dicit qꝫ ne magnitudo reuelationū extolleret eū dat⁹ ē sibi stimul⁹ &c. Ex quo ptꝫ qꝫ flagella pmittunt iustis ad custodiā vtutū: et ēt ad augmentū meritoꝝ vt ibidē dr: qr vtus in ifirmitate pficit: et sic fuit flagellat⁹ iob et thobias. Sꝫ in veritate Aug. et paul⁹ ppter hoc nō soluūt totaliter questionē qr nihil aliud pbāt nisi qꝫ talia flagella cedunt iustis ad meritum et gliam. Sꝫ nos videm⁹ qꝫ quidam iusti flagellantur et qdā nō. Jō sp manet qstio isoluta scilꝫ qre magis de⁹ pmittit flagellari vnū iustū qꝫ alium Ideo Boeti⁹ quito de cōsolatiōe psa vltima putat hoc soluere dicens: qꝫ iō deus magis pmittit flagellari vnum qꝫ alium. quia scit qꝫ iste patienter tolerabit: et iste forsan deficeret Sed parcat

quō de⁹ nō fauet malis.

Quare vnus flagellat et aliusnō

mihi reuerentia tanti viri: quia adhuc manet que
stio insoluta. Nam iste iustus non posset talia fla
gella patienter tolerare: nisi deus teneret manum
eius dexteram per gratiam vt dictũ est in hoc psal.
ergo adhuc restat scire quare de⁹ dat isti talē gra/
tiam et non illi. Et ideo dicit Augustin⁹ libro su/
per malachiã ꝙ ista q̃stio est insolubilis et inscru/
tabilis nobis: imo de tali questione melior est fide
lis ignorantia q̃ temeraria scientia. Et hoc idem
dicit hic dd ad nihilum redactus sum et nesciui
vt iumentum factus sum apud te ad soluendum
supple istam questionem. sed agit gratias quia
deus semꝑ tenuit manũ eius ꝑ gratiam in perse/
cutionibus: ideo dat salubrem doctrinam vt deo
hereamus ꝛc. Hoc idē videtur sentire ꝛ referre ma
Nota. crobius de saturnalibus dicens. De epitecto phi
losopho nobili qui his quoq; seruus fuit recētior
est memoria: q̃ vt possit inter oblita nesciri: cuius
etiam de se scipti duo versus referunt̄ ex quibus il/
lud latenter intelligas nō omnimodo dijs exosos
esse qui in hac vita cum erũnarum varietate luctã/
tur sed esse archanas causas ad quas paucorum
potuit curiositas peruenire. A Prima ergo con
clusio siue doctrina huius psalmi est ꝙ deus licet
permittat iustos ad tempus flagellari: tamen bo
nus et fauorabilis est eis finaliter. ¶ Secunda ꝙ
licet deus permittat malos ad tempus prospe/
rari: tñ finaliter punit eos. ꝛ prosperitas cedit eis
in damnum. Ex quo patet ꝙ deus est iustus iudex.
¶ Tertia quia omnis homo est ignorãs vt iumen
tum ad inuestigandam et soluendam supradictam
questionem scz quare deus permittit bonos affli/
gi a malis. ¶ Quarta ꝙ deus nunq̃ deserit iustum
in persecutionibus per gratiam: sed semper tenet
manum eius dexteram ꝛc. ¶ Quinta ꝙ homo iu/
stus non debet amplius querere de ista questione
postq̃ deus dat sibi gratiam in presenti ad tole/
randa flagella ꝛ dat gloriã in futuro. vñ dictũ est
paulo sufficit tibi gratia mea. ¶ Sexta ꝙ postq̃
oēs qui elongant se a deo pereũt ꝛ ꝑdunt̄ eterna
liter. ergo melius est adherere deo per fidem ꝛ cha
ritatem: ꝛ ponere spē in eo. Et in hac vltima con/
clusione consistit tota sententia huius psalmi. et
tota intelligentia ei⁹ ꝛ finalis intentio prophete.



de pe.pi j.ca.taci turnitas hñ.de⁹ enim.

UT quid de⁹ repulisti in
finē: irat⁹ est furor tu⁹
sup oues pascue eius.

¶ Huic psal. ꝑponit̄ tl. eruditio
siue intellect⁹ ipsi asaph. Et ñ lz
quidã dicãt ꝙ asaph fecit hũc
psal. tñ beat⁹ hierony. i epistola ad fabiolã d̄ mã
sionib⁹ asserit dd fecisse ipm cũ allegãdo ꝟsiculum
hui⁹ psal. ait et dd canit. tu siccasti fluuios ethan.
Et io est dicendũ ꝙ dd fecit hũc psal. ꝛ dedit ipm
cãtãdũ choro ipsi⁹ asaph in q̃tũ dirigit̄ vel loq̄tur
materia huius psalmi. de tota ecclia. Qui q̄uidē psal. lz videat̄ facilis eo
ꝙ est tot⁹ hystoricus tñ ipse est bñ difficilis quan
tũ ad determinatã materiã assignãdã. Et ideo est
maximum scisma inter hebreos de materia huius
psal. Nã quidã exponunt ipm de vastatiõe hieru/
salem facta per chaldeos quam preuidit ꝑpheta
in spũ et quidam de vastatiõe facta tempore ma/
chabeorum: quidã aũt de vastatione facta per ro/
manos ꝛ de captiuitate in qua modo sunt de qua
petit liberari per messiam quē falso expectãt. Et
sic nō solum vnus contradicit alteri sed etiã vnus/
quisq; contra dicit sibijpsi in processu expositiõis
huius psalmi. Et ideo spretis ineptijs eorum ꝑ/
supponēdo quintã regulam de spiritu et littera ꝛ
duplici spiritu ꝑphetarum: prout fuit assignata
in prologo: ꝛ dicēdũ ꝙ dd q̇ fuit ꝑncipiũ ꝛ amplia
tor illius regni ꝛ cultus diuini ꝛ tēpli desiderans
scire discursum ꝛ duratione illius regni ꝛ ciuitatis
ꝛ templi ꝑuidit in spũ ꝑ reuelationē qualiter pro
pter peccata illius populi ciuitas illa cum templo
primo erat destruēda per chaldeos ꝛ postea reedi
ficanda cum scdo tēplo. Sed iterũ ciuitas erat va
standa ꝛ affligenda cum toto regno ꝛ templũ pro
phanãdũ ꝑ antiochũ de genere grecorũ tpe ma/
chabeorum. Sed q: ꝑuidit in spũ ꝙ xp̄s in suo ad
uentu non solũ erat liberaturus illũ populum ꝛ to
tum mundum a miserabili seruitute peccati sed
etiã de persecutione populi gentilis inquanũ iu/
go suo debebat subiugare totũ ppl'm gẽtilē qui si
cut ante persequebatur nomen dei abraam: isaac
ꝛ iacob. ꝛ legē moysi: postea ille popul⁹ debebat
subijci deo abraam et israel. et defendere nomen
dei iacob. Ideo dauid petit in hoc psalmo libera
ri de populo gentili per aduẽtũ christi. Sed post/ exponit̄ duplr.
ea q: preuidit qualiter illa persecutio facta tem/
pore machabeorum erat figura figurate persecu
tionis ecclesie faciende per machometũ ꝛ ãtichri
stũ. Ideo pariter petit liberationē ecclesie christi.
Et sic iste psalmus currit ꝛ procedit i duplici spi/
ritu scdm qd dd in ꝑsona ecclesie petit liberari de
duplici ꝑsecutione ecclie q̃ ꝑuidit duplici spiri/
ritu. Nam ipse petit ecclesiam liberari scdm statũ
veteris testamenti ab vtraq; afflictione tam spiri/
tuali q̃ temporali per primum aduentum christi: ꝛ
etiã petit liberari secundum statum noui testamēti
de persecutione machometi ꝛ antixp̄i. Et ideo ne
confundant̄ intellectus simplicium lectorum fiet
duplex ꝛ distincta expositio huius psal. scz vna de
vastatione illius ciuitatis ꝛ templi facta per an/
tiochum ꝛ altera de vastatione ecclesie noui te. fa
cta ꝑ machometũ: ꝛ facienda ꝑ antixp̄m prout fuit
figurata ꝑ primã. ¶ Quantũ ergo ad primã expo
sitionē duo facit. Nã prio exponit suã vastationē
et afflictionē. Scdo petit liberari ꝑ xp̄m. Ibi vsq;
quo dñe. ¶ Cõqueritur ergo dd ꝛ dicit in ꝑsona illi⁹
ppl'i fidelis afflicti tpe machabeorũ. O de⁹ vt q̇d
repulisti ꝛ oblitus es nos in finem. i. totaliter ꝛ ira
tus est furor tuus sup nos qui sumus oues pascue
tue. Ex hoc ptz ꝙ ista non est vox ppl'i existētis in
captiuitate babylonica sicut iudeorũ quidã dicũt
dauid iam ꝑuidit ꝙ ꝑpter scelera sua ꝛ petñ ido
latrie ille ppl's erat captiuãdus ꝛ sic non ignora/
bat causam illius captiuitatis. Sz loquit̄ in ꝑso/
na machabeorũ ꝛ aliorũ fideliũ qui affligebant̄ et
etiã hic ꝑpheta non querit causam quare deus ꝑ
mittebat eos affligi: q: nunq̃ defuerunt eis pecã ꝑ
pter que merebant̄ affligi. Sed conqueritur quare
tãto tpe durabat illa afflictio ꝛ quarē messias tm̃

differebat aduentum tuum ad liberandum eos: quia videbatur eos finaliter et totaliter repulisse et obliuioni tradidisse: et oues suas refellisse et abdicasse. Ideo dauid vt moueat deum ad misericordiam et vt mittat messiam ad liberandum eos: commemorat beneficia preterita. Nam delectatur magnanimus in audiendo beneficia que fecit et magis mouetur ad maiora. vt patet. iiij. ethicorum. Et ideo memorantur maiora beneficia. et illa que erant figura future redemptionis. Ideo dicit.

cxlij. d. c. legimus et xxiij. q. v. c. fina. **Memor esto congregationis tue quam possedisti ab initio.**

Redemisti virgam hereditatis tue mons syon in quo habitasti in eo.

¶ O domine memento congregationis tue: scilicet filiorum israel quam congregasti et possedisti ab initio scilicet ab abraam quem eduxisti de hur caldeorum et postea de mesopotamia et eduxisti in terram chanaan a quo ista congregatio habet originem. Et postea congregasti istum populum ex egypto in ramasse et sic duxisti ipsum per desertum et multotiens redemisti virgam hereditatis tue: scilicet sceptrum et regnum israel. Nam primo redemisti ipsum de egyptiaca captiuitate. Secundo in mari rubro. Tertio introduxisti ipsum in terram promissionis et ibi redemisti et liberasti ipsum per multos iudices: et finaliter tempore samuelis dedisti sibi virgam et sceptrum regale. Que virga et regnum multotiens fuit infestatum a regibus assyriorum et babyloniorum et egyptiorum. Sed finaliter semper redemisti et liberasti istam virgam et regnum hereditatis tue que est mons syon scilicet hierusalem caput et sceptrum regni in quo habitasti per specialem cultum. Et nota quod dicitur in quo et in eo quia ad diuersa referuntur quasi dicat in quo monte et ciuitate habitasti: et habuisti sceptrum tanquam in capite regni et habitasti in eo: id est in templo per specialem cultum. Nam ciuitas erat sedes et sceptrum regni: et templum sedes sacerdotalis in quo templo erat archa domini sedentis super cherubin. Quasi dicat tu donasti liberam hereditatem isti populo scilicet terram promissionis: et templum et regnum: et omnes dignitates super ceteras nationes. Et notanter secundum Augustinum: populum israel vocat virgam hereditatis dei: eo quod fuit figuratus per illam virgam qua moyses fecit omnia miracula et prodigia in egypto et in mari rubro: et per totum desertum. Translatio hierony. habet redemisti sceptrum hereditatis tue: montem syon in quo habitasti et est littera plana.

(Beneficia facta iudeis.)

xxiij. q. v. c. fina. xvi. q. vij. c. et hoc. **Leua manus tuas in superbias eorum in finem quanta malignatus est inimicus in sancto.**

Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tue.

¶ Hic petit liberari: memorans instantem afflictionem dicens. Leua manus tuas: id est potentiam tuam in finem id est finaliter: id est contra superbiam eorum inimicorum infidelium. Et vide supple quanta malignatus est iste antiochus inimicus in sancto: scilicet templo et populo tuo: et sanctuario: vastando: cedendo: polluendo etc. Et quomodo illi infideles qui oderunt te gloriati sunt se habuisse victoriam in medio solennitatis: id est in medio templi et ciuitatis vbi celebrabantur tue solennes festiuitates. Quasi dicat quod in odium tui et vituperium: et contemptum: ista que sequuntur fecerunt. Nam primo.

Posuerunt signa sua signa: et non cognouerunt sicut in exitu super summum. Ibidem

¶ Posuerunt signa sua: quia antiochus posuit imaginem suam: et idolum Jouis olympij in medio templi vbi celebrabantur solennitates: et offerebantur deo sacrificia. Et etiam in signum captionis. Et interponitur non cognouerunt: id est gentiles in omnibus his deum non cognouerunt: nec timuerunt: nec cognouerunt quod deus permittebat ista ex peccatis iudeorum immo imputabant et attribuebant victorie sue. Et debet sic ordinari littera. posuerunt signa sua in medio templo solennitatis tue: signa dico posuerunt super summum et turrim: et arcem et templum sicut in exitu: quia bonus exitus belli dicitur victoria et econuerso: id est sicut solet fieri in victoria: sicut in exitu: id est tanquam in victoriam siue ad signum et in signum victorie: et in hoc non cognouerunt ista propter peccata populi permitti: immo proprie victorie et viribus attribuerunt.

Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam. ij. Machab. v. iiij. re. xx v. c. et iij. esdre. iiij. ij. c.

Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.

¶ Non solum posuerunt signa sua in templo et presidio ciuitatis: sed etiam exciderunt ianuas eius: scilicet templi et ciuitatis in securibus sicut solent excidi arbores in silua lignorum et arborum et idipsum: id est similiter deiecerunt eam: scilicet ciuitatem in securi et ascia. Unde sicut securis dicitur a secando: ita ascia dicitur quasi acuta: et bene scindens ab acuendo. Et est instrumentum quo dolant fabri et lignarij: et etiam incenderunt sanctuarium tuum: et templum: et polluerunt in terra tabernaculum nominis tui: id est vbi nomen tuum venerabatur et colebatur polluerunt: quia ibi posuerunt idolum olympij: et ibidem sacrificarunt dijs suis.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. ij. Machab. v. et c. seq.

Signa nostra non vidimus iam non est propheta: et nos non cognoscet amplius.

¶ Tota illa cognatio: id est generatio et concio infidelium dixerunt et simul in concilio statuerunt. faciamus quiescere et cessare a terra: id est de tota ter

ra dies festos.i. solennitates & festiuitates quas deus in lege precepit. Qu. asi dicant. phibeamus ne iudei seruent festiuitates & cetera legalia & precepta. sed seruent ritus gẽtiliũ sicut patet primo Machabeorũ per totũ. & ẽt secũdo Machabeorum septimo. Septimo etiam verba sunt verba illorum iudeorũ: qui apostarũt tẽpore macbabeorum: qui dicebant: ꝙ postꝙ dimiserant legalia & seruabant ritus gentium: euenerat eis prosperitas. Ideo sequitur. signa nostra antiqua non vidimus et nõ est propheta in israel: nec deus cognoscet nos amplius. Quasi dicãt: iam deus dimisit illumq̃ populum et legem et prebet fauorem gentilibus. Ideo meli' est eis adherere.

xxiij.q.j. noli. de pe. d. j.c. medicina.

Usquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem.

De cse. di.ij.iteratur.

Ut quid auertis manũ tuã & dexterã tuam de medio sinu tuo in finem.

Deus autẽ rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre.

¶ Hic petit nõ solũ restauratione ciuitatis & templi pphanati & polluti p antiochũ. Sz ẽt pncipaliter petit restauratione & liberatione totius generis humani vexati per diabolũ et p idolatriã. & ideo semp currit duplex intelligentia in hac scda parte. Dicit ergo. O deus vsq̃quo inimicus diabolus & ppls gentilis improperabit nobis cõtẽnendo legẽ tuã. & aduersarius. i. ppls irritabit nomen tuum dicendo ꝙ deus israel nõ est potẽs ad liberandũ nos de manibus eorũ et pferendo sibi deos suos: vt quid auertis manũ tuã. i. potentiaz tuã ab eis. q̃si dicat cur cessas eos punire & adhibere manũ et potẽtiã tuã sup eos: & auertis. i. nõ mittis dexteram tuam & potentiam de sinu tuo in finem: idest finaliter et totaliter contra eos vt puniãs totaliter eos. Et est modus locutionis contra desides et ignauos: et secordes et inertes qui non curant vindicare iniurias. qui dicuntur habere manus in sinu non mittentes eas contra hostes. Quasi dicat quare non trahis manũ de sinu tuo vt mittas in hostes qui irritant nomen tuum.

Xps dr manus patris dextera.

D ¶ Sed ego credo quod hic latet maius sacramentum. Ad cuius intelligentiam est aduertenduz qd christus dicitur manus dextera ipsius patris: vt dictuz est in prologo: qua pater exercet suam virtutem et qua creauit mũdum: et recreauit humanum genus. Et vicit diabolum qui quidem filius est deus ante secula: et verbum in sinu patris: quare pater dicitur misisse manum suaz de sinu suo quando misit verbum in carnem: per quem liberauit genus humanum & vicit diabolũ et subiecit populum gentilem iugo fidei. Dicit ergo dauid in persona totius corporis mystici p illo statu. O deus pater quid. idest quare auertis a nobis manum tuam: non mittendo filiũ quare auertis dexteram tuaz de sinu tuo: idest quare nõ mittis filium tuum de sinu tuo: vt sumat carnem et liberet nos quia ipse christus rex noster qui est ante secula: quia ante ꝙ mundus fieret ipse erat verbum in principio: et verbum erat deus: et de' erat verbuz per quẽ & ex tempore mundus et oĩa facta sunt. Item inquantum rex noster operatus est salutem in medio terre. et ponitur preteritus pro futuro propter certitudinẽ prophetie: et propter reuelationẽ iam ipsi factam. Quasi dicat: tu mihi reuelasti in spiritu: et per figuras scripturarũ in spiritu preuidi qualiter iste rex noster christ' qui dicitur tua manus dextera est operatus salutem generis humani in hierusalem: que est in medio terre habitabilis in medio. dico ẽm latitudinem quia est sita quasi in fine siue in medio quarti climatis. et sic dicitur esse in medio mundi: dico ẽm latitudinem: quia distat ab equinoctiali: quasi triginta duobus gradibus: vbi christus crucifixus est. q.d. postꝙ hoc mihi reuelasti fac vt impleatur

Tu cõfirmasti in ṽtute tua mare: cõtribulasti capita draconũ in aquis.

exo. xiiij. c. cap. sequẽtib'.

Tu cõfregisti capita draconis: dedisti eũ escam populis ethiopum.

¶ Hic explicat mysteria in quibus figuraliter dauid preuidit redemptionem et liberationem nostraz et excidium diaboli: ex quibus assumit parabolam & propositionem nostram et excidium diaboli. B ¶ Ad cuius intellectum est notandum qd illa virga cum qua moyses fecit miracula in egypto: et diuisit mare rubrum de qua supradictum est: fuit figura ipsius christi: et christus fuit figuratus per eam. Unde sicut illa virga fuit instrumentum per quod moyses fecit illa miracula in terris vt ait leo papa. Unde quasi per omnia illa virga fuit figura christi in cunctis mysterijs. vnde per hanc moyses percussit aquas maris rubri: et aque fuerunt diuise ad modum muri firmi: ex vtraq̃ parte prebentes viam securam filijs israel. vnde euaserunt et liberati sunt de egyptijs: que quidem virtus non erat in virga principaliter sed in virtute diuina existente in angelo qui erat inclusus in nube. Ita pariter christus per contactum carnis prebuit virtutem regeneratiuam aquis ad baptismum nostrum: per quam aquam baptismalem liberamur de captiuitate diaboli: et transimus per vndas huius mũdi: et tẽdimus in terrã viuentium nobis promissam. Et sic christ' nos ducit in patriã per aquas baptismales. Et sic sicut ille met aque venerũt super pharaonem et egyptios: & suffocarũt eos: ita aque peccatorum huius mundi suffocant homines in pctõ originali & actuali nisi sanate & fugate per virgã & ptãte xpi. E ¶ Unde nota ꝙ rex egypti & oẽs egyptij dñr dracones: eo q̃ habitant in ter aq̃s & pfusiões aquaz ipsius nili: & sic ezechiel xxix. appellat draconẽ regẽ egypti dicẽs. Draco magne: qui recubabas in medio fluminũ. Et etiã tota egyptus dr draco. Et magnates egypti dñr capita draconis. Et id q̃n de' submersit pharaonẽ et exercitũ eius in mari rubro d: cõfregisse capita draconis in aquis. qd fuit figura: ꝙ eodem modo xpus debebat confringere et submergere diabolum qui dicit draco: et etiam submergere.

Virga figura fuit xpi.

Egyptij dicũtur dracões.

capita draconis q̃ sunt duo vitia capitalia in aq̃s baptismalib⁹. Et sic deus dedit pharaonē ⁊ egyptios coruis nigris comedendos: q̃ corui dicunt populus et multitudo ethiopū. i. nigrorū. Illud fuit figura ꝙ postq̄ xp̄s liberasset fideles p aq̃s baptismales et ꝯfregisset diabolū: ⁊ septē vitia capitalia: tūc debebat cōgregare fideles in ecclesiam suā. Et relinquere infideles diabolis comedendos. Et hoc est qđ dicit hic ꝓpheta adducēs illud mysteriū in figura. Unde ait. O deus tu cōfirmasti in virtute tua mare. i. ad modū parietis firmū stare fecisti qñ moyses percussit aquas cū virga. Et postq̄ populus tu⁹ illesus transiuit tūc cōtribulasti et contriuisti capita draconū. i. egyptiorum in aquis: et tu ꝯfregisti capita draconis i. magnates pharaonis. Et dedisti ipsum draconem. s. regem egypti cū magnatibus suis in escā populis ethiopū. idest coruorū nigrorū. Sed q2 hoc fuit figura tui aduētus: ergo veni in carnem et ꝑcute mare baptismale virga tue hūanitatis. Et libera nos. Et cōtribula et cōfringe capita. i. vitia capitalia draconis. i. diaboli. q. d. sicut tunc cōtriuisti ⁊ ꝯfregisti capita egyptiorū in mari rubro: ita cōfringe diabolum et capita eius in baptismo per contactū tue carnis in iordane et in tota ecclesia. A ¶ Unde nota qđ peccatū originale dr̄ caput draconis. i. diaboli: q̃ pmo mordet in nostra libidinosa ḡnatione. Septē autē vitia capitalia sunt capita in cauda draconis quibus mordet hoiem p ꝓcessum tp̄is ⁊ in adulta etate. Et sic baptismus nō solū extinguit pctm̄ originale qđ dicit caput. sed etiam actualia peccata que sunt septem capitalia in cauda draconis. Et hoc est qđ ꝓphetice dicit dauid de xp̄o per figuram interit⁹ pharaonis et suorū in mari ⁊c. Unde iste draco magnus diabolus h3 primo tria capita. s. tria genera pctōrū. s. originale: actuale: et veniale: quibus mordet genus hūanum. Sed actuale diuiditur in. vij. vitia capitalia: siue i septē spūs nequiores se: qui ꝓsunt tanq̄ ꝑncipes septē vitijs capitalibus: et oēs confregit xp̄us. pmo per virgā baptismi. Scđo per virgā pnie. Ideo dicit tu cōfregisti ⁊c. Et sic ponitur figura ꝓ figurato i hac litera: et preteritum pro futuro: sicut est mos dauid in hoc psalmo ⁊ ceteris. Itē sequitur.

Pctm̄ originale dr̄ caput draconis.

Tu dirupisti fontes et torrentes: tu siccasti fluuios ethan.

Exo. xvij

¶ Quasi dicat tu deus per moysen percutientem rupem oreb cū eadem virga dirupisti ⁊ aperuisti fontes et torrentes emanātes de petra. primo in oreb. Exo. xvij. Et scđo ad aquas contradictionis Numeri. xx. Per qđ figuratū fuit ꝙ lat⁹ xp̄i debebat percuti: et lancea aperiri: et sanguis et aq̄ ex eo emanare in remissione pctōrum: et virtutem sacramētorū ecclesie. Quasi dicat: sicut tu dirupisti rupē in fontes ⁊ torrentes aquarū ad potādos ⁊ refrigerādos populos pereuntes. Ita aperiatur latus tuum lancea vt inde emanet preciū ⁊ refrigerium nostrū ⁊c. Tu siccasti fluuios ethan. ¶ Ad cuius intellectū est aduertēdū ꝙ populus israel erat in ethan quādo pharao ꝓsequebatur eum: ⁊ per littus ethan intrauit israel per siccū ad aliā partem deserti ipsius ethan. vt pʒ in exo. Et sic dauid hic intelligit per fluuios ethā vndas ⁊ fluctus marinos ipsius ethā: quos siccauit moyses quando percussit mare: et apparuit via ⁊ terra sicca in medio maris. Et ideo: dicit siccasti fluuios: idest fluctus et vndas fluentas maris et littoris ethan: quod ad ostendendum duo contraria fecit deus cum eadem virga. Nam percutiendo rupē eduxit aquam de sicco. Et percutiēdo mare siccauit ipsum faciendo viā siccam in medio eius. Per quod ostendit ꝙ xp̄s per eandem virtutem ⁊ potentiā prebet grām et destruit pctm̄: ⁊ refrigerat fideles ⁊ cōterit diabolū ⁊ obstinatos. Et iđ vult dicere hic dauid. Sicut tu dirupisti fontes ⁊ torrentes de petra per eandē virgā ꝑcutiendo: ⁊ siccasti mare et fluctus ethan: ita pr cū veneris in carnē per eandē virtutē passionis saluabis fideles: ⁊ domabis diabolū ⁊ ifideles: ⁊ ꝓbebis grāz et destrues pctm̄. Ethā etiā pōt esse nomen appellatiuū ⁊ interpretat fortitudo. Ideo lr̄a hieronymi h3. Tu siccasti flumina fortia: scʒ in egypto et ethan flumē iordanis: q̄ introiuit israel terrā promissionis. Iosue. iij. Et tunc est eadē sententia mystica ⁊ ꝓphetica. quasi dicat. tu xp̄e qui fecisti illa mysteria mirabilia figuraliter i testamēto veteri: veni in carnē et fac ea que per illa figurabantur ad nostram redemptionem ⁊c.

Nota.

Tuus est dies: tua est nox: tu fabricatus es auroram et solem.

vs. dis. c. nasci. Ibidem

Tu fecisti oēs terminos terre: estatem et ver tu plasmasti ea.

christū. Et sic intelligentia huius psal. ꝛ prophetie est bipertita et etiā tripertita: sicut intelligentia aliorū ꝓphetarū: vt inquit Aug. xvij. de ci. c. iij. Et ideo sm hunc intellectū exponetur iste psalm⁹ et sequens. Dauid ergo preuidens in spiritu non solūmodo tunc futurā destructionē hierusalē per chaldeos et vastationē futuram per antiochū: sꝫ etiam in illis preuidit persecutionē machometicam et antichristi contra ecclesiā. Et sic inter ceteros fecit hunc psalmuꝫ. in quo psalmo tria facit. Nam primo exponit suam declamationē ꝛ querelam. Secūdo petit liberationē. Tertio subdit gratiarum actiones. Secunda ibi: vsquequo domine. Tertia ibi: nos aūt populus. ¶ Quantum ad primum est primo notandū ꝙ gētes licꝫ cōiter sumātur ꝑ populo gētili idolis quōdā dedito: tñ ꝓprie gentes dnr oēs qui viuūt sm carnē ponētes spem suam in rebus tpalib⁹ ꝛ carnalibus nō viuentes scdm spm. Et sic oēs gnatiōes ꝛ cōditiōes hoim tam iudei q̄ sarraceni ꝛ infideles dicūtur gentes q: viuūt sm generationē carnalē. xpiani aūt: quia preter gnationē carnalē sunt regenerati: ideo nō proprie dicūtur gentes: sed ppls in xpo regeneratus. Et sic intelligunt in isto psal. et etiam in ceteris qd dicit. deus venerūt gētes: nō solūmodo intelligūtur idolatre: sed sarraceni ꝛ sequaces antixpi. Scdo ē notandū ꝙ dd per destructionē babylonicam ꝛ vastationē hierusalē futurā per antiochum ꝓuidit in spū qualiter gens machometica debebat surgere ex parte arabie cōtra ecclesiā xpi que dr vere hierlm: et vastare eā ꝑ plures partes mundi. Et euertere ecclesias ꝛ sanctuaria et prophanare res sacras: sicut vidim⁹ fuisse factuꝫ per totā africā et egyptū ꝛ magnam partē ethiopie et per totā syriā ꝛ mesopotamiā ꝛ caldeā ꝛ persiam ꝛ ꝑthiā: et indiā: et scithiā: et armeniā: ꝛ asiā: ꝛ greciam: q: deduxerūt ecclesias christi quasi ad tuguria et tabernacula armentoꝝ tpe huius turci. Et hoc est ꝙ intēdit hic qd in hoc psal. Un̄ dicit conquerendo et exclamādo. O deus sicut gētes chaldeorū ꝛ grecoꝝ venerūt quondā in hereditatē tuā. scꝫ hierlm ꝛ polluerūt tēplū sctm̄ tuū ꝛ ꝓphanarunt ꝛ posuerūt. i. reddiderūt hierlm in pomorum custodiā. i. sicut tuguriū hortorū: et etiā sicut gentes antiochi posuerūt morticinia seruorū tuoruꝫ idest. cadauera sctorū volatilib⁹ celi: et dederunt carnes sanctorū tuorū comedēdas bestijs terre. Et effuderūt sanguinē ipsoꝝ tanq̄ aquā in circuitu hierlm: q: inimi iacebāt cadauera ꝙ nō erat q̄ sepeliret tempore machabeorū: ita pariter gens sarracenorū insurrexerāt tpe xpianoꝝ: ꝛ venerūt cōtra hereditatē que est ecclesia toto orbe diffusa: et polluerūt ꝛ prophanarūt templū sanctū tuum. i. oēs sacras ecclesias: et posuerūt hierusalē: scꝫ spiritualē in pomorū custodiā: q: incenderūt oēs ecclesias: et destruxerūt ꝛ reduxerūt eos quasi tuguria q̄ ponunt ad custodiēdas vineas: ꝛ hortos: et pomeria. Nā magnas ciuitates reduxerūt ad paruas villas. Et magnas ecclias ꝛ tēpla: vel fecerūt mesquitas sarracenoꝝ: aut caulas ouiū ꝛ armētorū q̄ hodie sunt coopte ramis ꝛ paleis ad moduꝫ tuguriorū: vbi speculatores solēt custodire poma

Diuisio psalmi.

q̄ dicunt gentes.

no. de ecclesie ꝓphanatione.

ris et hortos et vineas et fructus. Et etiã supradi cti machometani tot. M. martyrũ ⁊ monachorum seruorũ tuorum occiderũt in egypto ⁊ in ceteris par tibus mũdi que morticinia: idest cadauera seruo rum tuorũ posuerũt ⁊ tradiderũt volatilibus celi. Et carnes sanctorũ tuorum tradiderũt comedẽdas bestias terre. Et effuderũt sanguinẽ ipsorũ sctõrum tuorum in magnam abundãtiam tanq̃ aquã in circui tu hierusalẽ: idest ecclesie toto orbe diffuse: intan tum q̃ nõ erat qui sepeliret. Et sic facti sumus op probriũ vicinis nostris ⁊ subsannatio: idest irrisio his qui in circuitu nostro sunt: idest omnibus infi delibus qui circũquaq̃ nos premunt. Omnes iste pressure fuerunt in ecclesia complete. Primo tem pore tyrannorum vbi mortua sunt infinita milia martyrũ: que persecutio habuit finem tẽpore ma gni constãtini: sed postea fuit etiam ĩpleta in per secutione arrianorum maxime in africa tpe vvan dalorum fuit ĩpleta in persecutiõe machometica per oẽs partes mundi vsq̃ in hodiernũ diẽ. Nam gentes sarracenorũ interfecerũt in egypto infini tam multitudinẽ sanctorũ patrũ monachorũ: et ecclesias destruxerũt. Hoc idem fecerunt in syria mesopotamia et armenia: ⁊ per om̃es partes mũ di quas sue ditioni subiecerũt. Ex his ptꝫ q̃ pro pheta in hoc loco intelligit per gẽtes omnes sar racenos. Et sequaces antichristi: que peiora fa cient in suo tpe: vt inquit Aug. Et per hierlꝫ intel ligit vniuersam ecclĩam toto orbe diffusam q̃ vere dicitur hereditas dei: vt sepe dictũ est. Que quidẽ persecutio et strages figurata fuit per stragem fa ctam per nabuchodonosor in hierusalẽ.

Dist. x. d. c. xxiij q. v. c. si.

Usquequo domine irasceris in finem accendetur velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuã in gentes que te nõ nouerunt et in regna que nomen tuũ non inuocauerunt.

Quia comederũt iacob et locum eius desolauerunt.

¶ Hec est secũda pars in qua propheta ponit suã deprecationẽ. Nam primo petit vltionẽ de supra dictis persecutoribus. Secundo petit liberari ibi Ne memineris. dicit ergo vsq̃quo domine obli uisceris nos in finem: idest totaliter: et vsq̃quo ac cendetur zelus tuus: idest ira tua velut ignis. q. d. tempus est: vt cesset ira tua a nobis: sꝫ effunde irã tuam: et indignationẽ super gentes. s. saracenorũ et aliorũ infideliũ ⁊ hereticorũ: que te nõ nouerũt per fidẽ nec charitatẽ. Et in cetera regna infide lium que nomẽ tuũ inuocauerũt: sed inuocãt ma chometũ et deos alienos: quia comederũt iacob: idest deuorauerũt totũ populũ christianũ. Et lo cum eius. i. ecclesias: ⁊ ciuitates desolauerũt ⁊c.

Esa. lxiiij. d.

Ne memineris iniquitatum nostra rum antiquarum: cito anticipẽt nos misericordie tue quia pauperes fa cti sumus nimis.

Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui domi ne libera nos: et propicius esto pec catis nostris propter nomẽ tuum. xi. q. 3. c. ad me fam.

Ne forte dicant in gẽtibus vbi ẽ deus eorũ: et innotescat in nationibus co ram oculis nostris.

Ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secũdũ magnitudinem brachij tui: posside filios mortificatorum. xv. d. ca. sctã romana.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine. xxvi. q. ij. si qs nõ dicã.

¶ Sed quia ista persecutio sarracenorum ⁊ turco rum prouenit ex demeritis et peccatis christiano rum. Ideo petit liberari a supradictis pressuris: inuocando diuinã misericordiã dicens. O dñe er go ne memineris iniq̃tatum nostrarũ antiq̃rũ. i. nõ punias nos ꝫm demerita ⁊ peccata nostra: sed ci to anticipent nos misericordie tue a supradictis malis liberando: quia pauperes et deiecti facti sumus nimis. Et ideo adiuua nos deus salutaris noster. Et libera nos propter gloriã nominis tui. et propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuũ qd est Jesus: q̃ quidẽ nomen importat salutem et miam in se: qd nos colimus et in quo speramus li berari. Et hoc fac ne gẽtes sarracenorum et antixp̃i: et aliorũ infidelium forte deridẽtes dicant. vbi est deus eorũ. i. Jesus deus xp̃ianorũ. q. dicãt: veniat ad liberãdũ xp̃ianos de manibus nostris: ⁊ inno tescat vltio sanguinis seruorũ in nationibus co ram oculis nr̃is: idest fiat manifesta vindicta san guinis seruorũ tuorum qui fusus est. Et gemitus compeditorũ: idest christianorum captiuorum in troeat in conspectu tuo: vt facias vindictã de per secutoribus nostris. Et scd̃m magnitudinem bra chij: idest potestatis tue possidẽ filios mortifica torum: idest libera filios eorum: qui mortui sunt pro te: et postq̃ permisisti patres martyrio coronari: vt filij remanentes pacifice seruiant tibi in regio ne christiana. Et redde vicinis persecutoribus no stris septuplum: idest punias eos septuplicter. vel redde vicinis nostris improperium ipsorum septuplum in sinu eorum: et in facie quod impro perium exprobrauerunt tibi in templum tuum. Quasi dicat multa improperia intulerunt nobis in contemptum tui. Ideo redde eis punitionem in septuplum pro retributiõe. Ex supradictis pa tet quod ecclesia christi debet liberari a persecu tione machometica in qua modo est: quia tota il la gens et secta debet grauiter puniri: et multipli citer perire ante aduentum christi: vt multi autu mant. Nos autem erimus victores. Iterum patet q̃ finaliter ecclesia est liberanda de persecutione

antixpi. Et ipse cū suis mirabiliter periturus: vt probat multipliciter per scripturas. Et per aliqđ tēpus ecclesia dz manere in sua libertate deo seruitura. Et ideo sequitur vltima pars in qua dicit.

ij.q8 s. ad mēsā t.xv.q.j. reuertimini.

Nos aūt pplus tuus et oues pascue tue: cōfitebimur tibi in seculum. In generatione et generatione annunciabimus laudem tuam.

¶ Nos ppls tuus et oues pascue tue. id est qui sacramentis tuis reficimur a supradictis persecutoribus liberati gratias agendo confitebimur tibi in seculum et annunciabimus laudem tuam in generatione et generationem .i. dum durabit generatio humana vsq ad iudicium.

xxiiij. q j. ca. loquitur.

Qui regis israel intēde q̄ deducis velut ouem ioseph.

¶ Titulus ad victoriā siue in finem super rosas aut lilia testimonium asaph. Tria ponuntur in hoc titulo per que denotatur qđ psalmus iste loquitur de xpo et ecclesia. Nam primo ponit in finē siue ad victoriā per qđ denotatur q loquitur de xpo qui est finis legis et victor cōtra diabolū et persecutores ecclesie. Scđo addit super rosas siue sup lilia: p qđ denotatur q ecclesia loquitur ad xpm. Naz vbiq in sacra scriptura per rosas siue per lilia itelligit ecclesia xpi: que est inter ceteras nationes sicut rosa inter spinas. Cantico .j. Tertio addit canticū asaph qđ iterpretatur cōgregatio. Et sic representat totā ecclesiam. Et sic patz qđ dauid fecit hunc psal. dirigens nos in xpm: loquēs in persona ecclesie. Et dedit ipm cantandū ipsi asaph: eo q representat totā ecclesiā scđm sui nois interpretationez in quo psal. dđ explicat tres pressuras ecclesie: quas preuidit in spū. Prima fuit ante aduentum xpi in qua erat totū genus hūanum in tenebris pctōrū et captiuitate diaboli: a qua captiuitate liberata est ecclesia per incarnationē et passionem xpi. Scđa fuit in persecutione tyrannorū et hereticorū et sarracenorū de qua expectat liberari per virtutē xpi: cuius modus ignoratur. Tertia pressura erit tpe antixpi de qua liberabitur per ipm xpm finaliter per aduentus eius ad iudicium. Et has tres liberationes exprimit hic ppheta. qz dicit: ostēde faciē tuā: et salui erimus. Tria ergo facit in hoc psal. Nā primo petit liberari ab vniuersali pctō per primū aduentū et passionē xpi. Scđo petit liberari a pressuris et persecutionibus inimicorum. Tertio petit liberari specialiter de persecutione antixpi: et ab oi miseria hūana per scđz aduentuz xpi: scđa ibi vineā de egypto. tertia: ibi Fiat manus tua. ¶ Quantū ad primū est notandū q genus humanū in duplici miseria erat positum ante aduentum xpi. Primo quo ad aiam: qz erat in captiuitate diaboli: et separatum a deo. Secundo quo ad corpus quia multiplici miserie corporali subiectum. Et ideo christus in hac multiplici miseria nos liberauit. Nam primo per suā mortem et passionem nos a peccato liberauit et

Genus hūanū i duplici miseria añ xpi aduentū erat positum.

saluauit et deo patri nos vniuit: per suam autem resurrectionem nos ab omni corporali miseria liberauit et nobis immortalitatez recuperauit. licz nondū possideamus: tn̄ iam ipse lucratus est nobis pro nouissimo die. Et sic promisit nos in gloriam resurrecturos. Et ideo primo hic ecclesia petit liberari a peccato quo ad animam. Scđo a corporali miseria quo ad corp' ibi. Dñe deus. B

¶ Quantum ad primū est notandū q mysterium tabernaculi siue arche federis ve .tc. significabat mysteriū incarnationis ipsius christi: sicut sepius dictū est. Nam humanitas xpi est veruz tabernaculum verbi dei: in quo latebat verbū siue diuinitas. Nam sicut in archa federis tria erant inclusa .s. tabule legis et virga Aarō: et vrna mānę: ita in illa humanitate tria erant inclusa .s. verbum et aia christi: et caro. Et sic xpus erat deus: et rex et sacerdos: et homo. Et sicut in illa archa siue tabernaculo deus inclusus dabat responsa sacerdotibus et sanctis viris vt frequenter legitur per totum discursum libri Numerorum et Josue: et iudicum qz dabat deus reponsa de tabernaculo qđ significabat qđ deus erat includendus in illa humanitate christi et exinde vel in illa debebat dare vera responsa et legem euangelicā suis apostolis et toti populo xpiano. Et sicut deus quodā deduxit illum populū israel de egypto: et fecit sibi ipsum populū peculiarē. et exinde duxit ipsum per desertum. Et introduxit ipsum in terram promissionis: ita significabat q christus dux noster nos debebat deducere de tenebris peccatorum et cōgregare ecclesiam suam ex iudeis et gētilibus. Et facere eā sibi populum peculiarem. Et dirigere eam per legem euangelicam: et introducere in patriam celestem: vel in istam ecclesiam per gratiam. et in aliam per gloriam. Hoc preuidens dauid in spiritu: dicit in persona totius ecclesie pro illo statu. O charissime messia venture qz ab initio legis regis populū israel: et educis ioseph .i. totum illum populuz velut pastor ducit ouē. Unde nota qđ totus ille populus denominatur israel a patre Jacob a quo descendebat: tamē in egypto totus ille populus dicebatur ioseph' pter dignitatem ipsius ioseph qz fuerat prefect' in egypto per pharaonē. Jdeo ppheta dicit: qui educis ioseph .i. pplm deductū a ioseph in egyptū et ibi receptum et fauoratum: sed tu fecisti postea tibi populum peculiarem: et oues pascue tue. Et voluisti esse pastor eius. Jdeo tu tanq pastor deducis illum velut ouem per desertū. Et introduxisti in terram promissionis. ergo tu xpe qui tūc illud fecisti in figura itēde i nos et fac mō ite. i. sis pastor et tanq verus pastor et verus ioseph deduc gen' humanum de ptāte diaboli et tenebris pctōrum. Et ɔgrega ecclesiam tuā tibi et pplm peculiarez et introduc eā in terrā viuētiū sicut oues pascue tue

Mysterium arche est incarnatiōis xpi .tc.

Judeorū ppls dr israel.

Qui sedes sup cherubin: manifestare corā effraim bēiamin et manasse. Excitat potentiam tuam et veni vt saluos facias nos.

vt pz .s. para. v. et .j. para ij. xv. et .s rr. vj.

Deus cõuerte nos: et ostende faciez
xxv.d.c. ab exo/dio. **tuam et salui erimus.**

no.õ che rubin in archa. ¶ Nota q de⁹ fecit fieri cherubin in archa super
que cherubin deus dicebatur sedere. Et ita dauid
precepit salomoni vt faceret duo cherubin super
que sedebat archa dñi: sicut deus dr sedere in ce/
lo super cherubin per qđ denotabatur q verbū de/
bebat includi in archa humanitatis. et ibi sedere
super duo cherubin. i. super aiam et carnez. Et ex
inde dare responsa et doctrinaz euãgelicã. Scđo
est notandum q talia respõsa maxime dedit de⁹
in sylo. que erat in terra effraym iuxta mediã tri/
bum manasse. qz ille due tribus reputabãtur qua
si vna. eo q erant fratres. Sed quia postea archa
fuit mutata de effraym in azotū. Et exinde redu/
cta in gabaam: que est in tribu effraim: ideo ibi p
multa tempora deus dedit respõsa ex archa per
qđ denotatur qđ deus incarnatus daturus erat re/
sponsa pplo christiano significato per istos tres
hic nominatos. Nam effraim interpretatur au/
gmentuz ad denotandum qđ populus christian⁹
cui danda erat lex euangelica erat augend⁹ per
totum munduz. Et per beniamin q dicitur filius
dextere significabatur etiam populus christian⁹
qui per christuz qui dicitur dextera dei patris est
regeneratus. Et per manassez intelligitur popu
lus gentilis qui erat oblitus quondaz a deo: sed
postea vocatus per apostolos recepit responsa
euangelica. Et ideo iste tres tribus collocaban
tur in parte occidentali ipsius tabernaculi ver/
Nota. sus quas deus dabat responsa. Et similiter sunt
collocate in ordine in terra promissionis ad par/
tem occidentalem. quod totum factum factum
fuerat in figura prout significabant populū xpia
nū: qui recepturus erat responsa legis euãgelice.
Hoc ergo preuidens dauid in spū dicit. O xpe q
sedes super duo cherubin in celo et etiam in ar/
cha qđ significabat mysteriū incarnationis: ita
veni in carnem vt sedeas super duo cherubin scz
anime et corporis in eadem humanitate: aut super
duo testamenta. s. nouum et vetus: et sedeas etiaz
super duos pplos ad fidē cõuersos. s. ex iudeis et
gentilibus veni ergo et manifestare. i. sis manife
stus coram effraim beniamin. et manasse. i. ad po
pulum xpianum per totum orbem augmentatuz
et filium dextere. i. per xpm regeneratū et domuz
patris sui. i. gentilitatis: et idolatrie oblitū. Ma
nifesta ergo te populo xpiano et da ipsi responsa
euangelica: sicut tunc dabas in deserto. Et in ter/
ra promissionis responsa coram effraim benia/
min et manasse et no. etiã vt legit gen. xlviij. q io
iacob be nedixit filios io seph. seph obtulit duos filios. s. effraim, et manassem
patri suo iacob vt bñdiceret eos et posuit manas/
sem ad dexteram vt imponeret ipsi manum dexte
ram super caput ad benedicendum. Et posuit ef
fraim ad sinistram vt imponeret ei sinistraz manū
super caput eo qđ erat iunior sed iacob inspira/
tus spiritu sancto cancellatis manib⁹ posuit dex
teram super effraim qui erat ad sinistram: et po/
suit sinistrã super caput manassis qui erat ad dex
terã. Et ideo tribus effraim multiplicata fuit et
augmenta in magnum numerū super omnes alis
tribus. Et sic manasses dr quasi oblitus a patre
Et postpositus. Et ideo illa tribus fuit diuisa.
Nam media pars cepit sortez vltra iordanem in
parte orientali. Et alia pars citra iordanē in par
te occidentali. Istud mysterium figurauit q deus
pater debebat ponere dexteram suam. i. filiū suū
xpm super pplm xpianum qui erat iunior: et illum
multiplicare in magnū numerū ex populo genti/
li q semp fuerat ad sinistrã et in minori dignitate
et sic dedit ipsi benedictionē spūalem. Et posuit
sinistrã suã sup pplz iudeorū: et oblit⁹ est eius et nõ
dedit ipsi bñdictionem spūalem. per hoc aūt qđ
tribus manassis fuit diuisa in duas partes. Qua
rum vna mansit vltra iordanē inter idolatras. Et
altera circa iordanem iuncta cum populo effraiz
significatum fuit q populus iudeorum fuerat in
duas partes diuidendus: quarū vna erat vētura
ad fidē xpi vt sub eius dextera ptegeretur. Et debe
bat transire iordanē per aquas baptismales. Sz
altera erat in iordane peccati et perfidie mãsura
Et illa dr pprie pars oblita. Et de hac particula
dr per pphAm manifestare coram effraim: benia/
min et manasse. vel possumus dicere q oibus istis
tribubus. s. gentib⁹ intellectis per manassem lex
euãgelica fuit manifestata. Sz soli gētiles et apo
stoli cum quibusdam bonis iudeis receperūt le/
gem euangelicam. Ceteri aūt mali iudei obliti et
cōtēnentes oracula prophetarū et mysteria sacre
scripture: legem euangelicam recipere noluerunt
ppheta ergo xpm inuocat vt veniat ad manifestã
dum se oibus: tam bonis q malis et vt ponat dexte
ram suam. i. bñdictionem spūalem super bonos
scz iudeos et apostolos et discipulos: et sinistram
scz maledictionē super malos. Et hoc est qđ dicit
manifestare corã effrayz &c. Sz qz talis manifesta
tio et saluatio et redemptio habebat fieri per in/
carnationem et passionem veniendo in hunc mun
dum. Ideo subdit propheta dicens. O christe ex/
cita potentiã tuam: et descende de celo: et veni in
carnē vt saluos facias nos per morē et passionez
Sed quia non sufficit quod tu venias in carnem:
et predices legem euãgelicaz nisi disponas nos
ad eam recipiendam. Ideo tu dñe virtutū cõuer/
te nos gratiam spiritussancti largiendo vt fidem
recipiamus et faciem. i. humanitatem tuam per
quam tua diuinitas notificetur et tua volūtas. et
sic salui erimus.

Dñe deus virtutum: quousqz irasce vij. q. i. c. aduersi/
ris super orationem serui tui. tas.
Cibabis nos pane lachrymarum et Et. xxiij. q. iiij. qd facit. et
potum dabis nobis in lachrymis in c. nimiū
mensura. infra eo.
Posuisti nos in contradictionem vi
cinis nostris: et inimici nostri subsan
nauerunt nos.
Deus virtutū conuerte nos: et ostide
faciem tuam et salui erimus.

¶ Hic secundo petit liberari ab omni miseria corporali sicut liberatus fuit populus de babylonia per iesum sacerdotem zorobabel. Unde ait. O domine xpe deus virtutum et angelorum quousque irasceris super orationem servi tui eam nō audiendo et cibabis nos in hoc mundo pane lachrimarum. Et potum dabis nobis in mensura .i. ad magnā quātitatem. Quasi dicat q non comedimus nec bibimus nisi cū lachrimis pre multitudine afflictionū quia posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: quia circunquaque nos affligūt et inimici nostri subsannauerunt nos et deriserūt nos: totū hoc fuit impletum ad litteram in captiuitate babylonica a qua fuerant liberati p iesum sacerdotem siue petrū que quidem captiuitas significabat captiuitatē sanctorum patrū existentium in limbo inferni faciē xpi expectantium. Et iō sequit in persona eorum. Dñe deus virtutum cōuerte nos et ostēde faciē tuā et salui erim⁹. Un sicut xps ostēdit faciem suā in terris p incarnatiōem et pdicatiōem et mortē et passionem et liberauit oēs a pctō: ita in inferno ostēdit faciē sue oipotētie: cū aia eius xbo vnita descēdit ad inferos et confregit portas ereas et vectes ferreos et inde traxit sctōs patres. Et de hac ostēsione faciei dicit hic pphēta. Dñe de⁹ virtutū conuerte nos ad te: et ostēde faciem tuā in inferno: et salui et liberati erimus. Etiā hoc idem potest intelligi de ostensione faciei xpi post resurrectionem in qua se ostendit discipulis in facie inmortali et impassibili. Un sicut ante resurrectionem se ostenderat mūdo in carne et facie passibili et mortali: p quā nos liberauit a peccato et morte spūali: ita post resurrectionem se ostendit in facie et carne impassibili et immortali per quam nos liberauit ab omni miseria et morte corporali quam immortalitatem possidebim⁹ in nouissimo die et sic erim⁹ liberati a lachrymis et ab omni miseria. Et sic patet q ista ostēsio faciei christi quam petit propheta in secundo loco in hoc versiculo potest intelligi de ostensione faciei xpi post resurrectionē in carne impassibili et immortali q̄ quidē ostensio fuit nobis necessaria.

(Ostēdit xps faciē — left margin)

(Exo.xv. — left margin) **Vineam de egypto transtulisti: eiecisti gentes et plantasti eam.**

Dux itineris fuisti in cōspectu eius et plātasti radices ei⁹ et impleuit terrā

Operuit montes vmbra eius: et arbusta eius cedros dei. (exo.xvij. — left margin)

Extendēt palmites suos vsque ad mare: et vsque ad flumē propagines eius.

¶ Hic petit liberari ecclesia ab omnibus persecutionibus inimicorum. Unde nota q ecclesia illico post ascensionem christi cepit affligi et pati persecutiones. Primo a iudeis. Scdo a tyrānis. Tertio ab hereticis et sarracenis. Quarto patietur ab āti xpo: a quibus persecutiōibus liberabitur ecclesia totaliter i scdo aduētu xpi ad iudiciū. Et hāc liberationem petit in hac vltima parte: q̄ quidem persecutiones fuerunt figurate per antiochum tempore machabeorum. Unde dicit hic. O dñe iesu christe tu transtulisti quondam vineam id est filiorum populum israel de egypto: et eiecisti gentes de terra promissionis. Et plantasti eam scilicet vineam tuam et ibidem id est collocasti pariter tu transtulisti et traxisti vineam tuam id est religionem christianam de tenebris peccatorum. Et eiecisti idolatriam et plātasti in populo gentili doctrinam euangelicam. Et fuisti dux itineris in conspectu illius populi per lumen legis euangelice. Et plantasti radices huius vinee qui sunt articuli fidei per totum mundum et sic ista vinea christiane religionis impleuit totam terrā a solis ortu vsque ad occasum. Et vmbra eius operuit omnes montes et arbusta eius cooperuerunt omnes cedros dei id est omnes reges et principes et philosophos iugo fidei subiecit. Et ideo ista religio christiana extēdit palmites suos id est apostolos et martyres suos vsque ad mare oceanum tam orientale quā occidentale. Et extendit propagines suas vsque ad flumina: id est vsque ad fontē nili: et tanayo: gangis etc.

Ut quid destruxisti maceriam eius: et vindemiant eam oēs qui pretergrediuntur viam. (f.q.iiij.c hominis. f.ecōtra — right margin)

Exterminauit eam aper de silua: et singularis ferus depastus est eam.

¶ Quid id est quare destruxisti maceriam id est muros et fortitudinem eius: et omnes qui pretergrediuntur viam scilicet extranei et infideles vindemiant eam id est deuorant et depredantur. ¶ Nam aper de silua scilicet machometus cum sua secta exterminauit eam: et singularis ferus scilicet antichristus depastus est eam. Unde nota quod tota secta machometica siue machometus cum sequacibus suis: dicitur aper de silua eo quod arabes et Tartari et Turci: qui ceperunt et sequuntur illam sectam: omnes erant pastores armentorum: et homines siluestres per siluas vagantes. Et isti exterminauerunt vineam christi propter peccata nostra: vt dictum est. psal.liiij.et.lxxxi. Antichristus autem dicitur singularis ferus: quia pre ceteris omnibus erit seuior et crudelior. Et ideo propheta in persona totius ecclesie inuocat christum vt veniat ad liberandum nos de supradictis bestiis: que totā ecclesiam debent deuorare. Et ideo dicit christum inuocando.

De⁹ virtutū cōuertere: respice de celo et vide et visita vineā istam. (xv.dist.c. ferā.xi.q iij.ad mēsam. xij.q.i. exemplum. et.xiij.q iiij.c.q̄ hoc. pe.di.ij. c.8 ein. — right margin)

Et pfice eā quā plātauit dextera tua et super filiū quē cōfirmasti tibi.

Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua super virum dextere tue: et super filium hominis quem confirmasti tibi.

¶ O deus virtutum et triumphorũ converte nos quia quod patimur peccata nostra meruerũt. Et ne deseras nos: sz respice de celo oculo misericordie. Et vide afflictionem nostram. Et visita istam veniam tuam ⁊ perfice eam: quia ad magnaz partem apostatavit decepta per sarracenos et anti/christum quam vivam plantavit filius tuus qui est dexter a tua. Et ideo. O deus pater respice ie/sum xp̄m filium hominis: id est filiũ virginis Marie: vel filium adam s̄m carnem ⁊ descendentiam matris quem tibi confirmasti id est verbo tuo vnisti et assumpsisti. Nam tota ista vinea est suffossa et destructa igni et afflictione istarum bestiarum. Ideo ab increpatione vultus tui peribunt: id est fac vt iste bestie pereant ab increpatione et indi/gnatione ire tue. Et fac manus tua et omnipotẽ/tia super christum verum dextere id est potentie tue: et pro id est super filium hominis id est filiuz virginis quem tibi confirmasti et elegisti vt ipse christus veniat ad liberandũ nos de supradictis bestijs et ꝑsecutionibus in secundo adventu suo.

xciij. di. c. legi/mus. s. q s. c. mire ꝫ. eodẽ. **Et non discedimus a te: vivifica/bis nos et nomen tuum invocabi/mus.**

Domine deus virtutum converte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus.

¶ Licet multi decepti discesserint a te: et secuti fuerint machometum et antichristum propter bona temporalia: tamen nos in firma fide persistentes non discedimus: nec discedere intendimus a te. Et ideo tu vivificabis nos dando fortitudinẽ ad resistendum. Et sic invocabimus nomen tuuz. Et Et etiam vivificabis id est resuscitabis nos pre/bendo corpora gloriosa in premium. Et ideo xpe domine deus virtutum converte nos ad te semp in novissimo die: ⁊ ostende faciem tuaz gloriosaz id est veni ad iudicandum vivos ⁊ mortuos in potestate magna et maiestate: et retribue nobis premium eternum in celo: et persecutoribus nostris penam eternam. ¶ Ex supradictis pꝫ: ꝙ licet iste psalmus possit exponi literaliter de liberatione populi iudaici a tribus pressuris: scilicet a captivitate egyptiaca ⁊ a captivitate babylonica ⁊ ab afflictione antiochica tempore machabeoruz: tñ quia ille tres liberatiões significabãt tales tres liberationes futuras per christum in ecclesia sci/licet liberationem a peccato per mortem et pas/sionem et liberationem patrum a lymbo per de/scensum ad inferos: et ab omnibus persecutioni/bus infidelium ipsius ecclesie. Ideo melius est ꝙ iste psalmus exponatur vltra sensum literalem si/cut expositus est. D ¶ Unde tota ecclesia ter petit faciem christi et presentiam vt veniat ad libe/randum et saluandum eam: sicut ter dicitur domine deus virtutum. Unde primo petit quod osten/dat faciem in carne mortali et passibili in hoc mõdo ad saluandum a peccato. Secũdo petit vt ostẽdat faciem suam in inferno ad extrahendos san/ctos patres: et etiam ostendat faciẽ suam impas/sibilem et immortalem post resurrectionem ad sal/uandum ab omni corporali miseria. Tertio petit vt christus ostendat faciem suam gloriosam cum potestate magna et maiestate in finali iudicio vt perficiat suam vineam: et imponat laborum fi/nem et persecutionũ in ea. Et tribuat bonis glo/riam et malis penam eternam. Et sic prudens le/ctor poterit supradicto modo exponere presentẽ psalmũ pro ecclesia posita in quacunqꝫ afflictio/ne. Et etiam quilibet fidelis positus in pressu/ra potest cum presenti psalmo orare: vt deus libe/ret eum. Et sic etiam ecclesia dicit nunc hunc psalmum vt liberet eam de manu trium bestiaruz scilicet sarracenorum tartarorum et turcorum: et ostendat christus faciem et potentiam suam con/tra eos: vel potest dici ꝙ sicut ille populus passus est quattuor persecutiones in testamento veteri: scilicet persecutionem egyptiacam et finitimo/rum tempore iudicum et babylonicam et antio/chicam tempore machabeorum: ita ecclesia post ascensionem christi passa est quattuor persecutiones. Prima fuit tyrannorum. Secunda heretico/rum. Tertia sarracenorum. Quarta antichristi. De prima fuit liberata per martyres tempore Con/stantini. de secunda per doctores tempore Augustini. de tertia expectat liberari: et de quarta. De omnibus ergo his quattuor persecutiõibus pe/tit ecclesia liberari in hoc psalmo: petendo vt de⁹ ostẽdat ipsi faciem misericordie et fauoris secun/dum ꝙ quater dicit: ostende faciez tuam: et cetera Et sic prudens lector poterit adaptare hunc psalmum supradictis quattuor persecutionibus temporalibus: quia in duplici spiritu loquitur dauid in hoc psalmo: eo ꝙ habuit duplicem spiritum prophetie in eo.

Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob xcv. d. c. ecce. et xiij. q. s. s. his. ita.
Sumite psalmum et date tympanũ: psalteriũ iocũdũ cũ cythara
Buccinate in neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestre.

¶ Huic psalmo preponitur titulus victori sine in finem in torcularibus asaph. Ex quo titulo apparet ꝙ dauid fecit hunc psalmum: et dedit ipm cãtandum ipsi asaph: ad victoriã vocuz tpe torcu/lariuz. Et sic in hoc titulo pꝫ cantor siue modus cantandi: et tẽpus in quo cantabat̃ psal. sed licet titulus non exprimat musicalia instrumẽta cũ quibus cantabatur: tamen in psalmo exprimitur qualiter cantabatur cum quinqꝫ musicis instrumẽtis scꝫ cũ cornu ⁊ tuba: ⁊ tympano ⁊ psalterio ⁊ cythara. Prima ergo pticula hui⁹ tituli iã est nobis nota per ea q̃ dicta sunt i ceteris psal. Nã per hoc ꝙ iste psal. cantabat̃ in finẽ cũ oĩ conatu vocuz vsqꝫ ad vltimũ punctũ: denotatur ꝙ iste psalmus dirigitur in christũ qui est finis legis: et vocabat eum cum maximo conatu: vt veniret in carnẽ. Sed pro

Eccl'ia petit xp̄i faciem.

declaratione tot⁹ tituli et psal. Restāt tria videnda: vt capiamus intelligentiā psal. Primo est videndum qđ est hoc tp̄s torculariū: ꝛ in quibus festiuitatibus precepit dauid cātari hūc psal. Secūdo quare et ad quē finē precepit ipsum cantari tali tēpore. Tertio quare precepit ipsum cantari cum talibus instrumentis musicis C ¶ Quātum ad primū est dicendū ꝙ tēpus torculariū est mensis septēbris: qui đr septimus mensis anni: incipiendo a Martio qui est primus mensis anni qui quidē mēsis septimus đr tēpus torculariū eo ꝙ in tali mense vindemie iā mature colligebātur: et in torcularibus ex eis vinū torquebatur: et in cellarijs reponebāt: in quo mēse septimo de⁹ precepit tria festa solennia celebrari vt p̄z Leui. xxiij. Nume. xxix. s. festū tubarū in prima die mensis ad memoriā liberatiōis Ysaac de sacrificio ꝓ quo aries fuit immolatus Ge. xxij. Secūdo precepit deus celebrari festū ꝓpiciationis decimo die eiusdē mensis in memoriā propiciationis filiorum israel: qñ deus ꝓpiciatus est eis pro peccato vituli cōflatilis. Exo. xxxij. Tertio p̄cepit de⁹ celebrari festum tabernaculorum decimaquinta eiusdem mensis in memoriā peregrinationis deserti: in qua habitabant in tabernaculis: vel potius in memoriaꝫ quietis et possessionis terre ꝓmissionis in qua quieuerunt a peregrinatione et habitatione tabernaculorū mobilium. Hoc festū celebrabāt per octo dies et octauus erat solēnis qui dicebatur festū cetus siue collecte. Et sic tot⁹ ille mensis septimus erat illi pplo festiuus. Dicebatur ergo ille mensis septimus mensis siue tp̄s vindemiarū et collectarū et torcularium liberationis et ꝓpiciationis et tabernaculoꝝ: siue quietis rōne illarū festiuitatū. Et in hoc mense toto festiuo dauid precepit cātari istū psal. Sed restat scđm sciendū quare et ad quē finem precepit de⁹ ista festa celebrari et dauid ipsum psal. cātari in tali tempore torculariū et in talib⁹ festiuitatib⁹. Ad hoc r̄ndent iudei dicētes: ꝙ cā quare deus p̄cepit ista festa celebrari in septimo mense fuit: qꝛ in tali tp̄e et mense deus creauit mundū. Et ideo voluit ꝙ totus ille mensis esset festiuus et hoc ꝓbant sic. Nā deus omnia creauit in sua perfectione qꝛ perfecta sunt dei opera. Deuter. xxxij. Igitꝛ in ille mense creauit deus mundum quod confirmatur. Nam illico post creationem adam comedit de fructibus paradisi. Sed oppositū dicitur Exo. xij. de martio mensis iste primus erit vobis in mensibus anni. Unde tota ecclesia tenet ꝙ mūdus fuit creatus in equinoctio vernali: et per consequens in mense martij et sic fuit ille primus mēsis anni et per ꝯsequens septēber fuit septimus et sic sacra scriptura semper septembrē appellat septimum mensem. vt p̄z Leui. xxiij. nec valet cōfirmatio et ratio eorum immo minor est falsa: qꝛ in mense septimo arbores sunt oēs in sua perfectione immo in sua defectione: quia pro maiori parte omnes fructus sunt collecti: et folia cadūt ab arboribus ꝓpter autūnum imminentem. Et qꝛ omnes fructus erant collecti deus precipiebat tunc festa celebrari: quando vero dicuntur et omnes arbores fuerunt create cū suis fructibus maxime qꝛ adam illico comedit. Respondetꝛ ꝙ verū est maxime in illo hemispherio australi vbi adaꝫ fuit positus vbi nunꝗ deficiūt fructus nec cadūt folia propter fauorem celi et astrorū in illa paradiso: sed in ista nostra parte aquilonari defecit postea propter pctm̄ illa fecūditas ꝑut dictum est psal. lxxi. Et ideo catholice r̄ndendo ad questum est dicendū scđm regulas et principia ꝓposita in ꝓlogo ꝙ cū xp̄s fuit finis totius legis ve. et tota lex tendebat ad xp̄m tanꝗ via in propriuꝫ terminum ꝛ finem. Ideo sicut oīa cōtingebant illis in figurā ita oīa precepta legis data sunt illis in signū et figuram futurorum mysteriorū xp̄i et ecclesie sue. Et sic sicut illud tabernaculum et templum et illa ciuitas hierusalem fuit dedicata et consecrata ad cultum diuinū in figurā totius ecclesie xp̄i toto orbe diffuse. Ita pariter oīa illa festa tp̄alia q̄ celebrabantꝛ in septimo mense cū ceteris fuerunt a deo dedicata et precepta in signū et figurā totius tp̄is xp̄i messie. Nā sicut xp̄s fuit finis totius legis ita totum tempus gratie fuit finis totius tp̄is legis et oīm festiuitatū eius. Et ideo oīa illa figurabāt tp̄s xp̄i messie cuius erāt figure. D ¶ Ad cuius maiorē declarationē est iterū aduertendū ꝙ oīa festa veteris legis fuerūt precepta celebrari in fine alicui⁹ septenarij. Naꝫ sabbatum vsuale fuit preceptū celebrari in quolibet septimo die hebdomade. Et festuꝫ pentecostes in septima septimana post pasca in memoriam dationis legis. Et festū tubarū et expiationis et tabernaculorū et collectarum in septimo mense. Et sabbatuꝫ terre in septimo anno vt omnia ista patent Leui. xxiij. Nume. xxix. Ideo sicut omnia alia erant figuratiua et significatiua: ita iste numerus septenarius erat figuratiuus tot⁹ temporis ecclesie. Nam sicut vna est ecclesia ab adam vsqꝫ ad iudiciū hn̄s distincta mēbra successiue. Ita fuit vnū tēpus habens distinctas etates et dies et menses et annos. Et sic sicut sunt et cōputantur septem etates mundi. Ita cōputantur septem dies siue menses siue anni mundi: nō soluꝫ scđm nos: sed etiam scđm hebreos. Et sic prima dies mundi fuit ab Adam vsqꝫ ad Noe. Et secunda dies siue mensis aut annus mundi a Noe vsqꝫ ad Abraam. tertia vero ab Abraam vsqꝫ ad Moysen. Exinde quarta vsqꝫ ad Dauid. Exinde quinta vsqꝫ ad captiuitatē babylonis. Et exinde sexta vsqꝫ ad Christum. Et exinde septima vsqꝫ ad iudicium. Et ideo hebrei totū tēpus ab Adam vsqꝫ ad diluuium appellant tempus et diem primi mundi: et a diluuio vsqꝫ ad Abraam appellāt tempus et diem secundi mundi. Et ab Abraam vsqꝫ ad moysen appellant tempus et diem circūcisionis. eo ꝙ sola circūcisio currebat in populo dei. A moyse aūt vsqꝫ ad Dauid appellant tp̄s ꝛ diē tabernaculi eo ꝙ in solo tabernaculo fiebāt legalia. A dauid aūt vsqꝫ ad captiuitatē appellant tp̄s ꝛ diē p̄mi tēpli. A reditu captiuitatis babylonice vsqꝫ ad vespasianū appellant tp̄s et diē secūdi tēpli. Totū vero residuū post destructionē secūdi tēpli appellant tēpus regis Messie: eo ꝙ

Marginal notes (left column):

Tp̄s torculariuꝫ est mēsis septembris.

tria festa solennia celebranda.

Mūd⁹ creatus.

sm oẽs prophetas rex Messias erat venturus in fine scdi tẽpli. Et sic oẽs rabini iudeorũ totam istam septimã etatez post scdm tẽplũ asserũt esse tps ⁊ dies regis messie et sic cõtinue expectant euz frustra vt patebit in fine huius libri. Ex oibus su pradictis ptz ꝙ ista tota vltima etas post aduen tum xpi est septimus dies et septimus mensis et annus mũdi: et vniuersalis ecclesie figurat⁹ ⁊ si gnificatus per illũ diẽ septimũ et mensem et an nuz: quẽ deus precepit celebrari in lege. ⁊ per ꝯñs totum illud tps grẽ et tps euangelicũ in quo su mus est illud sabbatuz in lege figuratũ: et qd de in figura precepit celebrari in fine cuiuslibet se ptimane: et est ille septimus mensis mẽsis in quo precepit illa quatuor festa in figura celebrari. et ille est septimus annus figuratus per sabbatum terre. Et per ꝯñs totũ illud tps dr verũ sabbatũ in quo precipimur cessare ab opibus legis mo saice et ab oi ope seruilis pcti. Et totũ hoc tps ẽ septimus mẽsis i quo pcipimur celebrare illa oia q̃tuor festa i re ⁊ vitate: q̃ illi celebrabãt et obser uabant in figura. Nã totũ hoc tps est dies libera tionis et expiationis et salutis ⁊ hũane redem ptionis de quo dr Esa. xlviij. Tpe accepto exau diui te et in die salutis auxiliatus sum tibi. Item est ann⁹ placabilis et dies medele et indulgẽtie et redẽptiõis. Esa. lxi. Sps dñi sup me eo ꝙ vn xit me: ad annũciandũ mansuetis misit me vt me derer contritos corde et predicarẽ captiuis indul gentiã et clausis apertionez: et predicarẽ annum placabilẽ dño ⁊c. Cum ergo queritẽ quare deus p̃ cepit celebrare illa quatuor festa in septimo mẽ se et tpe vindemiarũ et torculariũ: Rñdeẽ ꝙ illud p̃cepit in figura eo ꝙ ille septimus mensis figu rabat istũ septimum mensem grẽ et euãgelicum in quo sumus: in quo illa mysteria illarũ quatuor festiuitatũ erant implenda. s. mysterium sacrifi cij abrae. et mysteriũ ꝓpiciationis vniuersalis ⁊ mysteriũ tabernaculorũ et torcularium. Nam sa crificũ abrae fuit impletũ per xpm in cruce et my sterium ꝓpiciationis et expiatiõis nostrorũ oim pctõrũ. Et mysterium tabernaculorũ in quib⁹ ha bitamus per grãm in hac militãti ecclesia. Et cõ pletum est mysterium torculariũ et collecte alio rum fructuũ. Nã xps expressit vinũ euangelicũ et ecclesiasticorũ sacrorũ ex vindemia legis veteris et separauit vinũ a vinaceo: et oleũ ab amurca. et granũ euangelicũ ex palleis cerimonialiũ legis. Oleum aũt et vinũ euangelicũ reposuit in cella rio: et granum in horreo ecclie quibus nos frui mur in hac ecclesia per grãz. Et sic illa festa que illi semel in septimana et semel in anno celebra bant in figura. Nos semp et iugiter et ꝯtinue ob seruamus et celebramus in veritate prout latius videbitur in questione finali deo concedente. Et ideo dauid precepit cantari istũ psalmum in se ptimo mense tpe torculariũ qd primo querebaẽ. Sed nunc restat videndũ quare precepit ipsuz cã tari cum tympano et psalterio et cythara ⁊c. Ad qd rñdetur sicut dictũ est in ꝓlogo tractatu quin to et latius dicetur psal. vlti. qd oia illa instrumẽ ta musicalia cum quibus dauid precepit cantari

Not. qd etas se ptima. ẽ sabbatũ

Questõ.

psalmos figurabãt futura mysteria xpi et ecclesie Nam tympanum significabat passionem christi qui erat percutiendus et flagellandus ⁊c. et cor nu figurabat imperium et crucem xpi. cum qua debebat diabolum debellare: et psalteriũ figu rabat decem articulos fidei euangelice: ⁊ decem precepta: cythara aũt triãgularis figurabat fidẽ articulorũ et obseruantiã preceptorũ et grãm sa cramentoruz in quibus tota consistit xpiana re ligio. turba vero figurabat euangelicã predica tionem et vocationem fidelium ad fidẽ xpi ad re cipiendam salutem que oia figurabantur in lege et prenunciantur prophetice in hoc psalmo que oia preuidens dauid in spiritu fecit hunc psal mũ et dedit ipsum cantandũ choro ipsius a saph eo qd dirigitur toti ecclesie. Et precepit ipsum cã tari ad victoriam vocum cum toto conatu et cum supradictis instrumentis: eo ꝙ lex vocabat chri stum vt veniret ad liberandũ et redimẽduz genus humanum prout per omnia illa gesta legis figu rabãtur. In quo quidẽ psalmo dauid excitat om nes fideles vete. testa. et illius status vt celebrent illa festa in figura sub fide christi futuri vocãdo ipsum vt veniat in carnem ad complendum om nia illa mysteria per illum mensem septimum et illa festa figurata. Et vt recipiãt christũ in suo ad uentu cum summa exultatione. Et ex consequen ti apostrophat ad fideles noui testamenti exhor tando vt cum receperint Christum celebrent il lum septimum mẽsem et illa sabbata. Et festa in re et veritate in hoc mense et sabbato gratie per illa sabbata vete. leg. figurata. ⁊ celebramus ista festa cum tympano et psalterio: et cythara euan gelica. Et sic semper iste psalmus est legendus et cantandus fidelibus cum duplici spiritu. in quo quidem psalmo duo facit dauid. Nam primo ex citat sinagogã pro illo statu ad celebrandũ figu raliter illa quatuor festa cũ illis musicis instrũis vocando xpm in carnem vt veniat ad implenduz omnia illa mysteria in veritate. Scdo introducit xpm venientẽ in carnẽ vocantem populũ iudeorũ vt audiat eius legẽ euangelicã et recipiat ipsum ibi. In tribulatione inuocasti me. ¶ Quantũ ergo ad primũ dicit ꝓpheta. O sinagoga. O popule israel exultate in his festiuitatibus deo nostro: et iubilate nõ dijs gentiũ sed deo Jacob qui est ve rus deus. Et in hac celebratione et cantu sumite psalmũ idest cantate hũc psalmum ⁊ date. i. per cutite tympanũ in signũ passionis xpi futuri. Et pulsate psalteriũ iocũdũ idest libenter adimple te decẽ precepta cũ cythara. i. cũ hymnis et laudi bus. Buccinate cũ buccina et cornu in memoriaz sacrificij abrae et cum tuba neomenia ꝓ grãrum actione de collatione nouarũ frugũ et vindemia rũ i h̃ festo neomenie ⁊ isigni die solẽnitatis nr̃e s. in festo solẽni scenophegie in memoriã fictionis tabernaculi. Quasi dicat celebrate cũ exultatiõe oẽs has quatuor festiuitates cum his bis quinq̃ instr̃is ⁊c. Et reddit cãm quare dicens.

Quia preceptum in israel est: et iudi cium deo Jacob.

Tympa nuz pas sio ẽ xpi.

Al's non hũ: q̃a israel est datiui casus.

¶ Preceptum est in israel a domino. Leui.xxiij. et Numeri.xxviij. qui precepit huiusmodi quattuor festa cum sacrificio celebrari: ⁊ iudicium est deo iacob. Nam sub iudicio et comminatione maledictionis et punitionis hoc precepit de⁹ ipsi iacob. i. populo israel filio iacob. Et reddit causam quare deus instituit ista festa dicens.

Exo.xij. **Testimoniū in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti linguam quam non nouerat audiuit.**

Exod.ij. **Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.**

¶ Deus posuit ⁊ instituit illud preceptū ⁊ legē in testimonium ⁊ fedus ⁊ memoriam ipsi Joseph. i. populo israel qui in egypto Joseph ab egyptijs nominabatur. quasi a nobiliori: vt dictū est. Ideo dicit quod toti israel posuit hāc legē de festis celebrādis in testimoniū ⁊ memoriā cū exiret de terra egypti: quia tūc audiuit ille popul⁹ linguā quā nunquam nouerat. Nam nesciebat loqui nisi egyptiace. In qua lingua nutriti fuerant in egypto: sed cum fuerunt in deserto ⁊ in terra pmissiōis cōmunicādo cum ceteris gentibus didicerunt idiomata ⁊ linguas ignotas. Et etiam dicit quod moyses cogebat eos loqui lingua hebraica: que fuerat obliuioni tradita. Et etiam ille popul⁹ audiuit linguā ignotā: cū legē per os moysi a deo datam accepit. In qua sunt ⁊ erāt cerimonie ⁊ pcepta ⁊ mysteria eis ignota. q. d. quod deus instituit hoc pceptū quando eduxit isrl de egypto ⁊ docuit nouā leges. Et etiā quia de egypto liberat⁹ ille popul⁹ diuertit ⁊ remouit dorsum ei⁹ ab onerib⁹: quia ipsi seruiebat ⁊ opera vilia exercebat portādo onera supra dorsū eius quia omnes erant portitores onerū per domos pro vili precio. Et ideo sequitur: ⁊ manus eius in cophino seruierunt: quia in cophinis ⁊ sportis portabant terrā ad faciendos lateres vt patet Exodi.ij. sed ab omnibus his fuerunt diuersi ⁊ subtracti ⁊ liberati tunc. Cum ergo essent in mōte synai deus precepit huiusmodi festa inter cetera precepta cerimonialia. In memoriam et pro gratiarum actione tantorū beneficiorum receptorum. Et in figuram futurorum vt dictum est. Ergo bene merito debent filij israel tales festiuitates celebrare cum omnibus cerimonijs supradictis. Quasi dicat. O filij israel celebrate huiusmodi festiuitates non solum litteraliter cum cerimonijs: sed cum intelligentia allegorica et spirituali id est desiderate et petite accelerari aduentum messie per huiusmodi mysteria figuratum. Et cum venerit recipite eum: qui nos debet a iugo legis ⁊ a peccato liberare. Et seruate eius legem et precepta: quia ista lex vere ibi est finienda quia ibi finis et perfectio et veritas. ¶ Est tamen aduertendum quod dauid non solū excitauit synagogam ad celebrandum illa quattuor festa in figura et mysterio et prophetia: sed etiā excitat populum christianum ad celebrandum predicta festa iam per gratiam. Nam sicut exhortatur synagogam ad celebrandum ista festa in figura. Ita pariter exhortatur fideles noui testamenti ad celebrandum ea in re et veritate. Unde dicit nobis. O ecclesia et popule christiane postquam iam christus venit ⁊ oīa predicta mysteria in se impleuit: ⁊ nos a iugo legis ⁊ peccato: per passionē ⁊ resurrectionem liberauit. Exultate ipsi christo vero deo adiutori nostro quia ab omnibus his liberauit nos: et pro gratiarum actione iubilate ipsi qui est verus deus Jacob qui transplantauit synagogam ecclesiam: et legem in libertatem: et nos a peccato in gratiam. Et sumite psal. scilicet laudem euāgelicam: ⁊ date tympanum contemplādo passionē christi: ⁊ macerando vestram carnem per penitentiam. Et pulsate psalterium iocundum implēdo sponte diuina precepta cū cythara: id est cū hymnis ⁊ laudibus septies in die et frequenter deum laudando ⁊ orando. Et buccinate. i. victoriam ⁊ triumphū xp̄i annunciate in neomenia tuba: id est in noua ⁊ publica euangelij predicatione: et hoc facietis in insigni die solēnitatis nostre quod est totum tp̄s gratie. Et buccinate. i. vocate oēs gētes et populos ad fidē xp̄i. Et isto mō vero ⁊ spūalr ⁊ perfecte celebrabitis festa pdicta recipiēdo messiam seruādo eius legē euāgelicā: quia hoc est preceptū quod posuit ⁊ imposuit in israel. i. quod tota illa lex significabat. Nā sicut moyses eduxit populū de captiuitate et seruitute egypti. Ita nos xp̄s eduxit et liberauit de captiuitate ⁊ seruitute diaboli: de tenebris ad lucē ⁊ gratiam. Et sicut illi seruiebant in cophino et ceteris. Ita nos seruiebamus sub iugo legis onere cerimoniarū ⁊ onera pctōrū ⁊c. Et sicut illi liberati a seruitute audierūt nouā legē: ita nos liberati a iugo legis audiuimus nouā legē euāgelicā liberā: ⁊ nouā: ⁊ salubria sacra. Et ergo perampli⁹ ⁊ pfectius ⁊ verius debemus exultare deo adiutori nr̄o xp̄o: et iubilare deo Jacob.

Festiuitates celebrāde.

Nota. ¶ Est aūt aduertendum quod in toto lib. psalmorum quandocunque ponit israel sepius additur iacob vt hic quia preceptum in israel est et iudiciū deo iacob. Nam hoc notanter dr ad magnū mysterium pro pplo xp̄iano et ecclesia. Nam primo Jacob qui erat minor ⁊ vltimus in natiuitate fuit electus et prepositus esau maiori reprobato. Per hoc significatum fuit quod populus xp̄ian⁹ vltimus in tempore et minor erat preponēdus populo iudeorum. Et eligendus illo reprobato. hoc est quod reprobata synagoga erat a xp̄o ecclesia eligenda et transplantanda. Item sicut esau vendidit primogenituram ipsi iacob. Ita iudei contēnentes xp̄m pp̄ter tp̄alia dimiserūt ecclīe primogenituram. Et nos subripuimus eis bñdictionē ⁊c. Item sicut iacob postquam luctatus est cum angelo ⁊ vidit deum dictus est israel. i. videns deum: ita postquam xp̄s luctatus est in passione cū diabolo ⁊ nos ista per fidē nouimus tota ecclīa xp̄i dr israel. i. vidēs deū: quia sola ecclīa videt mysteria ve. le. synagoga manēte ceca ⁊ maledicta: ⁊ priuata pmogenitura Et ecclīa trāsplātata successit in hereditate ⁊ nomine. Ideo vere dr iacob inquātū trāsplātata ⁊ electa ⁊ preposita ⁊ succedēs in hereditate ⁊ primogenitura ⁊ bñdictione. Et dr israel inquātū videt deū. Ex supradictis patet quod illa quattuor festa vet. le. iam nō debēt literaliter pro isto tēpore celebrari

¶ Unde i psona ecclesie dicit. O dñe iesu xpe post q tu creasti istas oues, et ab initio tui aduentus istũ gregẽ cõgregasti, et multipliciter redemisti et de ore draconis p baptismũ liberasti. libera ergo ipsum ppls finaliter de manu istarũ ouarũ bestiarũ .s. machometi et antixpi: et i finali iudicio punias persecutores ecclesie i cruciatũ eternũ. et glorifica pauperes tuos in vitaz eternã quequidem petitio implebitur per interitum ipsius antichristi.

f.q.f.c. sicut vigerit. et d cõ fe. dist. f. qñ autẽ stamus.



Onfitebimur tibi deus cõfitebimur et inuocabimus nomen tuum.

¶Hic explicat mysteria sacre scripture vete. test. vbi dauid siue homo mysticus preuidit istam mu tationẽ dextere excelsi et nostram redẽptionẽ figu raliter. A quibus mysterijs sumit parabolã et p/positionem ad petendũ intentum. Unde tria my/steria pricipaliter adducit in quibus preuidit in figura nostrã redemptionem. Nam primo addu Figura nře redẽ ptionis. cit libertatem filiorũ israel de egypto. Nam per hoc quod moyses fuit a deo missus in egyptum: et cũ signis et portentis liberauit et eduxit totum illum populũ de egypto et potestate pharaonis. Pre/uidit quod xps filius et dextera dei přis a pře missus debebat liberare totũ genus humanum de tene/bris peccatorũ et potestate diaboli et ideo dicit Ideo cepi cognoscere quia hec erat mutatio dexte re excelsi. i. per xpm facienda quia memor fui ope/rum dñi. i. misericordiarũ quas fecit deus patrib⁹ antiquis. Et memor ero mirabiliũ tuorũ q̃ fecisti ab initio: incipiendo a noe: quẽ liberasti de dilu/uio: et sic discurrendo per abraam quem liberasti multipliciter: et per ysaac quem liberasti de gla/dio sacrificij. et iacob quem liberasti de esau. Et meditabor in oibus operibus tuis: que fecisti pa tribus nostris et exercebor in adinuentionibus tuis. i. in secretis mysterijs clausis in illis operi/bus: puta qñ o apparuisti moysi in rubo ardenti et qñ o vocasti eũ: et precipisti vt remoueret cal/ciamẽta. Et quomõ cõuersa est virga in colubrũ et ecõuerso. Et qñ o traxit manũ leprosam de si/nu et cõsiderauit quod oia ista significabãt missionẽ xpi in mũdũ rc. Itẽ cõsiderauit duriciã pharao/nis: et plagas egyptijs illatas in quibus plagis et portentis preuidit totũ mysteriũ nostre redem ptionis. Et qñ o via tua erat in sancto. q. d. sicut ille sanct⁹ angelus erat ductor illius ppli et fecit illa signa terribilia. Ita xps debebat esse ductor totius gñis humani. Et debebat ipsum liberare de ptãte diaboli. Nam quis magnus sicut deus noster. Et conuersus apostrophat ad xpm futurũ dicens tu es deus qui facis mirabilia maiora q̃ facta sunt tunc per moysen. Nã sicut tũc notam fecisti virtutem populis egyptiorũ et aliorum in mari rubro: ita notã facies virtutẽ tuã in humani tate per totũ orbẽ. Et sicut tunc redemisti in bra/chio et potentia pplm tuũ scilz iacob et ioseph: ita redimes totũ genus hũanũ et totã ecclesiam in tellectam per iacob et ioseph. Et notanter dicit filios iacob et ioseph. Nam lz inter filios iacob intelligant et cõprehendant filij ioseph: tñ quia fi/lij ioseph oẽs sunt nati in egypto et reputabant nobiliores apud egyptios: eo quod descendebant a ioseph qui fuerant princeps et rector et prefectus totius egypti: ideo specialr nominat eos. Et quia ecclesia maxie figurat per filios iacob. Et xpus maxie figurat per ioseph: quia per fratres suos ven ditus et post afflictionẽ exaltatus rc. sicut dictũ est psal. ij. Iterum est aduertendũ quod in illis operi bus mirabilibus due substãtie sunt cõsiderande. Primo angelus dñi inuisibilis qui faciebat illa miracula. Scdo moyses visibilis qui percutiebat aquas cũ virga. Et sic fiebant illa opa mirabilr per hoc puidit moyses et dd quod in xpo redẽptore debebãt esse due nature: vna diuina inuisibilis que pncipalr et latẽter opat et altera hũana: et vi sibilis que instrumentaliter et visibiliter videbat operari. Et iõ dicit. de⁹ in sancto via tua. i. sicut vi/ta tua et virtus et ducatus erat in sctõ angelo in/uisibili et in sancto moyse visibili. ita pariter via nře redẽptiõis fuit in xpo sctõ tuo tuo q̃ est sctũs sctõrũ: in qua est duplex natura. s. diuina et hũana per hec ergo mysteria puidit dauid totũ mysteriũ incarnationis et nostre redemptionis facte per mortem et passionem christi in signis rc.

Xps du ctor ge neris hu mani.

Uiderunt te aque deus: viderunt te exo. xvij. r. c. x. r. c. vij. vsq ad. xij. **aq̃ et timebũt et turbate sunt abyssi.**
Multitudo sonitus aquarum: vo/cem dederunt nubes.
Etenim sagitte tue transeunt: vox to nitrui tui in rota.

Alluxerunt choruscationes tue orbi terre commota est et cõtremuit terra.

¶ In scdo loco adducit miraculũ et mysteriũ factũ in transitu maris rubri. vñ sicut tot' populus erat in periculo ne caperet et trucidaret p pharaonẽ et egyptios: nisi q: moyses cũ vga pcussit aqs: et diuiserunt aque. et transiuit pplś ad aliã partẽ littoris et sic per transitũ aquarũ saluatus et liberatus est pplś. Ita pariter xps per contractum sui corporis pbuit virtutẽ regeneratiuaz aquis baptismalib' et per aquas baptismales liberauit fideles de potestate diaboli prout fuit ibi figuratũ. Hoc ergo preuidens dd in figura dicit. O de' xpe sicut tunc viderũt te aque maris rubri et viderũt te aque iordanis et timuerunt. i. quasi timentes sunt diuise et cõuerse sunt retrorsuz et liberati sunt' filij israel et abyssi aquarum turbate sunt. Ita pariter quando aque baptismales viderunt te, timuerũt diaboli et abyssi infernales turbate sunt: quia per baptismuz delesti peccatũ: et fugasti diabolicam potestatem. Item aque maris galilee timuerunt te qñ siccis pedib' sup eas ãbulasti. Et mari et fluctib' et ventis imperasti. Et petrum de profundo pelagi liberasti. Item sicut post transitum israel fuit multitudo sonitus aquarum. Et nubes dederunt voces et tonitrua et sagitte tue transierũt scilicet multa flumina fuerunt de nubibus immissa. Et vox tonitrui tui fuit quasi tonitruus qui fit in rota et curru. Et mouerunt aquas et reduxerũt eas super egyptios et submerserunt eos. Et sicut ibi chorusčatiões tue alluxerunt et igneos radios deduxerunt orbi terre et tota terra tunc commota est. Ita pariter. O christe multitudo sonitr' aqrum tue sapientie: et nubes scilicet apostoli tui dederunt vocem euangelicam, et sagitte tue euangelice transierunt per totum mundum: et vox tonitrui: scilicet tue predicationis fuit per totum mũdum in rota euangelica et curru euangelico quem quattuor euangeliste ducũt et duxerũt p totũ orbẽ. Et sic chorusčationes euangelice alluxerũt ex mõte syon in die pẽ. toti orbi terre: q: ibi apli recceperunt chorusčationes et splẽdorẽ sapientie: et donorũ et graz. et sic predicauerunt toti orbi terre. Et sic cõmota est et contremuit tota terra ad predicationem apostolorum: et omnia idola corruerũt sicut corruerunt egyptij in mari rubro.

Figura baptismi. *Exo. xij.*

In mari via tua et semite tue i aquis multis et vestigia tua nõ cognoscent.

¶ Sicut ibi fuerũt vie tue in mari rubro et semite tue in aqs multis vt populus transiret et vestigia tua non fuerũt nota. Ita qñ venies tu xpe in mundum via tua erit in mari q: siccis pedibus per mare galilee ambulabis et etiã p mare huius mundi et semite tue erunt in aquis et persecutionib' multis: q: apostoli tui nauigabũt in hoc mare psecutionum sed vestigia tua non cognoscentur in mari galilee: q: super aquas ambulabis: et etiam nec vestigia peccati cognoscent in te: sicut in nobis. q: erit inter omnes mortuos liber: vestigia tua non cognoscẽtur quãdo intrabis mare huius mundi: quia mysterium incarnationis erit ineffabile et investigabile. Unde dicit salomõ Prouer. xx. Tria sunt mihi difficilia et quartum penitus ignoro. s. viam aquile in celo: viam colubri super petrã: viã nauis in medio mari et viam viri in adolescentia id est viam filij dei quando descẽdit de celo in carnem et conuersionis christi quando exiuit de sepulchro et viam conuersionis in mari huius mundi et viam christi quando exiuit de claustro vteri virginalis quia nullum vestigium aut violentiaz reliquit christus in his quatuor vijs q: absq violentia fecit christus ista quatuor occulta et ineffabilia mysteria scilicet mysterium incarnationis et natiuitatis et resurrectionis et ascensionis et cõuersationis huius vite et vestigia sua fuerunt mũdo ignota in isto quadruplici itinere. Et sic est dicendum de ceteris mysterijs xpi et miraculis q̃ latenter diuinitas operatur.

Deduxisti sicut oues populum tuuz in manu moysi et aaron.


Exo. xij. de cõse. di. ij. q̃d sit.

¶ Ultimo adducit ducatum per desertuz et introitum terre promissionis. Unde dicit sicut deduxisti populũ tuum sicut oues in manu moysi et aarõ ex egypto per totum desertum: ita deduces populum fidelem de tenebris peccatorum a potestate diaboli. Et deduces ipsum per desertum huius mundi et introduces in hanc ecclesiam per gratiam: et in futuram per gloriam. Et dicit in manu moysi et aaron: quia per eos fuit christus figuratus: quia dux et sacerdos quia inquantum dux sine rex dedit legem euangelicam. Et inquantum sacerdos ptulit sacra. Ex qbus ptz q dd nõ allegat supradicta mysteria gra sui: sed assumit ea in parabolã et ppositionẽ inquãtũ erãt figura nr̃e redẽptionis future p xpm et sic allegat figurã pro figurato: q: sicut oĩa illa nõ erãt gra sui: sed gratia xpi futuri: ita allegat ipsa gratia et rõne figurati: q: aliter dauid nõ fuisset ppheta. vñ dupliciter ẽ nobis xps in lege promissus. vno modo per mysterium et figurã. alio modo per expressaz pmissionẽ et ideo non est minus certa veritas mysterij et figure q̃ veritas expresse promissionis. Ideo ppheta audacter allegat figurã tanq̃ verã et certã pmissionem. in quib' figuris nouit mutationẽ dextere excelsi. Et sic dauid in persona totius ecclesie fuit psolat' in sua ãgustia. Itẽ nil aliud est dicere. Tu deduxisti sicut oues pplm tuum &c. nisi si diceret tu de' nobis redẽptionẽ p illã figuram promisisti itõ fac qd pmisisti i figura siue facies i veritate qd in figura significasti. ∂ ¶ Ex toto isto psal. pñt recolligi tres cõclusiões principales. ¶ Prima cõclusio q dauid cõtẽplando oẽs pmissiões factas patribus antiquis et liberationẽ filiorũ israel de egypto preuidit totũ mysteriũ nostre redẽptionis ¶ Secunda conclusio: q totũ mysterium nostre redemptionis fuit mutatio dextere excelsi scz a iusticia in misericordiam et ab ira in benignitatem &c. ¶ Tertia pclusio q diuinitas xpi ita latẽter opabatur in illa hũanitate: q vestigia incarnatiõis et natiuitatis et cõuersatiõis et miraculorum opatiõis et resurrectiõis et ascẽsionis fuerũt mũdo ineffabi

dupli ẽ xps i lege re promissus.

lia et ignota vsq ad missionē spūsancti: q̄ quidē my/
steria: lz sint nobis nota p fidē quo ad effectuz: tn̄
nobis sunt incōprehēsibilia quo ad cām et modū.

mat. xiij e.ix.d.c. neq.



Ttēdite popule me^9 legē meā: inclinate aurē vestrā i vba oris mei.

¶ Titulus. Eruditio siue intellect^9 ipsi asaph. In greco aūt ly intellectus siue eruditio est genitiui casus: vt sit sensus q̄ iste est psal. intelligētie siue eruditiōis ipsi asaph. Ex titulo apparet q̄ dauid fecit hunc psal. scōm q̄ fuit erudit^9 a spiritusancto: et vt erudiret nos in hoc psal. de his que ipse fuit eruditus. Et dedit ipsum cantandū: et recensendum ipsi asaph et choro eius. Unde sicut Terentius faciebat comedias: tamē dabat eas recēsendas ipi calliopio: vt ipse dicit i fine cuiuslibet comedie. Ualete et plaudite calliopi^9 recēsui. Ita pariter dauid habebat tres cantores: quos constituit ad cantandū et recēsendum psal. vt ptz .i. parali. Et sic asaph et ethā et filij chore ec. nō ponūtur in titulo psalmorum tanq̄ actores psalmorū: sed tanq̄ recēsores et cātores: et etiam interpretes p populo. Ex quo ptz q̄ dauid est actor huius psal. Et asaph est cantor siue recensor sed persona introducta ad loquendum in hoc psal. cuius psona factus est psal. est ipse xp̄s: vt ptz Mat. xiij. vbi dicit q̄ cū locutus fuisset iesus in parabolis ec. Postea dicit. hec oīa locutus est iesus in parabolis: vt impleret qd̄ dictum erat per pphetā. Aperiam in parabolis os meū: et eructabo abscōdita a cōstitutione mūdi. Ex quo ptz q̄ xp̄s loquit in hoc psal. Ad cuius intellectum oibus fabulatiōibus iudeorū dimissis est aduertendū fm Aug. xvij. de ciui. c. iij. e. v. q̄ dauid contēplando sacrā scripturā: et maxime vt legitur primo Reg. iiij. qualr filij effraym. et totus populus israel fuit victus in prelio a philisteis: qui occisis sacerdotibus filij hely detulerūt secū archam domini: et tenuerūt eam in acharon et azoto. Et tunc sacerdotium fuit translatū a filijs hely in samuelem. Et archa domini postea fuit trāslata per dauid in hierusalē. Et sic tribus effraym simul perdidit archam et regnū siue iudiciuz. que quidē punitio venit tribui effraym et toti israel propter peccatum ingratitudinis et rebellionis et infidelitatis. Nam cum tot beneficia a deo recepissent: tamē fuerunt deo ingrati et rebelles: q2 oīs montes effraym erāt pleni idolis baalym: q̄ quidem idola pstrauit postea samuel dum fact^9 fuit iudex et sacerdos. Item psiderabat postea dauid qualiter propter ingratitudinez et inobediētiam translatuz fuerat regnū a saule ad ipsum ec. Per hanc ergo triplicē translationē: scilicet. tabernaculi et regni et sacerdotij: que facta est ppter peccatum ingratitudinis et rebellionis et infidelitatis. preuidit dauid in spiritu qualiter populus iudaicus debebat esse ingratus et rebellis et incredulus christo messie in aduētu suo: ppter qd̄ peccatum debebat perdere locum: scz templum et sacerdotium et regnum: et erat transferēdum ad ecclesiā ex gentib^9 cōgregandā. Et hec est sententia augustini. xvij. de ciuitate cap. iiij. e. v. Hoc ergo puidens dauid in spiritu fecit hunc psalmū in quo introducit christum loquentem exhortantez et vocantem illum populum ad legem euangelicā sub comminatione perdendi templum et sacerdotiuz et regnum. Duo ergo in hoc psalmo propheta pncipaliter facit. Nam primo premittit proemium siue prefationē. ¶ Secundo exequitur de narratione ibi. Filij effraym. ¶ Quantum ad primū: quia proemium est breuiloquium quorundam dicēdorum. Ideo in prologo siue proemio isto assignat quattuor causas huius psalmi. Naz causa efficiens est christus loquens: in cuius psona factus est psal. Causa materialis sunt omnia mysteria ve. testa. que hic adducuntur. Causa formalis est modus procedendi: quia omnia ea mysteria et gesta vet. te. que memorantur in hoc psal. adducit p modū parabole et ppositionis ad inferendaz aliquā magnaz conclusionē in no. te. Causa autē finalis est vtilitas que sequitur. s. vt efficiat auditores bonos et deo obedientes et credētes. Quattuor ergo facit in hoc proemio. Nam primo assignat causaz efficientez. secundo causaz formalē. Tertio causaz materialem. Quarto causam finalez: scōa ibi aperiam in parabolis: tertia ibi. quanta audiuimus. quarta ibi vt cognoscat generatio altera. Quāt ū ad primum propheta introducit christum messi ā in lege promissum verum deum et hoiem loquētē ad ppl'm iudeoꝝ in aduētu suo dicētē. O ppl'e attēdite. i. attēde et attēdendo audite et intelligite et suscipite legem meā quaz vobis fer o. Et etiaz attēdite legez meam veterē et pcipite eā aurib^9 mētis et cordis: q2 in ea reperietis totam legē euāgelicā. Ex his ptz q̄ iste q̄ hic loquit est ipse de^9 q2 dicit attendite popule me^9 legē meaz: q2 lex diuina est solius ipsi^9 dei et ille popul^9 dr̄ popul^9 dei. Itē est aduertēdū vt sepius dictū est. q̄ lex euāgelica quā xp̄s tulit non est alia scōm essentiā a lege vete. sed est spiritus et veritas illius. Johan. i. Lex p moysen data est: gratia autem et veritas per christum facta est. Unde vetus testm̄ nihil aliud est nisi occultatio noui: et nouum testm̄ nil aliud est nisi manifestatio veteris. vt inquit augustinu^9. Ideo qui vult bene attendere ad legem veterem et auribus eam percipere ibi reperiet veritatem euangelicā totam figuratam. Et ideo dicit attēdite popule meus legem meam ec. et dicit auribus percipite verba oris mei: ad differentiam legis euangelice ad veterem. Nam illa est data scripta in tabulis lapideis et in charta mortua: et ista i cordibus hominum per proprium auditum. Ideo dicit. aurib^9 pcipite ec. Itē illa data est p os moysi: ista vō per os ipsius dei. s. xp̄i. Ideo dicit. vba oris mei. Ad denotādū q̄ de^9 incarnat^9 p os suuz erat laturus legē impressaz in cordib^9 hominū. Dicit g̃ christ^9 in aduētu suo. O popule me^9 israel attendite ad legē meā et intelligite eā: q2 hec lex quā vobis predico lex dei est. q2 moyses de me scripsit. Totū hoc dixit xp̄s Mat. v. qn̄ ascendit in montē: et declarauit legem diuinā dicens. nō veni soluere legez: sz adimplere. Et hoc idem ptz p totum discursum:

materia hui^9 psl.

No. hāc figuraz

quid sit pemiū.

Lex euāgelica n̄ est alia a lege veteri.

euangelio: in quo de⁹ nil aliud facit nisi vocare pplm ad legē itelligēdā et suscipiēda ꝟitatē legis.

xxvij. q.i. c.nō asse ramus. **Aperiā in parabolis os meū loquar propositiones ab initio.**

¶Hic pmittit modū pcedēdi in hoc psalmo quē vult tenere.s.adducere mysteria ve.te.per modū parabolarū et ppositionū. Quasi dicat ꝙ ea q̄ intendit adducere: nō adducit precise gr̄a sui sed p modum parabolarū et ppositionū gr̄a alterius cōclusiōis inferende de veritatibus noui te. ¶Ad cuius intellectū est notandū sicut dictū est in plogo huius lib. ꝙ pūerbiū siue pabola nō ponit̄ gr̄a sui s3 alterius. nā puerbiū dr̄ q̄si pro alio verbu3 et parabola dr̄ a para qđ iuxta: et bole snīa quasi iuxta snīa3 alterius. Itē parabola nil aliud est nisi ppositio alicuius rei geste: vel tanꝙ geste p aliqua veritate similitudinarie exēplariter inferenda et sic semp ponit̄ pro alio. Itē ppositio ꝫm Aristo. primo posteriorū etiā priorib⁹ est enūciatio affirmatiua aut negatiua ad inferendā cōclusionē intentā. Et ideo ppositio nō pponitur gr̄a sui sed gratia cōclusiōis inferende. Et ideo q: tota sacra scriptura ve.te.nō posita est gr̄a sui: s3 in quantum figurabat mysteria noui te. Ideo dicūtur parabole et propositiones que premisse sunt in ve.te.ad inferendū mystice et pphetice ꝯclusiones et veritates euangelicas. Et ideo sicut totum vetus testm̄ nil aliud est nisi quedā parabole et ppositiones premisse ad inferendū et figurandū legē euangelicā. Ita tota lex euāgelica nil aliud est nisi quedā veritas et ꝯclusiones illate ex mysterijs et scripturis legis vete. Nā sicut ꝟitas cōclusionis cōtinet̄ virtualiter et cōfuse in ppositionibus premissis: sed post illationem pt3 veritas distincte in conclusione vt pt3 primo posteriorum. Ita veritas euāgelica cōtinebat̄ virtualiter et in confuso in lege veteri sed post aduentū christi patuit illa veritas distincte per xp̄m in euangelio. Et sic tota lex vet⁹ nil aliud est nisi pabole et ppositiōes respectu euangelij. Et sic ecclia catholica et q̄libet fideli s q̄ñ legit scriptura3 ve.te.nō legit gratia sui: sed ad mysteriū et pphetiā: put figurat veritates legis euāgelice. Aliter intelligentia veteris legis nō est vera nec catholica: q: veritas eius est euangelium. Et ideo dicit Hieronymus in epistola de mansionibus. ꝙ oīa dicta in hoc psal. ponunt̄ tāꝙ ppositiōes et pabole inꝙtum figurabant mysteria no.tes. et sic non ponunt̄ gratia sui: sed ad sensum spūalem. Et hoc est ꝙ pmittit ppheta in persona xp̄i: ꝙ quicquid dicetur in hoc psal. de te.ve.nō intēdit adducere gratia sui sed put sunt quedam parabole et ppositiones. Unde ait aperiā in parabolis os meū et loquar ppositiones ab initio. i. adducā oīa mysteria sacre scripture incipiendo ab initio exitus israel de egypto q: tunc incepit iste pplīs: et etiā a pmissionibus factis ab initio ipsi abraā: isaac et iacob. Et ea que acciderunt toti pplo israel successiue vsꝙ ad dauid. Et oīa ista adducā tanꝙ parabolas et ppositiones ex quibus inferam intētū meū Nam oīa ista nō sunt gr̄a sui: sed parabole et ppositiones respectu legis euangelice. et hoc erit causa formalis et modus procedēdi in hoc psal.

Quid sit prouerbiū et qđ pabola.

Lex vet⁹ est pparabola respectu euāgelij

Quāta audiuimus et cognouim⁹ ea et patres nostri narrauerunt nobis. x.dist. q̄s nesciat. vt pt3.vi. exo. per totum.

Non sunt occulta a filijs eorum in generatione altera.

Narrantes laudes dñi et virtutes eius: et mirabilia eius que fecit.

Et suscitauit testimonium in iacob et legem posuit in israel. Exo. xx.

¶Hic explicat cām materialē huius psal. i. materiā quā itēdit adducere et loqui: q̄ quidē materia dr̄ materia antecedens. Et dicit ꝙ intēdit deducere in hoc psal. oīa ista gesta quanta audiuimus scripta in genesi et exodo et quinꝙ libris legis iosue. et in libro iudicū. et in libris regū. i. tanta loquar quanta audiuimus &c. que quidē gesta antiquorū patres nostri annūciauerūt voce et scripto. que quidē gesta nō sunt occulta nec tacita a filijs eorū in gñatione altera immo ipsi narrauerunt filijs suis narrātes laudes dñi et beneficia et virtutes eius et mirabilia que fecit que p magna parte explicabunt̄ in hoc psal. oēs ergo istas ppositiones loquar. Et adducā et loquar etiam quomodo deus suscitauit et nouiter dedit illam legem in testimoniū in iacob. Et legē posuit et ordinauit et cōstituit in israel. quasi dicat ꝙ illā legē quam dedit populo in monte synai dedit eam in testimonium. ¶Et nota ꝙ lex vetus dr̄ testimoniu3. Primo quia fuit per angelos testificata Secūdo quia reposita est in archa in testimoniū contra preuaricatores. Deuter. xxxi. Tertio quia tota lex vetus facit testimonium de christo futuro. Jō ait saluator Jo. v. Scrutamini scripturas q: ipse testimonium perhibent de me. Nam moyses de me scripsit &c. Et testimoniū suscitauit. Ad denotandum ꝙ lex preceptorū anteꝙ esset lata et suscitata iam erat sepulta et inserta naturaliter in nobis. ad Roma. ij. quia omnia precepta contināetur in illa naturali lege. scilicet quod tibi non vis alteri ne facias &c. dicitur autem lex quia lata et posita siue positiua. Ideo dicit legem posuit in israel: ecclesia dei dicitur iacob inquantum surripuit primogenituram et benedictione. Et dicitur israel inquantum videt deum: et est directa a deo et fortis cum deo.

Lex vet⁹ dr̄ testionium.

Quanta mādauit patribus nostris notat facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera. Ut pt3 Exodo.

Filij qui nascentur exurgent et narrabunt filijs suis.

Ut ponant in deo spem suam: et obliuiscantur operum dei: et mandata eius exquirant. lxxxvi. d. c. fratrē.

Ne fiant sicut patres eorum genera-

tio praua et exasperans.

Gñatio que nõ direxit cor suũ et non est creditus cum deo spiritus eius.

¶ Hic pphta in psona xpi explicat cãm finalem huius psal. nã qr iste psal. dirigit iudeis q̃ erant tpe aduent⁹ xpi: vt reciperẽt xpm ꝛ legẽ euãgelicã et eã seruarent ne fierẽt rebelles ꝛ infideles sicut pres eorũ. Et ne priuarent sanctuario ꝛ regno et sacerdotio sicut fuerũt priuati filij effraim ꝛ ceteri filij isra el tpe ely ppter rebellionẽ et ĩfidelitatez. Jõ pphta iã exhortat eos i psona xpi sicut xps iã exhortabat eos tũc p pphetã i hoc psal. cũ cõminatiõe ablationis sanctuarij et tẽpli ꝛ regni ꝛ sacerdotij. q. d. si vos iudei nõ audieritis et receperitis xpm: et legẽ eius ꝛ obseruaueritis eã in aduẽtu suo. Auferet a vobis sanctuariũ et regnũ et sacerdotium sicut fuit ablata archa a filijs effraym de sylo. et sacerdotiũ fuit translatũ a filijs hely ad samuelẽ. Et regnũ a saul ad ipsuz dauid Jta: pariter auferet a vobis sanctuariũ ꝛ regnũ et sacerdotiũ. Et dabit pplo gẽtili facienti fructus Mat. xxj. Et hec est cã finalis huius psal. s. inducere iudeos ad recipiendũ xpm in aduẽtu suo ꝛ legẽ eius. Et hoc sub cõminatione ꝛc. Et in hoc cõsistit totũ argumẽtũ hui⁹ psal. Dicit ergo loquar in hoc psal. ꝛ adducã i pabolas ꝛ ppõnes tot gesta et mysteria ꝛ tanta quãta mãdauit deus prĩbus nrĩs ea nota facere filijs suis vt cognoscat gñatio altera. hoc dicit. nã deus mãdauit filijs israel: qñ egressi sunt de egypto vt quotiẽscunq̃ comederẽt agnũ pascalẽ: narrarẽt filijs qualr comedebant illũ agnũ in memoria liberationis de egypto. vt patz. exo. xiij. dicens. narrabisq̃ filio tuo in illo bello dicens. hoc est qd̃ fecit mihi dñs qñ egressus sum de egypto ꝛc. Jtẽ mãdauit prĩbus vt rememorarẽt filijs suis legem ꝛ cerimonias q̃s a deo acceperãt. Deuter. iij. ꝛ vj. dicẽs erũtq̃ vba hec q̃ precipio tibi hodie i corde tuo. ꝛ narrabis ea filijs tuis ꝛc. Jõ subdit pphta. Et filij tui q̃ nascent. s. q̃ reperient tpe aduent⁹ xpi ꝛ exurgent ꝛ conuertent sicut fuerũt zacharias ꝛ symeõ et apli narrabunt oĩa supradicta filijs suis ꝛ demonstrabũt oĩa figurata ꝛ gesta in le. ve. esse gesta et dicta et figurata p xpo vt illi ponãt in deo et non in mũdo nec in cerimonijs legalibus spez suã: sz recipiãt xpm in verũ messiã: et nõ obliuiscãtur operũ dei q̃ xps faciet q̃ opa nullus poterit facere nisi esset de⁹. Nã p opa poterunt cognoscere xpm esse deũ ꝛ iõ recipiẽt eũ. Et exq̃rant et obseruent mãdata eius. q̃ mãdauit in lege euangelica ne fiant rebelles ꝛ increduli: sicut pres eorũ q̃ fuit gñatio praua et exasperans. s. puocans deuz ad irã. que quidẽ gñatio nõ direxit cor suũ ad credẽdum deo nec ad obseruandã legẽ ei⁹ nec fuit creditus nec vnit⁹ cum deo spũs illius gñatiõis immo fuerunt semp rebelles ꝛ increduli ꝛ ingrati vt patebit. Ex supradictis pz q̃ iste q̃ loq̃tur in hoc psal. est de⁹ per hoc q̃ ait. Attendite pp̃le me⁹ legẽ meã ꝛc. Scd̃o patz q̃ ist hõ: per hoc q̃ subdit quanta audiuimus ꝛ cognouim⁹. Et quanta mãdauit prĩbus nostris. Et sic iste qui loquit in hoc psal. est xps deus et homo qui tanq̃ deus dicit. attendite pp̃le meus legẽ meaz. Et tanq̃ homo de semine abrae et iacob dicit. quanta mãdauit patribus nostris ꝛc. Et sic xps est causa efficiẽs qui loquit ad pplm iudaicũ in aduẽtu suo. Et exhortatur vt audiat et recipiat legẽ euãgelicã: que nõ est alia scd̃z essentiã: sicut dictũ est. Materia aũt huius psal. est totus discursus ab exitu israel de egypto vsq̃ ad tpa dauid in regnũ eius ꝛ vsq̃ ad tẽplum et sanctuariũ. Forma aũt est qr oĩa q̃ hic narrant adducũtur tanq̃ figure et parabole et ppositiones ad inferendã et predicendã trãslationem sanctuarij et regni ꝛ sacerdotij a synagoga in ecclesiam. Causa finalis est vt pp̃ls iudeorũ recipiat xpm ꝛ legem eius ne fiant increduli et rebelles ꝛ ingrati sicut patres eorũ: et hoc sub cõminatione supradicta. Et ex hoc apparet vera pphetia huius psal. que executio hui⁹ cõminationis fuit vere impleta in illo populo propter obstinationẽ eorum post aduentum christi.

Judei in ducunt ad xpm suscipiendum.

Nota.

Filij effrem intendentes et mittẽtes arcum conuersi sunt in die belli.

Non custodierũt testamentũ dei: et in lege eius noluerunt ambulare.

Et obliti sunt benefactorum eius et mirabilium eius que ostendit eis.

Ala effraym. s. Reg. iiij.

¶ Hic incipit narrationẽ dicẽdorũ sicut pposuit in pemio. Et duo facit. Nã primo memorat et narrat incredulitatẽ ꝛ rebellionẽ ꝛ ingratitudinẽ illius ppli. Scd̃o punitionẽ eorũ: ibi audiuit deus et spreuit. vel possumus dicere q̃ hic oñdere intẽdit cãm quare filij effraym fuerũt priuati sctũario et archa dñi. Et filij hely sacerdotio. Et saul regno. Jdeo pri⁹ assignat demerita ꝛ cãm que est incredulitas et ingratitudo ꝛ rebellio. Scd̃o describit hmõi priuationẽ ibi. Audiuit deus ꝛ spuit ¶ Quantũ ergo ad pmũ dimissis diuersis modis dicendi tã hebreorũ q̃ catholicoꝝ in hoc loco: est notandũ vt legit. j. Reg. iiij. c. q̃ cũ hely eẽt iudex et sacerdos in israel de gñe aaron: et multotiens fuit monit⁹ vt filios corrigeret: eo q̃ tyrãnizabãt Et multa enormia pperabãt. Et tñ hoc fecit negligenter hely. Jõ ppter hoc pctm: ꝛ ppter pctm idolatrie qr p totũ mõtẽ effrayz celebrabant baalym et astarotis. Jdeo deus permisit q̃ venerunt philistei et cõgressi sunt cũ filijs israel quoꝝ maxima pars erant de effraym: et victi sunt filij effraym illa die. Et reuersi sunt fugientes ad loca sua cesis ex his quatuor milibus: que punitio facta est ppter pctm ingratitudinis et tyrãnidis ꝛ idolatrie: tũc filij effrayz aduocarũt cũ eis mltos et alijs tribubus ꝛ abstraxerũt archã dñi de sylo. Et exierũt oẽs i cãpuz cũ archa dñi cõtra philisteos. Sed iterũ philistei congressi cõtra eos vicerunt eos. Et abstulerũt eis archam ꝛ interfecerũt sacerdotes. s. ofni ꝛ phinees filios hely. Et ceciderunt illa die. xxx. milia ex israel: ceteri autem retro terga vertentes conuersi sunt in fugam ad loca eorum. Et hoc est quod intendit hic dicere

Jngratitudo punitur.

propheta. Nam q: superius dicit ne fiant ingrati sicut patres eorum generatio praua ⁊c. i. generatio que non direxit cor suum ad seruandam legem: nec est creditus cum deo spiritus eorum. Et ideo fuerunt puniti supple. Ideo explicat hic que fuerunt illi puniti propter incredulitatem et idolatriam. Et dicit quod fuerunt filij effrayz victi in bello philistinorum de quo legitur. i. Regum. iiij. Unde dicit filij effrem. i. filij effraym: cum exirent in prelium contra philistijm intendentes arcum: et mittentes sagittas contra philisteos victi sunt ab eis. Et conuersi sunt fugientes ad domos suas in die belli. Nam in primo bello cesa sunt quatuor milia. ⁊ in secundo bello cesa sunt .xxx. milia. Et cesi sunt sacerdotes: ⁊ capta fuit archa. Et sic fugientes conuersi sunt ad loca sua: que quidem punitio non accidit eis nisi ex peccato idolatrie ⁊ ingratitudinis ⁊ infidelitatis: eo quod non custodierunt testamentum dei ⁊ in lege eius noluerunt ambulare. Et in hoc fuerunt infideles quia adorabant idola ⁊c. Et non solum fuerunt puniti propter infidelitatem sed etiam propter ingratitudinem q: obliti sunt benefactorum. i. beneficiorum eius ⁊ mirabilium operum que ostendit eis in egypto ⁊ in deserto: ⁊ Exo.vij. ⁊.c.seq. in ingressu terre promissionis vt patet.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra egypti: in campo thaneos.

¶ Hic explicat beneficia que ostenderat deus patribus eorum. Unde quattuor facit. Nam primo dicit in genere beneficia ⁊ mirabilia que fecit in egypto. Secundo ea que specialiter fecit in toto deserto. Tertio reuertitur specialiter ad narrandum mirabilia que fecit in egypto. Quarto ea beneficia que fecit in terra promissionis: secunda ibi. quotiens exacerbauerunt eum in deserto: quarta ibi. et induxit eos in montem sanctificationis. Unde in quolibet istorum simul narrat beneficia dei ⁊ eorum ingratitudinem. Quantum ad primum quia dixit supra obliti sunt beneficiorum ⁊c. Ideo subdit que sunt illa beneficia dicens: q: coram patribus eorum antiquorum fecit mirabilia. i. illa .x. signa ⁊ prodigia in terra egypti coram pharaone ⁊ explicat partem egypti in qua facta sunt illa miracula: q: in campo thaneos. Unde est Not. de thanis. aduertendum quod ciuitas dicta thanis erat regia pharaonis sita in ripa orientali ipsius nili in pago siue campo thaneos. Thaneos enim est genitiuus grecus huius nominis thanis. Declinatur enim hec thannis: genitiui thaneos. Et ideo dicitur quod in campo thaneos deus fecit illa mirabilia signa .x. plagarum coram patribus eorum in fauorem hebreorum que fuerunt illa mirabilia postea dicet per singula.

Interrupit mare et perduxit eos et statuit aquas quasi in vtre. Exo.xiiij.c.

Et deduxit eos in nube diei et tota nocte in illuminatione ignis. Exo.xiij

¶ Hic incipit explicare miracula ⁊ beneficia que fecit deus in itinere omissis miraculis que fecit in egypto sed postea dicet ⁊ explicabit per singula. ¶ Unde ponit quinque beneficia facta in itinere: quorum est primum de transitu maris rubri. Unde dicit quod postquam eduxit eos de egypto interrupit. i. diuisit mare rubrum supple ⁊ statuit aquas. i. firmauit eas ad vtranque partem quasi starent in vtre contra naturam. Nam aqua cum sit effluxibilis non potest per se existere nisi in aliquo vase duro: vt patet. i. metheororum. sed ibi per se stabat ad modum pletis contra eius naturam. Secundum miraculum est quod eduxit eos in nube diei. i. in die per columnam nubis ⁊ per totam noctem in illuminatione ignis. Nam ille angelus qui erat dux illius populi per diem ibat infra nubem ⁊ mouebat illam nubem quam sequebatur ille populus. Et per totam noctem ibat infra flammam ignis: in quantum illa nubes ardebat de nocte sicut flamma ignis. Et sic ducebat illum populum per totum desertum: vt patet exo. xiij. Sed q: omnia illa contingebant illis in figura: vt ait apostolus. i. ad cor. x. Et ideo propheta dicit hic quod omnia ista intendit adducere tanquam parabolas ⁊ propositiones ⁊ ad mysticas predictiones ⁊ euangelicas veritates inferendas vt dictum est. Ideo est dicendum quod predictio ⁊ veritas huius figure est. Nam ille angelus qui ibat infra nubem significabat christum verbum incarnatum: ⁊ nube carnis indutum: qui omnes fideles de tenebris peccatorum eduxit: et de potestate diaboli cum signis ⁊ portentis: ⁊ per aquas baptismales traduxit ⁊ liberauit. ⁊ sic manifeste figuratur mysterium incarnationis ⁊ nostre redemptionis. Nam sicut ille angelus latens in nube prestabat viam illi populo: ita verbum latens in carne prestitit nobis ducatum per legem euangelicam. ¶ Glosa de hiero. dicit in expositione huius psal. quod per hanc nubem possumus intelligere beatam mariam virginem in qua christus per nouem menses latuit carnaliter. Et subdit: ⁊ pulchre dicitur in nube diei. Nam illa virgo maria nunquam in tenebris fuit sed semper in luce nunquam in nocte sed semper in die. Et hec sunt ad literam verba hiero. Ex quibus patet per sententiam hiero. quod virgo maria nunquam fuit in originali peccato. sed semper in gratia. Et sic oportet quod dicatur quod anima virginis simul fuit creata ⁊ sanctificata ⁊ corpori infusa ⁊ per consequens corpus simul cum anima sanctificatum: ⁊ sic pro nullo tempore potest dici ipsam obnoxiam fuisse peccato.

No. quomodo populus iudaicus conducebatur per angelum.

Angelus in nube christum significabat.

Interrupit petram in heremo: ⁊ adaquauit eos velut in abysso multa. Exo.xvij. b. nume.xx.

Eduxit aquam de petra: et deduxit tanquam flumina aquas.

¶ Hic memorat tertium miraculum ⁊ beneficium. Unde legitur exo. xvij. quod quando defecerunt aque in oreb: clamauit populus ad moysen petens aquas qui percussit petram oreb: ⁊ fluxerunt aque de petra: ⁊ bibit omnis populus. Ideo hec dirupit deus per moysen petram in heremo oreb: ⁊ adaquauit siue potauit eos velut in multa abysso et magno lacu. Sed q: simile miraculum fecit deus in monte pharan vt patet nume. xx. quando moyses percussit bis silicem et fluxerunt aque largissime que dicte sunt aque contradictionis. Ideo subdit. Et eduxit aquam de petra in monte pharan ad aquas contradictionis supple ⁊ eduxit aquas tanquam flumina. i. in magnam abundantiam. Sed q: ista mysteria fuerunt figure ⁊ adducuntur hic tanquam parabole ⁊ propositiones. Ideo ex prima percussione petre elicitur predictio euangelica: quia christus qui vere dicitur petra: erat in latere percutiendus de cuius corpore debebat exire sanguis ⁊ aqua in remissiones peccatorum. Et ad conferendam virtutem ecclesiasticorum sacramentorum: vt ait apostolus. i. ad cor. x. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra. petra autem erat christus. Per secundam percussionem

mala. Nā si gratia dei destituerit hoīem tunc appetitus sauciatus inclinatus ꝛ ꝓnus ad malum ruit ad oīa scelera. In translatione Hiero. habet̄ dimisi eos in prauitate cordis sui: ꝛ ambulabunt in consilijs suis. Et tūc est litera plana. Nā si qs consilijs proprijs ducitur sine gratia non pōt nisi de peccato in peccatū cadere: nec potest esse peior maledictio. Et in hac maledictiōe sunt positi iudei: quia a deo derelicti.

xxiij.q.s. noli.ꝛ.c. paratus **Si populus meus audisset me: si israel in vijs meis ambulasset.**

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulātes eos misissem manum meam.

¶ Hic ponit punitionem temporalem. Naz quia contempserunt xp̄z messiam et occiderunt. Ideo destructa est ciuitas ꝛ templū: ꝛ ipsi occisi ꝛ captiui p romanos ꝛ victi p oppositum in̄ fuit de christianis quia subiecerunt ꝛ humiliauerunt sibi inimicos ꝛ totum Romanum imperium. Ideo dicit christus si populus meus iudeorum audisset me cum predicaui eis per me et per apostolos meos. xl. annis. Et si israel invijs meis et preceptis ābulasset sumendo legē euangelicaz: pro nihilo. i. ad nihilum forsitan inimicos eorū humiliassem. Et super romanos tribulantes eos misissem manū ꝛ potestatē meaz eos puniēdo: sicut puniui eos ꝓpter persecutionem xp̄ianoꝝ. Et subieci eos ꝛ totuz imperiū ecclesie. Et oēs reges terre humiliant sub vmbra ecclesie: ꝑ oppositū autē feci de iudeis immo dedi fauorem Romanis qui eos occiderūt et captiuauerunt: et ciuitatem hierusalem et templum destruxerunt. Et ideo sequitur.

Deuter. xviij. **Inimici vero domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula.**

¶ Uero ꝑ sed inimici domini. s. iudei mētiti sunt ei negando ipsum: ideo tempus penarum ꝛ dānationis eorum erit in secula ꝛ in eternū. B ¶ Un nota ꝙ iudei dicuntur christo mentiti: eo ꝙ moysi et iosue promiserunt sub iureiurando ꝛ maledictione seruare legem. Et recipere messiam promissum in lege. deuter. xviij. prophetam suscitabo ꝛc. ꝛ sic dicunt̄ mentiti: in non recipiendo eum. Item dicuntur mendaces: quia dicunt et volunt vocari filij abrae et non sunt cum non recipiant christuz sibi promissum in ysaac. Item dicuntur mentiti cum dicunt se seruare legem: et non seruant cum nō recipiāt christū qui venit legē adimplere. Itē dicunt̄ deo mentiti cū falso intelligunt ꝛ glosant scripturas sacras peruertendo sensum earum.

exo.xvi. Et de cō se.di.ij.c ꝑus. **Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos.**

¶ Nota ꝙ sn̄ia huius versiculi precedit superiorē. Nā dicit hic ꝓpheta sicut dn̄s cibauit illos. s. populū israel ex adipe ꝛ pinguedine ꝛ abūdātia frumenti in terra ꝓmissiōis: ꝛ melle de petra saturauit eos q: in terra ꝓmissionis apes mellificāt in cauernis ꝛ foraminibus rupiū ꝛ petrarū. Idō dici tur petra manans melle et lacte: sic ergo dicit propheta nunc christus in aduentu suo satiauit eos ex adipe frumenti. id est sacramentum eucharistie ad cibum spiritualem eis preparauit: et melle de petra saturauit eos id est cetera ecclesiastica sacramenta eis constituit; dulcissima de petra lateris christi emanantia ad sacietatem spiritualem. Et eis dedit etiam mel sapientie et doctrine: ꝛ dona grattiarum ipse qui dicitur petra eis misit. Et tūc ordinatur sic littera. christus cibauit eos ex adipe frumenti ꝛ de petra melle saturauit eos ꝛ inimici dei mentiti sunt ei ꝛ tanq̄ ingrati ipsum non recipiendo. Et ideo erit tēpus damnationis eoruz in secula ꝛc. Item nota ꝙ lex vetus dicitur frumētū: ꝛ lex euangelica dicitur adeps: ꝛ pinguedo illius frumenti siue legis veteris qua pinguedine et adipe satiauit nos dominus. Ex quibus sequitur ꝙ iste psalmus loquitur de vocatione iudeoꝝ facta per christum in carne. Et de publicatione euangelij per hoc quod dicit. dilata os tuum et adimplebo illud. Secundo sequitur ꝙ loquit̄ de vltima reprobatione ꝛ damnatione iudeoꝝ: que facta est per aduentū xp̄i: per hoc ꝙ dicit. inimici ꝟo domini mentiti sunt ei. Et erit temp⁹ eoꝝ in secula: naz dat eis sn̄iam sine mīa. Naz in psal. in quibus explicantur punitiones facte ante aduentum xp̄i: vt puta captiuitas babylonie: aut vastitas antiochi: semper propheta orat ꝓ illa liberatiōe illius populi vt ptz psal. xliiij. ꝛ. lxxiij. ꝛ. lxxviij. sz in hoc psal. non orat pro eis: immo prenūciat finalez punitionē sine liberatione dicens. Dimisi eos ſm desideria cordis eoꝝ. Et erit tempus eoruz in secula. In quibus demonstrat eorum perpetuaz damnationem et sententiam perpetuam que nō data est eis nisi post aduentum christi. Ergo tot⁹ iste psalmus est exponendus de aduentu christi et publicatione euangelij: ꝛ reprobatione iudeoꝝ: sed adducit propheta mysteria vete. testa. vt figuraliter inferat mysteria noui testamē. vt dictū est. Ex quibus patet manifesta obstinatio ꝛ cecitas iudeoꝝ in hoc psal. A ¶ Ideo dicit Augustinus libro ꝯ vnico baptismo qd̄ iudei sunt mali in bona lege carnaliter intelligentes. Sed christiani sunt boni in eadem lege spiritualiter sapientes. Nam ex eadem lege iudei colligunt cibos carnales ꝛ mortiferos: christiani vero fructus spirituales et salutiferos: et ideo lex vetus semper manet bona: si recte et spiritualiter intelligatur: nec per iudeorum falsam intelligentiā lex diuina in aliquo deprauatur. Nam veritas legis non sumitur ab intellectu intelligentis: sed a christo qui eam in se verificauit et impleuit vt sepius dictū est. B. ¶ Ex toto titulo et expositione huius psalmi. possunt recolligi septem conclusiones.

Lex vetus d: frumentuz.

Nota.

Prima ꝯclusio.

¶ Prima conclusio ꝙ totuz tempus gratie ab aduentu christi vsq₃ ad iudicium est verum sabbatū per sabbata legis figuratum ꝛ verus septim⁹ mēsis: et tempus collecte et vindemiarum spiritualium: probatur. Nam in hoc tempore completa sunt omnia illa mysteria que per illa sabbata et festa figurabant̄. Naz primo in hoc tempore nos cessamus et precipimur cessare ab operib⁹ legis

mosayce: et ab omni opere seruili peccati: et in hoc tempore fuimus per sacrificium christi liberati et expiati et consecuti sumus propiciationem et indulgentiam. Et in hoc tempore christus extorsit nobis vinum euangelicum a vinaceo legali et oleum et amurcam in torculari euangelico et separauit granum a paleis. Et in hoc tempore continue colligimus fructus euangelicos et fruimur gratia sacramentorum. Et in hoc tempore continue celebramus veraciter et realiter festa illa: que illi semel in anno et septimana celebrabant in figura.

ij. pclo. ¶ Secunda conclusio quod post aduentum christi omnia illa festa cessarunt legaliter et figuraliter celebrari. probatur. Nam sicut adueniente isto tempore cessauit illud. Ita adueniente veritate que completa fuit et compleatur continue in hoc tempore debent cessare ea que fiebant figuraliter in illo tempore: quia veniente lumine cessat vmbra et veniente veritate cessat figura. Ex quibus sequitur quod falso modo iudei et inuanum celebrant et obseruant in hoc tempore illa festa.

iij. pclo. ¶ Tertia conclusio quod iste psalmus debet cantari et illa festa celebrari cum psalterio euangelico et cythara: hoc est cum obseruantia preceptorum et fide articulorum et gratia sacramentorum et cum tuba professionis et predicationis euangelice: et cum tympano memorie passionis. Ex quibus patet quod iudei moderni non vere cantant istum psalmum: nec celebrant ista festa.

iiij. pclo ¶ Quarta conclusio quod religio christiana vere cantat istum psalmum et celebrat ista festa probatur: quia seruat omnes illas conditiones et veram intelligentiam illorum mysteriorum.

v. pclo. ¶ Quinta conclusio quod magis obligantur christiani ad seruandum illa festa in veritate et spiritualiter quam illi obligabantur tunc in figura probatur: quia maiora beneficia recipimus: quia illi fuerunt liberati a seruitute corporali et temporali: non autem ab eterna et spirituali.

vj. pclo. ¶ Sexta conclusio quod populus iudaicus non solum fuit ingratus deo non recipiendo christum: sed etiam mendax: quia fecit mendacem deum et legem et prophetas per quos christus fuit promissus.

vij. pclo ¶ Septima conclusio quod propter hoc peccatum iudei fuerunt dimissi et derelicti in adinuentionibus suis per subtractionem gratie: et ideo manent obstinati vsque ad finem mundi.

lxj. dist. c. dns. iij. q. vij. ca. iudicet.

xj. q. iij. c. illa. et c. sequenti.



Eus stetit in synagoga deorum in medio autem deos diiudicat.

Vsquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis.

Judicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate.

Eripite pauperem et egenum: de manu peccatorum liberate.

¶ Huic psalmo preponitur talis titulus scilicet psal. ipsi Asaph ad denotandum quod dauid fecit hunc psal. et dedit ipsum cantandum ipsi Asaph: eo quod dirigitur toti ecclesie per Asaph figurate. Qui quidem psalmus licet sit paruus et breuis in verbis: tamen est longus in sensu et intelligentia: eo quod presupponit multa et magna ad suam intelligentiam in vtroque testamento. Ideo non tedeat lectorem totam expositionem inspicere. B ¶ Ad cuius intellectum est primo notandum secundum Josephum. xviij. antiquitatum et. ij. de bello iudaico: quod per. xl. annos ante natiuitatem christi surrexerunt quatuor secte in hierusalem: inter quas surrexerunt due principales. Quarum prima fuit secta saduceorum: qui non recipiebant nisi quinque libros moysi: et sic spernebant libros prophetarum et nuptias et negabant angelos esse. Contra quos surrexit secta pharisceorum: de tribu Symeon: qui recipiebant legem et prophetas: et colebant nuptias et asserebant angelos esse: et expectabant messiam futurum per prophetas prenunciatum venturum ad liberandum eos temporaliter de iugo romanorum etc. Isti autem fingentes arctam religionem et obseruantiam legis erant diuisi a ceteris popularibus et habitu et moribus et modo viuendi: et ideo dicti sunt pharisei .i. diuisi. Et quia pre ceteris dabant operam studio legis et prophetarum: ideo assumpti sunt ad dignitatem iudicialem. Accipientes a principibus sacerdotum potestatem glosandi et legendi et iudicandi iudicia super cathedram moysi loco illorum. lxx. quos moyses statuit ad causas audiendas et discutiendas et litigia sedanda et dirimenda in populo. Et sic inceperunt ordinare aliquas traditiones nouas ad regendum populum semper ad proprium lucrum et augendas diuitias et impugnandas domos suas: eo quod fuerunt assumpti et recepti ad portionem decimarum et oblationum simul cum sacerdotibus: ceteri autem iuris et legisperiti de tribu Simeon simul cum phariseis iudicantes et sedentes in cathedra moysi: qui non seruabant illam religionem dicebantur scribe: eo quod simul glosabant legem et scribebant traditiones et decidebant causas et litigia. Omnes ergo isti tam scribe quam pharisei intantum sunt abusi sua potestate propter proprium lucrum quod destruebant populares dilatando litigia et comedebant domos viduarum et pupillorum et opprimebant pauperes et fauebant diuitibus: et facti acceptatores personarum. Sed quia in hoc tempore venit christus ad quem pertinebat declarare legem et prophetas: et manifestare voluntatem patris: recipiens templum et legem prophanatam per eos: ideo incepit predicare contra eorum auariciam et tyrannidem: et predicare in templo et synagogis contra scribas et phariseos: quia omnia iudicia peruertebant et bonos mores et templum prophanauerant. Et hec fuit causa quare moti sunt contra eum et conspirauerunt in necem eius: vt dictum fuit psalmo secundo. Hoc preuidens dauid in spiritu fecit hunc psalmum in quo tria principaliter facit introducendo christum loquentem. Nam primo exprobrat et reprehendit prauum et peruersum iudicium iudeorum scilicet et scribarum et phariseorum quod fecerunt contra christum et ceteros pauperes. Secundo predicit eorum cecitatem et obstinationem. Tertio eorum punitionem. secunda ibi: nescierunt: nec intellexerunt. tertia ibi. ego dixi dii estis. ¶ Quantum ad primum

Secta saduceorum.

Nota de phariseis.

Judicem diir dij.

est notandum sicut dictū fuit psalmo quadragesi mo nono q sacra scriptura multotiēs iudices ap/pellat deos ſm officiū p quandā participationē inquantum deus cōmunicat eis officium regēdi in terris: quia omnis potestas a deo est: vt infra patebit. Et sic dixit dñs ad moysen Exo.xxij. Si latet fur dñs domus applicabit ad deos. Itē in eodē ad deos: idest ad iudices vtriusq causa perueniet. Item in eodē dijs. i. iudicib⁹ nō detrahes principi populi tui nō maledices. Et sic deus vocat eos deos inquantū gerunt et exercent officiū ex parte dei in terris. Et ita pariter dauid in hoc psalmo scribas ꝛ pharisęos ꝛ principes sacerdotum vocat deos: eo q sedebāt in cathedra moysi iudicātes iudicia tanq successores illorū.lxx. quos moyses cōstituit ad iudicandū ex consilio Jetro ꝛ precepto dei: quorū falsa et peruersa iudicia xp̄s reprehendit et dijudicat in hoc psal. prophetice: prout postea dijudicauit principaliter in carne. Dicit ergo dauid q xp̄s deus ꝛ verus iudex venit in carnē et stetit in synagoga et cōgregatiōe deorum: scilicet iudicū scribarū ꝛ phariseorū sacerdotum qui iudicabāt iudicia in synagogis sedentes super cathedrā moysi: sꝫ xp̄s tanq iudex principalis ꝛ verus dijudicat inter deos: scꝫ inter scribas et phariseos qui alios iniuste et falso iudicabant: qui dijudicando eos: eorū praua iudicia reprehēdebat dicens. O scribe et pharisei: qui sedetis in cathedra moysi vsq quo iudicatis inique ꝛ iniqua iudicia: et facies peccatoꝝ sumitis. i. personas peccatorū acceptatis contra iustos ꝛ pauperes: q: hucusq multos innocētes cōdemnastis et nocētes ꝛ iniustos absoluistis: iudicate ergo pupillo et egeno ipsi iustitiā ministrādo ꝛ iniuriā nō inferendo: sed in sua iustitia fauendo: et humilē ꝛ pauperē iudicate. i. in iudicio iustū ostēdite: quia qui cōdēnat innocentē ꝛ iustū iniustū ipsū apud populū ostēdit. Et eripite pauperē ꝛ egenū: ꝛ liberate eum de manu peccatoris opprimētis eum iniuste. Sed inter ceteros nolite me ex inuidia iniuste ad mortem iudicare: et eripite me pauperē ꝛ egenū ꝛ liberate me de manu pilati: cui me crucifigēdum tradidistis. C ¶ Sꝫ ad maiorē intellectū est notandū q xp̄s in quadruplici synagoga dicit dijudicare: ꝛ hoc quadruplici iudicio. Nā primo dijudicauit in synagoga. i. cōgregatiōe aploꝝ: ꝛ hoc iudicio discretiōis discernēdo veritatē ꝑ intelligentiam legis: vt ptꝫ Matth. v. ꝛ. vj. ꝛ per totū discursum euangelicū. Scḋo dijudicauit in synagoga scribarū ꝛ phariseoꝝ ꝛ sacerdotū: et hoc iudicio exprobratiōis ꝛ reprehēsionis: vt pꝫ etiā p totum discursum euāgelicū ꝛ maxime Mat.xij. qñ pharisei dixerūt q i beelzebub eijciebat demonia vbi per multas rōnes exprobrauit eorū maliciā ꝛ cecitatē et futurā dānationē. Itē apud capharnaū. Jo.vj. vbi disceptauit cū eis de pane viuo. Itē in hierlm qñ dixit. Quis ex vobis arguet me de pctō Itē mat.xxj. ꝛ. xxij. ꝛ. xxiij. qñ dixit eis: ve vobis scribe ꝛ pharisei: ꝛ qñ dixit: supra cathedrā moysi sederunt scribe et pharisei ꝛc. Et sic ptꝫ qualr xp̄us multotiēs et sepe stetit ī synagoga scribaꝝ ꝛ phariseorū: et dijudicauit inter eos eorū prauos mores ꝛ falsam doctrinā reprehendēdo: et iniqua iudicia q faciebāt cōtra paupes ꝛ ɔtra ip̄m improperando: et eorū damnationē et obstinationem predicendo et improperando. Tertio dijudicauit et dijudicat christus in synagoga beatorū in celo et occulto iudicio obstinatos iudeos ad perpetuā captiuitatē et seruitutē tēporalē: in qua sunt hodie: et etiā ad spiritualē cōdemnādo. Quarto iudicabit in fine mundi in medio.xij. apostoloꝝ qñ veniet in potestate magna et maiestate: ꝛ tūc dijudicabit iudicio vniuersali ꝛ maiestate inter reges et suos pplos et inter prelatos: et suas oues: ꝛ sic tribuet vnicuiq ſm opera sua. Et sic ista prima pars principalr intelligitur de iudicio: quo xp̄us dijudicauit inter scribas ꝛ phariseos eorum iniqua iudicia detestando: ꝛ maxime iniquū iudiciū qḋ fecerūt ɔtra eum. Vñ ait dauid q xp̄s deus stetit in synagoga deorū. i. iudicū scribarū dicens vsq quo iudicatis iniquitatē et facies peccatorū sumitis innocentes condēnando et prauos absoluendo: iudicate pupillo ꝛ egeno humilē ꝛ pauperem ipsum iudicate. i. iustum cognoscite. Et eripite me egenū et pauperē et inopē: ꝛ liberate me de manu pylati peccatoris exhominis idolatre ꝛ gētilis: cui me crucifigēdum tradidistis. q. d. sicut liberastis barrabam seditiosum et latronem ꝛ homicidam de manu pylati volētis ipsum suspēdere: ita liberate me egenum et pauperē et innocentem: quia nullus vestrum est qui possit arguere me de peccato. Sed vultis me interficere: quia veritatem locutus sum vobis. Johan.vij. ꝛ. viij. ꝛ. x. Omnia ergo supradicta possunt esse verba prophete incipiendo constructionē a secundo versu: vt q dicat dō apostrophando. O scribe et pharisei vsq quo iudicatis iniquitatē et facies peccatoꝝ sumitis contra christū ꝛ pauperes: iudicate christo et vnicuiq pupillo et egenū et pauperē et innocentem iustificate: iustum ostēdendo. Eripite christū pauperē et innocentē de manu pilati peccatoris liberate quoniā christus deus stetit: idest stabit in iudicio finali in synagoga.xij. apostoloꝝ: iudicādo.xij. tribus israel: et sic ipse qui iudicatus fuit a vobis inique: iudicabit vos iuste ad mortē et penam eternā ꝛc. vtroq ergo mō potest itelligi ꝛ exponi ista prima pars huius psal. sed prima expositio cōtinet plura sacramēta: eo q continet et implicat totum discursum euangelicū. Et est magis ɔformis lr̄e et sn̄ie subsequēti. Deinde cū subdit.

Dijudicauit xp̄s in q̇druplici synagoga

Nescierunt neqꝫ intellexerunt in tenebris anbulant: mouebuntur omnia fundamenta terre.

xj. qḋ. iij plerūq. Dispirauerūt xp̄i mortem.

¶ Predicit propheta cecitatē et obstinationē iudeorum cōceptā cōtra xp̄m. B ¶ Ad cui⁹ intellectum est primo notandū sicut ex pdictis pōt haberi q tres cōditiōes iudeorū cōcurrerūt in principio ad conturandum et conspirandum in mortē christi. Primo saducei ex ignorantia legis et prophetarū: eo q xp̄s predicabat resurrectionē et vitam futuram beatorum ꝛ honestatem et stabilitatem matrimonij: que oia ipsi ignorabant ex ignorantia legis et prophetarū prout christus ostēdit

cis. Mat. xvij. Scdo couenerūt pricipes sacerdotū: eo q̄ pdicabat cōtra eorū auariciā. Tertio cōuenerūt scribe ꝛ pharisei ex odio cōcepto ꝛ inuidia: q: eos flagellauerat ꝛ eiecerat de tēplo: ꝛ exprobrauerat eoꝝ vitā simulatā ꝛ superbā. Matt. xxiij. Itē scdo est notandū q̄ sicut ille tres pditiones: scȝ saducei: ꝛ scribe: et pharisei: et sacerdotes cōuenerūt et cōspirauerūt ad tractandū necē xpi. Ita tres pditiões hoim cōuenerūt ad executionē mortis xpi. Primo oēs supradicte tres pditiões scȝ saducei ꝛ scribe ꝛ pharisei et sacerdotes q̄ tanq̄ reum tradiderūt cū pylato ad crucifigēdū. Secundo totus pplꝰ ab eis seduct᷑: qui simul cū eis instabat ꝛ clamabat crucifige. Tertio pylatus cū suis ministris qui xp̄m flagellauit ꝛ crucifixit. Et oēs isti tā primi q̄ scdi cōuenerūt ꝛ pcesserunt in mortē xpi ex quadā ignorātia: sed diuersimode p ut videbit᷑. Nā quidā pcesserūt ex ignorātia negationis: quidā ex ignorātia seductiōis: et quidā ex ignorantia affectata ꝛ perpetrata: ꝛ de oibus his pōt intelligi imo intelligit᷑ iste versus. Un̄ dicit ppheta q̄ xp̄s de᷑ venit i carnē: ꝛ stetit in synagoga scribarū ꝛ phariseorū declarando legē ꝛ pphetas et reprehendēdo eorū pctā. Sed tres pditiones hoim iudeoꝝ ptēpserūt eū in pricipio ex quadam ignorātia: ꝛ sic cōspirarūt in necē eius. Naȝ primo saducei nescierūt ex ignorantia negatiōis eo q̄ nō recipiebāt pphetas nisi solos quinq̄ libros moysi ad litterā sine aliqua intelligētia. Secundo nō intellexerūt cū sacerdotes ꝛ leuite: eo q̄ nō dabant operā studio legis ꝛ pphetarū: nisi ad recipiēdas decimas ꝛ oblatiōes: cetera aūt committebant scribis ꝛ phariseis. Sed tertio scribe ꝛ pharisei ambulauerūt in tenebris ex ignorantia affectata et crassa et sponte ex industria: ꝛ inuidia et malicia perpetrata. q̄ obcecauit eos ne intelligerēt sacramēta dei in scripturis: nec doctrinam quā xp̄s eis pdicauit. Et sic oēs iste tres cōditiones iudeorū conspirauerūt in necē xpi: primi nesciendo: sacerdotes nō intelligēdo: scribe ꝛ pharisei in tenebris ꝛ malicia ꝛ odio ꝛ inuidia obcecati ambulādo. Itē iste versus et intelligētia eius non solū refert᷑ ad cōspirationē: sed etiā ad executionē necis xpi. Nā primo pylatus cū eius ministris nescierūt ex ignorātia negatiōis: q: nunq̄ viderūt legē ꝛ pphetas: nec tenebātur videre: q: erant gētiles. Scdo populares iudeoruȝ nō intellexerunt legē quā intelligere tenebant᷑: ꝛ ēt nō intellexerūt doctrinaȝ xpi: eo q̄ erant occupati circa negocia tēporalia. Sed tertio saducei: scribe ꝛ pharisei in tenebris ābulauerūt ex auaricia ꝛ inuidia: ꝛ odio et malicia q̄ obcecauit eos: ne intelligerēt doctrinam xpi: nec legis: nec pphetarū quib᷑ dixit xp̄s Scrutamini scripturas: q: ille testimoniū phibēt de me: et si crederetis moysi crederetis forsitan ꝛ mihi: q: ille de me scripsit Joh. v. Itē Jo. xij. dicit xp̄s eis: ābulate dū luceȝ habetis: ne tenebre vos cōprehendant: et dū lucem habetis: credite in lucem vt filij lucis sitis. Sed subdit euāgelista q̄ cū tanta signa fecisset corā eis nō crediderunt vt sermo Esa. impleret᷑. Excecauit oculos eorū: ꝛ indurauit cor eorum: vt nō videant oculis: nec intelligant corde ꝛc. Esa. vi. Et sic pȝ qualiter oēs isti cōuenerunt in morteȝ xpi: scȝ pylatus cum suis nesciendo: et pplꝰ iudeorū siue turba nō intelligendo: et saducei: et scribe: ꝛ pharisei: ꝛ sacerdotes in tenebris odij: et inuidie obcecati ambulādo. Iteȝ tertio iste versus pōt intelligi ꝛ exponi referendo ad triplicē statum scribarū ꝛ phariseorū. Nā primo ante aduentū christi nescierunt intelligentiaȝ legis ꝛ pphetarū: eo q̄ solus christus erat legem et pphetas declaraturus: vt pȝ Deute. xviij. Sed scdo quādo venit christus declarans legē ꝛ pphetas nō intellexerūt nec voluerunt intelligere: p ut dictum est. Sed postq̄ non crediderūt post passionem et resurrectionē: sȝ in eadē cecitate ꝛ malicia et obstinatiōe permanere decreuerunt: et in eadē hodie perseuerant: ideo dicit ppheta q̄ in tenebris ambulant. Nam primo ambularunt in tenebris obstinatiōis a resurrectiōe christi vsq̄ ad destructionē ciuitatis hierusalē: et vastatiōem eorū per quadraginta annos: sed modo ambulant in tenebris vsq̄ ad finem mundi in eadem obstinatione semper perseuerando et falsam et detestabilem doctrinam semper addendo et augēdo. Et subdit. Mouebuntur fundamenta terre: quasi dicat q̄ ista cecitas et obstinatio durabit ꝛ perseuerabit vsq̄quo mouebuntur fundamenta terre: id est per quadragita annos post resurrectionē christi vsq̄ ad destructionē hierusalē et totius terre pmissionis factam per titū et Romanos: in qua destructiōe tota ciuitas fuit euulsa ꝛ euersa a fundamētis. Et non solum fuit euersa hierusalē a fundamentis: sed etiā multe alie ciuitates iudee ꝛ galilee: et totius terre pmissiōis: vt ait Josephus in libro de bello iudaico. Itē nō souȝ ambularūt in tenebris cecitatis ꝛ obstinatiōis vsq̄ ad destructionē hierusalem a fundamētis: sed etiaȝ ambulant in tenebris perseuerando in sua malicia: addendo dolorem super dolorem: et apponendo iniquitatem super iniquitateȝ: ꝛ mala malis vsq̄ ad finem seculi quādo mouebūtur fundamēta tot᷑ terre. Nam post passionē christi᷑ diabolus egressus a populo gētili assumpsit septē spiritus: ꝛ hereses nequiores se: et ingressi habitauerūt in populo iudaico. Et sic facta sunt nouissima illius peiora prioribus. semper adden do mala malis. Ad cuius intelligentiā est᷑ vlterius notandum q̄ illa supradicta doctrina detestabilis scribaruȝ ꝛ phariseorum perseuerat hodie inter iudeos ꝛ modernos tanq̄ morbus hereditarius cū augmēto tal' mudiste prauitatis. A ¶ Unde pharisei ante aduentum christi solū deprauauerāt scripturas quo ad pcepta ptinentia ad iudicia ꝛ oblatiōes: inq̄tum attrahebāt ꝛ glosabāt ad nutū suū fingendo religionē: vt pȝ Mat. xxiij. sed post resurrectionē xpi videntes scribe ꝛ pharisei manifestatā resurrectioneȝ per miracula apostolorū: et quō multa milia hominū conuertebant᷑ ad christū: confitentia ipsum esse messiā in lege pmissum: tunc confusi et malicia obcecati: excogitauerūt immittere desterius venenum et fermentū ad corrumpendū sacram scripturā veteris testamenti puertendo legē et prophetas a vero sensu: volēdo phare q̄ chri

Margin notes:

xp̄m nescierūt isti.

Nota.

Triplex stat᷑ scribarum.

Not. de deprauatiōe scripturarū per scribas.

stus in lege promissus non debebat esse deus:sed purus hõ:et ꝙ tñ erat venturus ad liberandũ illũ ppl'm de captiuitate tpali Romanoꝝ et ad ꝯferẽ-dum eis bona tpalia. Sed vt suã ꝑfidiam fortius possent astruere asciuerũt in societatẽ suã quendã necromanticũ noĩe Mayr genere idumeũ et fece-runt ipsum ꝓselitum precibus et muneribus in-struendo ipm̃ in lege et ꝓphetis cũ falsa intelligẽ-tia et detestabili fermento eoꝝ. Sed cũ iste Mayr esset iam versutus et astutus:vt cõplaceret pharis-seis:excogitauit iniquũ modũ ad confirmandam et augendã maliciã eorum. Et dixit qualr̃ deus dedit duplicem legẽ moysi in mõte synai. Primo vnam scriptã in tabulis et in chartis et aliã orete-nus et secretam. Unde moyses soluꝫ manifestauit legem scriptam pplo que continetr̃ in illis quinqꝫ libris:qui habentur apud oẽs:sed nõ manifesta-uit legẽ secretam oretenus datã:sꝫ illã tm̃ mani-festauit Josue cũ pacto:vt ille tm̃ mãifestaret suo successori:et sic dicebat ille sacrilegus Mayr ꝙ il-la lex per successores venerat vsqꝫ ad ipsuꝫ cui ꝓ-cepit deus manifestare eaꝫ omni populo hebreo-rum propter instantem necessitatem:qꝛ multi iu-deorum conuertebãtur ad xp̃m:ne iudaismus de-strueretur:quã quidẽ legem appellauit misna .i. secũdam legẽ in qua quidẽ lege cõtinentr̃ multa erronea et cõtraria veritati:sed inter cetera conti-netur ꝙ prima lex non fuit data nisi ad quãdã in-structionem temporalẽ:sed ista scđa est de vltima intentione dei:tanꝙ declaratio prime:et ꝙ ista se-cunda debet corrigere primã:cum sit maioris au-ctoritatis:et de vltima intentione dei. Et sic cõti-net multa cõtra veritatẽ litere peruertendo veruꝫ sensum prime legis:quã habemus ad falsuꝫ ꝓpo-situm eoꝝ. Et continet etiam oẽs traditiões pha-riseorum:vt ostenderet eas a deo ordinatas. Oẽs aũt istas traditiones cõtentas in misna siue scđa lege postea redegit in scriptis quidã appellatus Rabi indanasi qui ꝺm alios vocatr̃ Rabi monoa in quodam volumine multis libris diuiso:qđ iu-dei appellãt misna .i. scđaꝫ legẽ. Sꝫ tpe magni cõ-stantini videntes Rabini hebreoꝝ totũ pplꝫ gen-tilem conuerti ad xp̃m:et destrui idola et oĩa tẽpla idoloꝝ consecrari in ecclesias christi. Ex cuius oc-casione maxima multitudo iudeorum cõuerteba-tur ad xp̃m:eo ꝙ patebat manifeste xp̃m fuisse ve-rum messiam postꝙ in nomine suo oĩa idola dele-bantur ꝺm oracula oĩm prophetarum. Hec ergo videntes Rabini iudeorum cõgregati sunt in ba-bylonia egypti in magna multitudine qui supra-dictum misna prolixius et copiosius exposuerũt et in plures libros diuiserunt:quã quidẽ scripturaꝫ talmud appellauerunt in quo quidẽ talmud mul-ta falsa et contra rationẽ et naturam et bonos mo-res confinxerunt:inter cetera eñ dicũt ꝙ qñ moy-ses accepit supradictam duplicem legem in mõ-te synai pariter fuerũt cum moyse aĩe oĩm ꝓphe-tarum scilicet Ysaie et Hiere. et aliorum qui singu-li suas singulas acceperunt ꝓphetias que quidẽ anime ꝓphetarũ postea temporibus suis vene-runt ad corpora sua:et sic suis temporibus mani-festarũt in ista ei suas ꝓphetias. Itẽ tertio dicũt ꝙ ibidẽ fuerũt aĩe oĩm rabinoꝝ qui cõposuerunt talmud:et ibi i mõte synai acceperũt intelligẽtiã legis ꝓphetarum et totam doctrinam traditam in ipso talmud:que quidẽ anime venerunt ad sua corpora tempore magni Constantini qui tradide-runt talmudicam doctrinam in libris talmud. Et ideo dicunt ꝙ illa doctrina non potest mentiri: postꝙ fuit tradita a deo simul cuꝫ lege et prophe-tis. Quam quidem doctrinam talmudicam legũt et obseruant omnes Rabini iudeorum et cum ea regunt iudaismum et iudeos simplices:et in tali de-ceptione et cecitate perseuerant. Ex quibus omni-bus sequitur. Primo ꝙ doctrina talmudica ha-buit ortum a secta phariseoruꝫ:sed post processit et creuit addendo deteriora mendacia et figmen-ta et detestabilius fermentum corrũpendo verã in-telligẽtiam legis et ꝓphetaꝝ et ꝑuertendo sacraꝫ scripturam a vero sensu:negando christũ esse mes-siam promittendo alium messiam temporalẽ. Se-cundo queritur ꝙ doctrina talmudica est doctri-na pharisaica. Nã vt dicunt doctrina talmud nil aliud:est nisi expolitio ipsius Misna siue legis oretenus date. Et misna nil aliud est nisi prima lex exposita ꝺm traditiones phariseoꝝ. Ex quib9 patet ꝙ doctrina pharisaica adhuc ꝑseuerat ho-die inter iudeos modernos:quã doctrinã xp̃s ap-pellat fermentũ phariseorum Mat. xvi. Luce. xi. eo ꝙ corrumpit verã intelligentiam legis et pro-phetarum. Hec est ergo illa tenebrosa doctrina: quã precepit vitare xp̃s iudeis qñ dixit. ambula-te in lucem:ne tenebre vos comprehendãt. Et in his tenebris ambulant iudei postꝙ negarunt xp̃ꝫ vsqꝫ ad presentẽ diẽ:et ãbulabũt vsqꝫ in finẽ mũ-di. Ex supradictis ptꝫ ꝙ iudei moderni iam non ambulãt in lege dei:sed in tenebris pharisaicis tamuldicis et tenebroso fermento illius sacrilegi Mayr Idumei. Et ideo iaꝫ nõ sunt ppl's dei:nec iudei:nec israelite:sed idumei ab illo Mayr:cui9 doctrinam sequũtur:qui cum septẽ diabolis tal-mudistis ingressus est in synagogam:et fctã sunt nouissima illius peiora prioribus. Quod ꝓuui-dens dauid in spiritu dicit ꝙ scribe et pharisei ne-scierunt legem dei et prophetas ante aduentum christi:nec intellexerunt quando christus eam de-clarauit:quia non intelligendo christum non in-tellexerunt legem nec prophetas:quia noluerunt ipsuꝫ intelligere inuidia et malicia et auaricia ob-cecati:et sic crucifixerunt eum. Sed totaliter fue-runt obdurati:et obcecati post resurrectionem:ꝙ in eadem malicia et obstinatione ambularũt vs-quequo fuerunt euersa et mota fundamenta terre et ciuitates eorum destructe per Titum et roma-nos. Sed adhuc magis tenebrosi et deprauati per falsam doctrinã talmud et Mayr in tenebris am-bulant vsquequo mouebuntur fundamenta terre id est totius orbis tempore iudicij:quando erit vniuersalis terremotus in mundo quando non solum fundamenta terre:sed etiam virtutes celo-rum mouebuntur. Matthei. xxiiij. Quasi dicat dauid quod vsque ad finem mundi perseuerabit ista cecitas et obstinatio:et iudei ambulabunt in tenebris huius detestabilis doctrine Mayr. et

Nota

doctri-na pha-riseoruꝫ dr̃ fermẽ-tum.

talmudistarum. Sed est aduertendum q licet ista cecitas et obstinatio iudeoꝝ sit irremissibilis respectu totius synagoge vsq ad iudiciū: tn̄ particulariter est remissibilis respectu aliquorum. D ¶ Ad cuius intellectū est notandū q volūtas hominis est mediū inter voluntatē dei et diaboli ratione cōsultationis et electionis. Nā volūtas dei est oīno imutabilis in sua electione: cū non indigeat cōsultatiōe: eo q sua duratio sit interminabilis et tota simul. Et sic oīa videt et puidet simul: et sic peccare nō pōt. Sed qr volūtas diaboli nō elegit sine pura cōsultatiōe. Ideo per totā morā cōsultationis potuit errare in sua electione dum fuit viator: s̄m q fuit mutabilis ad vtrūlibet. Sed postq semel elegit māsit immutabilis in sua electione. Et iō boni angeli fuerūt cōfirmati in gr̄a post electionē: et mali māserunt obdurati et irreuocabiliter obstinati in pctō suo. Et illud pctm̄ est eis irremissibile: sicut est in eis irreuocabile: eo q peccauerūt in termino sue vite. Sed qr voluntas hoīs tenet mediū inter volūtatē dei et angeli: iō est mobilis post electionem sicut ante ad retractandum qd̄ elegit: et eligendū oppositū bonū vel malū: qr tota vita hoīs est vita vsq ad terminū mortis: vt postea dicetur: et sic nūq peccat in termino vsq ad mortē inclusiue. Et semp eius pctm̄ perpetratum in vita est remissibile. Et iō pctm̄ primorū parentum fuit remissibile: qr peccarūt in via: et sic pctm̄ cuiuslibet xp̄iani est remissibile vsq ad mortē exclusiue: eo q vsq ad illum terminū comitatur ipm gr̄a xp̄i in virtute rōne characteris quē accepit i baptismo. Secus aūt est de iudeis qui totaliter resistūt gr̄e xp̄i qui noluerūt recipere characterem xp̄i qui frequētissime in xp̄ianis est cā recuperāde gr̄e et charitatis per pctm̄ actuale pdite et amisse: immo vltra penā ignorātie inflicte in adā perpetrarūt ipsi cecitatē et obstinationē ppter mortem xp̄i et legis euāgelice et doctrine eius: imo et pcurarūt sibi falsā doctrinā pharisaicam et talmudicam que magis reddit eos hebetes et ineptos et indispositos ad lumē veritatis capessendū ppter contrariā indispositionē inflictā et affectatā et ppetratam. E ¶ Et sic manet pctm̄ eorū esse irremissibile: eo q cecitas eoꝝ ē indelebilis: nec hn̄t de se aliquā dispositionē nec aptitudinē ad gratiā recipiendā sicut hn̄t xp̄iani post pctm̄ cōmissum: qr restat xp̄iano pctōri character xp̄i et fides informis: per quam est aptus ad recipiēdam gratiam et charitatem et ad faciendā pniam: et sic peccatū synagoge et cecitas manet indelebilis et obstinata vsq ad antichristum: sed per hoc nō tollitur quin deus quadā gratia speciali possit aliquos iudeos pticulariter illuminare simul remouendo velamē cecitatis et disponēdo et gratiā cōferendo sicut frequēter fieri videmus: sed tota synagoga simul in tenebris ambulat vsq ad antichristum: sicut dictum est.

Voluntas hominis media inter dei et diaboli voluntates.

Nota quō vsq ad mortē pctm̄ est remissibile.

xliij. q. v. c. si et io. x. et xvij. et c. a. j.

Ego dixi dij estis: et filij excelsi oēs. Vos aūt sicut hoīes moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis.

¶ Hec est tertia pars in qua predicit punitionem iudeorum propter eorum ingratitudinem: quia christ9 venit de celo et factus est homo vt eos ex hominibus deos faceret et filios dei: sed ipsi noluerunt christum audire: immo voluerūt tanq homines manere: et quod deterius est effecti sunt filij diaboli christum occidendo. F ¶ Ad cuius intellectum est primo notandum quod licet sola trinitas personarum sit vnus deus per naturam tamen quadrupliciter aliqua creatura potest fieri et dici deus. Primo modo per personalem vnionem: et sic solus homo christus dicitur deus et factus deus quia fuit assumptus a verbo in vnitatem persone. Secundo modo pōt aliquis fieri et dici deus per mysticam incorporationem ad xp̄m et per vnionem gr̄e fidei et charitatis: et sic oēs fideles tanq mēbra xp̄i qui est deus: dicuntur dij et facti dij per vnionē mysticā ad xp̄m deum et hominem. Tertio mō quis pōt fieri et dici deus per participationem glorie inquantum deus est et erit oīa in omnibus in illa celesti gloria. j. ad Cor. xv. Et sic soli dei cōprehensores sunt dij tam hoīes q angeli. Quarto aliquis pōt dici deus per participationem et officium inquantum deus communicat alicui potestatem regendi et gubernandi et iudicandi in terra: et sic omnes reges et principes et prelati dicuntur dij in scriptura et omnes iudices: vt dictum est: quia omnis potestas a domino deo est. Ideo dicit christus pilato: non haberes potestatem aduersum me vllam: nisi tibi datum esset desuper. Joannis. xix. Et nō solum iudices et rectores dicuntur dij in terra: sed etiā michael dicitur q̄s vt deus in celo secundum officium regendi et gubernādi ex parte dei. Ex supradictis patet quod nulla creatura potest esse deus nisi per quandam participationem alicuius diuine perfectiōis inquantum deus communicat alicui creature aliquam perfectionem sibi propriam per essentiam. Et sic inquantum communicat suam iudiciariam potestatem regibus et principibus in terra: et prelatis ecclesiasticam potestatem: et claues discernendi et ligandi atq soluendi: et sacerdotibus ministrandi sacramenta facit eos deos s̄m officium. Et sic etiam homines facit deos communicando suam sapientiam: et sic apostoli dicuntur dij: quibus christus communicauit et nota fecit eis quecūq audiuit a patre. Joannis. xv. Et ideo dicit Aristoteles decimo ethicorum: quod inquantum possumus debemus conari attingere cognitionem substantiarum imitari deum: vt possum9 per sapientiam: quia vt sic efficimur quasi dij. Itē christus communicando nobis suam gratiam et merita sue passionis nos fecit deos per mysticam vnionem: et communicando suam gloriam et beatitudinem nos fecit deos per eternam fruitionem. Et sic patet quod licet solus deus trinus et vnus sit deus per naturam: tamen homines potest facere deos per participationem gratie et glorie: et sic dicit Boetius tertio de consolatione prosa octaua. Nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati: beatitudo vero est ipsa diuinitas. Diuinitatis adoptione beatos fieri

Creatura quō quadrupliciter dicitur deus.

manifestum est: sed vti adeptione iustitie iusti: et adeptione sapientie sapiētes fiunt: ita diuinitatem adeptos deos simili ratione fieri necesse est: omnis igitur beatus deus est. Sed natura quidē vnius participatiōe vero nihil ꝓhibet esse plurimos. ¶ Secundo est notandum ꝙ sicut deus fecit tripliciter hoīes deos: scʒ per personalē vnionē τ mysticā incorporationē: τ per participationē siue cōmunicationē gratie τ glorie. τc. Ita pariter fecit homies filios dei tripliciter. Nam primo de⁹ fecit christū hominē filium dei naturalē per personalē vnionē ad verbum: q: tota illa persona dicitur vnus filius dei naturalis. Secūdo fecit oēs fideles filios dei adoptiuos ꝑ adoptionē inquātum sunt christo incorporati per mysticā vnionē et fidem et gratiā. Nam sicut vnus est fili⁹ dei naturalis. Ita christus verus deus et homo est vnus christus mysticus cum omnibus membris fidelibus eius: vt pluries dictū est: ergo sequitur ꝙ sicut omnes fideles per talem mysticā vnionē ad christum dicuntur dij non naturaliter nec personaliter: sed per participationē gratie et talis vnionis Ita pariter dicuntur τ efficiūtur filij dei non naturales: sed adoptiui et per adoptionē. Tertio ex cōsequenti nos fecit filios dei per sue glorie participationem τ cōmunicationē. Ex quibus patet ꝙ solus deus fecit christum hominē deum et filium dei naturalē per personalem vnionē: sed christus deus et homo caput ecclesie fecit omnes fideles deos et filios dei per regenerationē baptismalē: et mysticam vnionē τ glorificationem: quia dedit eis potestatē filios dei fieri. Johā. j. Quod autem per talem regenerationē τ incorporationē oēs fideles sint facti dij τ filij dei et vnus xp̄s cum capite suo xp̄o vero τ vnū cum deo ostendit saluator Joh. xvij. in oratione ad patrē cum dicit. O pater ego pro eis sanctifico meipsum: vt sint τ ipsi sanctificati in veritate: non ꝓ eis aūt rogo tantū: sed pro eis qui credituri sunt per verbū eorum in me: vt omnes vnū sint: sicut tu pater in me: τ ego in te: vt et ipsi nobiscum vnum sint: τ ego claritatē quā dedisti mihi dedi eis: vt sint vnū: sicut et nos vnū sumus: et ego in eis: τ tu in me: vt sint consummati in vnum τc. Ex quibus verbis dicit Augustinus ꝙ non solum nos facti sumus ipse christus: τ ipse deus: sed ipse christus: et ipse deus factus est nos et sic sumus facti dei τ filij dei per talem vnionem ad christum: et sic cum ipso sumus τ concrucifixi et consepulti: et conglorificati: et in eo baptizati et cum eo consurreximus: vt ait apostolus ad Romanos sexto. Ex omnib⁹ supradictis patet ꝙ tota causa christū veniendi in mundum: fuit vt homines ex hominib⁹ deos faceret: vt inquit Augustinus super Johannem. Et quia omnes homines portabant imaginem ipsius adam terreni. Ideo venit secundus adam de celo celestis ad auferendam imaginem ab hominibus adam terreni: vt portarent imaginem celestem: vt ex hominibus deos faceret: suam imaginē imprimendo prime ad Corinth. xv. Item christus lux venit in mūdum: vt ab hominibus iudeis tenebras auferret: sed ipsi tanꝙ hoīes terreni τ carnales dilexerunt magis tenebras peccatorum in quibus ambulabant: ꝙ lumen veritatis: quod predicabat: quia erant eorum mala opera. Johannis tertio. Et sic magis voluerunt manere homines ꝙ fieri dij. Itē dicit eis Johan. duodecimo. Ego sum lux mundi ambulate in lucem: vt filij lucis sitis: sed ipsi maluerunt esse et manere in tenebris: et filij tenebrarum et filij diaboli ꝙ filij lucis et filij dei: quia cū tanta signa fecisset in eis: et coram eis non crediderunt. Item cum multi de popularibus crederēt et baptizarentur propter doctrinam et miracula christi: tamen scribe et pharisei consilium dei spreuerunt nō baptizati: vt dicitur Luce septimo. Et sic patet qualiter christus voluit iudeos ex hominibus deos et immortales facere: et peccatum ipsius adam cum suis penis τ penalitatibus ab eis auferre: et imaginem gratie et et glorie et diuinitatis eis imprimere per baptismum: et filios adoptiuos dei facere: sed ipsi voluerunt in suo peccato tanꝙ homines τ filij hominū manere supra quod peccatū addiderunt homicidium christi. Et sic facti sunt filij diaboli: eius desideria adimplēdo: vt patet Johan. viij. Et ideo quia scribe τ pharisei cum suis sequacibus noluerūt a christo illuminari: nec a peccato liberari: sed sub obligatione ipsius adam manere mortales: et per homicidium et obstinationē voluerūt diaboli fieri. Inde est ꝙ christus puniuit eos pena ipsi adam comminata et inflicta: quia duplici morte eos puniuit: scʒ temporali et eterna: et puniuit eos pena diaboli. Naʒ sicut eiecit diabolū de celo: et substituit homines successores hereditatis celestis. Ita pariter eiecit iudeos a sedibus suis et a regno et sacerdotio: et redegit eos in perpetuā seruitutē per mundum dispersos: et priuauit eos celesti hereditate: et tradidit eam populo gentili ad fidem conuerso. Et hoc etiam intendit dicere dauid in hac tertia parte in persona christi sub paucis verbis Unde ait christus. O miseri iudei ego dixi dij estis et filij excelsi omnes: idest ego deliberaui de celo in mundum venire et carnem assumere τ me hominem mortalē fieri: vt vos oēs essetis: τ efficeremini dij: et filij dei excelsi: idest vt vos deos facerem ꝑ participationē τ gratiā τ filios dei per adoptionem τ noluistis. Unde ego veni lux in mūdū declarando legem τ ꝓphetas: sed nesciuistis: nec intellexistis ex cecitate affectata τ perpetua ꝓpter vestra mala opera. Et sic dilexistis magis tenebras ꝙ lucem: et decreuistis tanꝙ obstinati in tenebris ambulare. Item ego volui vos liberare a seruitute peccati τ diaboli: quādo dixi si filius vos liberauerit: vere liberi eritis: τ noluistis liberari ab obligatiōe et penis pcti ipsius adam: nec a seruitute diaboli: nec a iugo legis: imo respondistis nos semen abrae τ liberi sumus: τ nō inseruiuimus vnꝙ Jo. viij. et sic noluistis esse vere liberi nec fieri mecum filij dei: sed filij diaboli, ꝓponēdo me occidere: τ fuistis facti filij diaboli desideria ei⁹ adiplēdo. Nā sicut ille fuit ab initio homicida: ita voluistis me occidere super spm ꝓponēdo: et etiā primos parētes in vtraqꝫ mortē precipitādo: ita vos fuistis homicide me interficiēdo τ illum imitādo

Marginal notes: hoies fieri deos τ dei filios tripliciter. — xps fecit fideles. — Nota.

Nam diabolus ab initio proposuit ⁊ desideravit me occidere: sed vos tanq̄ filij et imitatores per effectum desiderium eius cõsummastis ⁊ implestis. Et ideo penas vtriusq;: scilicet ipsius adam ⁊ diaboli pendetis et luetis et patiemini. Nam primo sicut homines ⁊ filij adam moriemini in corpe et anima postq̄ in eius peccato et in obligatiõe permanere vultis et nõ liberari. Secũdo sicut lucifer vnus .s. primus de principib⁹ paradisi cadetis: et nõ solũ a dignitate sacerdotali: et vestra terrena ciuitate hierusalẽ: sed etiã a celesti hereditate cadentes in eternam penam inferni destinabimini cum diabolo cuius filij et imitatores eẽ voluistis et in cuius obstinatiõe permãsistis. ¶ Et nota ꝙ supradictus versiculus cum sua intelligentia allegatur a saluatore Johã. x. contra iudeos arguẽtes ipsum de blasphemia: quia seipsum filiuz dei dicebat: vnde ait. Nonne scriptum est in lege vestra. Ego dixi dij estis: et filij excelsi omnes. Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: et nõ potest solui scriptura: quem pater sanctificauit: et misit in mũdum vos dicitis: quia blasphemas quia dixi filius dei sum. Si non facio opera patris mei nolite credere mihi. Si autem facio ⁊ mihi non vultis credere: operibus credite: vt cognoscatis ⁊ credatis: quia pater in me est: ⁊ ego in patre. Ex his verbis videtur xp̄s confirmare nõ solũ dictum prophete: sed oĩa que dicta sunt in hac parte: scz quõ ipse est filius dei naturalis missus in hunc mundũ: vt nos deos faceret. Et quõ oẽs illi ad quos sermo dei per xp̄m factus est: et crediderunt in eum: sunt dij ꝑ mysticã vnionẽ ⁊ filij per adoptionẽ ⁊ regenerationẽ. Et quõ illi qui nõ crediderũt manẽt in obligatiõe ⁊ mortalitate ipsius adam tanq̄ homies et in seruitute et tenebris diaboli tanq̄ filij eius. Deinde cum dicit.

ꝯ pusie. c. et ore. apo. xix. **Surge deus iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gẽtibus.**

¶ Dauid petit vltionẽ de iudeis ⁊ cõuersionẽ populi gentilis. Vñ ostendit ꝙ sicut pena iudeorũ fuit similis pene hoĩs ⁊ diaboli quantũ ad casum: qr vterq; cecidit ab hereditate: ita successio hereditatis et reparatio ruine iudeoꝝ fuit siĩis reparatio ruine diaboli. Nã sicut xp̄s reparauit ruinã diaboli per iustificatos de filijs adam qui per gratiã ⁊ fidem christi et humilitatẽ successerũt in hereditatem celestem amissam ⁊ perditã a diabolo per superbiã ⁊ rebellionẽ ⁊ inuidiã. Ita pariter xp̄s per conuersos ad fidem de populo gentili ꝓparauit ruinam synagoge. Nã populus gẽtilis ad fidem conuersus successit ⁊ adeptus est hereditatem celestem quã iudei perdiderũt per inuidiã et auariciam et homicidiũ ꝑpetratũ cõtra xp̄m ⁊ ꝑ obstinationẽ in qua perseuerãt: sicut eis xp̄us predixit Mat. viij. Multi ab oriente et occidẽte venient ⁊ recumbent cum abraã ysaac et iacob in regno celorum. Filij aũt regni ejiciẽtur i tenebras exteriores. Itẽ matt. xxj. Auferet a vobis regnũ: et dabit genti facienti fruct⁹ eius ⁊c. Hoc est ergo qd̃ intẽdit dicere dauid in vltimo versu. Unde ait. O christe deus et homo surge a mortuis: et iudica terrã idest condẽna homines iudeos terrenos qui celestia contempserunt et terrena elegerunt. Et sicut homines carnales viuere ⁊ manere voluerunt. Et ab obligatione adam non liberati: sed in ea manere statuerunt. Et ideo priua eos non solum terrena: sed etiam celesti hereditate: de qua cecidit diabolus quoniã tu hereditabis in oĩbus gẽtib⁹ idest eliges populũ gentilem ad tuam hereditatem: a qua eiecisti iudeos propter suam iniquitatem et rebellionẽ ⁊ inobedientiã et homicidium ⁊ obstinationem. Sententia etiam huius vltimi versus cõuenit cũ primo. q. d. ꝙ postq̄ scribe ⁊ pharisei iniuste te ad mortez condẽnarũt ⁊ fuerũt peruersi iudices pupillos ⁊ viduas ⁊ pauperes ⁊ egenos expoliando: ⁊ personas diuitũ acceptãdo: et absoluẽdo ⁊ innocẽtes condẽnando. Ideo surge primo a mortuis: ⁊ iudica eos ad eternaz penam priuando eos tua hereditate: ⁊ conferẽdo eã omnibus te recipiẽtibus. A ¶ Ex toto isto psal. possunt recolligi quinq; conclusiones. Quarum.

¶ Prima est ꝙ christus dijudicauit scribas ⁊ phariseos eorum falsam doctrinam ⁊ peruersa iudicia exprobrando in primo aduentu.

¶ Scd̃a cõclusio ꝙ iudei ante aduẽtum christi legem nescierũt ⁊ christũ legẽ declarantẽ intelligere noluerũt: et post passionẽ christi in sua obstinatione ⁊ tenebris vsq; ad destructionẽ hierusalem ambulauerunt ⁊ ambulant vsq; ad finem mundi.

¶ Tertia ꝯclusio ꝙ christus venit vt iudeos deos et filios dei faceret: sed ipsi recusauerunt ⁊ in suis peccatis et penis manere maluerũt.

¶ Quarta cõclusio ꝙ iudei sunt puniti pena diaboli et ipsius adam tãq̄ imitatores eorũ. Gẽtiles ꝯuersi repararũt ruinã iudeorũ.

¶ Quinta cõclusio ꝙ gentiles ad fidẽ conuersi repararunt ruinã iudeorũ et successerũt in hereditatem eis. Quia ꝓpheta dauid in persona christi videtur cõparare peccatũ crucifixoꝝ xp̄i ipsius synagoge peccõ diaboli ⁊ ipsius adã quantũ ad penaz cũ dicit: vos aũt sicut adã moriemini: ⁊ sicut vnus de principib⁹ cadetis. Et iõ videt ꝙ hoc peccatũ fuerit simile illis etiã quantũ ad culpã ⁊ reatũ qr pena est effectus reatus. B ¶ Et primo est vidẽdũ qd̃ et quale fuit pctm̃ diaboli. ex quo videbit quõ pctm̃ synagoge fuit simile illi quo ad culpaz ⁊ modũ. Scd̃o videbit qd̃ fuit primorũ parentũ ⁊ in quo differũt a pctõ diaboli: ex quo videbit quõ ⁊ in quo pctm̃ synagoge fuit simile pctõ ipsi⁹ adã et i quo differt ab eo. Tertio videbit quõ pena synagoge est similis pene diaboli ⁊ ipsi⁹ adam ⁊ in quo differt ab vtraq;. Quantũ ad primũ est notãdum ꝙ ista questio ⁊ materia est valde difficilis: primo quia moyses non scripsit nec explicuit peccatum ⁊ casum diaboli: eo ꝙ nõ ꝑtinebat ad eum eo ꝙ sacra scriptura est via in xp̄m tanq̄ redẽptorẽ hoĩs et finẽ legis ⁊ ꝓphetarũ: sed qr solus homo erat redimẽdus ꝑ xp̄m ⁊ nõ diabolus. Ideo solum descripsit peccatũ et casum hominis: et non diaboli. Ideo in paucis locis scripture ve. te. memoratur peccatum diaboli ⁊ quasi per accidens: scilicet Esa. xiiij. inquantum Esaias assumit pa-

Not. de pena iudeorũ. — pctm̃ synagoge cõpatur pctõ diaboli et ade. — Nota ꝺ pctõ diaboli differẽtiã.

rabolam ex casu luciferi cōtra regem babylonis dicens quō cecidisti lucifer ꝛc. et Ezech. xxviij. cōtra regē tiri di. tu signaculū similitudinis ꝛc. vt patebit: sed in nouo te. hoc magis ꝛ clarius explicat saluator Jo. viij. dicēs de diabolo ꝙ ab initio homicida fuit et in veritate nō stetit ꝛc. Item Luc. x. videbaꝫ sathanā sicut fulgur de celo cadentē. Itē Apoc. xj. factū est prelīū magnū in celo. Et idō beatus Aug. per cōiecturas altissime pertractat hāc materiam super Genesi ꝛ libr. xj. ꝛ. xij. de ciuita. Et magister in scdo di. vij. Et ibi omēs scolastici doctores medio altissimo et subtilissimo cū verbis obscuris et difficilib⁹ in eū modū ꝙ simplices capere nō possunt. Sed qꝛ expositio huius libri ꝛ iste labor est per me assumpt⁹ nō ꝓ perfectis sꝫ ꝓ simplicibus vt dictū est in principio: Idō opꝫ me procedere per terminos planos et intelligibiles vt simplices sacerdotes ꝛ catholici capere valeāt Et semꝑ cū correctione ꝛ sub determinatione sancte Romane ecclesie est dicendū ꝙ quasi oēs doctores cōueniūt in hoc ꝙ diabolus peccauit per supbiā que est appetitus ꝓprie excellentie ꝛ peruerse celsitudinis ſm Augu. xj. de ciuitate dei. Et oēs cōueniunt in hoc ꝙ appetiuit equalitatē dei: ꝓpter illud Esa. xiiij. statuā soliū meum sup astra celi: et ero similis altissimo. Item ꝓpter illud Augu. super psalmū. lxviij. ꝙ adā et eua vt diabolus valentes rapere diuinitatem perdiderunt felicitatem. Item in questionibus noui ac ve. te. ꝙ diabolus elatione inflatus voluit esse vt de⁹ ꝛc. Iteꝫ in hoc conueniūt ꝙ diabolus peccauit ex electione: ꝛ per consequens creatus in tanta perfectione nō potuit eligere nec appetere aliquid simpliciter impossibile. Et ideo est videdū si aliqua equalitas alicuius creature ad deū sit possibilis quaꝫ diabolus potuerit appetere. Ad hoc est dicēdum ꝙ inter res duplex pōt equalitas cōsiderari quantum ad presens spectat. Una dr equalitas equiparātie et cōmensurationis. Et altera equalitas cōicationis alicuius ꝓprietatis et perfectionis.

Duplex eq̄litas iter res.

Prima equalitas nullo modo pōt esse nec considerari: nec intelligi inter aliquaꝫ creaturā et deū qꝛ talis solū est inter diuinas personas: qꝛ equalitate cōmensurationis sunt coeterne et cooipotentes ꝛc. Et nunꝙ talē equalitatem potuit lucifer appetere nec etiā intelligere cum sit simpliciter impossibilis. Scda aūt equalitas est possibilis. Nam impossibile fuit vt verbū assumeret humanitatem xpī in vnitate persone. Et per consequens qd cōmunicaret ipsi suam proprietatē personalem et per consequens esset filius dei naturalis: et per cōsequēs ꝙ cōmunicaret ipsi idiomata eorum que sunt dei scꝫ ꝙ simul cum verbo illa humanitas adoretur et conglorificetur et colatur ꝛ ꝙ dicatur creator ꝛc. et qd esset mediator īter deū et oēs angelos et hoīes: ꝛ qd cōmunicaret ipsi nō solum iudiciariam potestatem super angelos et hoīes sed imperium super oēs creaturas et super totum vniuersum sicut videmus esse factum et cōpletum in christo. vt pꝫ per totum discursum euāgelicum. Unde talis equalitas nō est simpliciter impossibilis: quia semper importat aliquam minorationem: quia christus semper manet minor patre ꝛ minor tota trinitate ſm humanitatem assumptaꝫ: sed semꝑ dr similis deo: eo mō quo dictū est. qꝛ semp ex illa humanitas cooperabatur cum verbo circa ista miracula facienda vt ait Damascenus. diabolus ergo licet in principio non potuerit appetere primā equalitateꝫ ad dīm: tū potuit appetere secundam: qꝛ potuit appetere imperium vniuersi et totum illud qd habuit christ⁹ in sua incarnatione et ascensione scꝫ accipere imperium vniuersi: et sedere a dextris dei et in potioribus bonis glorie. Sed hoc diabolus nō potuit appetere nisi peruerse et contra voluntatem dei qui solum christū ad hoc predestinauerat ab eterno vt non solum per personalem vnionē sed etiaꝫ per mortem et passionem illam celsitudinem mereretur scilicet imperium mundi: vt esset triūphator et redemptor: et glorificator generis humani

De diaboli appetitu.

Sed ꝙ lucifer appetiuit supradictam celsitudinem et imperium: probatur ratione et auctoritate. Nam licet lucifer non fuerit prescius sui casus ante lapsum: nec etiā casus hominis: tamen fuit prescius mysterij incarnationis filij dei: et quia non minus fuit reuelatum ipsi ꝙ homini: qui in illo sopore preuouit incarnationē: vt inquit Augu. Et per consequens lucifer vidit solium et sedē preparatam super totam naturam angelicam ꝓ christo homine futuro: cui erat tradendum imperium super totam naturam angelicā et super omnem creaturam absꝙ hoc quod sciuerit mysteriū passionis et redemptionis humane: qꝛ diabolus ignorando casum hominis ignorauit etiam mysterium passionis christi et humane redemptionis: sed non ignorauit mysterium incarnationis et exaltationis humanitatis christi: et sic habuit occasionem peruerse appetendi. Unde in hoc cōueniunt oēs doctores ꝙ lucifer appetijt summā celsitudinem et equalitatem que sub deo pōt esse et intelligi. sed talis est celcitudo quam xpūs possidet in vnitate persone verbi sedens in potiorib⁹ bonis patris cum imperio totius vniuersi: ergo illam appetiuit diabolus: sed hanc non potuit appetere nisi contra voluntatem dei: et declinando a diuina voluntate que est lex eterna: in cuius conformitate cōsistit oīs nostra iusticia: ergo hoc nō potuit facere diabolus sine peccato immo dicunt aliqui qd oībus angelis fuit posita lex qualiter deus preparauerat illam sedē ꝓ xpo homie a verbo personaliter assumēdo: cui credendū erat imperiuꝫ vniuersi cui deus decernebat et volebat vt oēs angeli et creature obedirent ꝛ simul cum verbo eū adorarent ꝛc. Cui legi lucifer cū suis sequacib⁹ noluit obedire: imo soliū et sedē xpī attrectauit et presumpsit occupare et vsurpare: et idō cecidit: angeli aūt ceteri diuine legi et volūtati obedientes māserunt in grā cōfirmati et tūc ex viatoribus facti sunt cōprehēsores et beati vidētes deū per gloriā. Sed ꝙ lucifer attentauerit vsurpare sedem xpo preparatā supra totam angelicā naturā: pbatur per illud Esa. xiiij. cū ait. quō cecidisti lucifer qui mane oriebaris qui dicebas in corde tuo. In celo ascendā supra astra celi exalta

bo soliũ meũ. et in monte testamẽti in lateribus
aquilonis. Ascendã sup altitudinẽ nubiũ et silis
ero altissimo ꝛc. Ex quib⁹ ptꝫ ꝙ supra sedes oim
beatarũ creaturarum statuit conscendere vsq; ad
equalitatẽ dei vbi nulla est nisi sedes xp̃i: qua cel-
situdine sub deo maioꝛ nequit intelligi rõne vnio
nis: post quã sedẽ ꝛ celsitudinẽ sedet virgo maria
ratiõe maternitatis super oĩa alia astra celi: ꝛ su-
per totam angelicã naturã: hãc ergo celsitudinẽ
putauit diabol⁹ occupare absq; meritis ex sola
nobilitate ꝑprie nature: quod fuit oppositum de
xp̃o hoĩe qui per humilitatẽ et laboꝛeꝫ passionis
voluit illã sedem adipisci: qđ vult explicare Pau
lus ad philipenses. ij. cũ ait hoc enĩ sentite in vo-
bis: qđ et in xp̃o iesu q̃ cũ in forma dei esset nõ ra-
pinã arbitratus est: se esse equalẽ deo: sed seipsuꝫ
exinaniuit: formam serui accipiens: et habitu in-
uentus vt homo. Quasi dicat ꝙ diabolus in prin
cipio per rapinam supra suam naturã et contra
voluntatem dei: voluit absq; meritis rapere equa
litatem dei et illam sedem xp̃o preparatã: sed op
positum fecit xp̃s vt deus: qui cũ esset deus fact⁹
est homo: et sic sicut diabolus voluit temere exal-
tari: ita vt deus voluit humiliari et fieri homo: et
inquantũ hõ humiliauit semetipsum obediẽs pa
tri vsq; ad mortẽ crucis ꝑpter qđ deus pater de-
dit illi nomẽ qđ est super omne nomẽ scꝫ iesus sal
uatoꝛ qđ est nomen oĩpotentie et iusticie ꝛ glorie
ꝛc. sicut dictũ est psal. viij. vt in noĩe iesu oẽ genu
flectatur celestium terrestium et infernoꝝ: qꝛ tra
didit ipsi imperiũ tot⁹ vniuersi qđ diabol⁹ absq;
meritis ꝯtra volũtatẽ dei pꝛesumpserat cũ rapina
occupare. Ex supradictis patꝫ ꝙ diabolus illud
Peccatũ diaboli ex inuidia
nõ fecit absq; inuidia cõcepta cõtra xp̃m postq̃
preuiderat illã sedẽ preparatã ꝑ hoc xp̃o hoĩe fu
turo: ergo illico appetiuit mortẽ et annihilationẽ
xp̃i quia preuidit xp̃ꝫ regnaturũ et inuidit et sic cõ
cepit homicidiũ ꝛ appetiuit mortẽ ꝯtra xp̃m: hoc
voluit etiã explicare saluatoꝛ Jo. viij. qñ dixit de
diabolo: qđ ab initio ille homicida fuit qꝛ in ve-
ritate nõ stetit qꝛ nõ solũ fuit homicida precipi-
tando adã in mortẽ: sed prius fuit homicida ap-
petendo mortem et annihilationẽ xp̃i: ne illã cel-
situdinẽ quã ipse desiderabat cõscenderet ꝛ possi
deret. Et ideo lucifer postq̃ fuit expulsus et deie-
ctus illico venit ad tentandũ et decipiẽdũ hoiem
putans impedire mysteriũ incarnationis: ne xp̃s
incarnatꝰ ex Adã nasciturus illam celsitudinẽ cõ-
scenderet: et ne Adã cũ suis posteris sedes quas
Oꝛdo peccati diaboli-ci.
lucifer cũ suis perdiderat possideret. Et sic ptꝫ ꝙ
diabolus preuidit xp̃m regnaturũ in celo et inui
dit ipsi. D ¶ Tenuit ergo diabolus lucifer talẽ
oꝛdinẽ in suo pctõ. Nã primo ipse cõsiderauit no
bilitatem sue nature sup oẽs alias creaturas. Et
sic amauit seipsum cũ sua delectatione: et sic ap-
petiuit imperiũ vniuersi. Exinde nouit sedẽ pre-
paratam ꝑ xp̃o futuro dño totius vniuersi: et tũc
peruerso appetitu contra dei volũtatẽ appetiuit
illam sedem et celsitudinem xp̃i. Et exinde ex tali
superbia concepit odium et inuidiam cõtra xp̃m
Ultimo vero facta cõiuratione cum suis statuit ꝛ
presumpsit conscendere soliũ christi in contem-
ptum dei: preuidit ergo christus incarnandum et
regeneraturum et inuidit et odiuit eum. Secũdo
decreuit sedem eius vsurpare contra voluntatem
Sed tunc Michael obediẽs deo deiecit draconẽ
de celo cum magna parte stellarum vt patet Apo
ca. xij. Et sic patet qđ peccatum suum fuit cõsum
matum incidendo ab amoꝛe sui vsq; ad contem-
ptum dei. Michael autem cum ceteris inceperũt
ab amoꝛe dei vsq; ad contemptum sui: vel a con Nota.
temptu sui vsq; ad amoꝛeꝫ dei: obedientes diuine
voluntati. Et sic manserunt in gratia confirmati et
facti sunt beati ꝑ gloꝛiã. Et sic patet qđ peccatuꝫ
diaboli incepit a superbia que est initium omnis
peccati et finiuit in inuidiam et odium et etiam
homicidium contra christum. Et sic est dicenduꝫ
qđ peccatum diaboli fuit inuidia concepta con- Tria
tra christum ex appetitu peruerse celsitudinis cõ pctã in
tra voluntatem dei. Ex quo peccato manserunt diabolo
tria scelera perpetua in diabolo. Primo quia mã
sit obstinatus non cognoscens reatum suum: nec
culpam. Secundo mansit in indelebili inuidia: et
odio contra christum qui residet in illa sede ꝛ celsi
tudine. Et cõtra oẽs homines qui successiue pos-
sident sedes per humilitatem quas ipsi perdide-
runt per superbiam et ingratitudinẽ: et ideo illico
descendit ad tentandũ hominẽ in paradiso ꝛ assi
due tentat homines vt sint deo rebelles: et faciat
eos sibi socios esse penarum. Tertio: qꝛ diabolus
semper mansit in illo appetitu dñandi et vt ado
retur ab oibus ex inuidia xp̃i. Et sic semꝑ labora
uit adoꝛari. Et sic introduxit idolatriam: et dete-
stabiles ritus ꝛ superstitiones in mundũ: ꝛ semꝑ
nititur hoies deducere ad artes magicas ꝛ sortile-
gia et sacrilegia nephanda. Et sic diabolus quo
tidie et iugiter parit iniquitatem quã in illo pec-
cato ꝯcepit cõtra xp̃m et hoc de pctõ diaboli. B
¶ Quantũ ergo ad secundũ Aug. sup illum psal.
lxviij. qđ nõ rapui tũc exoluebam: videtur dicere
ꝙ eodẽ peccato peccauit adam et diabolus volẽ
do rapere et vsurpare diuinitatẽ. Nam diabolus
qui ante voluerat rapere diuinitateꝫ qñ dixit: sta
tuam solium meũ et ascendã super astra celi: et si Not. sic
milis ero altissimo ꝛc. ille idem ꝑpinauit de cali eodẽ pec
ce superbie sue primis parentibus qñ dixit. Qua cato pec
hora cõederitis eritis sicut dij ꝛc. Et sicut diabo- cauerit
lus in foueam et in idem genus peccati ꝑcurauit Adam ꝛ
precipitare primos parentes suadendo vt presu diabol⁹
merẽt rapere diuinitatẽ sicut ipse. et ideo dicit Au
gusti. qđ Adam et eua volentes rapere diuinita-
tem amiserunt felicitatem ꝛc. Sed ista verba Au
gusti. sunt ad bonum sensum intelligenda sicut
ipse declarat super Genesi. Nam diabolus to-
to posse conatus est deducere ipsos primos pa-
rentes in peccatum suum et sacrilegium dicen-
do quod si comederent essent sicut dij in quali-
tate. sed hoc forsan non credidit Adam sed come
dit vt gereret moꝛem vxori. et ne displiceret ipsi
et ne destitueretur solatio. Et sic Adam non vo-
luit directe rapere deitatem sed indirecte inquã
tum hoc sequebatur ex verbis diaboli cuius vo-
tum secutus est Adam comedendo cibum prohi-
bitum immo indirecte fecit deum mendacem et

inuidum vt dictũ est psalmo.xliij.⁊ ideo aliqualiter indirecte peccatum hominis fuit simile peccato diaboli. Sed fuit magna dissimilitudo q: non cum tam iniquo proposito et mala voluntate fuit commissum licet fuit graue propter inobedientiam et ingratitudinem et propter effectum quia omnes posteros fecit ⁊c. ¶ His habitis ponitur prima conclusio scilicet ꝙ peccatum synagoge fuit quasi ꝑ omnia simile peccato diaboli quo ad obiectum et inuidiam et alia annexa. probatur. Nam peccatum diaboli incepit a superbia ⁊ presumptione proprie excellentie et nature: et prorupit in inuidiã conceptam contra christum: ⁊ exinde seduxit omnes alios sequaces ad propositum sui cum fraude sed in omnibus his peccauit synagoga scribarum ⁊ phariseorum ⁊ sacerdotum igitur per omnia fuit simile. Maior fuit superius deducta. minor probatur. Nam quando christus dixit iudeis. Joannis viij. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis ⁊c. Responderũt dicẽtes: nos semẽ Abrae sumus et nulli seruiuimus vnquam. Ex quo patet ꝙ contempserunt gratiam dei presumẽtes ⁊ gloriantes de propria carnali natura putantes meritis ⁊ viribus proprie nature posse liberari et saluari et nullo peccato fuisse subiectos ⁊ ideo respondit christus dicens amen dico vobis qui facit peccatum: seruus est peccati: ⁊ sic patet ꝙ peccauerunt ex superbia. Itẽ scd̃o peccatũ iudeorum fuit simile peccato diaboli quo ad obiectũ et inuidiam conceptam contra christum quod patet. Johannis.xj. Nam quando viderunt ꝙ resuscitauerat Lazarum: dixerunt. nisi facimus ecce totus mundus vadit post eum. Ideo expedit vt vnus moriatur pro populo ⁊c. Et sic cayphas detexit inuidiã quam iam ante conceperat contra christum et cõspirarunt omnes in necem christi. Et hoc improperauerat eis christus Johannis.viij. dicens. vos ex parte diaboli estis et desideria eius vultis facere ille homicida fuit ab initio et cetera. quasi diceret ille ab initio desiderauit me occidere ne regnarem super eum. Et ideo vos tanꝙ membra et filij diaboli vultis complere desiderium eius me occidendo. Et sic patet qualiter peccatum iudeorum non solum fuit simile peccato diaboli immo fuit idem peccatum a diabolo ab initio inceptum et desideratum et per iudeos tanꝙ per membra et filios eius consummatum quia eundem christum iudei crucifixerunt quem diabolus ab initio occidere desiderauit: ne super ipsum regnaret: et cuius sedem ascendere attentauit vt dictum est. Item tertio peccatum iudeorum fuit simile peccato diaboli quo ad mendacium et sacrilegium. Nam sicut diabolus in veritate non stetit sed cum mendacio seduxit suos complices: et cum mendacio seduxit primos parentes faciendo deum mendacem ⁊ inuidum verba eius falso glosando dicens nequaꝙ moriemini: scit enim deus ꝙ qua hora comederitis: eritis sicut dij: scientes bonum et malum et cetera. Ita pariter ergo scribe et pharisei non steterunt in veritate quando non crediderunt christo qui est prima veritas. Et fecerunt deum mendacem et legẽ et prophetas quando negarũt

Pctm̃ synagoge simile pctõ diaboli.

xp̃m: quẽ deus permisit in lege ⁊ ꝓphetis: ⁊ fuerũt mendaces qñ populũ simplicem deceperunt ⁊ ad sui ꝑfidiã deduxerũt. Et sic ptz qualiter pctm̃ iudeorũ fuit quasi ꝑ oĩa simile pctõ diaboli quo ad culpã ⁊ obiectuz ⁊ modũ. Et iõ dixit eis xp̃s: vos ex patre diabolo estis ⁊c ¶ Scd̃a cõclusio ꝙ pctm̃ iudeoꝝ nõ solũ est simile quo ad culpaz sed etiam quo ad obstinationẽ ⁊ maliciã inueteratã probatur. Nã sicut diabolus post peccatuz ⁊ casum mãsit obstinatus in eadez inuidia ⁊ malicia ꝯ xp̃z nõ cognoscens reatum suum: intantũ ꝙ semper desiderat ipsum occidere in se vel in suis fidelibus: et semꝑ affectat diuinos honores ⁊ adorari ab hoĩbus. Ideo semꝑ inducit hoĩes ad infidelitatez et artes magicas ⁊ blasphemias ⁊ cetera scelera. vt deum offendãt ⁊ ne possideant illud regnuz celoꝝ per gloriã ⁊ humilitatẽ: qd̃ ipse perdidit ꝑ superbiam. Ita pariter iudei semꝑ manẽt in eodẽ odio contra xp̃m et fideles suos intantũ ꝙ scribe ⁊ pharisei nunꝙ voluerunt cognoscere reatũ suũ: immo quanto magis diuulgabatur fama resurrectiõis Jesu christi ⁊ eius diuinitatis: ⁊ maxime in die pẽte. per receptionem spiritussancti in apostolis et per cetera miracula magis obcecabantur in sua perfidia et obstinabanẽ in ira ⁊ odio contra xp̃m et apostolos. Ideo persequebantur eos vt patet per totum discursuz Actuum apostoloꝝ. Unde intantũ manent obstinati in odium et irã et inuidiã cõtra xp̃m. quod non soluz placet eis ꝙ patres eorum occiderint xp̃m. sed omnes isti successores desiderant ipsum occidere. Et quia ipsum nõ possunt habere. Ideo quasi quolibet anno crucifigunt aliquem christianum in memoriã eius, putãtes occidere xp̃m in illo xp̃iano: prout pluries compertuz est in diuersis partibus mundi: sicut dictũ est psalmo.lxviij. Ex quibus ptz qualiter manet eadez iniquitas ⁊ odiũ ꝯ xp̃m taꝙ morbus hereditarius in iudeis modernis successoribus illorũ. Ex quo manifeste concluditur ꝙ peccatum iudeorũ est simile peccato diaboli quo ad obstinationem ⁊ odiuz inueteratũ contra christum ⁊ suos fideles. ¶ Tertia conclusio ꝙ peccatũ iudeoꝝ est simile peccato diaboli quo ad penam. probatur. Nam triplex est pena. scz damni ⁊ vermis ⁊ ignis. pena damni eius est. q: perdidit locum ⁊ beatitudinẽ naturalẽ quã in illo statu vie possidebat: ⁊ beatitudinem glorie ipsi super naturalẽ quam fuisset adeptus si stetisset ⁊ paruisset quam beatitudinem possident angeli boni. Pena autez vermis eos magis affligẽs est quando vident homines iustos inferiores in natura possidere per gratiam et humilitatem. qd̃ ipsi ꝑdiderũt ꝑ sup̃biã. Pena aũt ignis eoꝝ est ille ignis inferni q ꝑparatus est diabolo et angelis eius. Mat.xxv. Talis ergo fuit et est pena triplex iudeorum ex illo peccato. Nam primo perdiderunt ciuitatem et locum et sacerdotium: exules et dispersi et captiui per mundum et non solum perdiderunt ista bona temporalia sed etiaz bona spiritualia ⁊ celestem beatitudinem quã fuissent consecuti si xp̃o paruissent ⁊ credidissent. Scd̃o patiuntur penã vermis qñ vidẽt ꝙ ipsis reprobatis ⁊ abdicatis ꝑplus gẽtilis ad xp̃m conuersus possidet

Pctm̃ iudeorum sĩle pctõ diaboli quo ad obstinationem.

Nota quomõ iudei oĩ anno crucifigunt.

Triplex pena iudeorũ ex peccato

gratiam et gloriam quam ipsi perdiderunt et hoc est quod magis eos affligit: quia vident quod christiani conuersi ex populo gentili adorant et colunt deum Abraam. Isaac et Jacob et nominantur nomine israel et semen abrae etc. Tertia est pena ignis quam iudei patiuntur simul cum diabolo et angelis eius prout dixit eis christus. Matt. viij. quod multi venient ab oriente et occidente: et recumbent cum Abraam. Isaac et Jacob in regno celorum. Filij autem regni eijcientur foras et mittentur in tenebras exteriores et in caminum ignis Matt. xiij. in quibus verbis christus explicat triplicem penam illius populi scilicet damni et vermis et ignis. Ex quo patet quod peccatum iudeorum est simile peccato diaboli quo ad culpam et penam. ¶ Quarta conclusio quod peccatum iudeorum fuit simile peccato Ade quantum ad translationem in posteros et successores probatur. Nam sicut adam peccando obligauit se et posteros suos ad mortem corporis et anime et perdidit originalem iusticiam cum suis promissis pro se et suis: et per generationem carnalem transmisit culpam in posteros cum suo onere vt dictum est psalmo. xlij. et xlv. Ita pariter iudei crucifigentes christum quando dixerunt: sanguis eius super nos et super filios nostros: obligauerunt se et omnes posteros suos ad culpam: et penam illius peccati. quod manifeste videmus esse factum quo ad penas temporales in quibus iugiter laborant et affliguntur prout dictum est et etiam quo ad penas spirituales: quia in eadem obstinatione et cecitate perseuerant: et in eadem pena damni et vermis in presenti et ignis in futuro: nisi conuertantur.

Peccatum iudeorum fuit simile peccato Ade.

Nota.

Ex quibus patet quod iudei moderni duplici peccato et pene et seruituti sunt subditi et obnoxij. Primo peccato ipsius Ade cum omnibus suis penis et damnis: postquam per christum nolunt liberari. Secundo subijciuntur peccato suorum progenitorum qui christum crucifixerunt. et hoc cum omnibus maledictionibus scriptis psalmo. xxxiiij. et. lxviij. et. cviij. Et sic peccatum iudeorum includit peccatum diaboli: et peccatum ipsius Ade. Ex quo noluit liberari: sed addidit homicidium christi super illud et vltra hoc addit obstinationem et proteruitatem et sic est grauissimum. ¶ Quinta conclusio quod peccatum iudeorum est dissimile peccato diaboli quantum ad remissionem. ¶ Ad cuius intellectum est notandum quod diabolus fuit viator a primo instanti creationis vsque ad suam electionem et casum et electio eius fuit terminus eius vie et sic est dicendum quod peccauit in termino: et per consequens exinde post casum suum mansit irremissibile carens loco et spacio penitendi. Secus fuit de homine: quia semper fuit viator in illa paradiso: et mansit viator post lapsum vsque ad mortem et sic non peccauit in termino sed in via cuius spacium penitendi non terminatur nisi per mortem: et ideo peccatum hominis fuit remissibile et peccatum diaboli irremissibile. Ita pariter est dicendum de peccato iudeorum. Nam licet tota sinagoga in communi non conuertatur vsque ad vesperam mundi prout dictum est: tamen quilibet iudeus est viator vsque ad mortem suam: in quo spacio potest

Peccatum iudeorum est dissimile peccato diaboli quantum ad remissionem

conuerti et baptizari et effici membrum christi. vnde Actu. ij. dicit beatus Petrus iudeis crucifixoribus penitentiam agite et baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Jesu christi in remissionem peccatorum vestrorum etc. Et baptizati sunt illa die tria milia: et postea multo plures. Ex quibus patet quod peccatum iudeorum remissibile est particulariter vnicuique per baptismum et penitentiam vsque ad mortem. Tota ergo sententia huius psalmi est quod christus filius dei cum ab eterno esset deus venit in mundum: et factus est homo: et ex hominibus deos faceret per gratiam et participationem: et ex filijs adam carnalibus et peccatoribus et seruis faceret filios dei adoptiuos et libertinos et immortales et spiritales. Sed iudei noluerunt christum intelligere: nec lumen eius recipere: sed in primo peccato ipsius adam tanquam homines carnales manere. Et supra peccatum ipsius ade addiderunt homicidium iniustum christum occidendo. Et sic facti sunt filij diaboli et membra eius adimplendo desiderium antiquum diaboli: quia homicidium christi quod ab initio diabolus desiderauit: iudei de facto adimpleuerunt et consummauerunt. Et puniti sunt pena hominis et diaboli. Nam mortui sunt duplici morte: scilicet corporis et anime secundum sententiam datam in adam. Et puniti sunt pena diaboli tanquam filij et membra eius: quia ceciderunt a bono temporali presenti: et a celesti futuro ipsis promisso. Et populus gentilis successit in eius hereditatem per gratiam et gloriam christum recipiendo. Unde sicut synagoga cecidit ab omnibus supradictis bonis presentibus et futuris. et incidit in omnia mala contraria. Ita gentilitas per fidem surrexit ab omnibus malis: in quibus erat: et succedit in bonis a quibus cecidit diabolus et synagoga: quia gentilitas facta est hereditas dei per fidem et consecuta est celestem hereditatem per gloriam. Et in hoc consistit tota sententia et intelligentia huius psalmi.

conclusio psalmi.

Expo. ps. lxxxij. e contrario.



Eus quis similis erit tibi ne taceas neque compescaris deus.

¶ Titulus psal. cantici ipsi asaph per hoc quod dicitur psal. cantici ostenditur quod cantabatur voce humana simul cum instrumento musico: per hoc autem quod dicitur ipsi asaph ostenditur quod dirigitur toti ecclesie que petit vltionem de persecutoribus suis. Ad cuius intellectum est notandum quod dauid qui semper optauit scire discursum illius populi et templi quod preceperat edificandum per salomonem. Et totius regni et ciuitatis hierusalem quam ipse ampliauit preuidit in spiritu qualiter ille populus erat multipliciter affligendus a chaldeis et finitimis propter peccata eius. Et maxime preuidit obsessionem et vastationem futuram. Primo per salmanasar et sennacherib: et captiuitatem et destructionem per nabuchodonosor et vastationem per antiochum. Et preuidit etiam eorum finales punitiones. In quibus vastationibus preuidit in duplici spiritu persecutionem et vastationem ecclesie faciendam per machometum et antichristum. Unde preuidit in spiritu quod sicut iste nationes Arabum scilicet aga

Figura persecutionis ecclesie.

reni et ismaelite et amalachite ⁊ moabite ⁊ amō
te ⁊c. Semper infestarunt et vexarunt illā hierusa
lem et terrā israel terrenā. Ita postea recipientes
sectam machometicā debebant infestare ⁊ vexare
et vastare israel et hierl'm spūalem scʒ ecclesiam
christi. Unde sicut ecclesia xpi fuit incohata in il-
la hierusalēz terrena: et exinde deriuata ⁊ diffusa
per totum orbem ꝑpter qḋ dicitur vera hierusa-
lem et israel. Ita pariter illa maledicta secta ma
chometi fuit incohata in arabia et exinde deriua
ta et diffusa quasi per totum orbem ad affligen-
dam ecclesiam nostris demeritis exigētibus quā
sectam receperunt omnes turci et magna pars
tartarorum qui simul cum arabibus modo perse
quuntur ecclesiam. Unde ille prime persecutio-
nes fuerunt figure huius persecutionis ecclesie
que modo fit per sarracenos. Et sic etiam preui-
dit punitionem temporalem et eternam eorum.
Et ideo dauid propter has persecutiones eccle-
sie principaliter fecit hunc psalmum: in quo duo
dicit. Nam primo per modum querele explicat ⁊
predicit destructionem ecclesie faciendaʒ per ma
chometum et suos. Secūdo petit vitionem in vin
dictam ibi. fac illis sicut madiam. ¶ Quantuʒ au
tem ad primum est notanduʒ ꝙ anno domini sex-
centesimo vigesimo imperante Constātino filio
eraclij orosunda rex persarum filius cosdroe chri
stianus rebellauit contra Constantinum predi-
ctum et contra totum imperiū romanorū. Tunc
imperator Constantinus misit capitaneos et du
ces suos et copias contra regem persarum et po
suit conductores in Damasco, et antiochia cum
copia pecuniarum: qui conducerent milites ⁊ ar
migeros contra persas: tunc venerūt multe na-
tiones de arabia scʒ idumei et sarraceni et ismae
lite. Et multe alie nationes arabum que vagabā
tur per arabiam et syriam et egyptum furto ra-
ptoqꝫ viuentes. Isti autē venerunt Damascum vt
conducerētur ⁊ stipendium Romanorum accipe-
rent quibus conductores romanorum et grecorū
responderunt ꝙ aurum romanorum nō erat dan-
dum canibus seruis: quales arabes erant sed li-
beris et nobilibus grecorū ⁊ latinorum: tūc ara-
bes indignati recesserunt a Damasco: et nuncia-
runt hoc verbum oībus nationibus et societatib᷒
arabum: qui oēs cōgregati in finibus syrie et iux
ta iordanē inceperunt rebellare contra romanos
et fines Romanorum vastare et subiugare. Et vt
hoc facilius possent adimplere: elegerunt in prin
cipem machometū virum callidum et maliciosuʒ
et impiū. Et sic receperunt oēs terras quas Ro-
mani in arabia petrea possidebant. Et intraue-
runt syriam. Et ceperunt Damascum metropo-
Nota de machometo. lim oīm ciuitatū syrie. Et processerunt per syriā
et egyptum vastando et subijciendo ciuitates im
perij romanorum. Accidit eodem tēpore ꝙ in ara
bia et syria et egypto laborabant multe secte he-
reticorum: maxime secta nestorij qui ponit in xpo
duas psonas per se diuisas: dicit eñ qḋ de᷒ habi
tati xpo nō personalr̄ vnit᷒: sed tm̄ ꝑ in viro pfecto
Laborabat etiam secta Berilli bostrance ciuita
tis arabie episcopi qui dicebat christum ex spiri-
tu dei esse genitum tamē totaliter icepisse a Ma-
ria matre eius: et esse purum hominem nisi inquā-
tum paterna deitas habitabat in eo. Laborabat
etiam tunc temporis iacobitarum secta qui po-
nunt vnam naturam in christo. Et simul baptizā
tur et circūciduntur. Laborabat etiam ibi tunc tē-
poris secta manicheorū qui dicunt christum mor
tuum nō fuisse nisi ex quadam apparentia. Sed
quia papa Romanus simul cuʒ patriarcha Gre-
gorio excommunicauerat predictas sectas. Et
quia predicte secte recesserant a latinis et grecis.
Ideo adheserunt libenter arabibus et sarracenis
vt eos defenderent ab imperio et papa Romano
Et sic in breui sarraceni occuparunt hierusalem ⁊
totam syriam et omnes tres arabias: et egyptum
inquantum heretici dabant eis introituʒ per om
nes ciuitates contra catholicos. Et sic factus est
fortis exercitus sarracenorum: tunc machome-
tus excogitauit qualiter posset retrahere arabes
suos a ritu et cultu Romano et catholicorū. Unde
excogitauit nouum modum colendi deum. Et di
xit quod deus reuelauerat ipsi modum quomo-
do deus debebat adorari et coli. Et edificauit
templum in damasco quod mesquitam vocant.
Et ibi docuit omnes sui exercit᷒ adorare. Et pre-
cepit mesquitas edificari per totam arabiam et
remoueri cruces ab ecclesijs et oratoria: et aufer
ri calices et cetera vasa argentea et aurea: et cete
ra iocalia ecclesiarum: et exinde processit con-
tra persas. Et occupauit totum regnum persa-
rum et totam mesopotamiam et chaldeam. Ma
chometo autem mortuo eius exercitus fuit diui-
sus in tres partes. Nam abdalla motalif cum
magno exercitu venit versus occidentem: et oc-
cupauit totam affricam et etiam hyspaniam de-
struendo et vastando oēs ecclesias. Et oēs sub
iectos cogebat seruare sectam machometi: que-
quidem secta fuit cōposita per sergiū qui erat de
secta nestorij: et per alios duodecim qui ex qua-
tuor sectis scilicet ex secta nestorij et berilli et ma
nichei et iacobi alcoranum suum cōposuerūt. Et
sic dicunt christum esse filium dei genitum ex spi-
ritu dei. hominē et non deum. Et qḋ i die passio-
nis non fuit ipse mortuus: sed de medio iudeorū
raptus est in celum. Et qḋ alius similis ipsi fuit
captus per iudeos et crucifixus. Et sic etiam vt
placerent iacobitis preceperunt sarracenis circū
cidi. Et hanc sectam sarraceni cogunt obseruare
omnes sibi subiectos. Unde sicut multi ex quat-
tuor supradictis sectis adheserunt Machometo
ita compositores alcorani qui erant de supradi-
ctis sectis vnusquisqꝫ posuit aliquid de sua secta
Et apparuit illa bestia multoformis et diuersis
et fedis depicta coloribus quam bestiam Da-
niel pardum appellat. capitulo septimo vt dictū
est psalmo septuagesimotertio. Sed quia iacobi
te et nestorite libere et sponte se sarracenis subie
cerunt et eis introitum per ciuitates prebuerunt
Ideo sarraceni permiserunt eos libere viuere in
suis sectis et libertatibus vsqꝫ ad presentem dieʒ
per totam egyptum et syriam: et mesopotamiam
⁊ armeniam et persiam: et mediam vbi reperiū-

tur in maximo numero tam Nestorite quam Jacobite. Ex alia autem parte exercitus sarracenorum constituit ducem Jomar generum machometi qui cepit omnes prouincias orientales vsq3 ad indum. Et sic omnes subiectos coegit seruare sectam machometi. Et destruxit omnes ecclesias catholicorum vel ex eis mesquitas fecit. Postea anno domini Millesimo sexagesimotertio venerunt turci et receperunt sectam machometicã. Et sic sub illo nomine occuparunt omnem armeniam: et asiam minorem: et totam greciam. Anno autem Millesimo ducentesimo duodecimo surrexerunt tartari: et subiecerunt sibi omnes Indias: et totam scythiam vsq3 ad thanaym, et boristenem et ad fines rutenie quorum tartarorum maior pars suscepit sectam machometicam. Ex quo patet quod ista maledicta secta que incepit in arabia per idumeos ⁊ ismaelitas et agarenos et amonitas et amalechitas ⁊ ceteros arabes: destruxit ⁊ vastauit q̄si totã religionem christianã: et ecclesiam catholicam vsq3 ad presentem diem. Et hoc est quod intẽdit dicere dauid in hoc psalmo. vnde dicit. O christe deus et homo: quis similis erit tibi in potentia et virtute: quia non solummodo eris homo: sed etiam deus et cognoscetur omnipotentia tua cum veneris ad puniendos inimicos tuos. scilicet machometum et antichristum.

Argu. de pe. di. iij c. principius. iij. q. j. nulli dubium.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: et qui oderunt te extulerunt caput.

Super populum tuum malignauerunt consilium: et cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

vs. q. s. c. sunt plurimi.

Dixerũt venite et disperdamus eos de gente et non memoretur nomen israel vltra.

Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula idumeorum ⁊ ismaelite.

Moab et agareni gebal et amon et amalech alienigene cum habitantibus tyrum.

Etenim assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filijs loth.

¶ Quoniam ecce inimici tui scilicz machometus et antichristus extulerunt caput et superbiam et prosperati sunt et multiplicati. Et extulerunt regnum suum et dominium super totum orbem: et malignauerunt id est malignum consilium fecerunt super populum tuum christianum. Et cogitauerunt consilium malũ aduersus sanctos tuos christianos. Unde isti inimici tui deliberauerũt et dixerũt venite et disperdamus eos: scilz christianos de gente. Et nomen israel scz christianitatis que per israel intelligitur non memoretur vltra: sed destruatur tota religio christiana. Unde dicit inimici tui extulerũt caput: quia idumei et ismaelite et ceteri arabes infra nominati: extulerunt caput: quia machometum et turcham et etiam tartarum et antichristum in principem et prelatum exaltauerunt et constituerunt. Et sic super populum christianum malignauerunt. vt ex diuersis sectis et heresibus sectam machometicam cõficerent. Et hoc est consilium malum et falsum qd̃ aduersus sanctos tuos cogitauerũt immania tormenta eis inferendo: et diuersis penis eos afficiẽdo. Hoc dicit: quia sarraceni multa milia sanctorum monachorum et heremitarum et sacerdotum in egypto et mesopotamia et syria martyrio coronauerunt. Unde dicit antichristus et machometus: venite disperdamus fideles de gente id est de mundo et israel. scilicet ecclesia catholica vltra nõ nominetur: sed totaliter extinguatur et eradicetur. Quoniam omnes isti infra scripti. scilicet tabernacula idumeorum et ismaelite et moabite et amonite disposuerunt et moti sunt ad vastandum testamentum dei et totã ecclesiam. Unde est notandum quod omnes iste nationes hic nominate habitabant in arabia et congregate sunt cum machometo ad vastandum ecclesiam in principio illius secte. Et sic subiecerunt maiorem partem mundi quibus adheserunt tartari ⁊ turci. Nota.

Unde nota quod idumei habitabant vltra iordanem in principio arabie petree: et isti communiter habitabant in tabernaculis et tentorijs: quoniã descenderunt ab edon fratre Jacob: qui vagabatur cum tentorijs cum suis gregibus et armentis. Ismaelite sunt filij ismaelis filij Abraam de ancilla Amon: et Moab sunt filij loth nepotis abrae a quibus denominãtur moabite et amonite: omnes isti habitabant in arabia petrea Agareni sunt etiam filij ipsius agar: et omnes isti tam ismaelite ꝙ agareni habitabant in arabia: qui postea nominati sunt sarraceni occupantes ipsi nomen ipsius Sarre cum sint filij agar ancille: gebal: et amalech pariter habitabant in arabia prope terram promissiõis. Item alienigene sunt philistei qui erant intra terram promissionis. Et habitantes tyrum pariter sunt congregati cum machometo. Item syri siue assirij adheserunt cum machometo: ideo ponuntur hic principales. Et ideo dicitur quod venerunt in adiutorium filijs Loth idest amonitis et moabitis. Unde licet omnes isti nominati denominentur a nominibus primorum qui habitarunt arabiam. scilicz ismael edon et Moab ⁊c. tamen tempore machometi omnes erant christiani licet laborarent in diuersis heresibus et sectis. sed indignati propter supradictam contumeliam eis dictam quia vocati sunt canes a conductoribus grecorum et latinorum. Ideo rebellarunt et machometo et eius secte adheserunt. Et ideo ponuntur primi persecutores ecclesie in hoc psalmo. Unde habuit ortũ illa secta. Et a quib⁹ est ꝓpagata per totũ orbẽ.

Judi.iiij.v.ca Fac illis sicut madian et sysare: sicut iabin in torrente cyson.

Disperierunt in endor: facti sunt ut stercus terre.

Judi.v. et.vij. Pone principes eorum sicut oreb et zeb: et zebe et salmana.

¶ In hac secunda parte propheta implorat diuinam vindictam petens vltionem de supradictis persecutoribus ecclesie dicens. O domine iesu fac illis idest omnibus machometanis: qui vastarunt ecclesiam tuam: sicut fecisti madian et sysare in torrente cyson. Quasi dicat. fac vt populus christianus superet eos sicut barath debellauit sysaram ducem Jabin prope torrentem cyson quem sysaram Jabin interfecit in tentorio: vt patet Judicum quarto qui quidem inimici disperierunt in endor scilicet in illo loco prope cyson. Et facti sunt vt stercus terre: quia cadauera eorum putrida traxit torrens cyson. Et manserunt insepulta putrida vt stercus terre. Judicum quinto. Et fac etiam vt populus christianus superet eos sicut gedeon vicit madianitas: quorum principes fuerunt oreb: et zeb et zebee: et salmana qui fuerunt capti et eorum capita scissa et gedeoni oblata vt patet Judicum septimo.

xcv.di.c. ecce. Et.xiij. q.j.cap. visitacꝫ iiij.q.j.c domi.j. cꝫ rio. Omnes principes eorum: qui dixerunt hereditate possideamus sanctuarium dei.

Deus meus pone illos vt rotam et sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis qui conburit siluam: et sicut flamma comburens montes.

De cōse. dist.ij.c. accesse- runt. Ita persequeris illos in tempestate tua et in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum domine.

Erubescant et conturbentur in seculum seculi: et confundantur et pereant.

Et cognoscant quia nomē tibi dominus tu solus altissimus in omni terra.

¶ O christe deus pone omnes principes eorum scilicet machometanorum scilicet arabes et turcos: et tartaros qui sunt principales nationes in illa secta qui dixerunt possideamus sanctuarium id est totam ecclesiam dei hereditate id est qui stuerunt subijcere sibi totam christianam religionem: pone ergo eos vt rotam que quidem rota nō est stabilis sed pars summa cadit et fit infima rotando: ita isti ruant a potestate et dominio. Et pone eos sicut stipulam ante faciem venti id est quod ventus et sententia furoris tui propellat eos et remoueat a dominio. Et sicut ignis comburens siluas. Et sicut flamma comburens montes: ita tu persequeris illos in tempestate sententie tue. Et conturbabis eos in ira tua. Unde nota quod propter ista supradicta dicunt multi quod secta machometica debet perire ante aduentum antichristi. Et diuidi in tres partes. Quarum due debent se mutuo gladio interimere et delere. Tertia autem videns confusionem eorum et cognoscens veritatem se debet christiani fidei subijcere. Et ideo sequitur: imple facies eorum ignominia. Et sic confusi querent nomen tuum id est fidem tuam recipient. Sed alie due partes erubescant et conturbentur in seculum seculi inter se. Et confundantur et pereant se ad inuicem occidendo vt cognoscant tunc quia dominus est tibi nomen. Item quia tu es deus omnipotens. Et quia tu es deus altissimus super omnem terram. Totum etiam hoc supradictum et prefata sententia potest intelligi de ipso antichristo et eius sequacibus quem dominus interficiet spiritu oris sui.ij.ad.Thessalonicē.ij. quē videntes sequaces sui manebunt confusi et erubescent et confundentur pre nimia cōfusione: quorum aliqua pars queret nomen domini: maxime iudei. Et sic conuertentur ad dominum in fine seculi: quia cognoscent quod Jesus christus est verus messias: et verus deus et dominus altissimus super omnes creaturas. Ceteri autem obstinati peribunt in flammam ignis: et per ceteras quindecim tribulationes memoratas per doctores in fine seculi. Sed maxime iudei et ceteri ifideles erubescēt et conturbabuntur et confundentur cum videbunt Jesum christum venientem ad iudicium cum potestate magna et maiestate: quia tunc cognoscent ipsum esse verū deum et dominum et messiam in lege promissum et habētē oēm potestatē in celo et in terra et in inferno. Et sic peribūt quando dicet eis. Ite maledicti in ignem eternum. Ex quibus patet quod iste psalmus potest prophetice et litteraliter exponi de persecutionibus populi iudaici ante aduentum xpi: sed melius et magis proprie de vastatione ecclesie facta per machometum et sequaces suos. Et etiā per antixpm. Sed etiā pōt moraliter exponi de quacūque persecutione ecclesie et cuiuslibet viri iusti facta per diabolum: et eius mēbra qui intelligūtur per illa nomina et natiōes supra memoratas. Nam idumea interpretatur sanguinea et Ismael obediēs mūdo. Moab sine lege Agareni aduene. Gebal vallis vana. Amon popul⁹ turbidus Amalech a uarus. Alienigene contra legē xpi. Tyri angustiantes siue tribulantes. Assur deprimēs et delatus. Loth declinans et apostata. Per oēs istos intelliguntur persecutores iustorum et fautores antichristi. Nam antichristo adherebunt sanguinarij et homicide et obedientes mūdo et peccatores et homines sine lege: et aduene, scilicet Gog. et Magog et cupidi et vani et hypochrite et simulati et raptores et inimici legis christi et crudeles: et superbi et elati et apostate a fide christi propter lucrum et voluptates: et omnes isti semper fuerunt persecutores iustorum: et omnes tales adheserūt Machometo et obseruant eius sectam et adherebunt antixpo. Et de omnibus his conditionibus

Secta machometica peūda.

Jud. 7. 6

Moralia psalmi.

boim cõqueritur ecclia: eo q ab eis cõtinue affligitur et est affligẽda vsq ad antichristũ.

De psc. di.v. ca. teiuniũ.



Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutum cõcupiscit & deficit anima mea in atria dñi. Cor meũ & caro mea: exultauerunt in deum viuum.

¶ Titulus ad victoriam siue in finem pro torcularibus filijs chore psal. per hoc quod dicitur ad victoriam siue in finem ostenditur qđ iste psalmus cantabatur cum toto conatu a filijs chore in tempore torcularium scilicet mense septembris. B ¶ Ad cuius intelligentiam est prenotandũ vt supra dictum est psal. lxxx. q quatuor festa precepit deus celebrare in mense septembri scz festũ neomenie qđ licet in principio cuiuslibet mensis celebraretur pro diuina gubernatione: tum in illo mense maxime celebrabatur pro collectiõe vindemiarum et omnium fructuum. Secundũ festũ erat festum tubarũ pro sacrificio ipsius Isaac. Tertium festum propiciationis eo q deus ppiciatus fuerat eis post conflationem vituli. Quartũ festũ fuit tabernaculorũ in memoriam filiorum .xl. annorum quibus habitabant in tabernaculis per desertũ sz hoc festũ non celebrarũt nisi postq iaz quieuerũt in domibus suis in terra promissionis et fixerũt tabernaculũ in sylo: et ideo tale festum dicebatur festum quietis inquantum finierant suã peregrinationẽ: lz ista quatuor festa deus pceperit in memoriaz filiorũ mysteriorũ: tñ qz illa mysteria nõ erãt grã sui: sz gratia maiorũ mysteriorũ in nouo te. qđ qdẽ te. est finis totius legis vete. Ideo querenda sunt mysteria figurata per supradictas figuras. C ¶ Ad cuius intelligentiaz est notãdũ Fm Aug. de catezizandis rudib⁹ q lex vet⁹ siue te. vet⁹ nil aliud est nisi occultatio noui testamẽti et nouum testñi nil aliud est nisi manifestatio veteris. Et sic totum testa. ve. se habebat vt ager frugum: aut vinea: aut peregrinatio. Lex autem euangelica se habet vt area in qua terũtur fruges et colligitur granum in horreum et separatur a palleis cerimoniarum: vt dicebat Joannes baptista de christo cuius ventilabrum in manu eius et purgabit aream suam et congregabit granum in horreum suum paleas autem comburet igni inextingibili. Matth. iij. et Luc. iij. Ex quibus patet qđ christus et apostoli fuerũt trituratores hui⁹ aree: et dimiserunt nobis fructum sacramentorũ combustis et annullatis palleis et cerimonijs legis. Ideo dicit christus ipsis apostolis. Joã. iiij. ali⁹ est qui seminat et alius qui metit. Nam alij seminauerunt et vos in messes eorum introistis: hoc autem dicebat. nam patriarche & prophete laborauerunt in figuris et scripserunt testamentum vetus: sed christus et apostoli messuerunt granum et fructum in illis figuratum et prophetatum et declarauerunt et propinauerunt nobis: et ideo dicuntur messores & excussores & trituratores: sz etiã lex euãgelica dicitur nõ solum area respectu frugum legis vet. sed etiã dicit torcular respectu vinee. in quo expressum est vinum vinee legis veteris. Nam primo xps expressit vinũ ex sacra scriptura. Secundo expressit in cruce tanq in torculari ex seipso precium nostre redẽptionis vnde manauit nobis virtus sacramẽtorũ. et etiam postea hoc idem vinum sacramẽtorum ipsi apostoli ex scriptura veteris testamẽti nobis clarius expresserunt. Item lex euãgelica siue aduentus christi dictus est terminus peregrinatiõis legis veteris Nam lex ordinabatur ad christum tanq ad perfectum et ad terminum immediatum. vt ait apostolus ad Rom. x. quia christus ẽ finis legis. Et ideo deus precepit celebrari ista festa in mẽse septembri. scilicet festum vindemiarum et torcularium & festum tubarum et festum propiciationis et festũ tabernaculorum in memoriam peregrinationis filiorum israel inceptum quieuerũt ab illa peregrinatione in terra promissionis adepta: et fixerunt tabernaculũ federis in sylo. Aduenientẽ ergo christo cessarunt oẽs quatuor iste festiuitates quãtuz ad figuram, eo q veritas earũ venerat. vnde dictũ est psalmo. xlix. q tota synagoga simul cum omnibus cerimonialibus mortua et sepulta fuit cum christo: et non surrexit cum christo nisi sola veritas euangelica figurata per illa cerimonialia inquãtum omnia fuerunt impleta in christo. Nam per christum facta est vniuersalis propiciatio & factũ est verum sacrificium figuratum per Isaac et expressum est verum vinum sacamẽtorum et verum granum frumẽti eucharistie & impleta est peregrinatio legis et tabernaculorum quia iam est ecclesia per christum & apostolos edificata et eorũ sanguine firmata in qua iam quiescimus per gratiã ideo sicut tũc celebrabamus istas festiuitates in figura nunc iam celebram⁹ in veritate: quia iam fructum et gratiam colimus. Ideo dicitur Joh. i. Lex per moysen data est: gratia autez et veritas per christum facta est. Item celebramus festum torcularis: quia continue extorquemus veritates euangelicas ex sacra scriptura ve. te. ¶ Item viterius est notandum q sicut lex ve. fuit ager frugum siue vinea siue peregrinatio respectu noue legis: et lex euangelica est area et torcular et terminus quietis illius. Ita pari modo lex euangelica est ager et arbor et vinea et peregrinatio respectu superioris patrie. Nam ex hac vinea cõtinue colliguntur et extorquentur fructus meritorũ & i die iudicij triturabit messis & separabit granũ a paleis & frumentũ a zizania & vniuersaliter mali de medio iustorũ. Et sic patria celestis erit finis euãgelice peregrinatiõis & laboris: nã sicut h colligimus fructus grẽ: ita ibi colligim⁹ fructus glorie & sicut hic celebram⁹ supradicta festa p grãz: ita ibi celebrabim⁹ festa per gloriam: vnde sicut nullus iudeorũ potuit puenire ad xpz nisi per legem veterẽ: ita nullus pt puenire ad patriã nisi p legẽ euãgelicã. Et nullus poterit celebrare predictas festiuitates in celo per gloriaz quin celebrauerit ipsas i hac ecclesia p gratiã: puidẽs ergo dd i spũ totũ hũc discursum. s. qualr lex vetus ducebat ad

Nota d qtuor festiuitatibus.

Lex vet⁹ est occultatio noui testa.

Nota.

Lex euãgelica dicitur torcular & area.

Lex euãgelica ẽ ager &c. respectu superioris pẽie.

chꝛistū ꝛ xp̄s ꝛ lex euāgelica nos debebat ꝑduce/
re ad patriā vbi vere eternalr̄ celebꝛat̄ festum ta/
bernaculoꝝ ꝛ felicīū ꝛ beatāꝝ māsionū ꝛ toꝛcular
vltimate nr̄e fruitionis:que quidē felicia taber/
nacula figurabātur per illa materialia taberna/
cula que fiebāt in terra ꝓmissionis in festo taber
naculoꝝ iam in quiete positi. Jō fecit hūc psal. et
dedit ipm cantanduꝫ filijs choꝛe qui dicunt̄ filij
crucis vt cantaret̄ in festo tabernaculoꝝ:ꝛ ēt per
totum mēsem vindemiaꝝ. Jn quo psalmo duo fa
cit. Nā pꝛimo expꝛimit desideriū suū ꝛ totius ec/
clesie petēdo quietē ꝛ māsionē ꝛ fruitionē in cele/
stibus tabernaculis:sed qꝛ ad illa celestia taber/
nacula nemo pōt ꝑuenire nisi per xp̄m ꝛ legē euā
gelicam. Et nisi celebꝛet supꝛadicta festa in lege
euangelica per gratiā. Jō in scđa ꝑte petit acce/
lerari aduentum xp̄i ꝛ legis euāgelice ibi. Beat⁹
vir cuius est auxiliū. Quātum ergo ad pꝛimū con
templās ꝛ ꝯsiderās dō ꝙ illud festū tabernaculo
rum qđ tūc celebꝛabāt in lege veteri significabat
festū tabernaculoꝝ qđ beati celebꝛant in celo:vbi
beati infelicib⁹ tabernaculis absoluti ab hac pe/
regrinatione iam sempiterno euo fruūtur:deside/
rans ergo summo affectu cū illis in societate cō/
moꝛari:et a iugo legis ꝛ ab huius mūdi toꝛcula/
ribus tribulationū ꝛ mundanis miserijs liberari
dicit. O quā dilecta ꝛ appetēda sunt tabernacu/
la tua ꝛ summopere desideranda:o domine ꝟtutū
et pꝛinceps exercitus angeloꝛum:intm̄ de se eniꝫ
sunt desiderāda ꝙ contēptis oībus tabernaculis
et bonis terrenis iam aīa mea concupiscit ire in
atria dn̄i ꝛ deficit in ꝯsideratione tāte felicitatis
nec valet attingere ꝓfunditatē tāti mysterij illaꝝ
felicīū māsionū:qꝛ nec oculus vidit:nec auris au/
diuit:nec in coꝛ hoīs ascēdit que pꝛeparauit deus
diligētib⁹ te. Dupliciter enī deficit aīa mea. Pri/
mo quo ad intellectum:qꝛ nō pōt altitudinē tanti
mysterij cōpꝛehēdere nec attigere. Scđo deficit
quo ad voluntatē:qꝛ aīa mea liquefacta est et in
extasim venit pꝛo amoꝛe ꝛ dulcedine ꝛ desiderio
tante felicitatis.nam nō solū coꝛ meū.i.aīa mea:
sed etiam caro mea per quandā redūdantiā exul/
tauerūt in deū viuū:qꝛ aīa magis est vbi amat ꝙ̄
vbi infoꝛmat. Et sic trahit carnē a mūdanis to/
tam secum:ꝛ quasi cōuertit eā ad se. Et sic tot⁹ hō
in carne ꝛ coꝛpoꝛe trāsfoꝛmat̄ in deū amatū ꝛ il
lam felicitatem desideratā:vn̄ totus hō in anima
et coꝛpoꝛe nō solū obliuiscit̄ alia:sed ēt seipsum.
Et sic euolat in contēplationeꝫ dei ꝛ desiderium
illius eterne felicitatis quasi dicat ergo dō in his
duobus versibus. O dn̄e postꝙ̄ celebꝛaui ista ta/
bernacula materialia in terris : fac me celebꝛare
festuꝫ tabernaculoꝛum in celis:quia aīa mea iam
cupit exire ab his tabernaculis mundanis:et ha
bitare tecuꝫ in celestibus. ¶ Nota etiā ꝙ ista coꝛ/
poꝛa coꝛruptibilia in quibus nūc habitamus di/
cuntur tabernacula animarum nostrarum in qui/
bus tabernaculis aīe nostre affligūtur ꝓpter coꝛ
ruptionem et concupiscentiam et penalitateꝫ ex
quo tabernaculo paulus apostolus cupiebat dis
solui et esse cum chꝛisto:de quo etiam tabernacu/
lo dicebat Petrus in secunda epistola capitulo

Psalmi diuisio.

Festū tabernaculoꝝ figura festi beatitudinis.

aīa dupliciter deficit.

Coꝛpora dicūtur tabernacula animarum.

pꝛimo. Quandiu sum in hoc tabernaculo susci/
tare vos in cōmunicatione certus:ꝙ velox est de/
positio tabernaculi mei:sed in finali resurrectio/
ne ista tabernacula coꝛruptibilia mutabuntur in
gloꝛiosa et incoꝛruptibilia:quia opoꝛtet hoc coꝛ
ruptibile īduere incoꝛruptelā. Et tunc in celo ista
nostra coꝛpoꝛa erūt gloꝛiosa:et sic erūt animabus
nostris ad gloꝛiam:que ante fuerant ad sarcinaꝫ
vt inquit Aug.xij.super Genes.ad literā: de istis
etiā tabernaculis scꝫ coꝛpoꝛibus gloꝛiosis in qui
bus habitabimus in patria:dicit pꝛopheta: quā
dilecta tabernacula tua dn̄e ꝛc.

Etenim passer inuenit sibi domum: et turtur nidum vbi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutū:rex me⁹ et deus meus.

Beati qui habitant in domo tua : in secula seculoꝛum laudabunt te.

xxij. qđ iiij. qđ xp̄s.xiv. di. licet. xxiiij .q. j. c. omnibus.

¶ Hic contemplatur pꝛopheta quanta est et fuit
diligentia et sollicitudo diuine misericoꝛdie ꝛ be
nignitatis erga nos. Nam sicut passer fabꝛicauit
sibi domum et locum in foꝛaminibus parietum ꝛ
etiam turtur fabꝛicauit nidum in arboꝛibus ꝛ pa
rietibus vbi tute et secure reponat pullos suos et
cum tanta sollicitudine alit et nutrit:et eis victuꝫ
querit. Jta deus ab eterno nos pꝛedestinauit ꝛ ex
tempoꝛe ab oꝛigine mundi celum empyꝛeum ad
nostram mansionem pꝛeparauit et creauit. Sed
quia Adam pꝛopter suam ingratitudinem ꝛ ino/
bedientiam supꝛadictum locum pꝛo se ꝛ pꝛo no/
bis perdidit:ideo deus cum venit plenitudo tem/
poꝛis misit filium suum volando de celo ad terrā
in similitudinem carnis peccati:sed inter omnes
homines solus per hunc mundum sine peccato
volauit:et post moꝛtem et passionem a moꝛtuis
resurgens velociter in celum volauit:ꝛ ibi no bis
nidos et mansiones ꝛ tabernacula felicia pꝛepa
rauit et filios suos quos ex baptismo regenera/
uit ibidem reposuit et collocauit. ¶ Dicitur
ergo chꝛistus passer inquantum sine pondere pec
cati post resurrectionem a terra vsq in celum ve/
lociter volauit:dicitur vero turtur a simplicitate
et puritate. Ecclesia etiam passer dicitur inquan
tum per fidem et charitatem volat in celum: dici
tur etiam turtur inquantum seruat veram castita
tem ꝛ fidem suo sponso chꝛisto. Et ideo meretur
inuenire domum in celo:ꝛ nidum idest mansiōes
vbi reponat pullos suos idest filios quos ex ba/
ptismo generauit. Dicit ergo ꝓpheta. O rex me⁹
per gubernationem ꝛ conseruationē:et deus me⁹
per creationem:et O domine virtutum et angelo
rum chꝛistus fili⁹ tuus sicut passer velociter vola
uit in celum et inuenit sibi domum:ꝛ sicut turtur
inuenit nidum in celo scilicet illa tabernacula et
felices mansiones in celo fabꝛicauit ꝛ pꝛepara/
uit:ꝛ per merita sue passiōis acquisiuit vbi repo
nat pullos suos scilicet filios quos per moꝛtē re
demit ꝛ per baptismum regenerauit. Et nota qđ

Xp̄s volauit in celū pꝛeparaturus tabernacula.

Xp̄s dr̄ passer.

Mānsiones beatoꝝ sunt altaria.

propheta in hoc loco eterna tabernacula: et mansiones beatorum vocat altaria ad denotandum excellentiam vite beatorum. Nam cum in hoc seculo vita nostra sit mixta ex actiua et cõtemplatiua propter miserias huius mundi: ideo est necesse vt exerceamus opera actiue et releuemus proximum a miseria. Ibi autem quia nulla erit miseria: sed perpetuum gaudium et libertas: ideo nõ sunt necessaria opera misericordie nec vita actiua: et sic ibi est sola vita contẽplatiua: ideo in hac habemus duplicem domum scz domos familiares ad vitam actiuam. Et ecclesias et altaria ad contemplandum: sed q: in celo sola vita contemplatiua exercetur: ideo illa tabernacula in quib' manent beati: altaria nuncupantur: dicitur enim altare quasi alta ara. dicũtur ergo altaria in illa tabernacula: quia alta et a mundanis eleuata et liberata et ad solam contemplationẽ et laudem dei deputata. Et ideo cũ dixit q xp̄s preparauit nobis altaria: ilico sequitur et subdit. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Ille ergo mansiões sunt beatis tabernacula: in quibus habitant et sunt altaria in quibus eternaliter deum laudant: et sunt mense in quibus eternaliter fruũtur: de quibus christus dicit: vado vobis parare locum et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ vt edatis et bibatis super mensam meam in regno meo Et sedeatis super throno iudicantes duodecim tribus israel Luce. xxij.

De pe. di. ij. ca. dñ sanctam.

Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrimarum: in loco quez posuit.

Extra d elec. ca. cum monasteriũ in glos.

Etenim benedictionẽ dabit legislator: ibunt de virtute in virtutez: videbitur deus deorum in syon.

¶ Sed quia vt dictũ est nemo pot celebrare predictas festiuitates in patria per gloriam nisi prius celebrauerit in via per gratiam et legem euangelicam que non poterat haberi nisi per christũ mediatorem dei et hominum. Ideo in hac secunda parte dauid desiderans petit aduentum christi et legem euangelicam: per quam ad illam patriam intendit et credit peruenire. ¶ Unde notandũ qđ christus legis dator duo dedit nobis quibus possemus ad illam patriam peruenire: scz gratiã et veritatem. Gratia est virtus sacramentorũ qua purgamur a peccatis et adiuuamur et pseueramur et penitentiam agimus. Ueritas autem est fides articulorum et intelligentia legis diuine: sed ista gratia continet in se quosdam gradus virtutũ p quos fideles ascendũt in statum perfectionis in hac vita vsq in celum. Nam primo in baptismo recipimus fidem per quam inheremus firmiter articulis fidei scilicet credimus deum trinũ et vnũ et filium incarnatum. Et iste est primus gradus. Secundo q: cognoscimus per fidẽ deũ esse summũ bonũ et creatorẽ et redẽptorẽ et nr̃m glorificatorem: tũc sup oĩa diligimus ipm: et iste est secundus gradus virtutis. Tertius q: vidimus qđ nobis promisit gloriã in futuro et c. Ideo cõtemptis oĩbus rebus mũdanis ita totã spem nostrã et desideriũ ponimus in ipso: et iste est tertius gradus virtutũ. Et hic sequit quartus scz opatio bona. Nã tũc conamur operari nõ nisi propter celestia nobis pmissa: et propter deũ creditũ amatũ et desideratũ. Ex quo pz q charitas duplr põt considerari. Uno mõ in affectu: et sic precedit spem: q: ilico amamus creditũ deũ et pmissa nobis bona: et ex cõsequẽti ponimus nostrã spem in deo: et tũc sequitur charitas in affectu qui cõsistit in operãdo: nam operatur per spem et charitatẽ effectiuã et fidẽ: q: vna presupponit altã: et ita charitas effectiua siue opatiua dr innocentia inquantum neminez ledit nec nocet: sed cuilibet pdest et facit q sibi vellet fieri cuilibet primo: et tũc xpianus dicitur vere iustus et opatur sm iusticiã fidei formate spe et charitate: et iste dr ascensus de virtute in virtutem adeptus in baptismo. Secũdus ascensus est per dona spiritussancti. Primo eni in cõfirmatione recipimus donũ sapiẽtie per qđ adhibem' studiũ ad scientiã diuinorũ et sacre scripture. Secundo donũ intellectus per qđ aperit nobis intelligentia eorum que legimus in sacra scriptura Tertio donũ consilij per qđ recte legimus viuere et attingere regnũ nobis promissum per xp̄m legiferũ nostrũ. Quarto datur donũ fortitudinis p qđ roboramur ad patiendũ et tolerandũ aduersa pter xp̄m et iusticiã: vt pz in martyribus. Quinto datur donũ scientie per quã discernimus nr̃a bona opera et viuimus sm precepta. Sexto datur donũ pietatis per quod cultum verum et latriam deo tribuimus: et in rebus dubijs saniorem partẽ eligimus et ei inheremus. Septimo datur donuz timoris per quod amore quodã filiali diuina mãdata seruamus atq precepta et deum exacerbare et ipsi displicere omni conatu et affectu cauemus: et sic ascendendo de virtute in virtutem gradualiter efficimur iusti. Tertius ascẽsus dicitur ascensus per gradus gratiarum. Primo datur nobis a deo gratia preueniens vt bonum velimus et sic incipimus bonum agere. Secundo datur gr̃a cooperans: et sic proficimus in operando bonũ. Tertio datur gratia perfecte perseuerans in nobis: et sic perficimus operationem quam incepimus. Primus gradus dicitur incipientium. Secund' proficientium. Tertius perficientiuz: et sic est ascẽsus ad patriam et statum perfectum per gradus gratie. Quartus ascensus est secundum gradus statuum ecclesie et fidelium siue professionum. Nam prima professio nostra communis est' professio fidei formate per baptismum et iste status conuenit omnibus christianis. Secundus grad' in ecclesia est religionis in quo profitentur religiosi obedientiam: paupertatem et castitatem. Tertius est sacerdotum vnde assumunt potestatẽ ministrandi sacramenta et promittunt horas septem canonicas et septies in die per totam vitã orare. Quartus gradus est episcoporum qui omnes alios presupponit et in summo cõstituit cuz

Gr̃a et veritas per q̃ ad regnũ p uenim'.

Prim' ascẽsus.

Charitas dupliciter considera tur.

Secũd' ascẽsus p donuz spũsancti

Tertius ascẽsus.

Quart' ascẽsus.

ceteros habeat regere et pascere exemplo et doctri na: et nō solum bona spūalia: sed etiā tēporalia ḃm facultatē distribuere: vt pz per totā epistolā ad Titū. Et sic per oia ista quattuor genera gra duum sunt ascensiones in cordibus xpianorū in hac vita. Et ambulam⁹ de virtute in virtutē et de gradu in gradum: et ascendimus in syon superio rem: vbi videbimus et vident beati deum deorum. Et iste ascensus fit in hac lachrimarū valle: inci piendo primo a penitētia per gratiā preuenientē Et proficiendo per opera pietatis et mie: Et per ficiendo per cultū et latriā vsqȝ in finem. Dicit er go dauid propheta in persona totius ecclesie. O deus beatus est ille vir cuius auxilium est abs te: idest a te: idest cum tu das gratiam auxiliātē: sine qua nemo potest aliquid boni agere per quā ipsi a te collatam posuit et ordinauit ascensiones per gradus virtutū predictarū in corde et anima sua: et hoc est in ista valle lachrimarū: et in hoc mundo et in hoc loco quē dominus posuit et cōstituit ad penitentiā agendam: et ad bona opera exercēda: nam spaciū acquirēdi vitam eternam in hac vita tm̄ deus hominib⁹ dedit: vbi voluit penitentiam esse fructuosam: eo ꝙ homo potest hic mutata vo luntate simul operaqȝ mutare: vt ait aug. in encbi ridion: vult ergo hic innuere propheta ꝙ beatus est ille homo qui per auxiliū dei et gratiā ipsi col latam agit penitentiam in hac valle lachrimaȝ et penitētie: quē locum deus constituit ad peniten tiam et bona opera exercēda: et dum egerit pnīaȝ ponit in corde suo ascensiones: idest ascēdit de vir tute in virtutē vsqȝ ad statū perfectū vsqȝ quo pue niat ad patriā. Sed qȝ nemo pōt habere istā gra tiam: nec peruenire ad patriā: nisi per xp̄m qui est via: veritas et vita. Ideo sequitur: etenī pro qȝ vel certe: xp̄s legislator siue lator legis euāgelice da bit hominibus benedictionē et gratiā sacramēto rum per suam mortē et passionē. Et sic homines ibunt de virtute in virtutē: vt dictū est vsqȝ quo per bona opera ascēdunt in celum: et tunc videbit ab eis deus deorum in syon superiori. Nam ibi oēs beati deum speculant: hoc etiaȝ potest referri ad syon inferiorē vbi christus visus est et p̄dicauit: et spiritūsanctū apostolis dedit: vbi acceperūt dona gratiarū et gradus virtutū. Quasi dicat. ꝙ pro pterea xp̄s legislator et deus deorū: scȝ deus apo stolorū et sanctorū: de qbus dictū est in psal. supe riori: videbitur in syon in carne predicando et mi racula faciēdo. Et ibidem dabit spiritūsanctum apostolis: et omnia dona gratiarū et oēm benedi ctionem. Et apostoli ibunt de virtute in virtuteȝ. Et sic conuertetur totus mundus: et sic perueniet ad christū: hic per gratiā: et ad celum per gloriam. Et inde fideles assumāt gratiā: vt faciant ascen siones per gradus virtutū. Et cum lachrymis fa ciant penitentiā per ɔtritionē et cōfessionē et satis factionē in hac valle lachrymarū: et in h̄ loco quē dominus posuit et constituit ad penitentiā et bo na opera facienda. quasi dicat ꝙ iusti de virtute in virtutem per gradus virtutū ascendunt ab hac syon inferiori in syon superiorem: in qua vident deum deorū per gloriā. Item ascendunt ad vidē dum deum in syon: quia aliter nemo potest ascen dere ad videndum deum.

Domine deus virtutum exaudi ora tionem meaȝ: auribus percipe deus iacob. xv.di.c. sctā ro mana. ij.q.ō.iij ad mensam.

miracula in illa die in virtute nominis christi coram eis: et sic manserunt confusi. et sic apostoli profecti sunt predicando fidem xpi vbique xpo cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Etiam iste versus potest referri ad diem iudicij quando veniet christus in potestate magna et maiestate et apparebit signum filij hominis in celo scz crux vbi fuerat crucifixus quod signum erit bonum et in gloriam fidelium et terrorem malorum: quia videbunt in quem confixerunt. Et sic confundentur iudei et cognoscent xpm fuisse verum messiam: et a mortuis resurrexisse. Et cognoscent ipsum esse iudicem bonorum et malorum. Hoc idem potest dicere vnusquisque fidelis in persona sua: et petere a deo signum salutis contra inimicos visibiles et inuisibiles. Unde dicit. O pater saluum fac filium ancille mee scilicet ecclesie: et fac signum meum salutaris crucis in fonte baptismi in quo debeo saluari vt diaboli qui oderunt me et ceteri inimici videant tale signum in me: et confundantur et fugiant et non noceant mihi et cognoscant: quoniam tu domine adiuuisti me ab eis liberando. Et consolatus es me gratias conferendo. Ex supradictis patet qualiter est valde attendendum in isto psalmo quando christus orat pro suis et ideo attendat lector quomodo communicantur idiomata ratione vnitatis capitis ad membra et econuerso. Et quomodo iste psalmus est litteraliter prophetia illius orationis quam christus fecit pro suis fidelibus et membris. Jo. xvij. Ex toto isto psal. concluditur quod synagoga reprobata populus gentilis debebat colere et adorare nomen domini in israel.

Fidelis petat signum salutis.



Undamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas syon super omnia tabernacula iacob

De elec. c. fundamenta. libr. vi.

¶ Titulus filijs chore psal. cantici. Ex titulo apparet quod iste psal. cantabatur voce humana solum cum instrumento musico: et hoc propter mysterium in eo contentum. Et ideo datus est filijs chore ad cantandum per quos figurabatur ecclesia ex gentibus congregata vt pluries dictum est. Sed licet autor huius psal. non explicetur in titulo tamen Hiero. in epistola ad dardanum videtur affirmare dauid fecisse istum psal. Unde dicit dauid in alio versu gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei et iterum diligit dominus portas syon etc. Item in sermone de assumptione ait. vnde et dauid: et homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus. Ex quo patet quod dauid fecit hunc psal. Et dedit ipsum cantandum filijs chore: eo quod ceteris erant intelligentia sublimiores non solummodo ad cantandum: sed etiam ad interpretandum populo et explicandum mentem prophete de mysterijs futuris contentis in hoc psal. Et in ceteris: prout eis erat possibile pro illo statu. Et hec est causa quare psalmi intitulati filijs chore sunt altioris et profundioris intelligentie quam ceteri vt inquit Hierony. quia quasi omnes loquuntur de dignitate et felicitate ecclesie pro maiori parte ex gentilibus congregate. A ¶ Ad cuius intellectum pro figmentis et fatuitatibus iudeorum: est primo notandum quod dauid multipliciter preuidit in spiritu felicitatem et prosperitatem ecclesie christi. Nam vt legitur secundo Reg. cap. vlti. Postquam dominus miserat pestilentiam ab adam vsque ad barsabee: angelus domini apparuit ipsi dauid super aream iebusey: que erat supra quendam monticulum qui dicebatur moria: cui precepit dauid: vt sibi construeret domino altare: et sic cessauit plaga. in quo loco precepit dauid salomoni edificare templum domino secundum exemplar et descriptionem sibi traditam a spiritusancto: in quo exemplari cognouit dauid multa mysteria de futuris in quo edificio et exemplari septem mysteria et dignitates preuidit dauid in spiritu de ecclesia et ciuitate dei per christum edificanda. Nam primo preuidit quod ecclesia christi erat edificanda in populo gentili: eo quod templum salomonis per quod figurabatur ecclesia christi fuit edificatum in predio siue possessione illius hominis gentilis. Secundo quod ecclesia christi ex parua erat in magnam amplianda: eo quod salomon vt ambiret templum infra ciuitatem habuit eam dilatare et ampliare muro maiori. Tertio preuidit quod nullus poterat saluari a morte peccati: nisi per ecclesiam dei: et eius sacramenta. Eo quod illico post constructionem altaris in illa area cessauit pestilentia. Quarto preuidit quod mysterium incarnationis erat operandum in illa ecclesia christi. Quinto preuidit quod illa ecclesia erat edificanda per conuersos de populo gentili. Sexto preuidit magnam prosperitatem et letitiam illius ecclesie. Hoc idem preuidit et intellexit in exemplari et descriptione templi sibi tradita a spusancto: vt patet primo paralipo. xxviij.

Ecclesie felicitatem preuidit dauid.

¶ Secundo est notandum quod omnes iste reuelationes facte sunt ipsi dauid in domo sua quam construxerat in monte syon in qua domo faciebat psal. dum erat in quiete et contemplatione maxime postquam quieuit a bellis et negocijs: quia tunc dedit operam ad ampliandum cultum diuinum et ad condendos psalmos. Unde dicunt quod dauid ex parte noctis erat in contemplatione mysteriorum dei. Et sic in tali contemplatione opprimebatur somno: et ventus intrabat a parte aquilonari per fenestram et mouebat chordas cythare et psalterij pendentis ad caput lecti sui. Et sic excitabatur a somno: et tunc spiritussanctus intrabat et suggerebat ipsi dauid quecunque ex parte noctis contemplatus fuerat. Et sic de talibus reuelationibus et mysterijs condebat psalmos. Que quidem opinio non totaliter est abijcienda. Nam quandoque reprobi viri ipsa veritate coacti dicunt aliquando verum. Nam dictum est in principio: quomodo spiritussanctus multis modis tangebat mentem ipsius prophete dauid: et maxime per interiorem inspirationem. Nam per mysteria presentia reuelabantur et representabantur sibi mysteria futura de christo et ecclesia. dum erat in illa contemplatione in suo statu: vt ipse frequenter refert Unde dum esset in contemplatione in domo sua in monte syon fuit sibi reuelatum a spiritusancto qualiter in eodem loco: vbi erat ipse debebat xps condere sacramentum eucharistie. et dare finem legi ve. et incipere nouam: et in eodem loco debebat edificare ecclesiam ex lapidibus viuis supra. xij. montes. scz

Nota.

de sacramento eucharistie

supra duodecim aplos mittendo eis spiritũsanctum q̃ debebat eis inspirare intelligẽtiã sacraꝝ scripturarũ: et infundere septẽ gr̃a donorum et grãrũ.cũ quibus debebat edificare et cõgregare ecclesiã.Et exinde exire p totũ orbẽ terrarũ et predicare euangelium per totum pplm gentilem.Et introducere ipsum in ecclesiam.Unde manifestũ est qđ in eodem loco vbi dauid fecit hunc psal.recepit supradictas reuelationes.s.i mõte syon. et ibidem xp̃us fecit cenam.Et apostoli receperunt spũm sanctum vt ostẽditur hodie in monasterio fratrum minorum et in ecclesia que sita est in monte syon.Hoc ergo preuidẽs dauid in spũ fecit hunc psal.in quo predicit septẽ reuelationes sibi reuelatas de ista sanctissima ecclesia et gloriosa ciuitate dei.Et sic iste psal.hꝫ septẽ partes.Nam in prima parte ostẽdit qđ ista ciuitas dei erat fundata in montibus.i.est viris sanctis.Scđo ꝙ deꝰ debebat diligere et desponsare sibi istã ciuitatem et magis diligere q̃ synagogã.In tertia ꝙ ista ciuitas erat per totũ orbẽ ampliãda et ex pplo gentili cõgreganda.Quarto qđ in ea erat implendũ mirabile mysterium incarnatiõis.Quinto ⁊ ex cõsequenti qđ ista ecclesia debebat esse mater dei ⁊ a deo fundari.Sexto ꝙ in ea erat promulganda et manifestanda lex et veritas euangelica. In.sc. prima qđ finis huius ciuitatis est summa felicitas et perfecta beatitudo.Tertia ibi. memor ero raab et babylonis.Quarta et quinta ibi. nunqđ syon dicet hõ.Sexta ibi.dñs narrabit.Septima ibi sicut letantiũ.¶ Quantũ ad primũ dupl'r possumus procedere in hoc psal. ẜm qđ põt fundari in duabus particulis. ¶ Primo qđ dicat dauid apostrophando ad ciuitateꝫ dei ⁊ ecclesie dicẽdo. O ciuitas dei gloriosa sunt mihi dicta ⁊ reuelata de te.Nã prĩo qđ es fundata ĩ montibus sanctis Scđo dilecta.Tertio cõgregata per totum orbeꝫ ex pplo gentili.Quarto qđ ecclesia dꝫ esse mater dei. Quinto qđ xp̃s q̃ fundauit eã dꝫ ex ea nasci. Sexto qđ in ea predicatur euangeliũ. Septimo ꝙ finis huius ciuitatis est summa felicitas. Secũdo põt fundari iste psal.supra illã particulam s.diligit dñs portas syõ sup oĩa tabernacula Jacob.Quasi dicat ꝓpheta qđ deus desponsauit sibi ecclesiam ꝓpter septem dignitates. Primo qꝛ est fundata supra sanctos viros.Secũdo qꝛ gloriosa ⁊ mirabilia dicta sunt de ea in vtroqꝫ testamento.Tertio ꝓpter eius eius ꝓsperitatem ⁊ latitudineꝫ que est toto orbe diffusa:⁊ ex gentibus congregata.Quarto qꝛ per altissimum fundata. Quinto qꝛ mysterium incarnationis in ea factuꝫ Sexto qꝛ lex euãgelica in ea ẽ manifestata.Septimo qꝛ finis eius est beatitudo et felicitas. Quomodocũqꝫ ergo sit septem dignitates ecclesie xp̃i memorantur in hoc psalmo prout dictum est. ¶ Quantum ad primum ergo propheta commendando ecclesiam dicit non est mirum si christus desponsauit sibi ecclesiam.Nam inter ceteras dignitates habet istam.qđ est fundata in montibꝰ sanctis.idest sup.xij.lapides altissimos qui sunt xij.articuli fidei.que sunt fundamenta totius ecclesie que fundamenta sunt ⁊ fundantur in montibus sanctis.idest super.xij.viros sctõs qui sunt xij.apostoli qui dicuntur montes sancti ab eminentia sanctitatis et altitudine gratie ⁊ scientie supra quos est fundata ista sanctissima ciuitas: que habet quatuor principales portas.scilꝫ baptismum ad intrandum:et pniam ad redeundum ⁊ ordinem ascendendum:et extremam vnctionem ad exeundum.Et etiam.xij.articuli fidei nõ soluꝫ dicuntur fundamenta huius ciuitatis sed etiam porte inquãtum per eas intramus in ecclesiam ⁊ sunt ordinate iste.xij.porte inter se:et vna est infra aliam:et ideo nemo põt peruenire ad intimã ⁊ interiorem turrim huꝰ ciuitatis nisi ordinatim trãsierit per istas.xij.portas.Prima porta est credere in vnum deum trinũ et vnum creatorem celi et terre.Secũda articulus incarnationis.Tertia articulus passionis.Quarta descensus ad inferos. Quinta articulus resurrectionis et sic vsqꝫ ad vltimum.Et ideo nemo põt transire per scđaꝫ portam nisi penetrauerit primã.qꝛ scđs articulus p̃supponit primũ.⁊ tertius scđm.⁊ sic per ordineꝫ ⁊c.Clauis aũt harũ portarũ est fides p quã aperiuntur iste porte.⁊ sic.xij.articuli nõ solumõ sunt porte huius ciuitatis sed etiã fundamenta ⁊.xij. apl'i mõtes in q̃bꝰ fundat' tota ciuitas quã dispositionem ciuitatis nõ solumõ preuidit dauid in spũ in hoc psal.sꝫ etiã Job.apoc.xxj.vbi dicit.Et muri ciuitatis hñt fundamẽta.xij. ⁊ in ipsis.xij. ⁊ noia.xij.aplorũ ⁊ agni.Ista ergo ciuitas est fortissime fundata ⁊ clausa ⁊ murata:ꝙ porte inferi nõ preualebũt aduersus eam vt ait saluator Mat. xvij.Porte eñ inferi sunt septem vitia capitalia quibus ⁊ per que est ingressus ad infernuꝫ.Nam sicut p.xij.articulos fidei ⁊ ecclesiastica sacr̃a est ingressus ad hãc ciuitatẽ.Ita p septẽ vitia capitalia est aditus ad gehẽnã.Dñs ergo diligit hãc ciuitatẽ intiũ ꝙ desponsauit eã sibi hic p grãm ⁊ in futuro p gl'iam vt ptꝫ Apo.xxj.hãc ꝓduxit ex latere suo:hãc fundauit sanguie suo.vt ptꝫ Job.xx. qñ ex latere eius exiuit sanguis ⁊ aqua.hanc fundauit supra.xij.aplos qñ dixit. q̃cunqꝫ solueritis supra terrã:erũt soluta ⁊ in celis Mat.xvij.⁊ Jo. xx.lꝫ vniuersalem iurisditionẽ cõmisit soli petro Mat.xvj.tibi dabo claues regni celorũ.Job.xxj. qñ dixit.pasce oues meas.Ex quo ptꝫ qđ due dignitates memorant' in hoc versiculo.s.fundatio ⁊ despõsatio ecclesie.Dicit ergo ꝓpheta dñs iesus xp̃s messias in lege ꝓmissus diligit portas syõ.i. ciuitatis dei:q̃ est ecclesia.vbi et vnde deus speculatur et cernitur.q.d.diligit istã ciuitateꝫ.Primo ꝓpter portas eius que sunt ecclesiastica sacr̃a et virtutes theologice q̃bus est aditus ad eã.Scđo diligit eã eo ꝙ fundamenta eius scꝫ articuli fidei sunt ⁊ fundant' in montibus sanctis qꝛ fundati sunt supra fundamenta apostolorũ ⁊ ꝓphetaruꝫ ⁊ diligit istas portas ⁊ ista fundamẽta.⁊ ciuitatẽ sup oĩa tabernacula iacob.¶ Ad cuius intellectũ est notandũ ꝙ dauid ꝓpheta in hoc loco alludit ad mysteriũ ipsius balaã quãdo benedixit tabernacula iacob.vt habetur Nume.xxiiij.qui cũ suasu ipsius balach ascendisset ad maledicendũ populo israel.Et eleuãs oculos vidisset in israel in

Margin notes: Materia huiꝰ psal. — ecclesia xp̃i.spõsa. — fundantur sic. — porte ciuitatis. — porte ecclesie sũt sacr̃a. — Nota đ balaam

tentorijs cōmorantē per tribus suas irruente in se spū dei ⁊ cogente eū dixit. Quā pulchra taber nacula tua iacob et tentoria tua israel vt valles nemorose et horti iuxta fluuios irrigui. vt taber/nacula que fixit dñs quasi cedri ꝓpe aquas fluet aqua de situla eius: et semen illius erit in aquas multas. ⁊ ifra. qui benedixerit tibi erit ipse bñdi/ctus: qui maledixerit tibi in maledictione reputa bitur. et infra. Orietē stella ex iacob ⁊c. Que quidē bñdictio si quis diligenter velit ituerí nō pōt cō uenire nisi xpo ⁊ ecclesie sue in qua bñdictione ꝓ/dixit Balaā totū ꝑncipiū ecclesie qñ ex modica debebat crescere in magnā: et sic illa tabernacu/la iacob fuerūt figura ipsius ecclesie xpi. Et ideo qñ dixit ꝙ pulchra tabernacula tua iacob et ten/toria israel nō bñdixit illa tabernacula ꝓpter se sed inquantū figurabāt ecclesiā xpi. Et ideo Ba laam ex precepto dñi in illa bñdictione predixit totū mysteriū ⁊ ꝓsperitatē ⁊ illationē ⁊ victoriā et gloriā futurā ecclesie xpi. Uñ dauid contēplās totam illam benedictionē ⁊ mysteriū prenouit in spū totum fundamētū ⁊ ꝓgressum et finem eccle sie xpi figurate per illa tabernacula. Et ideo dicit hic. diligit dñs portas syon sup oia tabernacula iacob quasi dicat ꝙ xps rex messias diliget suam ecclesiam et ciuitatem dei quaꝫ ipse debet funda re et in sponsam assumere super omnia taberna/cula iacob. i. magis ꝙ illa tabernacula materia/lia que vidit Balaam q: illa erant figura huius. Et ex cōsequenti diligit magis ecclesiam ꝙ syna gogam et figuratum ꝙ figuram. Ex supradictis verbis ptꝫ ꝙ synagoga per illa tabernacula ma/terialia intellecta a xpo erat repudiāda in aduē/tu suo. Et ecclesia erat diligenda ⁊ desponsanda q: xps nō poterat habere duas sponsas ⁊ sic ptꝫ differentia et dignitas ecclesie xpi supra synago gam et tabernacula materialia. Nam ista eccle/sia fundatur supra sanctos montes ⁊ lapides vi/uos qui sunt apostoli ⁊ prophete et doctores. Et maxime fundatꝰ supra maximā petrā qui est xps synagoga autē siue tēplum salomonis fundabatꝰ supra lapides mortuos ⁊ paruum monticulū. hoc idem est dicendū de hierl̄m terrena materiali. et hoc est dictum quo ad primā et scḋam dignitatē ipsius ecclesie xpi. ¶ Est etiā dicendū ꝙ fundamē ta ecclie que sunt articuli fidei et ecclesiastica sa/cramenta fuerunt iactata ⁊ inchoata in mōtibus sanctis materialibus. Nam in mōte caluarie vbi Abraam immolauit arietem pro ysaac vbi facta fuit sibi de christo repromissio ibidem fuit christꝰ crucifixus. Ex cuiꝰ latere orta ē ecclesia et oia sa/cramenta. Et in monte syon xpus instituit sacra/metum eucharistie vbi melchisedech obtulit pa nem et vinum ⁊ ibideꝫ apostoli receperūt spiritū euangelicū vbi dauid receperat spm̄ ꝓpheticum ⁊ condidit psal. Item tertio xps predicauit et do cuit in templo sito in monte moria vbi apparuit angelus percutiens in area orna iebuzei. Et ptꝫ qualiter ecclia fuit fundata et ichoata in his duo bus vel tribus montibus sanctis et exinde deri/uata fuit et toto orbe diffusa: ideo dicta est hie/rusalem vt dictum est psalmo. xlvij.

Articuli et sunt ecclie fū damēta.

Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.

¶ Hic ponitur tertia dignitas ipsius ecclesie: ⁊ se cunda ratio quare deus tantū diligit eam: que di gnitas et ratio est q: gloriosa dicta sunt de ea in veteri testamēto et in nouo. Nam omnia que ge/sta sunt in veteri et nouo contingebant illis in fi/gura. Unde demonstrat apostolus per totam epi stolam ad hebreos quod totus discursus de crea tione mundi significat fundationem ecclesie. se/cundum omnes partes eius: similiter ecclesia fi/guratur per fabricationē arche Noe. Itē ecclia fi guratur per egressum abrae de terra sua in terrā chanaam per sacrificiuꝫ isaac. Et per iacob quā do vidit scalam et per fabricationem tabernacu li moysi et per exemplar et descriptionem eiusdē quod ostendit apostolus ad Hebre. xi. ⁊ per egres sum israel in terra promissionis ⁊ per exemplar et descriptionem quam accepit dauid a spiritu/sancto pro templo edificando Et sic de omnibus mysterijs ecclesiam figurantibus in quibus da/uid preuidit in spiritu fundatioenm ecclesie per christum et apostolos ⁊ progressuꝫ ⁊ prosperitatē ipsius. et ideo dicit hic. O ciuitas dei gloriosa et magnifica dicta sunt mihi de te ⁊ reuelata. prout intelleri Et preuidit in supradictis mysterijs de te scriptis: quia preuidit in spiritu qualiter fun/damenta tua erūt in montibus. idest in viris san ctis puta in apostolis et prophetis. Unde nota quod ecclesia christi fundatur in christo per gra/tiam: sed in prophetis et apostolis fundatur per doctrinam vt ait apostolus ad ephesios. ij. Sed in apostolis fundatur per doctrinam veritatis: ⁊ in prophetis per doctrinam figurati um et ista est vera ecclesia que incepit ab adaꝫ et processit vsqꝫ ad christum in patriarchis et prophetis fi/guratiue et prophetice: sed a christo fundata est realiter per se et per aplos suos vt dictum est.

xxiij. q. i. c. loquitur ⁊ c. ca. oibus.

Memor ero raab et babylonis scien tium me.

Ecce alienigene et tyrus et populus ethiopum hi fuerunt illic.

xciij. dis. legimus et. xxiij. q. i. loq/tur.

¶ Hic ponit quartam dignitatem ipsius ecclesie que fuit dicta ipsi dauid in spiritu que est copia ⁊ multiplicatio ciuium et latitudo spacij. ⁊ diffu/sio per totum orbem terrarum. Nam illa terra ꝓ missionis non cōtinebat nisi filios israel bm̄ car/nem. Et illa hierl̄m terrena non capiebat nisi iu deos de tribu iuda. Et illa lex non obligabat ni/si filios israel secūdum carnem: sed ista ciuitas dei fuit toto orbe diffusa et lex euāgelica fuit oi/bus nationibus mundi ꝓmulgata. Et sic ciuitas dei et ecclia christi fuit cōgregata ex oibus popu lis et nationibus et ex iudeis ⁊ gentilibus: ne est excepꝰ gētilis: nec iudeus: nec grecꝰ: nec ethiops nec scyta: q: oēs vocati sunt ad ecclesiam. Nam omnes fideles cuiuscunqꝫ nationis et conditio/nis sint xpni ⁊ legem euangelicā recipientes per/tinent ad ecclesiā ⁊ ciuitatē dei. Ideo ꝑ istas quat tuor nationes hic nominatas scꝫ per raab ⁊ ba/bylonem et alienigenas et tyrū et populū ethio/

Nota de raab meretrice et figura.

pu intelligit totuz populu gentilez: qr ad hanc ci
uitatem dei erat venturus per fidem christi. ¶ Ad
cuius intelligentia est notandu: vt legit Josue.ij.
q raab meretrix recepit exploratores quos mise-
rat iosue i domo sua: et abscodit eos et rogauit eos
vt quando ciuitas caperetur: ipsa saluaretur cum
domo sua quod ita factum est nez posuit coccinu
in fenestra in signuz. Et quando ciuitas est capta
et euersa sola raab saluata est et fuit recepta in po
pulo israel: et salomon duxit ipsaz in vxore et qua
genuit booz: per quod mysterium fuit figuratus et
significatus populus gentilis: qui relicta idola-
tria et recepturus fidem xpi erat connumerandus
et recipiendus in ecclesia. Et debebat ponere coc
cinum in signum in fenestra id est debebat ponere
crucez sanguinis christi per baptismuz in fronte
sua. Et sic ille populus per signum crucis et bap
tismu deuastatioe diaboli xpo p fide erat despon
sandus. Et sic fuit figura ipsa raab de quocunq
conuerso ad fidem relicta infidelitate. Et hoc est
qd dicit hic ppheta in psona xpi. Un aliter in adue
tu meo supple ero memor ipsius raab id est illius
mysterij significati per raab. Nam sicut populus
israel recepit ipsam raab ad fidem et cultum vni
dei propter actu quez fecit: ita ergo recipia popu
lu gentilem idolatriaz relinquetem: et sumente si-
gnum coccineu id est cruce sanguinis mei in fron
te. Et ego desponsabo ipsum populum per fidez
et erit annumeratus in ecclesia mea. Unde raab in
terpretatur superbia siue impetus et salomon in
terpretatur pacificus. Unde ibi fuit significatuz
q populus gentilis qui erat superbus debebat hu
miliari et subijci paci et virtutibus ecclesie. Et sic
per raab intelligitur quicunq infidelis factus hu
milis fidei christiane subiectus. Et per babylone
intelligitur populus confusus: et per consequens
gentilis qui erat in confusione sine lege: sed i spe-
cialiter populus babylonis qui semper fuerat ini-
micus populo dei venit ad fidem per predicatio-
nem apostolorum symonis et iude. Et ideo dicit
hic. Memor ero raab et babylonis: quia eos reci
piam ad fidem qui magis videbatur inimici po-
puli. Et non solummodo raab et babylonis ero
memor: sed omnium gentium scientium: id est co
gnoscentium me per fidem: et confitentiu me mes
siam et saluatorem. Nota q in hebreo dicitur. me
mor ero raab quod interpretatur egyptus. Et sic
per raab intelligit egyptus. Et ideo nominatur
hic babylon et egyptus: quia semper fuerunt con
tra populum dei. Sed in aduentu de primis vene
runt simul cu ethiopibus vt supra patuit psalmo
sexagesimo septimo venient legati ex egypto, ethio
pia preueniet manus eius deo. Et ideo littera hie
ronymi habet. Ego recordabor superbie. i. egyp
ti magne et superbe. Et ideo sequitur non solum
modo recipiam supradictos ad fidem in hac mea ci
uitate: sed etiam omnes hi scilicet alienigene qui
non sunt de israel secundum carnem: sicut est ty-
rus: que est inter prouinciam fenicis: et populus
ethiopum habitans inter tropicos solis ad meri
diem quem beatus Mattheus conuertit: omnes
enim isti fuerunt illic id est erunt in hac ciuitate
syon. Nominantur ergo hic quattuor, vel quinq
populi: per quos intelligitur tota gentilitas que
erat ventura ad hanc ciuitatem p fidem qua xpo
debebat sibi desposare. Et per hoc patet quarta
dignitas huius magne ciuitatis que est magni-
tudo ambitus et copia ciuium. Alia autem litte-
ra habet. memor ero raab et babylonis scientibus
me tunc debet sic exponi. Ego memorabor: id est
committam raab et babylonis apostolis scienti-
bus me vt vocent eos ad fidem post resurrectio-
nem meaz sicut dicimus quandoq memoror tibi
factum meum id est committo tibi factum meuz.

Nunquid syon dicet homo et homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus.

De summa tri. et fide cath. c. f. no. icarnatio dignitas mirabilissima.

¶ Hic ponitur quinta dignitas ecclesie quod est
mysterium incarnationis factum in hac ciuitate
dei quod est incomprehensibile et mirabile dictum
in se et ratione circunstantiarum nam in ea qua-
tuor mirabilia narrantur. Primum est quod deus
sit factus homo. Secundum q deus factus homo
sit natus in hac ciuitate syon. Tertium q ipse de-
us altissimus factus homo fundauerat istam ci-
uitatem in qua natus est. Nam ista videntur con
tradici. id est q iste fundauerit ipsam ciuitatem et
sit natus in ea. Quartum mirabile est q aliquis
homo posset persuadere alteri homini vt crederet
ista tria mirabilia supradicta. Et hec quatuor mi
rabilia facta in ciuitate preponit hic propheta
sub interrogatione admiratiua dices. Nunquid
syon dicet homo. id est aliquis homo dicet et per
suadebit ipsi syon et ipsi hierusalem: scilicet toti
ecclesie et ciuitati dei toto orbe diffuse. quod cre-
dat q deus factus est homo et q ipse factus ho-
mo sit natus in ea: et q ipsemet altissimus natus
fundauit eam. Quasi dicat. Hoc est mirabile di-
ctum et difficile ad credendum. quia videtur im-
possibile. ¶ Unde nota q quasi hoc idem adducit
Augustinus vigesimosecundo de ciuitate dei ca-
pitulo quarto: ad probandum mysterium incar-
nationis contra paganos. Unde dicit quod ante
aduentum christi tria videbantur impossibilia
apud Aristotelem: et omnes philosophos. Pri-
mum impossibile erat apud eos quod deus pos-
set fieri homo. Secundum quod mundus et maxi
me philosophi et sapientes hoc crederent scilicet
deum posse fieri hominem. Tertio videbatur eis
magis impossibile scilicet q homines simplices
et plebei possent persuadere philosophis et cete
ris, vt hoc mysterium incarnationis crederet. Tuc
arguit Augustinus ista tria videbantur philoso-
phis impossibilia sed duo vltima sunt facta pos-
sibilia et iam inesse: scz qr iam totus mundus hoc
credit pro maiori parte: quia iam credit deum fa
ctum esse hominem. et etiam tertium factu est pos-
sibile qr. xij. apostoli et ceteri discipuli qui erat sim
plices et plebei hoc persuaserunt philosophis et
totus mundus hoc credidit per eos ergo sequitur
q primu est possibile. s. q deus sit factus homo et
incarnatus: na philosophi ista imo magis repu-

tabant impossibile secundum ⁊ tertium ꝙ primū ¶ Unde est aduertendum ꝙ licet ista videbantur difficilia ad credendum: tamē habito mysterio et modo incarnationis efficiūtur credibilia. Nā verbū diuinū ꝟtute spiritussancti formauit illum hominem ex puris sanguinibus virginis ⁊ formādo animam: ⁊ animando assumpsit illam humanitatem in vnitate persone: et assumpsit essentiā et humanitatem non assumendo esse personale: immo suppositauit illū hominem assumptū per suā propriā personalitatē. Et sic fuerunt due nature in vna psona. Et sic ille homo deus natus est ꝛpaliter ex virgine ex opere spiritussancti qui formauit ex sanguinibus puris virginis illud corpus. Et tota trinitas creauit animā in eodē instanti. Et sic verus deus et homo perfectus est quo ad naturā ⁊ natus est in ecclesia. q: in eodē instāti quo fuit conceptus ⁊ incarnatus fuit caput ecclesie. ⁊ Maria verum mēbrū ecclie ergo tunc iam fundauit ecclesiam: et anteꝙ nasceretur iam fecerat Johannem baptistam membrum ecclesie ⁊ zachariā ⁊ Helisabet: ergo iam natus est in ecclesia: quam ipsemet fundauit in sua incarnatione ⁊ cōceptiōe: et postea in ea predicauit et passus est mortuus et resurrexit ergo ista stant simul. scilicet ꝙ deus sit factꝰ homo ⁊ simul fundauit ecclesiam et postea sit natus in ea. Nam sua conceptio et incarnatio fuit fundatio ecclesie et cetera. Et fuit postea possibile ꝙ homines rustici et simplices hoc mysterium philosophis et mundo predicarent vt eos cōuerterent q: non in virtute ꝓpria nec in sapientia humana hoc fecerūt nec potuissent facere: sed hoc fecerūt in virtute spūssancti quem in die pentecostes receperunt: qui loquebatur in eis: cuius virtꝰ excupat oēm sensum et captiuat oēm intellectum. Et sic totum redditur possibile. Et ideo sequitur.

Dn̄s narrabit in scripturis populorum ⁊ principū hoꝝ qui fuerūt in ea.

¶ Non mireris ꝙ hoc sit possibile. scꝫ ꝙ aliquis homo hoc potuerit persuadere mūdo scꝫ ꝙ deus sit factus homo et ꝙ sit natus in ea ecclesia quam ipse fundauit. Nam non erant ipsi apostoli qui loquebantur. Nam dominus narrauit in scripturis et euangelijs et epistolis populorum scilicet apostolorum qui erant populares et simplices et imperiti et principuꝫ horum qui fuerunt in ea id est in scripturis principum horū qui fuerūt in ea. Nā apostoli q̇ ante fuerūt populares ⁊ rustici postea fuerunt principes in ecclesia. Et isti scripserunt euangelia et epistolas canonicas et actus apostolorum et apocalipsim in quibus narrauerunt totum mysterium incarnationis: et passionis: et conuersionis: et predicationis: et miraculorum: ⁊ mortis: et resurrectionis: et ascensionis christi. Et predicauerunt toti mundo et conuerterunt infideles ad ecclesiam. Et multiplicata et dilatata est magna ciuitas syon. Etiam potest legi aliter licet sub eadeꝫ sententia sit nunquid altissimus factus homo dicet. id est loquetur et predicabit ipsi syon scilicet ecclesie. Et ipse homo natus est in ea et ipse altissimus fundauit eam. Quasi dicat. hoc est difficile credere. Et ideo subdit ad soluendam admirationem ꝙ dominus hoc narrauit in scripturis populorum: idest ꝙ euangeliste et apostoli inspirati ista misteria narrauerunt in scripturis euāgeliorum et epistolarum. Nam illa euāgelia sunt scripture populorum inquantum populi euangelio crediderunt: et sunt scripture principum horū populorum qui sunt apostoli inquantum euangelia scripserunt et predicauerunt. Nam ibi traditur mysterium incarnationis: sic quomodo missus angelus Gabriel a deo ad virginē Mariam ⁊c. Et traditur ibi modus natiuitatis et adorationis et conuersationis vite et mortis et passionis et resurrectionis et ascensionis et spiritussancti missionis et progressus ecclesie in actiōibus apostolorum. ¶ Est etiam aduertendū ꝙ per ly apostolorum possumus intelligere doctores ecclesie qui post apostolos scripserunt. quasi dicat: ꝙ licꝫ hoc mysterium incarnationis sit difficile ad dicēdum et persuadendū: tamen ipsum sine dubio est verum. Nam dominus deus narrauit hoc mysterium incarnationis. Primo prophetice in scripturis populorū: scilicet prophetarum ⁊ patriarcharum. Secundo in scripturis principum horū populorum: scilicet apostolorū qui fuerunt principes terre. et etiam dominus narrauit hoc mysterium in scripturis populorū. s. doctorū: ⁊ ī scripturis principum horum: scꝫ apostolorū qui fuerunt principes horum doctorū: qui omnes tam populi ꝙ principes eorum fuerūt ciues in hac ciuitate licet apostoli fuerint principaliores. Item etiam per ly populorum intelligūtur omnes simplices fideles vtriusqꝫ testa. ⁊ per principes horum populorum intelliguntur omnes patriarche ⁊ prophete ⁊ apostoli et euangeliste et doctores no. te. Nam vna et eadem est scriptura populorū fidelium et principū eorū: sed ista dr̄ scriptura pplorū inquantū est eis predicata: sed dicitur principum inquantū ab eis est populo scripta ⁊ predicata ⁊ declarata. Et per ly principū horum possunt intelligi apostoli et euangeliste qui fuerunt principes doctorum totius ecclesie. Nam doctores populares sunt respectu apostolorū et euāgelistarū Nam isti conati sunt intelligere ⁊ glosare ⁊ declarare dictū apostolorū ⁊ euāgelistarū et declarare mysterium increationis ⁊ passionis ⁊c. Ideo dicit propheta. dominus narrauit hec mysteria supradicta in scripturis populorū. s. doctorū ecclesie. s. Augustini: Hieronymi: Ambrosij: et Gregorij. Et in scripturis principū hoꝝ qui fuerunt apostoli et euangeliste: quorum scripturis est credendum. Ideo qui ista non intelligit mysteria recurrat ad scripturas: et in eis inueniet veritatē. Et sic soluitur omne dubium ⁊ omnis cōtradictio. Ex his pꝫ ꝙ dignitas ecclesie nō solum apparet ex mirabili mysterio incarnatiōis ⁊ passionis ⁊ resurrectionis: sed etiam ex mirabili confirmatiōe ⁊ scriptura et p̄dicatiōe apostolorū ⁊ euāgelij ꝓmulgatione ⁊ sacrorū doctoruꝫ scriptura ⁊ declaratiōe. Et ideo ecclia est tanto affectu xp̄o dilecta. Et sic pꝫ sexta dignitas huius magne ciuitatis syon: q: in ea erat ꝓmulgāda lex euāgelica que est mani

Quod deus hoc mysteriū incarnationis narrauit.

Dignitas ecclesie pꝫ

festatio oim mysterioꝝ que erant clausa ꝛ obum/
brata in lege veteri. Et hoc erat manifestandum
per xp̄m ꝛ aplos ꝛ euangelistas qui fuerūt princi
pes eccłie: in quo euāgelio cōtinent mysteria in/
carnationis ꝛ passionis christi: que quidē myste/
ria postea fuerūt magis dilucidata per doctores
in glosis suis. Et sic qđ fuit per patriarchas signi
ficatū et prophetas: obscure prophetizatum fuit
postea per xp̄m etiam per apostolos in hac ciui/
tate manifeste narratum et annunciatum ꝛ ꝑ do/
ctores declaratum.

xxiij.q.i.c.audiuimus. **Sicut letātiū oim habitatio ē in te.**

¶ Hic ponit septimā dignitatē ecclesie rōne finis
que est summa leticia et felicitas in patria. Ad cu
ius euidentiam est aduertendū sicut dictum est in
principio: ꝙ ecclesia militās ꝛ superna triūphās
est vna: sed se hñt sicut via ꝛ terminus siue patria.
sic mare ꝛ portus sicut ꝛ ea que sunt ad finē. Nam
sicut triumphus nō pōt adipisci: ni precesserit pu
gna ꝛ victoria ꝛ portus nisi precesserit nauigatio
nec terminus nisi decursa fuerit. Ita patria para
disi via: nec illa triumphans ecclesia pōt attingi
nisi quis peregrinatus fuerit per istā cum ista sit
finis itineris huius: ꝛ per consequens continuat
tanꝙ finis. Et sic dr̄ illa ecclesia finis pugne ꝛ mi
litie et nauigationis et laboris et tristicie. Et iđ
adepto fine omnia ista cessant: et manet quies et
gaudiuz et leticia. Et sic est perpetua felicitas in
Quies ꝛ felicitas i ecclīa. ea absq; altera admixtiōe. Et hoc propter tria.
Primo ratione subiecti siue potentie. Secūdo ra
tione obiecti. Tertio ratione vnionis potētie ad
obiectum. Primo ratione subiecti siue potentie:
nam ratio quare hic non potest esse vera felicitas
nec perpetua leticia est ratione corporis subditi
miserie infirmitati corruptioni et passionibus. s.
timori: auaricie: tristicie: zelo: inuidie: indignatio
ni: spei: desperationi: ire. Et sic de ceteris natura/
libus passionibus: que non sinunt hominem esse
felicem: sed per mortem aīa expoliatur ab omni/
bus his passionibus: et per resurrectionem recu/
perabit corpus incorruptibile et gloriosum cum
omnibus dotibus glorie ꝛc. Igitur non poterit
esse infelix ratione corporis et potentie siue subie
cti. sed felix. Secundo inerit felicitas ratione ob/
iecti: q2 ibi nulla erit miseria proximorum nec sen
sus aut potentie nostre poterūt percipere aliquā
miseriam cum nulla sit in alijs: q2 hic lz quis non
habeat miseriam: tamen tristatur dum videt eam
in proximo: sed ibi nulla erit miseria: nec in se: nec
in proximo ergo non poterit esse tristicia: sed q2
vnusquisq; beatus videbit et possidebit deum in
quo sunt omnia bona: et nullum malum: et in eo
fructur. Ergo in ipso felicitabitur: sed q2 deus in/
tantum vnietur ꝛ vnit vnicuiq; beato vnidōe inse/
parabiliq; quasi immutabitur in deuz. Et magis
erit in deo vnusquisq; beatus quā in seipso: quia
amor transmutat amantē in amatū et aīa magis
est vbi amat quā vbi informat Et sic eius felici/
tas erit copiosa et secura: ꝛ sufficiēs satiās appe/
titum: et perpetua. Et totum hoc ꝛ oēs has tres
rōnes tāgit aplūs. i. ad Coꝝ. xv. cū dicit ꝙ corpus
hoc induet incorruptionē et mortale hoc induet
immortalitatē. Tūc deus erit oia in oībus: super
quod dicit Aug. in de spū ꝛ aīa. c. viij. cū corpora/
le hoc induet incorporalitatem: ꝛ mortale hoc in
duet immortalitatē: tūc mente et corpore spūales
effecti ꝑm modū nostrū per mentis illuminatio/
nem oia sciemus ꝛ corporis incorruptibilis leui/
tate vbiq; esse poterimus volabimus mēte per cō
templationē: volabimus corpore per incorpora/
litatē: discernem9 mēte: discernemus corpore: cū
sensus nostri vertentur in rōnem: ꝛ ratio in intelle
ctum: et intellectus in intelligentiā: et intelligen/
tia mutabitur in deū. Ex quo pz ꝙ ibi non pote
rit esse nisi perpetua felicitas vnde. xxij. de ciuita
te dei. c. vlti. dicit. quanta erit felicitas illius eter
ne ciuitatis. ibi nullum malū: nullum latebit bo/
num: vocabitur dei filius in secula seculoꝝ. Sed
q2 felicitas nil aliud est nisi perpetua leticia. Fe/
lix eñi dr̄ quasi ferens leticiā. Iđ dauid hoc preui Quid sit felicitas
dens in spiritu dicit. Sicut letantiū oim habita/
tio est in te. i. gloriosa dicta ciuitas. ciuitas bene
munita gloriosa dicta sunt ꝛ bñmerito ciues tui
sunt felices. Nā habitatio tua est sicut habitatio
et societas et congregatio oim letantiū: ꝛ dicit si/
cut oīm: nā licet hic sit qñq; aliqua leticia in aliq̄
ciuitate: tñ non oēs letant: q2 aliquis coꝝ patitur
tristiciam: vnde raro est in hoc mundo ꝙ aliquis
celebret nuptias quin alter celebret funeralia.
Et non solūmodo accidit in eadē ciuitate: sed ēt
in eadē domo. nā si aliquis letat: alter tristat: sed
q2 in illa gloriosa ciuitate nullū pōt esse malū: et
nullū latet bonū: ergo nullus pōt tristari ergo est
habitatio oim letantiū: et non quorūdam tñ: sed
oim. Et in hoc differt illa leticia ab ista: q2 est oiz
et semꝑ: ꝛ perfecta: ꝛ sufficiens leticia cum sit sta/
tus oīm bonorū aggregatione perfectus. A Ex
supradictis patēt. vij. dignitates ꝛ perfectiones
huius ciuitatis et ecclesie xp̄i: quaꝝ prima est qđ Eccłie dignitates. vij.
non est fundata super lapides mortuos: sed suꝑ
montes ꝛ viros viuos ꝛ sanctos. Secunda ꝙ mes
sias diligit istam ciuitatem magis quā veterē sy/
nagogam. Et hanc sibi dispensauit. Tertia quod
oēs patriarche ꝛ prophete dixerunt multa glorio
sa de ista ciuitate. Quarta qđ hec ciuitas recepit
in se oēs nationes mūdi. Quinta qđ fundator hu
ius ciuitatis qui est deus altissimus natus est in
ea ꝛ per consequens est filius eius. Sexta quod in
hac ciuitate pronunciatum est euangelium ꝑ ho/
mines simplices: per quos totus mundus credi/
dit. Septima qđ finis huius ciuitatis est summa
felicitas ꝛ habitatio omnium letantium sine tri/
sticia in gloria celesti ꝛ per consequens ista ciui/
tas est via et ordinatur ad illā. Ex omnibus istis
sequitur quod hec gloriosa ciuitas de qua loquit
hic propheta dauid est tota ecclesia dei toto or/
be diffusa: quā xp̄s edificauit ꝛ fundauit in aduen
tu suo super. xij. fundamēta articuloꝝ fidei ꝛ suꝑ.
xij. montes sanctos scz apostolos: cui ciuitati cō
ueniunt omnes dignitates ꝛ cōditiones supradi
cte: que omnes in ea fuerunt complete. ¶ Secun/
do sequitur esse vanam et fictam spem iudeorum Vana spes iudeorum.
modernoꝝ qui expectant ꝓphetiā huius psalmi

implendam per futurum messiam: quem falso expectāt: que spes et persuasio multipliciter est falsa. Primo quia messias conditor huius ciuitatis erat venturus ad scdm templum vt patet per aggeum et malachiam et zachariam quibus de⁹ promisit mittere messiam in illud templum: sed illud templum fuit destructum per Titum et Vespasianum xlij. anno post ascensionem christi: ergo seq̄tur quod iam venerat messias vt latius alibi declaratur. Secundo est falsa talis spes. nam post destructionem secundi illius templi non expectatur aliud templum reedificari: vt ptz Daniel ix. c. vbi dicit ꝙ post ebdomadas. lx. duas ab edificatione secundi templi occidetur xps: et nō erit eius populus qui eum negaturus est: et ciuitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: et finis eius vastitas et vsque ad consummationem et finem perseuerabit statuta desolatio ⁊c. Item per aggeum dicitur in secūdo capitulo: maior gloria erit huic domui nouissime quam prime et per cōsequens si illa domus fuit nouissima non et expectatur alia in hierusalem. Ex supradictis patet quod post illam destructionem que facta est per romanos post illas septuaginta duas ebdomadas et post mortem christi nō debet amplius aliud templum in eodem loco edificari nec etiam alia ciuitas eiusdem cultus: immo debet perseuerare statuta desolatio vsq̄ ad consummationem et finem mundi: hoc idem patet per hieremiam in septimo capitulo: vbi deus vocat mendaces et deceptores iudeos modernos qui expectant tertium templum edificari post illud secundum destructum et persuadent simplicibus iudeis tertiū templum expectandum et edificandum. vnde dicit per os Hieremie. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes. templum domini templū domini templum domini est: hoc innuit deus quod bene fuit templum domini primum edificatum p̄ Salomonem et templum domini secundum reedificatum per zorobabel et aggeum et zachariam et malachiam: sed nunq̄ erit templum domini tertium quale ipsi expectant quia nunq̄ tertio reedificabitur: hoc idem patet superius psalmo. lxxvij. vbi dicitur destrues illos et non reedificabis eos. Ex supradictis et multis alijs patet spem et persuasionem eorum esse falsam. Tertio patet falsitas eorum: nam ciuitas terrena quam expectant per falsum messiam in monte syon esse construendam non posset esse talis nec habere has septem conditiones quas propheta dauid hic describit vt patet per singula: nam cum talis ciuitas sit in arcto loco sita nō posset capere omnes populos ethiopum et scytarum et babyloniorum et oīum nationū et linguarum: nec pōt esse habitatio oīm letantium ⁊c. sed hec questio alibi determinabitur.

Arg. ex. q. iij. ca. ad mensam. in glos.


Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te.

Intret in cōspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta ē malis aīa mea et vita mea in inferno appropinquauit. xij. q. j. obiectas

¶ Titulus canticum psalmi filijs chore. Ad victoriam siue in finem super malaach ad respondendum eruditio siue intellectus Heman hezerayte. Et hoc titulo habetur quod iste psalmus continet maximum mysterium eo quod cum magna solennitate et cerimonia cantabatur. vnde dauid rex et propheta qui fecit hunc psalmum iuxta reuelationem sibi factam dedit ipsum cātandum choro filiorum chore. vnde Heman qui erat cantor et princeps illius chori incipiebat versum et totus chorus filiorum chore respondebat et repetebat versum sicut mos est in ecclesia quando dicuntur letanie sanctorum. Et iste psalmus simul cantabatur cum instrumento musico: quod dicebatur malaach et cantabatur cum toto conatu vocum vsq̄ in finem et vltimum punctum. A Unde hic clare ostenditur quod filij chore erant cantores. Ex quibus verbis patet contradictio eorum qui negabant filios chore fuisse cantores. Nam manifestum est quod Heman princeps vnius chori cum toto choro suo erat de filijs chore: vt patet primo Paralipomenon. sexto capitulo vbi Esdras describendo dispositionem cantorum dicit quod dauid constituit tres principales cantores scilicet Heman: Asaph: et Ethan. Et demonstrat ibi quod Heman descendit de zachan per chore et Asaph per Gerson descendit de Leui et Ethan per Merari. Et sic Hemā erat zachaita et Asaph Gersonita et Ethan merarita: sed vt esset distinctio inter sacerdotes et chorum Heman omnes de choro Heman dicti sunt filij chore: siue chorite: sacerdotes autem dicti sunt aaronite: eo quod inter aaron et chore erat altercatio de sacerdotio et sic quando in titulis nominantur filij chore intelligitur Heman cum fratribus suis cantoribus: sed quia de filijs chore non solum fuerunt cantores: sed etiam ianitores: vt patet primo paralipomenon vigesimoquinto. Ideo communiter quādo memorātur filij chore in titulis intelliguntur cantores: et quando nominantur chorite intelliguntur ianitores: et in hoc decipiuntur illi qui dicebant quod filij chore non erant cantores sed ianitores: nam manifeste patet in supra allegato textu quod quidam ex eis fuerunt cantores: et quidam ianitores. ¶ Sed est aduertendum quod inter ceteros cantores Heman: et Ethan fuerunt prudentiores in studio et intelligentia sacre scripture: et ideo in commendationem eorum dicitur tertio Regum quarto capitulo quod Salomon fuit sapientior Ethan et Heman. No. d re pli cātoribus.

Ex hoc dicitur quod isti fuerunt magistri Salomonis qui declarabant ipsi Salomoni intelligentiam psalmorum ipsius Dauid et totius sacre scripture: sed postea Salomon superauit omnes in scientia et sapientia. et ideo legitur primo Paralipomenon vigesimoquinto quod isti cantores et maxime filij Hemā erāt videtes. i. prophete regis: eo q̄ declarabant regi Salomo-

ni sacram scripturã: et maxime intelligentiã psal/
morum: et nõ solũmodo salomoni: sed etiam toti
populo interpretabant et declarabãt intelligẽ/
tiam psalmorũ prout in illo statu poterãt attin/
gere. Et ideo dicebãtur prophete non q ipsi con/
didissent psalmos: sed quia declarabant populo
sicut modo faciunt nostri predicatores. Et sic in il
lo tempore tam cantores q predicatores et reci/
tatores prophetiarum dicebãtur prophete et pro
phetare. et ita dicitur in preallegato.c. q asaph et
hemã et yditum prophetabãt in cytharis: et psalte
rijs. et etiam de saule d: q prophetabat inter pro
phetas: et etiam cantores vocat prophetas apo/
stolos .j. ad corint. xiiij. c. Ex supradictis patet q
filij chore in titulis psalmorum non memorantur
vt conditores psalmorum: sed vt cãtores vt dictũ
est psal. xlj. talis enim spiritus prophetie soli da/
uid datus est vt ibi dictum est. Ex quo patet q da
uid fecit istum psalmum et dedit ipsum cãtandum
filijs chore in quo hemã princeps incipiebat ver
sum et ceteri filiorum chore respondebant: et canta
bant ipsum cũ instrumẽto musico dicto malaach
quod significat infirmitates siue chorum. Et ideo
q loquitur hic de afflictiõe et infirmitate xpi pre/
cepit dauid vt cantaretur cũ tali instrumẽto. ¶ Sz
de materia hu9 psal. est altercatio apud iudeos
modernos. nam quidam dicũt q propheta loqui
tur hic de afflictionibus et passionibus: quas pas
sus et passurus erat ille populus vsq ad captiui/
tatẽ babylonicam. Alij autẽ dicunt q loquitur de
afflictionibus quas iudei patiuntur in captiuita
te i qua mõ sunt de qua expectãt liberari p falsũ
messiã futurũ. Sz hoc est manifeste falsũ. Nã lr̃a
hu9 psalmi nõ põt cõpetere illi populo maxime
illud quod scribitur factus sũ sicut homo sine ad
iutorio inter mortuos liber. Nã iste populus non
solũmõ fuit nõ liber a pctõ: immo peior oibus in
fidelib9 q semp regnauit in eo idolatria. Et nũc
in eo regnat omne mẽdacium. fraus: dolus: vsura:
et rapina: et oĩa genera vitiorũ. Et sic in expositione
huius psalmi nõ solummodo contradicunt litte/
re: sed etiã de verbo in verbũ cõtradicũt sibijpsis
Et ideo est dicẽdum q dauid in persecutionibus
suis preuidens mysterium passionis christi et mor
tem et sepulturam et resurrectionẽ et maxime quo
modo erat affligendus a suis. Fecit plures psal/
mos inter quos precipue fecit istum in quo chri/
stus inquantum homo et in forma serui conque/
ritur apud patrem de infirmitatibus quas pas/
sus est. Et ideo cantabatur cum illo instrumento
dicto malaach. quod significabat infirmitates et
dolores et passiones quas deflet propheta in per
sona christi in hoc psalmo. in quo duo facit. Nã
primo xps deflet apud patrẽ infirmitates et passio/
nes suas et persecutiões. Scdo petit liberari p re
surrectionẽ ibi clamaui. ¶ Quantum ad primum
dicit christ9. O domine pater qui es deus per essen
tiam et deus salutis mee: quia quicquid habeo in
forma dei habeo a te per eternam generationem
Et quicquid habeo i forma serui a te habeo per
spiritualem vnionem et gratiam. Ego clamaui in
die: idest per totum tempus mee predicatiõis vo

Materia hu9 psalmi.

Xps deflet apd patrem passiões suas.

cando populum ad fidem clamaui in nocte: scili/
cet tempore passionis et persecutionis: scilicet in
horto et quando tenorauit: puta pro mẽbris meis
et pro mea resurrectiõe et clamaui in cruce pctõs
redemptionẽ eorum: intret ergo oratio mea in cõ
spectu tuo: idest accipe mortem meã et passionem
in precium pro redemptione membrorum meorũ
inclina aurem tuam ad precem meam. acceptan/
do eam simul cum passione et exponit quid offert
pro nostra redemptione dicens: quia repleta est
anima mea malis: scilicet laborib9 et opprobrijs
et conuitijs et persecutiõibus et flagellis et dolo/
ribus est repleta vsq ad mortẽ inclusiue: intantũ
q aia appropinquauit vsq ad infernũ: et dicit ap
propinquauit: q ibi nõ mãsit nec fuit tanq re9 et pu
nitus: sed tanq victor et iudex et triũphator ad re/
petendã predam. Et non solũ passus sum dolo/
res flagella et opprobria &c. sed qui ad estimatio/
nem hoim qui putabãt me ex necessitate mortuũ
ex pctõ et impotẽtia: et putabãt q sicut ceteri tanq
condẽnatus et subiectus et obnoxius peccato pri
mi parẽtis descendi in infernum: cum ergo solus
sim liber inter omnes mortuos et peccatores. Di
cit ergo.

Job. xix mat. xxvij. mar. xv. Lu. xxv.

Estimatus sum cum descendẽtibus in lacum: factus sũ sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormiẽtes in sepulchris quorũ nõ est memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et vmbra mortis.

Mar. xv Mat. xxvj. Luc. xxij

¶ Estimatus sum a iudeis cum oibus hominib9
descendentibus in lacum inferni: et q essem pec/
cator et in nũero aliorũ hominũ. Et ego qui sum
liber a peccato inter oẽs mortuos: ac si essem pec
cator: factus sum derelictus in triduo sine adiuto/
rio in ptãte iudeorũ. A ¶ Fuit pfecto xps ex de
bito et ex natura solus liber a pctõ: q nõ ex opere
adam: nec per naturalẽ generationẽ natus est nec
conceptus. Et ideo si virgo maria fuit libera ab
omni pctõ: hoc non fuit de debito: sed ex grã qua
fuit preuenta in sua creatione aie &c. q simul fuit
creata et sanctificata in corpe et anima. Et etiam
fui existimatus a iudeis sicut existimãtur: et cẽsent
hoies vulnerati vulnere corporali et spirituali dor
mientes mortui iacẽtes in sepulchris quorũ tu nõ
es memor amplius vt eos suscites: ita putabant
q tu oblitus eras mei et nunq me suscitares ad vi
tam gloriosam et putabãt q eram sicut ipsi pctõ/
res q de manu tua et auxilio repulsi sunt. Ista ergo
putabant iudei qd tu repulisses me ab auxilio et
amore et gratia et q totaliter oblit9 es mei. Et sic
posuerunt me in lacu inferiori: idest in sepulchro
quod erat excisum ex petra subtus terram et in lo/
cis tenebrosis et vmbra mortis. Nam sepulchra
sunt obscura sub9 terrã et portãt horrorẽ et quã/
dam vmbrã et feritatẽ mortis: quia pauci intrare

xps liber a pctõ.

nudēt ad sepulchra ꝓpter horrorē et terrorē mortis.q.d.ꝙ mors ⁊ sepultura nō datur homini nisi in penā peccati ipsius ade: ſ ego ſm naturā erā liber ⁊ imunis ab omi morte ⁊ peccato solus inter oēs peccatores: quia nō obligatus erā pctō ade: nec poterā peccare:quia nō traxi fomitē in carne nec poterā deuiare a regula veritatis:nec destitui a gratia in qua eram ɔfirmatus. Etiā inquantū homo nec poterā deuiare a veritate verbi cui personaliter erā vnitus. Et tamē punitus sum pena pctōris que est mors ⁊ sepultura ſm sententiā datam in adā: scʒ morte morieris ⁊c.q.d.nō obligabar ad mortē:⁊ punit' sum pena mortis.

Job. xix Matt. xxvij. Jo. xviij Marci. xiiij.

Super me ɔfirmatus est furor tuus ⁊ oēs fluctus tuos induxisti sup me. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum et nō egrediebar: oculi mei languerūt pre inopia.

¶ Notandum qḋ sicut pluries dictū est psalmo. lxxiiij. ex transgressione precepti adam incurrit indignationem et iram dei et maledictionem ⁊ sententiam mortis vtriusqȝ:sed quia ipse nō potuit satisfacere pro se et suis.ideo christus factus est caput nostrum et voluit portare penam omnium nostrum.vt liberaret nos a maledictione et sententia mortis eterne:et recuperaret nobis vitam noluit ergo trahere peccatum.sed vestigium ⁊ penam peccati vt dictū est psalmo.xxxiiij.que quidē pena peccati dr furor dei et fluctus sententie dei que fuit passio xp̄i ⁊ flagella et persecutio ⁊ dolores et opprobria et mors. Ita ergo ista q̄ adam ⁊ sua posteritas ex ira et snīa debebat portare in penā peccati. Hec eadē voluit xp̄s ꝑ nobis pferre. Dicit ergo xp̄s o pater. Furor tuus.i.snīe tue date in adam cōfirmatus est super me.i.induct' est sup me:⁊ oēs fluctus.i.ꝑsecutiones tuas induxisti super me.i.oēs afflictiones et persecutiones et dolores quos adam et genus humanū debuit pati ex furore et snīa tua:tu ꝑmisisti induci ⁊ cuenire sup me. Vñ nō solū passus sū dolores ⁊ flagella et ꝑsecutiones:sed etiā sum destitutus ⁊ derelictus a meis amicis et discipulis.quia relicto me omnes fugerunt in captione mea.et populus iudeorum qui erant noti mei et contribules quibus tot beneficia contuleram qui me defendere debebant. Ipsi me posuerunt abominationem sibi alloquendo de me per ciuitatem ⁊ vicos ⁊ plateas ⁊ tabernas vocando cantorē ⁊ maleficum ⁊c. Traditus sum a iuda traditore in manus iudeorum ⁊ ligatus et percussus et ante annam et cayphbam opprobrijs et conuicijs affectus et illusus et in maxilla percussus.⁊ postea ante pylatū examinatus et flagellatus.et tamen in omnibus his non egrediebar vltra limites rationis:sed cū patientia in omnibus respondi ⁊ absqȝ propulsatione iniurie patienter tuli in corde meo ⁊ carne intantum ꝙ oculi mei languerunt flendo pre inopia ⁊ sine auxilio. Naʒ absqȝ misericordia tractatus fui ab eis ⁊ absqȝ pietate.

Clamaui ad te domine: tota die expādi ad te manus meas. Jo. xviij mar. xiiij.

Nūquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabūt ⁊ ɔfitebūt' tibi de pe. d. i. ca. porro.

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: et veritatem tuam in perditione. lxxxvi. d. cū multa. in glo.

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: et iustitia tua in terra obliuionis. de pe. d. ij. inter hec.

¶ Narrata sua afflictione hic ponit petitionē suā quā fecit patri in cruce et in sepulchro petēs resurrectionem suam a mortuis et potius petens redemptionem et resurrectionē suam a morte perpetua et a peccato. Dicit ergo.oculi mei languerunt pre inopia:quia clamaui ad te domie in horto deprecando pro membris. Et tota die expandi ad te manus meas in cruce brachijs apertis et eleuatis manibus in cruce rogando pro redemptione generis humani petendo resurrectionem non solūm pro me de qua iam eram certus:ſ pro resurrectione generis humani a morte perpetua. Et dicebam tibi:nunquid mortuis facies mirabilia. L ¶ Unde est aduertendum ꝙ sicut dictum est psalmo.lxxiiij ꝙ maius miraculū fuit ⁊ est suscitare et iustificare impium a morte peccati:quā creare celum et terram propter rationes ibi assignatas:quia oportet ꝙ ibi primo destruatr̄ peccatum et remoueatur obex et mutetr̄ voluntas ꝙ deponat de suo scʒ sanguie ⁊c. Et creet etiā gratiam nouam:et hoc est maximū miraculum. Nam paulus qui erat inimicus christi:suscitatus est ab illa iniquitate:⁊ mutat' est in virum alterum: factus est defensor fidei et pro christo passus est famem ⁊ carceres ⁊ persecutiōes ⁊ labores ⁊ mortē:⁊ reges gentiū qui ꝓpter idola persequebantur christianos suscitati ad fidē ꝓpter xp̄m dimiserūt idola:et oēs martyres fuerūt de populo gentili:⁊ doctores ecclesie. Dicit ergo christus patri in sua deprecatione. O pater:nunquid mortuis facies mirabilia.q.d.ꝙ maiora miracula facies in cōuersis ad fidē:et per eos conuertēdo alios q̄ creare celum et terram.q.d.non derelinquas eos mortuos qꝛ si manerent in suo peccato et morte nullū horū miraculorū sequetur. Rogo te ergo per hanc passionē quā passus sum manibus expassis in cruce per mortē ⁊ sepulturā meā vt tu remittas eis peccata et suscites eos a morte peccati ⁊ per resurrectionē ipsi resurgāt i iudicio.i.vt resurrectio mea sit causa resurrectiōis oium vt appareāt mirabilia ⁊ potētia tua.cū ipsi qui erant persecutores fidei sint postea defensores. Et ipsi qui persequebātur christū in membris:postea moriātur pro christo. Et ipsi qui erant sub potestate diaboli:possint in potestate mea fugare diabolum a corporibus obsessis et ab animabus peccatorū per ecclesiastica sacramenta. ¶ Unde nota ꝙ hic xp̄s demon

Justificatio impij maius miraculum ⁊c.

strat q sua mors esset inanis et vacua nisi sequeretur resurrectio: que quidem xpi resurrectio debebat esse cā resurrectiōis oim: qz nullus alius potuisset nos resuscitare a morte aie. Et ēt a corruptibilitate corpis: cū ipe solus sit primitie oium resurgentiū. Et ideo subdit. ¶ Nunquid medici suscitabūt.i. poterūt mortuos a pctō aut morte corpali suscitare vt postea mortui cōfiteant tibi. q.d. nō: qz nō hnt talē ptātem: qz solus ego possum suscitare hoies a pctō et p resurrectionē meā potero suscitare mortuos in corpus et vitā gloriosam. q.d. totū genus hūanū est mortuū pctō et egritudine spūali et incurrit mortē corpalē a qua nullus medicus pōt eos suscitare nisi per mortē et passionē meā: et resurrectionē meā. Itē nūquid medici corpales et hūani suscitabūt mortuos. supple. Et ipi mortui suscitati cōfitebunt tibi. q.d. nō qz illi nō hnt ptātē: nec artē nisi ad sanādas egritudines qncq corpales: ergo opz vt tu suscites me vt per resurrectionē meā possim eos suscitare. Et sic cōfitebūtur tibi et cōfitebunt me eē verū messiam in lege pmissum et recipiēt legē euāgelicam: et sic salui fiēt et suscitabunt mōa pctō: et in die iudicij ad vitā gloriosam. ¶ Nota q littera Hierony. hz Nunqd gigantes surgēt et cōfitebunt tc. et tunc eēt sensus: nūquid hoies terreni surgēt tc. Sed maius sacrm videt continere translatio nra demōstrat eni q necesse est xpm resurgere vt suscitet oēs alios. Et sua resurrectio predicet per totum orbem vt oēs crederēt per illū: qz si nō resurrexisset: nulla fides fuisset sibi data. Et sic resurrectio sua nō solūmodo est cā resurrectionis corpis nri: sed spiritualis a morte peccati: qz per fidē resurrectionis sue credim predicationi apostolorū: et recipimus legē euāgelicā per quā salui facti sum et a peccato suscitati. Dicit ergo xps suscita me vt possim enarrare per apostolos meos miam et oipotentiā tuā. Nūquid aliquis existens in sepulchro narrabit miam et oipotentiā tuā: aut existēs in perditione. i. in morte narrabit veritatē et legē. q.d. non: immo opz q suscitet a mortuis. Et sic opz q tu suscites me a morte corpali: et ego suscitē eos a morte spūali: vt suscitati possint te laudare: nā pctōres et infideles nō laudant deū: sed blasphemant. Et ideo subdit nunquid cognoscentur mirabilia tua in tenebris mortis aut iusticia tua cognoscetur in terra obliuiōis. i. in inferno vbi oēs peccatores sunt extra memoriā et gratiam et acceptionem tuā. q.d. non: immo opz q ego resurgā a morte corporali et suscitē eos a morte spiritua li. Et sic ptz q oēs isti quatuor versus principaliter referuntur ad resurrectionem xpi et ex consequenti ad resurrectionem nostram. Unde dicit. O pater resuscita me. nā aliter nō cognoscentur mirabilia nec erit valida passio mea: nec aliqs aliorum poterit resurgere a pctō: cū mea resurrectio sit causa resurrectionis omnium tam corporalis quā spūalis: scz aie et corporis. Nam si ego non resurrexero et incineratum fuerit corpus meum in sepulchro et aia pmāserit in inferno nō cognoscentur mirabilia tua predicta. Et ideo licet vtraq expositio sit necessaria: qz vna dependet ex alia

Resurrectionis necessitas.

tū xps iam certus de sua principaliter petit nrā resurrectionē corpis et aie. s. vt per suā resurrectionem nos resurgamus.

Et ego ad te dñe clamaui: et mane oratio mea preueniet te. xv.di.c. sancta.

Ut quid dñe repellis orationē meā auertis faciem tuā a me. Io.xviij

Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus aūt hūiliat sum et conturbatus. mar.ix. xij.q.ij. gloria.

In me transierunt ire tue: et terrores tui conturbauerūt me. Io.xix.

Circundederunt me sicut aqua tota die circūdederūt me simul. Math. xxvij.

Elōgasti a me amicū et proximum et notos meos a miseria. mar.xv.

¶ Ista est secunda pars in qua vt ostendat q magis rogat pro nobis: et pro resurrectione sua de q erat certus vult ostendere q pro nobis passus est Et vt sanaret infirmitates nostras et peccata et non pro se cum sit inter mortuos liber. Ideo dicit xps in persona membrorū et corporis mystici. Et ego ad te dñe semper a principio clamaui postq adā peccauit et resurgens de mane anq aliquod opus facerem et faciā: oratio mea preuenit te rogando: vt venias ad liberandū me ab huiōi miserijs. s. pctō et penis eius temporalibus et eternis. Ut quid ergo dñe et quare repellis orōnem meā: et auertis faciem tuā a me: qz noluisti me audire per tot spacia et etates temporis: nec per patriarchas: nec reges: nec pphetas. Ueni ergo et adiuua me: qz pauper sum ego: et semp in laboribus et afflictionibus a iuuētute mea. ¶ Nam ecclesia semp passa est persecutiones per oēs etates. Primo passa est in abel per chayn. Scdo in diluuio. Tertio in abraam isaac iacob et in captiuitate egyptiaca et in pphetis et multotiēs fuit exaltatus populus i supbia et rebellione et idolatria Et multotiens humiliatus per captiuitatem decem tribuū et per captiuitatem babylonis et vastationem antiochi: et fuit conturbatus et afflict et ire tue. i. snia punitionis et terrores tui transierunt super me et conturbauerūt me propter pctā mea in punitionem. Et iste persecutiones et afflictiones tota die. i. per oēs etates circundederunt me simul sicut aqua. i. sicut fluctus maris circundant et torquent: et concutiunt nauem in pelago. Ita persecutiones et aduersitates infidelium circundederūt et afflixerunt me: et in oibus his aduersitatibus elongasti a me omnem amicum: qz oēs populi circūdātes et oēs proximi mei: scz idumei qui erant fratres mei: et filij edō siue esau fratris iacob. omnes isti fuerūt a me elongati: et etiā elōgasti oēs notos meos et amicos a miseria et tribulatione mea derelinquēdo me sine auxilio. Dicit ergo populus et corpus mysticū pro illo statu veni tu xpe et messia: et libera me a peccatis pper

Eccl'ia semp est passa psecutiones.

que hec mala mihi euenerunt: et salua me. Et iste est vnus sensus: sed etiam est alius sensus in quo loquitur christus narrando persecutiones: quas patitur propter peccata nostra: vt sanaret infirmitates nostras voluit ad se trāsferre penas peccati nostri. Et ideo dicit christus in persona membrorum infirmorum: ego sum factus pauper et expoliatus ab omnibus bonis gratuitis rõne membrorum siue in membris meis. Et semper fui in laboribus vulneratus. fomite et lege membrorum et concupiscentia a iuuentute mea: quia iam nascimur filij ire et vindicte. Et sic qñq3 sum exaltatus et rebellis in superbiam per peccatū inquantum caro surgit aduersus spm: et qñq3 humiliat⁹ per penitentiam et punitus temporaliter per aduersitates: et sic maneo conturbatus in me transierunt ire tue: hic loquitur caput in forma serui dei. O pater ire tue idest punitiones et pene sententie tue eis debite transierunt super me: quia voluisti vt paterer pro eis et conturbauerunt me non cõturbatione mentis: sed doloris carnis. Et iste afflictiones circundederunt me simul tota die et tempore passiõis mee sicut aqua et fluctus maris circundant et quatiunt et agitant nauem tempore tēpestatis. Et pro maiori afflictione elongasti idest elongari permisisti omnem amicum: et proximum et omnes apostolos et notos meos a miseria mea quia in captione mea omnes fugerunt. ¶ Et nota qđ omnes fluctus ire et sententie dei transierūt super totum corpus mysticum quantum ad culpam et penam propter peccatum ade: sed illi fluctus transierunt super christum caput huius corporis et quo ad penam tantum quia pro omnib⁹ passus est: vt frequenter dictum est. Et cum tali intelligētia loquitur christus in hoc psalmo. Tota etiam ista vltima pars potest referri ad liberationem ecclesie de persecutionibus tyrannoꝝ et ceterorum infideliū: quas patitur vsq3 ad iudicium.

Alia expositio.

xv. q. s. c. reuertimini. et c. sequē.



Misericordias domini: in eternum cantabo. In generatione et generationem: annunciabo veritatem tuam in ore meo.

¶ Titulus eruditio ethan ezarite. A ¶ Iste ethā fuit vnus de princi pibus cantorum quos constituit dauid ad cantandū vt patet primo Paralipomenon. vi. c. Unde ibidē dicit ꝙ Heman canebat chorum suū ad dexterā et ethan ad sinistrā. Unde in psal. precedenti dr̄ ꝙ Heman erat ezarita sicut iste: eo qđ erant oriundi de quodā vico dicto ezra. Et ambo erant ezraite. Per hoc patet mendaciū iudeoꝝ qui dicunt ꝙ isti duo descendebant de iuda per zarā. Nā in supradicto. c. vbi describitur genealogia istoꝝ demonstratur qualiter omnes tres cantores erant leuite. Nam Heman descendebat de leui per zabat et asaph p gerson et ethan per meraray. Et sic ptz ꝙ ethā erat merarita. et creditur ꝙ iste ethan est ille ydithū qui memorat⁹ est in supradictis titulis. Nam eundē filiūq3 quē esdras vocat ethā in memorato. vi. c. eundē vocat ydithū in. xxv. c. Et sic apparet ꝙ ethā erat binomius. vñ ponitur in hoc titulo eruditio ethan inquantum fuit sibi datus iste psalmus ad cantandum et etiā interpretandum pplo: quia ethā erat prudentior et eruditior simul cum Heman: vt dictum est psalmo precedenti. Est ergo sensus huius tituli ꝙ dd̄ fecit istum psalmū in quo fuit eruditus a spiritu sancto: et dedit ipm cantandū ipsi ethā et vt interpretaretur ipsum et erudiret ppl̄m. ¶ Ad cuius intellectum est notandū ꝙ totus iste psal. fundatur super promissionē factam ipsi dauid de perpetuitate et eternitate regni sui per xp̄m futura. Unde tria fuerunt promissa ipsi dauid. Primo ꝙ christ⁹ messias in lege promissus debebat esse de sua generatione s̄m carnē: et ꝙ nunq̄ deficeret semē suū vsq3 ad xp̄m. Secundo ꝙ regnū suū debebat esse eternū et firmum. De quā promissione habetur. ij. Reg. vij. c. Item. iij. ꝙ xp̄s filius suus debebat edificare domū dño. Hoc ergo preuidēs dd̄ in spiritu non solūmodo per reuelationē nathā: sed per propriam spūssancti inspirationē ꝙ tale peccatū deus fecisset cum domo sua fecit hūc psal. in quo duo facit. Naꝫ primo agit gratias de supradicta promissione. Secundo petit eternam successionē sui regni explicando particulariter promissiones sibi. Tunc locutus est in sanctis tuis. L ¶ Quātū ad primū duo facit. Primo prumpit in laudes pro supradicta promissione. Secūdo admiratur mirabile mysterium incarnationis in sua generatione promissum. Ibi confitebuntur celi. ¶ Quantum ad primum est aduertendum ꝙ causa quare deus promisit omnibus sanctis patribus mittere filium suum in carneꝫ fuit misericordia eius vt liberaret genus humanum a miseria et captiuitate peccati. Et sic per promissionem ostendit maximam misericordiam suam: et sic per promissionem dr̄ misericordia: sed impletio illius promissionis q̄ fuit facta in no. testa. dicitur veritas: et ideo dicit dauid in principio huius psalmi quod duo intēdit cantare scilicet misericordiam dei et veritatē idest promissum mysterij incarnationis et veritatem idest impletionem eius. Unde dicit Augustinus quod mirabilis est prophetie promissio in q̄ ostendit misericordia: sed mirabilior est prophetie adimpletio in qua ostenditur veritas. nā inutilis esset prophetie promissio nisi sequeretur eius adimpletio. Nam per promissioneꝫ deus dicitur misericors: sed per impletionem dicitur verus et iustus. Dauid ergo eruditus de promissiõe incarnationis eius et certus de impletione eiusdem in suo semine prorumpit in laudēs et cantum dicēs Misericordias in eternum cantabo et loquitur propheta in persona totius ecclesie et dicit. misericordias in plurali: quia plures promissiones de christo pluribus facte sunt. Primo promissus est abrae. Gen. xxij. Cui dictum fuit. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Secundo fuit promissus ipsi iacob in mysterio scale. Gen. xxviij. et eidem in luctatione angeli. Gen. xxij. Item eideꝫ cum dixit: non auferetur sceptrū de iuda. et c. Iteꝫ

Materia psalmi.

Dauid agit gratias de pmissione messie.

Promissio xp̄i pluribꝫ factā est.

christus fuit promissus Moysi Exodi .xxxiij. cum dixit posteriora mea videbis. Itē deuterono. xviij cum dixit. prophetam suscitabo ⁊c. Item ipsi dauid .ij. Regum septimo. de quo supradictum est. Et ideo dicit in eternū cantabo quia vidit dauid in spiritu ꝙ iste psalmus erat cantandus in ecclesia vsq; ad finem mundi: sed quia preuidit et fuit certus ꝙ deus debebat implere qđ promiserat. Iđ sequitur: a ḡnatione vsq; in generationē annunciabo veritatē tuam in ore meo. Unde supra dixit. Misericordias cantabo. Hic autem dicit annunciabo veritatem tuam: idest doctrinā euangelicam. Nam euangeliū est annunciatio eorum que fuerunt promissa in lege: vt ait Eusebius. Iđ ad testamentum vetus pertinet cantare prophetiam: et ad nouū pertinet annunciare veritatē prophetie que est veritas euangelica. Et sic ecclesia pro statu cantabat misericordias domini. Nunc autem annunciat veritatē a generatione in generationem vsq; ad diem iudicij. Nam incarnatio ⁊ passio christi et resurrectio inquantum promisse dicuntur misericordie: sed inquantum implete in christo dicuntur veritas.

de pe. d. j. q: diuinitatis natura. ⁊ d. xciij c. diaconi.

Quoniam dixisti in eternum misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis.

Disposui testamentum electis meis iuraui dauid seruo meo vsq; in eternum preparabo semē tuum.

Et edificabo in generatione et generationem sedem tuam.

¶Hic reddit causas quare intendit cantare misericordias domini ⁊ annunciare veritatem: cuius cause sunt due. Prima causa a deo multiplex facta promissio. Secūda promissorū adimpletio. Ideo dicit: ideo supple cantabo: quoniā dixisti scȝ promittendo dixisti et dicēdo promisisti: quoniā mīa edificabitur in celis in eternuȝ: ⁊ preparabitur veritas tua in eis: quasi dicat: nō erit irritum qđ promisisti: et dixit immo misericordia tua: et ꝓmissio erit firma in celis ⁊ veritas tua: idest adimpletio promissionis preparabitur in eisdem celis. Sed nota ꝙ maius sacramentū latet hic. Unde nota ꝙ hoc multipliciter potest intelligi. Nam hoc forsan dicit alludendo promissioni facte abrae. genesis xv. capitulo: quando deus traxit ipsum foras: et dixit respice celū ⁊ numera stellas si potes sic erit semē tuum ⁊c. Unde tenent omnes doctores: ꝙ vera promissio facta abrae non fuit in terra nec in bonis terrenis: sed in celo et in bonis celestibus. Et sic ꝑmiū promissionis et misericordia que per christum expectabatur: non erat in terris: sed in celis: et veritas illius promissionis in celis erat adimplenda per christum. Et ideo dicit tu deus dixisti abrae et omnibus patribus. misericordia idest premium et effectus misericordie christi promissi edificabitur: idest firmabitur in eternum in

Nota.

celis: idest in bonis celestibus et non terrenis. Et veritas tua: idest impletio promissionis et finis qui est vera fruitio et quies eterna: preparabitur a christo in eisdeȝ celis. hoc dicit. Nam sicut deus promisit nobis ꝑmium in celo. Ita veritas illius premij preparata est nobis a christo in eisdem celis per suam passionem et resurrectionē: sicut supradictum est psalmo octuagesimo tertio et quarto. Item per illos celos intelliguntur etiam apostoli in quibus christus edificauit misericordiam id est dedit eis legem euangelicam: vt ceteris misericordiam dei predicarent et edificauit in eis etiam primo misericordiam: quia primo eos misericorditer elegit et iustificauit: et postea in eis veritatem euangelicam preparauit vt ceteris predicarent. Et ideo dicit propheta. O deus ego cantabo misericordias ⁊c. Quoniam dixisti mihi per relationē supple. misericordia ⁊ iustificatio edificabitur primo in celis. i. in apostolis eos vocando et iustificando et postea preparabitur veritas tua euangelica in eis eos instruendo et illuminādo. Quomodocunq; ergo fit: semper deus promisit misericordiam in veteri testamento. Et preparauit veritatem in nouo. Itē dicit: disposui testamentū meum electis meis in qua locutione ⁊ clausula propheta implicat omnes promissiones factas in veteri testamento: quia vetus testamentuȝ nihil aliud est nisi dispositio et preparatio ad nouum. Et ideo dicit tu deus etiam dixisti. disposui testamentuȝ meum electis meis. Nam promissio facta abrae. Isaac ⁊ Jacob et Moysi fuerūt quedam dispositiones: vt illi ponerent spem suam in christo futuro. Unde per illas ꝓmissiones disponebantur ad fidē: in qua fide iustificabātur ⁊ saluabantur: vt ait apostolus ad Romanos quarto. et patet de abraā: quia credidit deo de promissione sibi facta de christo futuro. Ideo reputatū est ei ad iustitiam: idest iustificatus est. Genesis. xv. Itē tota fabricatio tabernaculi et descriptio ⁊ omnia mysteria et precepta cerimoniarū: et sacramenta veteris legis: et edificatio templi salomonis ⁊ cetera. Non fuerūt facta gratia sui: nisi inquantum erant dispositiones et figure ad christum et legeȝ euangelicam. Et ideo dicit. Tu domine dixisti mihi per reuelationē ego disposui testamentum electis meis: scilicet patribus veteris testamenti disposui per figuras omnia mysteria incarnatiōis et passionis et resurrectionis: et eadem preparaui in veritate ⁊ compleui fidelibus meis in nouo testamēto. Sed tu deus specialiter promisisti mihi dicendo ego iuraui Dauid seruo meo: idest cuȝ firmo pacto immobiliter promisi. scđo Regum. vij. capitulo: ꝙ vsq; in eternum preparabo semen tuum ⁊ edificabo sedem tuam: scȝ regni tui in generatione ⁊ generationē. Et sic non solūmodo ꝓmisisti mihi successionē in generatione: sed etiam eternitatem regni per christum. Ex quo patet ꝙ propter talem promissionem specialiter mihi factam de eterna successione generationis et regni mei teneor in eternum cantare et cantabo misericordias tuas: et annunciabo veritatē tuam in generatione et generationem.

xvi. di. c. nasci. **Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.**

de pfec. di. ij. ca. accesse/runt. **Quoniam quis in nubibus equabitur domino: et similis erit deo in filijs dei.**

Deus qui glorificatur in cōsilio sanctorū magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

¶ Quia superius facta fuit pmissio de mysterio incarnatiōis: et de successione regni eterni. Hic admiratur de ineffabilitate huius mysterij. Nā admirabile est q aliquis homo mortalis possit esse eternus: et durare in eternum: et q aliquod regnū posset esse eternū in hoc mūdo: et q aliquis homo possit habere sedem eternā: et regalē in celo. Et iō dicit q hoc mysteriū ita ineffabile et incōprehensibile apd hoīes: cōfitebūtur celi: q: hoies nō pñt hoc confiteri nisi celestes efficiātur: quia aliter homines non possunt credere mysteriū incarnationis: nisi per signa celestia: et homines celestes.

D ¶ Hoc ergo preuidens dauid in spiritu dicit. O domine. Celi confitebuntur mirabilia tua. scꝫ mirabile mysterium incarnationis: et natiuitatis et mortis: et passiōis: et resurrectiōis. Prio q: in tua natiuitate apparebit noua stella i celo denūciās natiuitatē temporalē regis eterni: et ducet magos vsq ad cunam infantis: ad adorandū regem natum. Item annunciabunt et confitebuntur celi mirabilia tua: quando angeli cantabunt. Gloria in excelsis deo. Item celi confitebunt mirabilia in tuo baptismo quando aperientur. Et vox paterna audietur dicens. Hic est filius meus dilect⁹ ꝛc. Hoc idem confitebuntur celi in tua transfiguratione. Item confitebunt celi mirabilia tua in passione quando sol obscurabitur: et fient tenebre super vniuersam terram. Item in tua resurrectione quando cum magno terremotu descendet angelus de celo: et reuoluet lapidem ab ostio monumēti. Item confitebuntur celi mirabilia tua in tua ascensione quando angeli dicent: viri galilei: qd admiramini ꝛc. Item confitebuntur celi: idest homines celestes: scilicet apostoli qui dicti sunt celi in sacra scriptura: quando per totum orbem tuam incarnationem et natiuitatem et passionē et totam legem euangelicam predicabunt. Et sic confitebuntur veritatem: idest legē euangelicam in ecclesia sanctorum: idest omnium fidelium. Cōfitebūtur enim veritatem tue diuinitatis: et omnia miracula tua facta supra naturam: quod quidem mysterium incarnationis et cetera mirabilia miracula non poterant fieri per humanam facultatem: nec aliquis potest ascendere in celo: nec facere talia mirabilia: nisi deus aut equalis deo. Et ideo sequitur: quoniā quis in nubibus equabitur deo. Unde propheta preuidens christum sic eleuari in celum in nubibus: et sedere ad dexteram patris: et facere alia mirabilia prorumpit in admirationem. Et dicit. Celi confitebuntur mirabilia tua que sunt supra hominem: sed potius diuina. ¶ Nam quis equabitur et erit equalis deo in nubibus celi: aut quis erit similis domino in filijs dei: idest inter angelos et homines q possit ascendere in celum ppria virtute: et sedere ad dexterā: idest equalitatem patris. Quasi dicat: nullus angelus nec homo purus nisi sit deus. Et ideo sequitur: deus est ille homo christus iesus qui glorificatur in consilio et societate sanctorū: et sedet ad dexteram patris. Et ideo est angelus nec purus homo: sed deus et homo magnus in potentia: terribilis in potestate iudiciaria super oēs homines qui in circuitu eius sunt. Quasi dicat: q iste christus qui fecit ista mirabilia in terris: et ascendit in celum et sedet ad dexterā: idest ad equalitatem patris ſm diuinitatē: et simul adoratur et glorificatur cum patre in consilio sanctorū. Nō solūmodo est homo: sed deus et magnus dominus in virtute Et terribilis in potētia et iudicio: quia expoliauit infernum et superauit mortē. Et iudex et domin⁹ super oēs qui in circuitu eius sunt. Et ista mirabilia confitebuntur celi: idest apostoli et omnes predicatores in ecclesia sanctorū in hac ecclesia per gratiam et in superna per gloriam. Et deinde cōuersus propheta ad christum dicit in persona totius ecclesie.

Domine deus virtutum quis similis tibi: potens es domine et veritas tua in circuitu tuo. xxviij. d. c. q: sunt z. d. lxxvi. si qs vero.

¶ O christe dñe deus virtutū quis ergo erit similis tibi: q: veritas tua erit semper in circuitu tuo. Omnia pmissa in te cōplebunt. Nam tu es potēs in miraculis faciēdis. Et ad vincendū diabolum Et expoliandū infernum. Et ad delendum idolatriam. Et ad eijciendū foras principē huius mūdi diabolū: qui per tot tempora regnauit. Et ad liberandū hominem a peccato per mortem et passionem ꝛc. Et narrat per singula.

Tu dominaris potestati maris: motum aūt fluctuū eius tu mitigas. mat. viij mar. iiij Luc. viij

Tu humiliasti sicut vulneratum superbū: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.

¶ Tu dominaris potestati maris q: ambulasti super aquas siccis pedibus et precepisti fluctibus maris stare et motū eorū mitigasti ꝛc. Item sicut quōdā in mari rubro humiliasti pharaonē superbum et dispersisti et submersisti oēs seruos eius. Ita per passionē et resurrectionē tuam humiliasti diabolum superbum sicut vulneratū et victū a te et in brachio et in potētia virtutis tue dispersisti primo diabolū et fugasti inimicos tuos per infernū quando attraxisti predam sanctorum patrum. Secundo dispersisti eos a mundo. Et fugasti quādo dissipasti idolatriā. Tertio dispersisti per mundū iudeos obstinatos qui te crucifixerunt. Nec mirum si talem habes potestatē. Nam.

Apli di/cunt celi

Tui sunt celi et tua est terra: orbem
De psec. d.ij.c.ac terre ꝛ plenitudinem eius tu funda
cesserũt. sti: aquilonem et mare tu creasti.

¶ Quasi dicat. sicut in toto vniuerso creasti celum et terram in ecclesia creasti celos .s. apostolos. et terram qui sunt populi: ꝛ totam plenitudinem ecclesie creasti in qua inueniũt oriens .s. tempus apostoloꝝ ꝛ occidẽs: idest tps antixp̃i: ꝛ aquilo q̃ sunt heretici ꝛ falsi xp̃iani ꝛ frigidi. Et inueniũt mare. s. persecutiones: in hebreo hab ꝫ aquilonẽ ꝛ dextrũ tu creasti: q: in ecclesia inueniuntur dextrum ꝛ sinistrum: dextrum siue meridionale sunt catholici siue boni christiani. sinistrum ecclesie sunt heretici et mali christiani. illos enim permittit deus in ecclesia istos autem creat per gratiam.

Luce. ix. mar. xvij Thabor ꝛ hermõ in noie tuo exultabunt: tuum brachium cũ potentia.

¶ Thabor est mons in terra pmissiõis: vbi barac vicit exercitũ sisare. Judicũ. iij. Hermon aũt mons paruus est ppe iordanẽ: iuxta quẽ transierũt filij israel in terra pmissionis. Sed postea in monte thabor xp̃s fuit trasfiguratus vbi apostolis ostẽdit gloriam suã: et iuxta Hermon in iordane fuit baptizatus. Ideo dicit ppheta. O xp̃e mõs Thabor et Hermon exultabunt qñ in vtroq; audietur vox paterna dicens. hic est filius meus dilectus. Nã in vno oñdetur tua gloria et in altero tua potentia. Nam aqua iordanis recipiet virtutem regeneratiuam ex tactu tuo et virtute spiritussancti descendẽte super aquas: et ibi dabitur virtus et potentia ipsi baptismo ad delenda peccata: et ad eijciendum diabolum foras. Ex quibus patz qð thabor: ꝛ hermon exultabunt in illis diebus: cum viderint brachium tuum. idest humanitatez tuã que dicitur brachium et instrumentum diuinitatis ad exercendum miracula sed omnia ista facies cum potentia diuinitatis.

vi. q. i. c. si oia. Firmetur manus tua ꝛ exaltetur dex
xv. q. vi. tera tua: iusticia et iudicium prepa
c. si a sa ratio sedis tue.
cerdoti/i Mia ꝛ veritas p̃cedẽt faciẽ tuã: bea
bus. xcv. tus populus qui scit iubilationem.
d. c. ecce Dñe in lumine vultus tui ambula
ꝛ. xiij. q. bunt: et in nomine tuo exultabũt to
i. ca. his ta die ꝛ in iusticia tua exaltabuntur.
itaq;. Qm̃ gloria virt9 eoꝝ tu es: ꝛ i bñpla
De pe. d cito tuo exaltabitur cornu nostrum.
i. §. i. e con
trario.

¶ Hic ppheta petit accelerari aduentum christi: vt expediat redemptionẽ nostrã per predicationem et passionem et resurrectionem et ascensionem. Dicit ergo. O christe firmet manus tua contra inimicos tuos diabolos eos debellando ꝛ fugando: ꝛ peccata nostra delendo per passionem. Et exaltetur dextera: et potentia tua per resurrectionem. Et iusticia tua et iudiciuz erit preparatio sedis tue per ascensionem: quia tunc tradetur tibi iudiciaria potestas vniuersalis in celo: ꝛ in terra. ꝛ sedebit ad dexteram patris: sed in omnib9 misericordia ꝛ veritas precedent faciem tuam. Unde est notandum sicut superius dictuz est: q; ante aduentum xp̃i prima erat promissio et punitio. Ideo omnes expectabant miam et veritatez ꝛ iusticiam per miam temperandam. Sed post aduẽtum christi misericordia ꝛ veritas passionis precedunt iusticiam: ꝛ sic iusticia iam est temperata cum misericordia. Et ideo hec est differẽtia inter nos et illos. Et ideo prenuncians dignitatem et gratiam noui testamenti dicit mia ꝛ veritas iusticie precedent faciem tuã. O xp̃e ꝛ o popule xp̃iane ideo addit beatus pp̃ls xp̃ianus qui scit iubilationem pre gaudio, pro gr̃arũ actione ꝛ p bñficio redemptionis. Item multas alias causas iubilandi habebit populus xp̃ianus. Nam in lumine vultus tui. s. in lumine legis euangelice ambulabunt qui ostendit eis claram viam ad patriam Et in nomine tuo exultabunt: quia in nomine iesu demonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent ꝛc. Et in iusticia tua: scʒ in passione tua per quã fiet iusticia peccati. Et in lege tua exaltabunt. i. iustificabuntur a peccato: ꝛ exaltabuntur in dignitate nominis xp̃iani vincent diabolum et peccatũ virtute baptismi et sacramentorum et hoc fiet: q: gloria virtutis eorum tu eo: ꝛ non alius. Et sic in beneplacito tuo: ꝛ gr̃a que puenit ex bñplacito tuo et liberalitate ꝛ mia exaltabitur cornu nr̃m ꝛ honor: q: triũphabimus de diabolo. Et vnde euenient nobis ista. s. dignitas ꝛ honor ꝛ exaltatio. Respondet q; per incarnationem xp̃i qui voluit assumere carnem nostram et humanitatem. Ideo subdit.

Quia domini est assumptio nr̃a: et xv. q. iij.
sancti israel regis nostri. ad mẽsã

¶ Idest quia assumptio nostre humanitatis est facta a domino filio dei qui est sanctus israel et rex noster. Nam assumendo carnem nostram factus est caput ecclesie et rex et dux noster ꝛ sanctificator noster. Et sic nos exaltauit et honorificauit ꝛ dignificauit. Ex quo patz quod a principio huius psalmi vsq; ad presentem versum dependet et continuatur tota vna sententia. Nam dixit ppheta: misericordias domini in eternum cãtabo ꝛc. Et hoc q: dixisti ꝛ promisisti: ideo misericordia in eternum edificabitur in celis. Nam tu pmisisti qð filius meus christus edificaret domũ tibi in eternum: scʒ ecclesiam catholicaz in terris ex qua replebitur ecclesia celestis: ideo, ita fiet. Nam ipse edificabit misericordiam in eternum in celis. Et preparabit veritatem tuam in eternũ Item tu, dixisti: disposui testamentũ electis meis quod figurabat totum mysterium incarnationis Nam totum testamentum vetus erat dispositio et preparatio ad euangelium et ecclesiam. Et similiter dixisti ego iuraui dauid seruo meo vsq; in eternum preparabo semen tuum. idest seruabo generationes ex semine dauid: et continuabo; vsq; ad christum. Et deinde preparabo semen regeneratum in christo vsq; in sempiternum. Et edifica

do in generatione et generationē sedem et regnū tuum. Et ideo cum ista omnia fuerint impleta in christo. tunc confitebuntur celi mirabilia tua in ecclesia fidelium: sed hoc erit mirabile. Nam quis in nubibus equabitur domino ec. Tunc respondet quod christus deus qui glorificabitur in consilio sanctorum equabitur domino in eternitate: et erit similis ei in substantia secūdum diuinitatem. Et tunc dauid apostrophat ad xp̄m prumpens in confessionē laudis dicens. Domie deus virtutum ec. pronūcians virtutes christi et triumphum et potentiā ec. vt dictum est vsq ad humanam exaltationem et dignitatem.

esa. xxv. **Tunc locutus es in visione sctis tuis**
j.reg. vij **et dixisti posui adiutorium in poten**
ij.reg. v. **te et exaltaui electum de plebe mea.**
ij. Regū **Inueni dauid seruum meum: oleo**
xxiij. **sancto meo vnxi eum.**
j. Re. xxj. **Manus enim mea auxiliabitur ei: et**
z. ij. reg. xviij. **brachium meum confirmabit eum.**
Nihil pficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nō apponet nocere ei.
ij. re. vij. **Et concidam a facie ipsius inimi-**
re. xvj. **cos eius: et audientes eum in fugam conuertam.**
Et veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius: et in fluminibus dexteram eius.

¶ Postq̄ superius cecinit et admiratus est mysterium incarnationis sibi promissum. Nunc in hac secunda parte principali petit successionem eternam sui regni explicando particulariter totam pmissionem sibi factam: in qua duo facit. Nam primo facit quod dictum est. Secundo adducit impedimentum quod videtur impedire totum effectum promissionis ibi. tu vero repulisti. ¶ Quantum ad primū est aduertēdū sicut supradictū est q̄ totus iste psal. fundatur supra illam pmissionem factā ipsi dauid reuelatam ipsi nathan de successione regni scriptā. ij. Reg. vij. c. que quidē pmissio est necesse vt ad litterā hic scribatur. Que quidem pmissio talis est. Nam cū dauid pponeret in corde suo edificare templū fixum domino. Locutus est domin⁹ nathan dicens. Hec dices seruo meo dauid. Hec dixit dominus exercituum: ego tuli te de pascuis sequentem greges vt esses dux super ppl̄m meū israel: et infra. Cumq̄ completi fuerint dies tui: et dormies cum patrib⁹ tuis suscitabo semen tuum post te. quod egredietur de vtero tuo. Et firmabo regnū eius: ipse edificabit mihi domum nomini meo. stabiliam thronum regni eius vsq in sempiternum: ego vero ero ei in patrem et ipse erit mihi in filiū qui si iniq̄ aliq̄d gesserit arguam eū in virga virorū et in plagis filiorū hoim misericordiam aūt meā nō auferā ab eo. Et fidelis erit domus tua: et regnū tuū vsq in eternū añ faciē meā et thronus tu⁹ erit iugiter firm⁹. Hec sunt vba ad litterā toti⁹ pphetie: quā pphetiā intelligūt iudei ad lrām de salomone et regno ei⁹ pcise: sz hoc est manifeste falsum. Nam aliqua sunt et dicūr in hac pphetia q̄ nullo modo pñt pertingere regno salomonis. Nam regnū salomonis tpale nō fuit eternū nec firmū: immo defecit in captiuitate babylōis: nec ipse fuit semp fidelis nec domus sua: immo ipse fuit idolatra, et oēs successores eius preter ezechiā et iosiam. Et regnū eius ilico post ipsum fuit diuisum. Et iō est valde aduertendum q̄ sicut agens artificiale semp in actione sua recipit duo. vnū principalr et per se. aliud tanq̄ viam sicut domificator primo principalr et per se respicit finē tanq̄ terminū pricipaliter intentū. scz quietem et securitatem ab imbribus et caumatibus. Scdo aūt minus principaliter respicit ea q̄ sunt ad finem. Similiter medicus primo et principaliter tanq̄ terminum vltimatum intendit sanitatem sed tanq̄ viam ad finē intēdit medicinā et potionem. Que quidē potio non est gratia sui sed gratia finis et ita pariter deus omnipotens in tota scriptura sacra ve. te. et oibus promissionibus suis primo et principalr intēdebat xp̄m in lege pmissum et regnū eius tanq̄ finē vltimatū principaliter intentū sed ex cōsequenti intendebat ea que figurabāt ipsum xp̄m et regnū eius. Et ista talia intēdebat tanq̄ viā in finē. Nā figura respectu figurati est sicut via ad finē et terminū. Et sic salomon fuit figura xp̄i inquātū edificauit illud tēplū: et regnauit in pace in regno suo: sed q: figura nō pōt esse ita pfecta sicut figuratū nec via sicut terminus. Ideo salomon nō potuit edificare templū eternum: nec firmare suum regnum eternum: sed solus christus figuratus per salomonem edificauit et firmauit templū et regnum eternum. Et ideo supradicta pphetia in parte verificatur de salomone. Et verificata fuit tanq̄ de figura et de via sed verificata et impleta fuit de xp̄o tanq̄ de termino vltimato et principaliter intento. Et ideo salomon nō in omnibus fuit figura christi. sed in his que benefecit iuxta preceptum patris. Et in hoc decipiuntur iudei. quia viderūt aliqua esse literaliter impleta in salomōe temporaliter Et ideo putarunt q̄ tota pphetia primo et principalr et pcise fuisset dicta de salomone: sz ppheta dauid cui facta fuit talis pmissio: multū insudauit et laborauit: postq̄ fuit in quiete: vt posset scire intelligentiā huius pmissionis. Et ideo fuit ipsi reuelata tota veritas hui⁹ pphetie scz quō erat intelligenda de christo deo et homie et messia in lege promisso: de sua generatione et posteritate nascituro: sicut ipse dicit. ij. Regū. xxiij c. vbi dr hec sunt vba nouissima que dixit dauid fili⁹ ysai. dixit vir cui constitutum est de christo dei Jacob egregius psaltes israel spiritus domini locutus est per me: et sermo eius per linguam meam: deus israel mihi locutus est fortis israel sicut aurora oriente sole mane absq nubibus rutilat ec.

Agens in sua actione duo respicit

nec tanta est domus mea apud deum: vt pactum eternum iniret mecuz firmū in omnibus atqꝫ munitum. Ex supradictis verbis patet q̄ pter reuelationē factam ipsi nathan: facta est alia reuelatio immediata a spiritusancto ipsi dd̄ magis clara ꝛ explicita per quam magis intellexit veritatem supradicte promissionis de eterna successione sui regni implenda in xp̄o. Et sic est dicendum q̄ melius ꝛ clarius intellexit supradictā promissionez dd̄ q̄ nathan. Et ideo dauid iam illustratus spiritusancto declarat illam promissionē fuisse dictā de christo in lege promisso. Et ideo in hac secūda parte psalmi dicit. O dn̄e deus pater nunc locutus es in visione sanctis scꝫ Samueli qn̄ precepisti vngi dauid in regē. j. Regū. xvij. quia fuit figura christi futuri regis et etiam locut᷑ es in visione sp̄i nathan: de successione et ppetuitate regni xp̄i et vltimo mihi supradictam promissionē declarasti. Unde dixisti cū promissione posui adiutorium in potente. i. dedi omnipotentiam ipsi filio meo christo: et exaltaui ipsum de plebe. Naz sicut exaltauit dauid de gente paupere: ita fecit de᷑ nasci christum ex matre paupere. Nam omnia ista que verificantur hic de dauid ad litteram verificantur de christo in figura: vt patet intuēti. Ideo non est necesse explanare litterā cum de se sit plana: sꝫ figurā detegi. Naz sicut dauid fuit exaltatus de humili statu: ita et christus. lꝫ descēdat a dd̄. Et seq̄tur. Inueni dd̄ seruū meū oleo sctō meo vnxi eum per samuelē vt ptꝫ. j. Reg. xvj. Hoc fuit etiā impletū in xp̄o q: elect᷑ est obediens pr̄i. Et vnct᷑ oleo leticie. Et baptisat᷑ p Iohānē baptistā in iordane in psona totius corpis mistici. xp̄us aūt dauid etiā dr̄: q: manu fortis man᷑ autē mea sciꝫ ptās auxiliabit̄ ei: ꝛ brachiū meū ꝯfortabit euꝫ. Xp̄us eñi dr̄ man᷑ dei pr̄is ꝛ brachiū: inquātū naturaliter procedit a patre: sicut manus ꝛ brachiū a corpe: q: quicq̄d hꝫ fili᷑ inq̄tū de᷑ hꝫ a patre: et inq̄tum homo a v̄bo et a tota trinitate. Nihil proficiet ꝛc hoc dicit: q: diabol᷑ nil potuit ꝯ xp̄m. Primo qn̄ fuit liber ab omni pctō. Scd̄o q: liberauit genus humanū a diabolo filio iniq̄tatis. Et cōcidā. i. dirumpā ꝛ dissipabo et fugabo a facie ei᷑ inimicos scꝫ demones ꝛ odiētes eū in fugā ꝯuertā. Hoc eñi multipliciter impletū est in xp̄o. Primo qn̄ fugauit demones a corporibus obsessis. Scd̄o qn̄ abstraxit sanctos patres de iferno. Tertio qn̄ deleuit pctā per sacramēta. Quarto qn̄ deleuit idolatriā de mūdo. Quinto etiam qn̄ fugati sunt ꝛ dispersi sunt inimici eius iudei per mundū et pulsi a hierusalem. Et veritas mea et mia mea cum ipso: hoc dicit: q: p passionē xp̄i facta est nobis mia q: subleuati sum᷑ a miseria que mia etiaꝫ dicta est veritas inquātū fuit adimpletio promissoꝝ in xp̄o vt sepius dictuꝫ est. Sed q: in humilitate passionis adeptus est xp̄s nomē qd̄ est sup oē nomē et exaltatus est ꝛc. Ideo sequit̄: ꝛ in noīe meo exaltabit̄ cornu ei᷑. i. potestas ꝛ imperium eius. Et ponam in mari manū. i. potētiā ei᷑ ꝛ in fluminib᷑ dexterā i. sceptrū eius. hoc dicit. Nā apl̄i nō solū predicarunt euāgeliū in iudea ꝛ samaria sꝫ in isulis maioꝝ: ꝛ vsqꝫ ad flumina iudeorum et ethyopum scꝫ vsqꝫ ad fontē nili ꝛ etiā ad fontē gangis apud indos: ꝛ ad fontē thanais apd̄ scithas et breuiter a mari vsqꝫ ad mare ꝛ vsqꝫ ad fines terre: ꝛ dilatatū est regnum christi sicut dictū est psalmo. lxxi.

Nota.

Ipse inuocauit me pater meus es tu deus meus susceptor salutis mee. Et ego primogenitum ponam illuz excelsum pre regibus terre.

xi. q. iij. c. ad mē faꝫ. d cō se. dis. ij. c. accesserunt

¶ Postq̄ descripsit promissionem magnitudinis imperij: etiam hic describit dignitatem huius regis quo ad substātiam: quia fili᷑ naturalis ipsius dei patris et cōsubstātialis. Ideo dicit ipse iesus christus: inuocabit me dicens. pater meus es tu naturalis. B ¶ Nā christus non solū inquātū deus est filius naturalis dei patris sꝫ etiaꝫ inquātum homo: quia nullū aliuz patrē habet in terris Nā opere ipsius spūssancti in vtero virgineo formatus est ex puris sanguinibus: q̄ q̄dē spiritussanct᷑ est virt᷑ dei pr̄is: ꝛ iō etiā inquātū hō: dr̄. natural̄ dei fili᷑: maxime q: vnitus est personaliter verbo. Et iō in oibus vere inuocauit patrē: qui fuit deus eius p creationē aīe. Et fuit susceptor salutis ei᷑ nō solū quo ad mēbra: sꝫ ēt quo ad ipsum: iquātū eū pr̄ ad gloriā suscitauit. C ¶ Et primogenitū ponā illū: est eñi xp̄s primogenit᷑ et vnigenitus: nō solū quo ad diuinitatē sꝫ ēt quo ad hūanitatē Itē est primogenit᷑ quo ad hr̄ditatē quā adept᷑ est vsqꝫ ad terminos terre: ꝛ in celo ꝛ in terra. Tertio dr̄ p̄mogenit᷑ q: excelsus posit᷑ est pre oibus regib᷑ terre: sedēs ad dexterā pr̄is in excelsis: cui data est vniuersalis ptās. Nam terrenis regib᷑ dat ptātē in vno regno ꝛ puincia sed xp̄o data est in celo ꝛ in terra: ꝛ sup oēs gentes tanq̄ primogenito dei patris. Et iō dicit. ꝛ excelsuꝫ pre regib᷑ terre.

In eternum seruabo illi miam meaz et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculū seculi semen ei᷑: et thronum eius sicut dies celi.

de pen. d. j. q: diuinitatis natura.

¶ Postq̄ superi᷑ pdixit ꝛ descripsit dignitates q̄s xp̄s accepit a pr̄e pro se: nūc autē enumerat ea que accepit a patre pro membris suis. D ¶ Et pro toto corpore mystico: q̄ gn̄aliter fuerūt quattuor. Primo eñi accepit vniuersalē miam ꝛ remissionē p mortē ꝛ passionē. Scd̄o legē euāgelicā quaꝫ dedit p pdicationē. Tertio eternū semē p sacramenta ꝛ regenerationē. Quarto ptātē ordinis iurisdictionis: iō ait. in eternū seruabo illi miam meā p membris meis: q: per passionē suā relaxauit totū gen᷑ humanū a captiuitate diaboli ꝛ testm̄. i. lex euāgelica semp erit fidelis ipsi: q: oēs iustificat ꝛ neminē decipit: sicut supstitiōes gētiliū ꝛ alioꝝ hereticoꝝ. Et etiā dicit testamētū meū fidele ipsi q: oia sunt impleta in xp̄o que scripta sunt in vete. pro eccl̄ia eius. Et vtilitate ecclesie ꝛ membrorū ꝛc. Et ideo sequit̄. Et ponam in seculā seculi semen ei᷑. i. pplm̄ xp̄ianum qui dr̄ semē christi: eo q̄ fonte baptismi sit regenerat᷑: cui dat̄ vita sempiterna in seculum seculi: et thronus christi in eccle

sia erit eternus rõne finis. Nam finis eius est regnare in celo. De quo throno dixit ãgelus ad mariam. Luce. j. Dabit ei dñs sedem dd patris eius et regnabit in domo iacob in eternuȝ ⁊ regni eius non erit finis A ¶ Ad cuius intellectum est notandum ꝙ semen abrae ⁊ israel ⁊ dauid habet duplicem respectũ. Uno modo ad generationem et successionẽ carnaleȝ. alio modo ad xp̄m ꝑmissuȝ in illa generatione carnali. Et ideo fuit cotinuata generatio carnalis ab istis vsq ad christũ. Et sic christus in lege ꝑmissus natus est ex istis ꝫm carnem et ꝑmissioneȝ. Sȝ quia non natus est per generationẽ carnalẽ ideo in xp̄o finiuit et terminata est generatio carnalis: et mãsit sola generatio ꝫm promissionem. Et quia xp̄us non amplius genuit filios carnales sed regenerauit filios spirituales. Ideo totus pp̄lus christianus ꝑ christũ regeneraturus d̄r semẽ abrae ⁊ israel ⁊ dd ⁊ ꝫm ꝑmissionẽ ⁊ nõ ꝫm carnẽ: q: descẽdũt a xp̄o qui descendit ab illis secundum carnem et secunduȝ promissioneȝ. Unde sicut iacob genuit carnaliter duodecim filios: ⁊ patriarchas a quib⁹ multiplicat⁹ ẽ totus ille pp̄lus israel ꝫm carnem. Ita xp̄s primo spũaliter regenerauit per aquã baptismalem. xij. apostolos: a quibus regeneratus est et multiplicatus totus pp̄ls xp̄ianus. Et ideo dñr duodecim patriarche: ⁊ duodeciȝ principes ecc̄lie quos xp̄s regenerauit loco. xij. prĩ iacharũ, filiorum Jacob de quibus supra dictũ est psa. xliiij. ꝑ prĩbus nati sunt tibi filij: ꝯstitues eos pricipes sup oẽm terram. Ex quibus patet ꝙ populus christian⁹ cõtinuatur cum semine ipsi⁹ abrae: et iacob. Et sic tota ecclesia d̄r semen illorum ꝫm promissionẽ ⁊ spiritum. Et hoc est illud semen de quo dictũ est ipsi abrae Gen̄. xv. suspice celum: et numera stellas si potes: sic erit semen tuum. Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Ex quo pȝ ꝙ huic semini ꝫm promissionem promisit deus hereditatẽ in celis. Et hoc semẽ ꝑmisit de⁹ ipsi Jacob: qñ vidit scalã a terra vsq in celum. Et qñ luctatus est cum angelo. Et qñ bñdixit filio suo iuda. Et hoc est semen eternũ qd̄ promisit de⁹ ipsi dd in supradicta ꝑmissione ⁊ in hoc psal. Et in hoc semine ꝑmisit ipsi eternã successionẽ in regno. Et sic ecc̄lia d̄r domus dd: ⁊ regnũ dd: ⁊ sedes dd. Que quideȝ ecclesia d̄r eterna rõne finis: inquãtum ꝯtinuatur cum supna sicut dictũ est psal. lxxxvi. Naȝ ciues huius ciuitatis iam sunt ciues sanctorũ ⁊ domestici dei ad Ephe. ij. q: iã ꝑtinẽt ad illã ciuitatẽ q: conuersatio nr̄a in celis est. De hoc ergo semine dictum est ꝑmissum ipsi dd. ponã in sc̄lm sc̄li. semen eius Et de hoc regno dictũ est thronus eius sicut dies celi: et sic patet veritas huius promissionis.

Not. de semine dauid ⁊ abraaȝ.

De. pe. dist. iiij. c. hac so cietateȝ §. ꝙ aũt

Si autem dereliquerint filij eius legem meam: et in iudicijs meis nõ ambulauerint.

Si iusticias meas prophanauerint et mandata mea nõ custodierint.

Uisitabo in virga iniquitates eoruȝ et in verberibus peccata eorum.

Misericordiã aũt meam non dispergã ab eo: neq nocebo i veritate mea.

Neq prophanabo testamentũ meũ: et que procedunt de labijs meis non faciam irrita.

Semel iurauit in sancto meo: si dd mẽtiar: semẽ ei⁹ in eternũ manebit.

Et thronus eius sicut sol in cõspectu meo: et sicut luna perfecta in eternũ: et testis in celo fidelis.

s. qd̄. iiij. c. homi. De pe. disti. j. c. multiplex. extra de pactis. ca. iij.

ptos & renouatos per passionē & resurrectionem et regeneratos per baptismū rōne cuius particiᷓpamus passionē xpi: sʒ etiā opʒ vt habeam⁹ grāʒ preuenientē vt velimus bonū & cooperātēʒ & dirigentē vt operemur & dirigamur in operando & pficientē vt incepta & directa opa perficiamus sine qua nec diuina precepta implere: nec opera meritoria facere possumus qd est contra pelagianos qui dicebant hoiem ex naturali & libero arbitrio posse bene operari: & malū vitare: & ex ppriis viribus saluari. Hāc ergo falsam opinionē cōdēnās propheta petit hāc grām in hoc loco & rō est. Nā superius ostendit naturā hūanam esse sauciatam et corruptā pter peccm: & pronā ad malū & debilem ad bonū propter fomitē & concupiscentiaʒ & penalitates inflictas. Et sic liberū nostrum arbitriū esset male claudicatū & ex vna parte inualidū et victū: opʒ ergo vt per gratiam eleuetur & adiuuetur: non solū vt vitet malū: sed etiā vt velit & faciat bonū: & dirigat in actione sua & perficiatur vsqʒ ad terminū inclusiue. Hanc ergo gratiā petit propheta dicēs. O dñe iesu xpe respice primo in seruos tuos: scʒ apostolos et discipulos conferēdo eis gratiā & oīa septē dona gratiaʒ vt possint pdicare euāgeliū omni creature & respice in opa tua. i. miracula p eos faciēda & inter ceteras vtutes vt possint fideles in ecclīam congregare & sibi filios regenerare. Et sic dirige filios eorū: quos tibi in euangelio & baptismo regenerauerūt. Item respice seruos tuos apostolos qui sunt opera tua qʒ tu vocasti et regenerasti eos: et ex consequenti dirige filios eorū &c. Et sic patet ꝙ in hoc versiculo petit primo gratiā pro apostolis et ex cōsequēti pro populo regenerato et redempto: et vtitur verbis moysi qui dixit in supradicta oratione: scʒ respice populum tuum gentem hanc. Et sic petit propheta gratiam in generali. Postea sequit in speciali: cum subdit. Et sic splendor dñi. B


Gra necessaria.

¶ Ad cuius intelligentiam est aduertendum qd duplex est gratia. Quedā dicitur gratuita quedā gratificans. Prima datur toti ecclesie: scʒ ad vtilitatem totius ecclesie sicut est gratia sermonum et linguarum interpretationis: & gratia ordinis & iurisdictionis: ista genera gratiaʒ dātur ad vtilitatē totius eccīe: sed gratia gratū faciēs datur ad gratificandum habentem. Prima data fuit apostolis & dat prelatis ecclesie. Secunda datur sollis sanctis & iustis: ideo postꝙ propheta in superiori versu petit gratiam gratuitam ad vtilitateʒ totius ecclesie quā maxime apostoli habuerunt: nūc in hoc versu petit gratiam gratificantem et dirigenten hominem ad bonum agendum et implendum precepta & opa charitatis. C ¶ Sed quia opa nostra sunt in duplici genere. Nam quedam pertinēt & diriguntur ad proximum & ptinēt ad charitatē proximi. Et quedam dirigunt in solum deum: & ista pertinent ad cultum diuinum et latriam. Sicut oratio oblatio & adoratio &c. Dicuntur ergo ista opera dei & primi ratione obiecti. Et ideo opera charitatis proximi dicunt opa manuum nostraruʒ in plurali: eo qd nō ordinātur nec obligāt ad vnū tm̄: sʒ ad oēs: qʒ oēs obliga-

Gra duplex.

Opera sunt in duplici genere.

mur diligere in affectu: & oib⁹ subuenire i effectu si adsit facultas. Et ēt qʒ diuersa sunt opa mie: eo ꝙ diuersa sunt gn̄a miseriarū: sʒ opus charitatis circa deum est tm̄ vnū: qʒ est vnus solus deus: & ideo vnus solus cultus et adoratio ipsi debetur. Unde saluator Lu. vij. ait. Martha martha sollicita es et turbaris erga plurima: quia vita actiua ē erga proximos. Ideo eius sunt multa opera: sed contēplatiua est circa solum deum et cultū eius. Ideo subdit: porro vnum est necessarium idest primum et principale. s. cultus diuinus: ideo illa dicuntur opera plurima: istud vero vnum opus est sicut vn⁹ solus est deus: sed quia tam opera charitatis circa proximum quā opus latrie circa deum nō pōt exerceri: nec incipi: nec cōtinuari: nec perfici a nobis nisi sit splendor gratie dei super nos: qui dirigat opus manuum nostrarum circa proximos. et dirigat ēt op⁹ manuum nostrarum erga deum colendum &c. Ideo propheta sigillatim implorat et petit hanc gratiam dicens. Et sit splendor domini dei nostri super nos ad volendum bonum & incipiendū et tu deus dirige opera manuuʒ nostrarum super nos. i. super proximos nostros: q̄ sunt opera misericordie et charitatis erga proximos: et dirige etiam opus manuum nostrarū circa cultum diuinum: quia sine tua gratia neutrum opus exercere possumus. Et notanter dicit dirige opera manuum nostrarum super nos et in secūdo dicit dirige opus manuum et non addidit sup nos ad denotandum ꝙ lʒ opera refertur ad proximos sed ly opus refertur ad deum et cultum diuinum. Ideo non dicit super nos: quia tale non fit super nos: sed ad deum dirigimus ipsum. Quidam autem referunt ly opera ad opera misericordie corporalia: & ly opus ad spiritualia: sed prima expositio magis videt satisfacere litere & rationi: quia opus erga deum vnum tantum est scʒ cultus diuinus. Luc. vij. Porro vnum est necessarium. Miseri vero & ceci iudei non valētes introire in sanctuarium dei manentes in sola literatura exponunt hos duos versus de fabricatione tabernaculi dicentes quod Moyses petit vt deus dirigat fabricatores et manus ad construendum tabernaculum: sed non mirum: quia non merentur videre thesaurum inestimabilem clausum in hoc psal. Tu autem christiane quere gratiaʒ et pulsa & aperietur tibi ad ge gratiam.



Qui habitat in adiutorio altissimi: in ptectione dei celi cōmorabit. Dicet dño susceptor meus es tu: & refugiuʒ meum deus meus sperabo in eum. La⁹ cantici ipū dauid.

Qm̄ ipse liberauit me de laqueo venantium: et a verbo aspero. xi. q. iij. c ad mensam.

¶ Iste psalmus apud hebreos est omnino sine titulo: sʒ dicūt hebrei moderni ꝙ moyses fecit hūc

psal. cōmendando diuinū refugiuz: ondens: q̄ uo ille qui se cōmittit diuino adiutorio nō pōt tpaliter perire: q̄ pbat exēplo filiox israel: qui se cōmiserūt diuino adiutorio. Jō fuerūt liberati a captiuitate: et per totū desertū fuerūt ptecti sub illa nube: ꝛ tutati sunt ab isidijs inimicox diurnis pariterq̄ nocturnis: ꝛ prebuit eis deus custodias angelox ad defendendū: nō solū ab incursib⁹ hominū: sed ēt veneno bestiax: ꝛ sic securi ambulauerūt inter leones et dracones: ꝛ obūbrabit eos scapulis suis. co lūna nubis. Et sic lr̄aliter exponunt psal. istū de ptectione quā habuerūt in itinere: sz lz iste psal. sic lr̄aliter possit applicari supradicte hystorie: ꝛ etiā possit exponi moralr̄ de quocunq̄ iusto se diuino adiutorio cōmittenti: tn̄ principalis intentio pphete nō fuit ipa ideo continet maiora mysteria: vt patebit maxime per ea q̄ dixit in fine huius psal. q: dd̄ nō fuit minus ppheta in h̄ psal. quā in ceteris: ꝛ ideo est notandū q̄ iste psal. vel est idem numero cū psal. superiori ꝛ pars eius diuisa per diapsalma: vel est consecutiuus ad superiorē in materia. Et idō dicūt iudei moderni qd̄ qn̄ dicūt hūc psal. incipiūt ipsum a versu vltimo psal. precedētis. s. Sit splēdor dn̄i sup nos ꝛ opa manuū nr̄arum dirige ꝛc. Et sic cōtinuāt istū psal. cum illo vltimo versu psal. precedētis. Vn̄ postq̄ dauid in superiori psal. inuocauit xp̄m vt veniēs in carnē fieret nostrū refugiū ꝛ notificaret dexteram suā p incarnationē ꝛ predicationē ꝛ repleret nos m a sua per passionē ꝛ resurrectionē ꝛ letificaret nos gloria sua: ꝛ dirigeret nos ꝛ opa nostra per splēdorez grē ꝛ euāgelice doctrine sue sicut pmiserat ipi moysi in sua orone. Exo. xxxiij. Nunc aūt in hoc psal. vel dyapsalmate consecutiue, inuitat ꝛ exhortat̄ totū genus hūanum ad istā petram ꝛ domū refugij qui est xp̄s: sub cuius tutela et refugio totū genus humanū siue oēs ad eū cōfugientes erant liberandi a captiuitate diaboli ab omni humana miseria tam corporali quā spirituali psal. memorata in quā inciderat snia data in adam. In quo psal. duo facit. Primo agit q̄ dictum est. Secundo introducit confirmantē sententiam ꝛ promissionem prophete. Et breuiter pmittit. cōplere totā pmissionem factā ipsi moysi. Exo. xxxiij. et cōplere petitionē factam in superiori psal. Erit scd̄a pars ibi. Qm̄ in me sperauit liberabo eū. Unde est intentio et conclusio huius prophetie in hoc psal. q̄ veniāt oēs ꝛ confugiant ad xp̄m: ꝛ confirmēt se eius adiutorio et refugio et sine dubio liberabuntur ab omni miseria: immo cognoscent se esse liberatos: et enumerat oēs miserias a quibus ꝛ q̄uo liberabuntur per xp̄m. Unde dicit q̄ ille qui habitat i adiutorio. i. qui habitat in petra refugij ꝛ in lapide adiutorij ipsius dei altissimi qui est xp̄s ꝛ commorabitur in protectiōe dei celi. talis dicet se esse liberatū. Unde est aduertendum q̄ vbi nos habemus qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur. Hebreus in litera Hierony. habet sic habitat in occulto altissimus in vmbraculo omnipotens permanet. Et sic ista litera videtur magis explicare sacrm̄ incarnatiōis xp̄i: vn̄ dicit q̄ deus altissimus habitat in occulto hūanitatis: et verbū dei ops permanet in vmbraculo carnis personaliter vnitū per incarnationē. Nā illa humanitas vt supius dictum est: est tabernaculum et habitaculuz diuini verbi in quo filius dei pmanet in eternum q: qd̄ semel assumpsit nūq̄ dimisit: vn̄ ista hūanitas sicut dr̄ tēplū dei p psonalē vnionē: ita dr̄ habitaculū oim fideliū p mysticā incorpationē ꝛ regenerationē: nā xp̄s inquātū hō est caput ecclie. Et sic illa hūanitas est lapis adiutorij ꝛ petra nostri refugij ꝛ habitaculū miserox in foramine cui⁹ petre xp̄s posuit oēs fideles ꝛ protexit dextera sua: huic ergo refugio dicit ppheta: vt nos cōmittamus. Et ad hoc p̄dictū oēs nos miseri ɔfugimus de quo etiā dicit Boe. iij. de ɔso. carmine. xi. Huc oēs pariter venite capti quos fallax ligat iprobis catbenis terrenas habitans libido mentes. Hic erit vber requies labox. Hic portus placida manēs quiete: hoc patēs vnū miseris asilū. Item iste xp̄s in hūanitate est ille locus ꝛ petra refugij: quā promisit deus per moysen in sua orone: ꝛ est illud refugiū: d quo habitū est psal. precedēti. Ad hoc refugiū exhortat̄ dd̄ oēs ɔfugere in principio huius psal. cū dicit s̄m nr̄am trāslationē. Qui habitat in adiutorio xp̄i altissimi poterit dicere q̄ in ptectione ꝛ tutela dei celi cōmorabit̄. Nā est ptectio ꝛ dextera qua de⁹ pr̄ nos pmisit ptegere. ¶ Vn̄ est aduertendū q̄ fideles ponūt spem suaz in xp̄m. Primo in presenti ponendo spē et fiduciā suā in passioe xp̄i ꝛ sacris ecclesie per que credūt liberari ab omni pctō. Scd̄o ponēdo totā spez in celestibus premijs cōtemnendo terrena ꝛ hoc est se committere diuino adiutorio ꝛ talē impossibile est perire: nec a diabolo superari: ꝛ hāc conclusionē proponit ppheta dicēs. Ois ille qui habitat in adiutorio xp̄i filij dei altissimi. i. illi⁹ adiutorio ꝛ auxilio se totaliter cōmittit omni alia mūdana fiducia ꝛ spe relicta. Ille cōmorabitur in protectione dei celi. i. celesti ptectione defendet̄ ꝛ ptegetur. ꝛ per p̄ns nunq̄ peribit nec superabit̄ a diabolo nec ab hoie: nec a liqua tentatione vincetur. Et sequit̄ q̄uo ponit aliquis suā habitationē in adiutorio altissimi dicens: q̄ ille qui vult se diuino adiutorio cōmittere dicet dn̄o nr̄o iesu xp̄o: sic tu es susceptor meus: q: liberasti me p passionem: tu es refugiū meū: q: ad te cōfugio vt sancs per sacrorum medicationē: et tu es deus meus p spālem cultū et adorationem. q. d. q̄ confiteatur christum verum esse messiam et verum redemptorem et sic dicet et proponet in corde suo sperabo: idest totam spem ꝛ fiduciam meam ponam in eū operando et dirigendo mea opera in eum. quasi dicat quod ille vere se recommittit adiutorio christi qui suscepit ipsum in redemptorem et saluatorem: et credit ipsum esse verum deum et operatus s̄m legem euangelicam propter premiū vite eterne: et per consequens credit ipsum esse verū messiam et etiam credit et predicat firma fide q̄ ipse christus liberauit me de laqueo venantium et a v̄bo aspo. ¶ Ad cui⁹ itellectū ē notādū q̄ laque⁹ venātiū dr̄ peccatum primi parentis. Nā diabolus cū dixit primis parētibus nequaq̄ moriemini

Margin notes: xxij. q. ō. iiij. qui peccat. — De materia huius psalmi. — Nota d̄ incarnationis sacramēto — Spes in xp̄o ponenda. — Laque⁹ venatiū dr̄ pctm̄ ade.

ni:sed eritis sicut dii sciētes bonū et malum:tunc parauit eis laqueū:et qñ ipsi comederūt fructum tunc inciderūt in ipsum:et fuerūt expoliati bonis gratuitis et ligati pctō et facti captiui et serui dia boli:qui quidē laque9 obligauit oēs posteros ad culpā ꝓpter trā sgressionē primoꝝ parentū:egressum est verbū asperꝫ a deo cū data est sentētia eis vt eijcerent et felicitate in pñti et in futuro priuarentur et ad culpā et reatū eternū et mortē eternam et tēporalē et obligarētur et penalitatib9 tpalibus subderētur. Illa ergo snīa et maledictio a deo homini ꝓmulgata fuit verbū asperū et durum: et crudele toti gñi humano a quo laqō et verbo aspero et snīa dura solus xp̄s nos liberauit. Dicat ergo ois fidelis ipsi xp̄o. ego fiducialiter sperabo in eū scʒ xp̄m messiā et saluatorē in lege ꝓmissum:qm̄ ꝑ mortem et passionē suam liberauit me de laqueo peccati et culpe ipsorum demoniorū venantiū:et per suam resurrectionē liberauit me a verbo aspero:idest sententia mortis eterne:et miserabili seruitute diaboli et miseria penalitatū et dura maledictione. Quasi dicat: ꝓpheta ꝙ ista debet esse firmissima fides et fiducia cuiuscūꝗ fidelis: hoc est se cōmittere diuino adiutorio. Quasi dicat:si cōmiseris te diuino adiutorio:et confugeris ad refugium christi:nō eris deceptus immo liberatus et dices:idest poteris dicere domino agendo gratias:nunc cognosco:quia tu es susceptor meus et verum refugiū meū et dices vere:xp̄s fuit refugiū qm̄ ipse liberauit me de laqueo venantiū et a verbo aspero:eo modo quo dictū est. Et nota ꝙ propheta in hoc psal. ꝓcedit cū difficultate:q2 multotiens mutat personā et modū loquēdi per synepte sim sicut multotiēs accidit:nō soluʒ in poetis: sed etiā in prophetis in quibus spūsctūs loquebat. Iō aduertat lector. Et iō est aduertendū ꝙ scd̄us versus pōt ordinari cū primo eo mō quo dictū est Uel pōt ordinari cū sequētibus:vt sit sensus ꝙ ille qui habitat in adiutorio christi et cōmoratur in protectione eius:ille talis cōsequetur octo sequētes vtilitates et liberabitur de septē periculis sequentibus per ordinē. Nam primo dicet et poterit dicere dn̄o susceptor meus es tu ꝛc. Et liberabitur de laqueo venantiuʒ et a verbo aspero. Scd̄o obumbrabit scapulis xp̄i:et sub pēnis eius sperabit. Tertio circundabitur scuto christi:et sic nihil timebit. Quarto a dextris et sinistris cadent iudei et ceteri infideles:tamē ipse liberabitur a peccato. Quinto infideles flagellabūtur multis plagis: tamen flagellum non appropinquabit tabernaculo suo. Sexto q2 angeli eum custodiēt ab oī periculo. Septimo q2 conculcabit aspidē et basiliscū et leonem et draconem. Octauo quia glorificabitur in eternitate. Et totum hoc patebit in sequendo litteram. Dicit ergo secundam vtilitatem.

lxxxvi.d. ca. deso latis. **Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.**

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.

ꝓtegere aliqueʒ **A sagitta volāte in die:a negocio perambulante in tenebris:ab incursu et demonio meridiano.** Pōt q̄s triplicit

¶ Ad cuius intelligentiā est notandū ꝙ tripliciter potest aliquis aliū ꝓtegere. Primo inter ipm̄ et inimicū obijciendo et interponēdo: sicut facit vacca et bos quādo vident lupos venietes ad eū:tunc. s. bos remittit filios a tergo siue ad scapulas et obijcit se lupo et morsib9 ei9:et defendit filios cū cornu et sic sub vmbra scapularū bouis defendunt et ꝓteguntur filij cū cornu bouis vulnerat lupus et fugit Secūdo potest quis aliū protegere sub alis recipiendo et cooperiendo sicut gallina cōgregat pullos suos sub alis:et liberat eos a miluo et fouet et nutrit eos sub proprio calore. Tertio sicut quādo quis cooperit amicū suum scuto:et obycit scutum contra inimicū. Istis ergo tribus modis liberauit et ꝓtexit nos xp̄s de potestate diaboli et a morte perpetua. Primo nos liberauit sicut bos liberat filios suos. Nam ipē posuit scapulas suas in cruce:et posuit nos a tergo suo:et obiecit se morti et passioni cōtra diabolū:et recepit in se ictus: et verbera et vulnera inimici:vt nr̄a vulnera sanaret et cum cornibus crucis percussit inimicum diabolum et fugauit eum et cōfregit portas inferni:et liberauit sctōs patres et attraxit predam. Itaꝗ scapulis suis protexit futuros et cornibus liberauit preteritos. Scd̄o liberauit nos sub alis et pennis suis sicut gallina protegit pullos suos. Nā quattuor facit gallina. Primo recipit oua aliarū gallinarum siue oua aliena sub alis et pēnis ei9. Scd̄o proprio calore fouet et excitat et viuificat fetum ex ouo:et ita viuificat multos pullos:et ex alienis facit proprios:et tantū diligit eos ꝙ tota liquefit in sudorē ad fouendū pullos suos: et sic consumit propriū sanguinē et substātiam intim̄ ꝙ mutat vocem et perdit plumas et efficit pallida consumpto et exhausto sanguine et substātia:et sic fouet filios. Tertio ꝓtegit eos a miluis et ceteris animalibus et nocumētis. Quarto pascit eos et dirigit in pastum. Ita simili modo christus cū nos essem9 oua aliena:quia filij carnales ipsius Ade et mortificati per culpam:ipse christus congregauit nos sub pennis et alis suis in ecclesia:et viuificauit nos per sacramēta sua q̄ habēt virtutē et calorē ex passione et sanguine suo. Nam primo liberauit nos per passionē:et effudit totū sanguinem suum pro nobis:vt daret virtutem sacramētis ad sananda vulnera nostra:et sic māsit pallidus in cruce et nudus vbi tantam delectationē ostendit erga nos:q2 totum se in nobis transformauit nostros defectus et penalitates sustinendo:quos defectus et penalitates in cruce secū affixit:vt ait ap̄ls. Et sic nos viuificauit et pauit. Tertio nos ꝓtexit cooperiēdo scuto gratie et doctrine et legis euangelice:et contra diabolū ipsum scutum obiecit ad repellēdum eius incursus et ictus. Nam sicut scutum materiale simul repellit omnes ictus inimici et ꝓtegit pugilē. Ita lex euāgelica que pcipit oēm iusticiam et ꝓhibet omne vitiū simul cū gratia. vij. donorū spūsancti ꝓtegit nos et repellit oēm temptationeʒ inimici. D ¶ Et sic tā lex euāgelica ꝙ grā

xp̄s nos liberauit amor te eterna

No. q̄ttuor facit gallina.

vij. donorū dicitur scutum per christum nobis cō cessum: triplicibus ergo armis protexit christ⁹ filios ꝛ fideles suos. Primo passionis: vt ab vniuersali seruitute liberemur. Scdō armis ꝛ medela sacramētoꝝ vt a vulnerib⁹ peccatorū sanemur. Tertio armis et scuto legis euangelice ꝛ virtutū vt futura peccata caueamus: et tentationibus diaboli resistamus et repellamus: et sic christus nos liberauit et sanauit ꝛ protexit: qui ergo habitat in adiutorio altissimi: idest christi adiutorio se committit: et his tribus armis se munit et armat: erit semper in protectione dei celi ꝛ cōmorabit: quia protectiōe dei vallat⁹ nō potest superari. Et hoc est qd̄ dicit: quoniā ipse liberauit me de laqueo venantium ꝛc. Ideo propheta apostrophat ad populū fidelē dicens: ipse xp̄s ad cuius refugiū confugisti: ꝛ cui⁹ armis te munisti obūbrabit tibi scapulis suis: idest vmbraculū salutare ꝛ tutatiuum prestabit tibi scapulis suis: si ad eius passionē recurreris qui in cruce pro te scapulas posuit. Et sub pennis: idest sub alis eius sperabis si sub sacramentis ecclesiasticis te cōstitueris ꝛ ex eisdem medicinā sumpseris: que fouent virtutes et sanāt vulnera. Scuto circundabit te veritas eius: idest lex eius euangelica circūdabit te: et proteget scuto sacramentorū et articulorū ex: preceptorū et cō siliorum ad repellendas tentationes: et insidias diaboli: ꝛ cauenda peccata. quasi dicat ergo propheta si tu homo confugeris ad refugiū christi: et volueris in eo ponere habitaculū tuum: tunc ipse scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pēnis eius sperabis: et scuto circundabit te veritas eius prout dictum est sicut promisit moysi: quando di. ponam te in fo. ꝛc. Exodi. xxxiij. ¶ Non timebis: hic enumerat omnia pericula ꝛ oīs miserias de quibus christus liberauit omnes confugientes sub vmbra scapularum et animarū suarum quos ꝓtexit scuto sue veritatis et gratie. A ¶ Ad cuius euidentiam est notandum qd̄ tentatio siue peccatum consistit in quattuor gradibus. Nam primo precedit cogitatio. Secundo sequitur propositū. Tertio actus peccandi. Quarto prosecutio. Cogitatio comparatur nocti: eo ꝙ sicut in nocte homo frequenter cadit: ita ex frequenti cogitatione et delectatione homo frequenter cadit in propositum peccandi. Propositū vero comparatur crepusculo et tenebris. Nam sicut crepusculum exit ex nocte: et est prope diem: ita propositum exit ex cogitatione: et est prope actum et effectum. ꝛ iam imputatur ad peccatum. Operatio autem in hac parte comparatur diei: eo ꝙ iam peccatum exiuit in clarum et manifestum. Prosecutio autem ꝛ duratio peccati iam comparatur meridiei: quia iam peccator non timet suam famam. Diabolus ergo primo inducit hominem in cogitationem peccati: et exinde detinet eum in cōsuetudine. Et hec sunt quattuor arma diaboli quibus hominez inuadit: sed christus dedit nobis arma et scutum legis euangelice continentis omnes virtutes: quibus resistimus et repellimus tentationes ꝛ arma diaboli. Nam in lege euangelica reperies quomodo non debes cogitare de mūdo: immo oportet semper orare: et quomodo non debes peccare et si peccasti debes ad penitentiā recurrere ꝛc. Et sic si legem euangelicam sectatus fueris: de facili diabolum vinces: et a te repelles. Et ideo dicit ꝓpheta. Scuto circundabit te veritas eius: et non timebis a timore nocturno: scilicet. cogitationibus malis: nec a sagitta volante in die: scꝫ a pctō in actu. Nam sicut arcus pellit sagittam: ita propositum producit actum peccandi in clarū ꝛ manifestū: nec timebis a negocio perambulāte in tenebris. Nam peccatū anteꝗ̄ producatur in clarum negociatur et agitatur in tenebris propositi: nec timebis ab incursu meridiano: idest a peccato male consuetudinis: quod iam non timet: nec veretur infamiam: quasi dicat si munitus ꝛ armatus et circundatus fueris scuto legis euangelice: non timebis istos quattuor incursus diaboli: et quattuor gradus peccatorum. Per istos etiam quattuor terminos intelliguntur quattuor genera peccatorum. Nam per timorem nocturnum intelligitur peccatum ignorantie neglecte. Et per negocium tenebrosum. peccatum auaricie: per sagittam volantem in die intelligitur peccatū luxurie. Per demonium meridianū intelligitur peccatum superbie. Nam superbus ab omnibus vult videri: sed omnibus his peccatis et armis diaboli resistit lex euangelica: et eorum repellit incursus ꝛ ictus: vt patet per singula. Per laqueum autem venantium possunt etiā intelligi omnia genera peccatorum et tentationum: et per verbum asperum omnia genera persecutionū: et sic martyres in primitiua ecclesia: et omnes viri iusti fuerunt liberati de laqueo diaboli: et de persecutionibus et minis tyrannorum per christum.

Trib⁹ armis ꝓtexit xp̄us fideles.

peccātū cō sistit i q̄ttuor gradibus.

Cadent a latere tuo mille. ꝛ. x. milia a dextris tuis: ad te autem nō appropinquabit.

xiij. q. j. c q̄ bona.

¶ Totum hoc legitur consecutiue vbi monstrat ꝙ absꝙ passione christi ꝛ lege euāgelica nullus poterit saluari. Ideo dicit propheta: ad virum iustū ꝙ tanta est virtus passionis xp̄i: et sacramentorū ecclesiasticorū: et legis euangelice ꝛ donorū spiritussancti: ꝙ sicut per ipsam omnes saluātur ꝛ proteguntur: ita sine ipsa nemo potest saluari: nec ꝓtegi. Nam in pugna huius mundi cadent mille a latere iusti et decem milia a dextris eius: sed ad iustum talia mala non possunt appropinquare: eo ꝙ munitus est: et protectus sub scapulis et alis et scuto christi: ideo dicit propheta. O christiane et vir iuste qui adiutorio dei te commisisti: ꝛ armasti armis christi et scuto eius te ꝓtexisti in pugna huius mundi cadent a latere tuo mille de infidelibus et peccatoribus ꝛ decem milia a dextris tuis omnes iudei et pagani circunquaꝙ cadent victi a dextris: et sinistris a diabolo: et carne: et mundo superati. Et sic omnes infideles peribunt. Ad te autem talis plaga damnationis non appropinquabit: eo ꝙ diuino adiutorio te commisisti: ꝛ eius armis te muniuisti: et ideo manebis et euades liber et victor. Item tu cum istis armis christi munitus pugnabis contra diabolum et mem

bra eius et infideles ꝛ vinces eos intantū ꝙ ca/dent victi mille a latere tuo sinistro:ꝛ decē milia a dextris tuis quasi dicat: circūquaqꝫ oēs infide/les cadent:ad te aūt nullū malum appropinqua bit sed illesus et triumphator exibis. Et nota qđ apostoli et martyres quosdam vincebant conuer tendo eos ad fidem: sicut fuerūt gentiles et illi ca debant a dextris ipsorum. Et alios vicerunt tem poraliter et spiritualiter.i.iudeos qui māserūt in sua obstinatione ꝛ cecitate et isti ceciderūt a sini/stris spūaliter victi et cōdēnati ad penā ppetuaꝫ Et ceciderūt etiā victi tpaliter:q2 a ppriis sedib⁹ expulsi sunt:ꝛ ciuitas eorū incēsa et regnū et sa/cerdotiū ablatuꝫ:et vna ps eorū trucidata:ꝛ alia captiuata et dispersa:et isti ponūtur sub numero millenario:eo ꝙ fuerunt pauciores ꝙ̄ gentiles. Gentiles autē cōuersi ceciderunt ab idolatria ad latus dextrum.s.ad baptismum per regeneratio nem qui quidēꝫ baptismus procedit ex latere dex tero christi ideo dicitur dextera pars ecclesie ꝛ ad hanc partem ceciderunt gentiles qui dicūtur de/cem milia eo ꝙ in decuplo fuerunt in maiori nu/mero ꝙ̄ iudei. Ecclesia ergo omnes sibi subiecit. s.iudeos ad sinistram quos in captiuitate possi/det temporaliter. Et gentiles ad dexteram quos in salubri libertate et obedientia regeneratos gu bernat. Et ideo sequitur quinta vtilitas.

De pe.d. iiij.ca. peccatū

Uerumtamen oculis tuis considera bis: et retributionē pctōꝝ videbis.

¶ O vir iuste:ꝛ retributionē peccatorū iudeorū:et infidelium videbis:marie in dei iudicio: vbi pec/catores et obstinati existentes a sinistris xp̄i mit/tentur in ignē eternū. Fideles aūt existētes a dex/tris xp̄s secū in vitam eternā deducet. Et sic iust⁹ sibi videbit retributionē pctōꝝ. Hoc idē manife/ste videmus oculis nostris tā spiritualibus ꝙ̄ cor poralibus. Nam oculis corporalibus videmus iudeos per mūdum dispersos et captiuos: sine re gno et sacedotio:et oculis mentis videmus eos cecos et maledictos et intelligentia sacre scriptu re priuatos et a bōis celestib⁹ alienos:et ad mor/tem perpetuā destinatos et hoc in retributioneꝫ mortis ꝛ passionis xp̄i.a qua sententia videmus fideles immunes et liberos. Et ideo sequitur.

xcv.di.c. ecce. Et xiij.q.i. ca.his itaqꝫ.

Quā tu es dn̄e spes mea altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: et flagel/lum non appropinquabit tabernacu lo tuo.

¶ Quā tu domine spes mea quasi dicat iustus. O domine iesu xp̄e ego sum liber a tali sententia. et vici omnes tentationes:et peccata:et deieci ma/los a dextris ꝛ sinistris: qm̄ tu es spes mea et refu gium meum:et protectus sum et munitus armis tuis.et q2 altissimum posuisti refugium et forta/litium tuum quasi a mūdanis eleuatum:ꝛ armis tue potentie munitum.ideo fui in eo saluatus et liberatus.qm̄ nullū malū culpe nec flagellū pe/ne appropinquabit ad te:et sic oēs iusti qui habi tāt tecū in tabernaculo tuo saluabuntur ꝛ libera buntur ab oī malo culpe et etiam flagello pene. ¶ Et nota etiam ꝙ ista particula potest dirigi ad quencunqꝫ virum iustuꝫ et fidelem. Unde dicit p/pheta. O vir iuste et fidelis quia tu posuisti altis simum refugium tuum.idest quia nō posuisti sp̄e tuam in rebus terrenis et infimis et corruptibi/libus:sed in rebus altissimis et celestibus: et po/suisti christum adiutorem tuum et ad eius refu/gium confugisti:ideo non accedet ad te malum culpe et flagellum persecutionis non appropin quabit tabernaculo tuo.i.ecclesie in qua taberna culum elegisti que quidem ecclesia est tabernacu lum fidelium. Unde est notandum sicut ait salua tor Matth.vij.qđ ecclesia dei est fundata supra firmam petram qui est christus in altissimis mō/tibus quia tota spes eius et fiducia est in celesti/bus vbi expectat premium. Ideo ventus nec flu/mina possunt eam psternere et persecutiones tē/porales tyrannorum non valuerunt contra eam et licet ad tempus fuerit afflicta: tamen finaliter permansit victrix tempore Constantini. Et hoc q2 altissimum posuit refugiū suum. ideo licet fla/gella appropinquauerint ad corpora.et carnes martyrum q2 eos corporaliter occiderunt: tamen non accesserunt vsqꝫ ad tabernacula.idest.vsqꝫ ad animas et conscientias eorum in quibus christ⁹ residebat q2 firmi et stabiles permanserunt in fi/de et sic victores ꝛ triumphatores extiterunt.ꝛ sic vincebant et subiecerūt reges et principes ipsi ec clesie. Et ideo licet corpora morerentur et truci/darentur: tamen tabernaculuꝫ ecclesie nunꝙ̄ fuit prostratum in persecutionibus tyrānorum et im peratorum immo in fine ipsi tyranni et impera/tores fuerunt victi ꝛ subiecti ecclesie et sic flagel/lum temporale nunꝙ̄ appropinquauit taberna/culo domini que est ecclesia non ex lapidibus ma terialibus.sed viuis et spiritualibus constructa: nec tale flagellum potuit ad animas martyrum appropinquare: que quidem anime sunt taberna culuꝫ spiritussancti:vtsic patet qđ milia deceꝫ mi/lia infidelium et paganorum ceciderūt victi a la tere ecclesie scilꝫ a dextris et a sinistris: et tamen ad eam non potuerūt appropinquare vt possent eam delere. Et ita finaliter quilibet vir iustus ar/mis christi munitus deiecit a dextris et sinistris mille et decem milia tentationum: et sic ad eum non potuerunt appropinquare: eo qđ altissimuꝫ posuit refugium suum.

ecclesia fundata sup xp̄m q est re/fugium.

Quā angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in oibus vijs tuis.

Matth. iiij.a. lu.iiij.b.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

¶ Quia promissum est auxilium temporale oibus fidelibus confidentibus in christo qui se diuino adiutorio committunt vt dictum est superius qđ arma contra diabolum sunt passio christi: et ec/clesiastica sacramenta et euangelica: quibus pro uidit christus suis fidelibus: et eos armauit con tra insidias et tentatiōes diaboli. Hic aūt ponit

angelorum custodia

quartum auxilium que est custodia angelorum quos deus tribuit fidelibus ad custodiam hominum contra pericula temporalia et etiam spiritualia. Unde secundum Hieronymum super Mat. xvi. et hm Aug. libro soliloquiorum. vnaqueque aia hz angelum a principio sue creationis et natiuitatis ad sui custodiam deputatum ratione anime et ratione corporis. Et ratio est. Nam eiusdem est facere et conseruare. Cum ergo deus promiserit diabolum homini inimicum a principio et exordio mundi: eo q habet possidere locum quem ille per casum perdidit: etiam semper diabolus conatur hoiem destruere nō solū in aīa: sed etiā in corpore. vellet enim ipsum interimere qn est in peiori statu culpe vt auferret ipsi locū pnie ꝛ sic posset ipsum precipitare vel aliud dānum ipsi inferre per ignem aut aquā: et quouis alio modo postq̄ habet potestatem super elementa cum sit vnū corpus. Item posset hominē multipliciter affligere vt deduceret ipsum ad blasphemiam vel desperationem: et maxime quia homo est subiectus multis miserijs et infirmitatibus et habet liberum arbitrium claudicatum. vt ait Augusti. ideo est ipsi necessaria custodia angelorū: vt liberet ipsum ab omnib⁹ periculis corporalibus: et etiam a tentationibus occultis et spiritualibus et ne cadat in diuersa genera vitiorum. Ideo dicit hic: continuando litteram cum superiori versu: non accedet ad te malū et flagellum nō appropiquabit tabernaculo tuo quare et quo adiutorio: respondet. quoniā angelis suis deus mandauit idest mādatum dedit eis de te. vt custodiant te in omnibus vijs tuis in hoc mundo ꝛ via: quia in patria nō erit necessaria custodia vbi nullum erit periculum: sed erunt angeli ad societatem felicitatis. A ¶ Et describit quinque pericula a quibus liberant angeli homines. Nam primo liberant hominem: ne forte offendat pedem suum ad lapidē. per pedem intelligitur pars corporea. Nā anima dicitur caput hominis q: regit corp⁹: sed corpus dicit pes anime quia cum corpore anima mouetur et operatur et exercet omnia opera: et tangit terrena ideo de⁹ dedit angelum homini vt ipsum custodiat quo ad corpus ne ledatur et offendat pedem suum scilicet corpus ad lapidem siue aliquam corporalem lesionem et damnum. Et caueat omnia genera periculorum et damnorum corporalium: que per lapidem intelliguntur. Nam si non prohiberet angelus custos diabolus posset hominē ledere. aut in aquis suffocando: aut igni comburēdo aut precipitando. Unde angelus nō solum prohibet diabolum et cohibet ei⁹ ptātē ꝯtra hoiem: sed multiplici via hoiem auisat. ꝛ cautū reddit ne i hmōi picula incidat: vt multiplici colligimus exēplo. Jō subdit in manib⁹ portabunt te ne forte offendas ad lapidem tuū. Unde nota etiam q sensualitas que dicit pes anime primo ledit et vincitur a lapide tentationis. Et exinde voluntas rationalis consentiēdo sensualitati leditur ꝛ vulneratur culpa a qua lesione preseruat et custodia angelorū. Item per lapidē pōt intelligi christus quem offendimus quotiensc̄ūq peccamus.

Angeli nos ab his periculis liberant.

Super aspidē et basiliscū ābulabis et conculcabis leonem et draconem.

de pe. d. ij. §. ecōtrario. ꝛ §. opponitur.

¶ Sed quia custodia angelorum non solum liberat a periculis carnalibus: sed etiam a periculis culpe spiritualis anime. Ideo describit hic quattuor pericula siue mala a quib⁹ anima ledit que designātur per quattuor animalia in hoc versiculo memorata: que sunt aspis. basiliscus. leo. ꝛ draco: quorum nomina gerit diabolus. ¶ Nam ipse dicitur aspis: inquantū reddit hominē surdum et cecum per peccatum. Nam ponit caudam vitiorum in aurem hominis: ne audiat voces incantātis sapientes. idest ne audiat exhortatiōes et doctrinam euangelicam. Et super oculos ne videat et ne conuertatur. Dicitur etiam basiliscus inquātum suo veneno inficit hominem in peccato. Dicitur autē leo inquātum irascit. Dicitur draco inquantū occulte insidiat. Itē d: aspis inquātū inducit ignorantiā crassam: ꝛ perpetratam. Dicitur basiliscus inquātum inducit luxuriā: et inficit cōcupiscentiam hominis et incitat ad luxuriā. Dicitur leo inquantum incit at ad iram et superbiam. Dicitur draco inquantū incitat ad auariciā ꝛ ambitionem que omnia deuorant hominem. Per oppositum autē angelus custos occulte persuadet ꝛ consulit homini: vt caueat huiusmodi peccata et resistat tentationibus diaboli. Ideo dicitur in litera: nō solum offendas ad lapidē pedē tuū cum auxilio et custodia angelorū. sed etiā super aspidem et basiliscū ambulabis et cōculcabis leonē et draconem. i. oia ista genera pctōrū ꝛ tētationū vinces ꝛ superabis cū presidio ꝛ custodia angelorum. ¶ Notandum est q totum istum ordinem tenuit diabolus qn voluit ipsum xp̄m tentare. Nam ipse fuit basiliscus inquantū ipsum voluit inficere peccato gule: q: nō ausus est ipsum tentare de luxuria: q: sciebat ipsum nō esse cōceptū in originali peccato. vn̄ inest nobis feditas libidinis: ꝛ cōcupiscentia carnis: ideo voluit ipsum tentare de gula: sicut tentauit adam. vt exinde posset inducere ad alia peccata carnis. Scdo fuit leo inquantum tentauit ipsum de vana gloria. et supbia: qn dixit: mitte te deorsum: et nō solū ibi fuit leo. sed etiam basiliscus et aspis q: voluit ipsum inficere ignorātia dispositionis heretice prauitatis qn allegauit ipsi supiorē versum. s. angelis suis deus mādauit de te ꝛc. Nā sicut induxit ignorantiā et heresim in pmis parētibus falso interptando verba dei que dixerat: q̄ hora comederitis morte moriemini. et diabolus falso interptatus est dicens nequaq̄ moriemini: sed eritis sicut dij sciētes bonū et malū. Ita pariter ipse diabol⁹ conat⁹ est puertere: ꝛ falso interpretari dictū ꝛ scripturā spiritussancti cū allegauit xp̄o istū versum. s. angelis suis ꝛc et hoc multiplr. Nā hoc nō erat dictū de capite xp̄o cū nō indigeret custodia angelorū q: erat custos eorū ꝛ dn̄s scdm cōmunē opinionē sed hoc dictum erat de homine viatore ꝛc. immo inducebat maiorem heresim et cecitatem ignorātie et venenum. Nā custodia angelorū data est homini ad cauendum ea que non sunt in potestate

Quattuor mala quibus aia leditur.

Xpi tentatio.

hominis:et maxime a nocumentis diaboli tã cor
poralibus q̃ spiritualibus:sed non ad cauendum
ea que sunt in potestate ⁊ libero arbitrio hominis:
sed seipsum occidere est in potestate hominis ⁊ in
suo libero arbitrio. Ideo tunc angelus non libe/
rat hominem a tali periculo corporali: postq̃ ho
mo possit cauere:quia angelus solum dat⁹ est ad
prohibendum extranea pericula non propria q:
iam liberum arbitrium et naturalem appetitũ es/
sendi et permanendi habet vnusquisq; ex natura.
Et sic diabolus ergo volebat decipere christum
allegando illam scripturam falso modo interpre
tando:quia deus mandauit angelis:vt custodiãt
hominem in omnibus vijs suis a periculis extra/
neis corporalibus et non a proprijs periculis:q:
iam habet liberum arbitrium et naturalem appe
titum se custodiẽdi a proprijs periculis ⁊ isto mõ
diabolus decepit heroem monachum egyptiũ qui
seipsum in puteum precipitauit vt narrat cassia
nus in collationibus patrum. ¶ Secundo est no/
tandum q̃ deus nõ solum deputauit ad custodiã
paricularium hominũ sed etiam ciuitatum et re
gnorum et cõmunitatum et totius ecclesie. et sic
non solum dedit ecclesie merita passionis xpi: et
sacramenta et legẽ euangelicã in dote vt se defen
dat a diabolo:sed etiam dedit ipsi custodiã ange
lorum vt eam defendant et liberent a tyrannis: et
inimicis et infidelibus et hereticis qui sunt mem
bra diaboli. ¶ Unde quatuor genera inimico/
rum infestarunt ⁊ infestant ecclesiã que intelligun
tur per illa quattuor aĩalia predicta. Nam prima
persecutio fuit synagoge q̃ intelligitur per aspi/
dem:conati enim sunt iudei percutere ecclesiam
cecitate et ignorantia in principio:et sic persecu/
ti sunt aplos sed Petr⁹ per angelum liberat⁹ est de
carcerib⁹ ⁊ sic angeli liberarunt aplos de manib⁹
iudeorum in prima psecutione. Scdo ĩfestauit eccle
siam leo scz ipet⁹ tyrãnorũ:sed in fine liberata est
tempore Constã. opere angelorum. Tertio ĩfestauit
ecclesiã basiliscus.i.prauitas hereticorũ que suo
veneno multos infecit et sauciauit sed multiplici
ter fuit liberata per doctores. Quarto infestabit
eã draco antixpus:et cetus hypocritarum :erit
enim antixps simul aspis ⁊ basiliscus:leo ⁊ draco
scz iude⁹ ⁊ hereticus:⁊ tyrãnus et hypocrita:⁊ sic
vastabit ecclesiã:sed nõ totalr delebit:immo mini
sterio angelorum in fine cõmittet ⁊ interficiet ⁊ ec/
clesia p̃ualebit ⁊ triũphabit. Et iõ ad hũc intelle
ctũ applicat tota littera predicta. Unde ,ppheta
apostrophat ad ecclesiã xpi dicẽs. O ecclesia q:
altissimũ posuisti refugiũ tuũ ⁊ spem tuam in xpm
ideo nõ accedet ad te malũ ⁊ flagellũ. psecutiõis
non appropinquabit tabernaculo tuo: qm̃ ange/
lis suis de⁹ mandauit de te ⁊c. Et sic super aspidẽ
⁊ basiliscũ ambulabis ⁊c.i.cum auxilio angelorũ
tu vinces ⁊ superabis malitiã iudeorũ ⁊ venenum
hereticorum ⁊ cõculcabis supbiã tyrannorũ ⁊ tue di
tioni subijcies ⁊ pculcabis iniquitatẽ antichristi ⁊
suorum sequaciũ ⁊ fautorum. q: finalr oẽs vinces : non
solũ spiritualiter sz etiã tpaliter. Nã porte inferi
nõ preualebunt aduersus ecclesiã:q: lz fluctuabit
tamẽ nũq̃ submerget nauicula petri. Nã semper

Angeli custodiunt ciuitates et regna.

Inimici ecclesie.

custodia:et ministerio angelorum liberabitur.

Quoniam in me sperauit liberabo eum : protegam eum quoniam cognouit nomen meum. xiij .q.i. ca. hys ita.

Clamauit ad me et exaudiã eum:cum ipso sum in tribulatione: eripiam eũ et glorificabo eum. xv.qõ.i. reuertimini.

Longitudine dierum replebo eũ : et ostendam illi salutare meum. xix .q.i. §.i. post mediũ.

¶ Hic propheta ex parte et in persona christi pro
mittit adimplere omnia supradicta in psalmo p̃
cedenti ⁊ in isto. ¶ Ad cuius euidentiam est aduer
tendum q̃ propheta dauid contemplando oratio
nem moysi et promissionem a deo ipsi factam pre
uidit totum mysterium incarnationis et nostre re
demptionis:et ideo fecit psalmum precedentem
in quo fecit illas quinq; petitiones. puta vt chri/
stus acceleret aduentum suum. vt fieret nostrũ re/
fugiũ. Et ne repelleret nos a suo refugio:sz libera
ret nos ab omni miseria. Et in prima parte hui⁹
psalmi inuitauit totum genus humanum et om/
nes vt confugerent ad hoc refugiũ in quo omnes
debebant saluari et ab omni miseria liberari : vt
supra ostensum est sed quia in oratione ⁊ contem
platione fuit ipsi reuelatum :et iterum cum certi/
tudine fuerunt reuelata ipsi omnia promissa que
petierat in psalmo precedenti:et que dixerat in p̃
ma parte huius:ideo in hac parte introducit chri
stum loquentem:et cum affirmatione promitten/
tem adimplere omnia que promisit moysi in illa
oratione. Exodi.xxxiij.et etiã omnia que petit da
uid in psalmo precedenti.et omnia illa que ,pmi/
sit dauid in hoc psalmo.cuiq; diuino adiutorio se
committenti. Unde dixit christus qm̃ sperauit.q.
d.ego promisi moysi q̃ ego venirem in carnem ad
liberandum genus humanum:et promisi ostende
re ipsi gloriam meam. et promisi misereri veniẽ/
tibus ad me. Et eos reponere in foramine petre.
Et promisi eis ostendere humanitatem meã. Et
oĩa ista tu dauid petijsti in psona toti⁹ corporis
mystici in psalmo precedenti ⁊ omnia ista tu pro
misisti venientibus ad me ⁊ cõmittẽtib⁹ se adiuto/
rio meo. Nã ,pmisisti eis q̃ ego obũbrarem eis sub
scapulis meis:⁊ ,ptegerẽ eos scuto ⁊ sub pennis
meis ⁊ liberarẽ a timore nocturno.⁊ a sagitta vo
lãte i die.⁊ d meridiano ⁊c. Et iõ dico tibi ⁊ ,pmit
to q̃ quicũq; posuerit spẽ suã i me ⁊ fecerit quod
tu cõsuluisti i hoc psal. dico tibi q̃ talis vir iustus
non erit deceptus immo liberabo eũ ab omni mi/
seria.qm̃ in me sperauit.i.q: se cõmisit meo adiu/
torio ⁊ refugio per spem firmã.⁊ ,ptegã eũ sub sca
pulis ⁊ alis ⁊ scuto meo ⁊ hoc q: cognouit nomen
meũ p fidẽ:qd est iesus.i.saluator. idest q: cogno/
uit ⁊ ,pfessus est me eẽ verum deum ⁊ hoiem ⁊ salua
torem ⁊ messiã in lege ,pmissum. Insup exaudiam
eum in omni petitione.eo q̃ clamauit ad me cum
deuotione ⁊ charitate. videolero cum ipso in tribu
latione q: veniam in carnem sicut ,pmisisti et eri/
piã eũ de captiuitate diaboli.⁊ oibus miserijs sa

Spes sit deo ponenda.

predictis tam corporalibus ꝙ spiritualibus: et et glorificabo eũ in die iudicij. resuscitãdo in corp⁹ gloriosuz. ꝛ sic erit liberat⁹ ab oĩ miseria corpali. s. ab oib⁹ infirmitatib⁹ et mortalitate ꝛ passibilitate. q: corpus gloriosum est liberũ ab oĩbus supradictis. et sic longitudine dierum replebo eũ. quia viuet ineternum in patria celesti eo ꝙ erit immortalis ꝛ impassibilis. et ostendam illi salutare meũ Nam per oculos corporeos videbit hũanitatem meam: et oculis mentis videbit faciliter diuinitatem. et sic erit perfecte beatus. et sic non erit frustratus desiderio suo. Nam sicut in vita sua credidit ꝛ sperauit in me et habuit fidem: spē: ꝛ charitatem: ita in patria habebit claram visionem et protectionem et fruitionem de me in quibus consistit vera felicitas. ¶ Ex supradictis potest patere cuicũꝙ diligenter cõsiderãti et speculãti ꝙ dd fecit huuc psalmũ precedentem et istum sequentẽ contẽplando orationez moysi ad promissionẽ ipsi a deo factã. Exodi. xxxiij. Nam in psalmo precedenti dauid petijt ea que fuerunt promissa in illa oratione et in vltima parte huius psalmi introducit xp̄m omnia supradicta confirmantez et adimplere promittentem. sicut in veritate xp̄us adimpleuit in suo aduẽtu per suam predicationẽ ꝛ passionem et resurrectionem et ascensionem. Et ideo nos in hac ecclesia vltra sensum propheticum cãtamus istum psalmũ quotidie moraliter in cõpletorio: quia cõtinue nos committimus adiutorio xp̄i: vt postꝙ nos redemit: velit nos liberare a tentationibus inimici: et totaliter in sua gloria collocare. et etiam in die iudicij cum suis sanctis in celo glorificare. B ¶ Ex hoc psalmo colliguntur nouem conclusiones.

Psalmi epilogatio. ¶ Prima cõclusio: ꝙ quicunꝙ habitat et commoratur in hac ecclesia militanti per gratiam sub protectione christi liberabitur a laqueo peccati et a sententia aspera data in adam a verbo ꝛ sentẽtia aspera que dabitur dãnatis in iudicio: cum dicet Item maledicti in ignem eternum.

¶ Secunda conclusio ꝙ quicunꝙ habitat in hac ecclesia sub protectione christi erit obumbratus et septus scapulis et sub alis christi. Nam christus in die passionis posuit scapulas i cruce obũbrans et protegens fideles obijciens corpus contra diabolum. sicut vacca protegit filium a tergo obijciens se contra lupum.

¶ Tertia conclusio ꝙ xp̄us ꝓtexit et liberauit fideles suos in cruce sicut gallina liberat et protegit pullos suos sub alis. Nã sicut gallina primo recipit oua aliena. Secundo viuificat ea proprio sudore et sanguine. Tertio liberat de vnguibus milui. Quarto pascit eos et dirigit in pastu. ita pariter christus recipit filios quos adam carnaliter genuit mortuos in peccato. Secundo eos in proprio sanguine viuificauit et fouit. Tertio eos de raptu diaboli liberauit. Quarto eos continue pabulo ecclesiasticorum sacramentorum. et cibo spirituali sacre scripture pascit et nutrit.

Quarta conclusio. ꝙ qui habitat in hoc diuino refugio ꝛ tabernaculo ecclesie nõ timebit a timore nocturno. id est a peccato cogitatiõis. nec a negocio tenebroso: idest a peccato proposito: et deliberato: nec a sagitta ambulante in die: idest a peccato in actu commisso: nec ab incursu et demonio meridiano: idest peccato male consuetudinis. Itẽ non timebit a peccato negligentie: nec auaricie: nec luxurie: nec superbie: que sunt arma quib⁹ diabolus sauciat hominem. Et ratio est. Nam ecclesia habet arma contraria que sunt ecclesiastica sacramenta ad destruenda et delenda omnia supradicta peccata.

¶ Quinta conclusio: ꝙ oĩes iudei et infideles cadẽt vulnerati et sauciati veneno peccati a dextris et sinistris ipsius iusti fidelis: tamen non appropinquabit iusto talis pestis.

¶ Sexta conclusio: ꝙ quia refugiũ ecclesie est fundatum super altam petrã que est xp̄us. Ideo malum culpe et pene eterne nunꝙ accedet ad virum iustum in illo refugio et tabernaculo habitantẽ.

¶ Septima conclusio: ꝙ vir iustus habitãs in tabernaculo ecclesie non solum liberatur a peccato et pena eterna per ecclesiastica sacramenta: sed etiam liberatur a periculis corporalibus et dirigitur in hac vita per custodiam angelorum.

¶ Octaua conclusio: ꝙ vir iustus habitans in hoc refugio dei conculcabit aspidem: et basiliscum: et leonem et draconem: idest vincet et superabit cecitatem luxurie: et irãm. et auariciam diaboli: quia ista vitia: nec diabolus potuerunt iusto per ista vitia nocere.

¶ Nona cõclusio: ꝙ quilibet vir iustus qui inuocauerit nomen domini Jesu: et confessus⁹ fuerit xp̄m esse saluatorem: et seruauerit legem eius: liberabitur ab omni malo: et christus proteget eũ sub alis et scapulis suis et exaudiet eũ i omni tribulatiõe et petitione: et glorificabit eum christus post hãc vitam ꝛ tandem dabit ei vitam eternam.

A ¶ Ex supradictis patet: ꝙ dauid in hoc psalmo nil aliud vult inuenire nisi oñdere quomodo ille qui habitat in adiutorio: et sub grã xp̄i commoratur sub ꝓtectione eius: ꝛ totaliter ponit spem suam in eo ille talis consequetur septez bona vel octo. Et liberabitur de septem periculis. Nã primo liberabitur de laqueo venantium demoniorũ et a verbo: et sentẽtia aspera in adã: ꝛ a verbo aspero qđ dicetur dãnatis in die iudicij. Secũdo xp̄us obumbrabit ipsum scapulis suis in cruce: ꝛ cooperiet sub pẽnis ꝛ alis suis: ꝛ viuificabit et fouebit: et nutriet: et custodiet eum sicut gallina pullos suos. Tertio circundabit et proteget eum scuto legis euangelice et ecclesiasticorum sacramentorum. Et sic non timebit a timore nocturno peccatorum ꝛ tentationum. Quarto quia mille et iudeis: et decem milia: et gentilibus ꝛ sarracenis cadent a latere eius vulnerati peccato originali et actuali: tamen ad eum non appropinquabit illa pestis. Quinto infideles multis flagellis corporalibus et spiritualib⁹ flagellabuntur: que flagella nõ appropiquabũt ad tabernaculũ ꝛ altissimũ refugiũ fideliũ. Sexto ꝙ deus dabit angelos ꝛ spiritualẽ custodiã fideliũ: vt custodiãt eum in oibus vijs eius. Septimo ꝙ oĩis fidelis ambulabit super aspidem ꝛ basiliscũ: ꝛ cõculcabit leonẽ ꝛ dra Sperãs in dño liberat a septẽ.

cōnē. Octauo ꝙ finaliter post hāc vitā xp̄s glorificabit oēs iustos in longitudinē dierū ⁊ vitā eternā. Et in his supradictis consistit tota sententia et intelligentia huius psalmi ꝓut expositus est.

xcij.di.c. s.in gl. ⁊ de ꝯsec. d.ij.c. accesserūt.



Bonum est confiteri domino: ⁊ psallere nomini tuo altissime.

Ad annūciandū mane miam tuam: et verita-tem tuam ꝑ noctem.

In decachordo psalterio: cum cantico in cythara.

¶ Titulus canticū psalm⁹ in die sabbati dr̄ ante canticū psalmus: q2 simul cātabat̄ voce hūana ⁊ instrumentis musicis. s. psalterio ⁊ cythara. addit̄ aūt in die sabbati. q2 tali die cantabat̄. sed hic nō exprimit̄ eius autor nec materia sed cōmuniter dicunt hebrei moderni ꝙ moyses fecit hūc psalmū pro bn̄ficio creationis. ideo cātabatur in die sabbati. eo ꝙ tali die quieuit de⁹ ab oī opere qḋ patrarat de quib⁹ operib⁹ fit memoria in hoc psalmo. Rabi cambi vero dicit ꝙ Adam harison fecit hunc psalmum et nō ipse fecit sed ꝙ dauid fecit ipsum in ꝑsona ipsius Adā: vt sic adaȝ loquitur in ipso psal. in persona toti⁹ posteritatis cuius cāȝ assignat. Dicit eīm ꝙ adā fuit creatus in die veneris quasi hora tertia: ⁊ peccauit hora vndecima. Et hora. xij. fuit expulsus ⁊ ad mortē cōdēnatus: et sic mansit in fletu ⁊ planctu ꝑ totā illā diē ⁊ noctem vsq3 ad dieȝ sabbati de mane: et in qua fuit ipsi remissa culpa: ⁊ ad pn̄iam receptus: ⁊ tunc incepit cōsiderare opera dn̄i. s. vniuersitatē creaturarum: et sic factus let⁹ in die sabbati: incepit canere et psallere dicens. Bonū est cōfiteri dn̄o: et psallere nomini tuo altissime. Et dicit vltra quod adam preuidit in spū totū discursum filiorū suorum vsq3 ad messiā cuius regnū debebat exaltari sicut vnicornis. et maxime ꝓsperari in multitudine filiorū. Et sic glosat istū psalmū de tp̄e messie ⁊ ꝓsperitate eius. Cuius positio l3 sit aliqualiter vera inquantū dicit ꝙ iste psalmus ⁊ oēs sequentes vsq3 ad centū loquuntur de tp̄e messie tn̄ dicit falsum ⁊ erroneum inquantū qḋ est iam preteritū expectat futurū et hoc accidit q2 nō est plātatus in domo dn̄i ꝑ baptismū et sic nō pōt florere in vera intelligētia sacre scripture vt patebit infra. Et ideo est dicendū ꝙ dauid fecit hūc psalmū sicut oēs alios in quo introducit ad loquendū hōm adā mysticū.

adā creatus i die veneris.

Etas legis seu fidei.

¶ Secunda cōclusio quod potestas iudiciaria xp̄i maxime apparebit in iudicio finali vbi retribuet vnicuiqꝫ premium sm opera sua. ij. pclo.

¶ Tertia conclusio quod lz infideles & tyranni cōtemnant diuinā puidentiā in hac vita: quia putant qꝛ deus non videat sua mala opera: tamē in die iudicij iusticia & mia dei qua expectat peccatores ad penitentiam conuertetur in iudicium cōtra malos et tyrannos. iij. pclo.

iiij. conclusio. ¶ Quarta conclusio: q̄ beatus est hō qui est eruditus in lege dn̄i: qm̄ cōtēplādo gesta sanctorū. quō antiq̄ ⁊ sc̄ti fuerūt liberati de multis persecutiōibus ⁊ p̄secutores eorū fuerūt finalr̄ puniti. Tunc iust⁹ talia cōsiderās patiēter tolerabit aduersa.

xv.q.j.c. reuertimini. Et xcv.d.ecce.⁊.xiij. q.j.c. bis ita.



Venite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro.

Preoccupemus faciē ei⁹ in cōfessione in psalmis iubilemus ei.

¶ Titulus laus cātici ipsi dauid. Iste psal. apud hebreos est oīno sine titulo. Et dicunt quidā eorum q̄ moyses fecit ipm̄. Sed q2 ap̄ls paulus ad heb.iij.⁊.iiij. allegat magnā partē hui⁹ psal. sub noīe ipsius dauid: ideo est magis credendū sibi q̄ perfidis iudeis modernis qui conātur peruertere sensum sacre scripture ⁊ auferre ab ipso dauid propheticā dignitatem de christo: et ideo nec hic nec alibi est illis fides adhibenda. Ideo est dicendum q̄ ꝓpheta dauid p̄uidēs in spiritu christū futurū verum deum ⁊ hominē ⁊ saluatorē a gentilibus recipiēdū. Ideo fecit hunc psal. in quo omnes nationes inuitat ad recipiendū christū ⁊ exhibendum sibi honores diuinos: ⁊ cultū latrie tanq̄ deo vero et redēptori: ⁊ messie in lege promisso in quo duo facit. Nā primo facit quod dictū est. Secundo specialiter vocat et inuitat iudeos ad christum audiendum: et legē euangelicā recipiendam ibi. Hodie si vocem eius audieritis. ¶ Quantum ad primum duo facit. Primo inuitat oēs nationes ad recipiendū christū cū exultatiōe ⁊ cōfessione fidei tanq̄ deum. Scd̄o inuitat eos ad cultum latrie assignando rationē. ibi. Quoniā deus magnus dn̄s et rex magnus super ⁊c. C ¶ Quantū

Christo debetur latria. ad primū est aduertendū: q̄ quia christus venit in mundū verus deus et homo: ideo debetur sibi latria: sed q2 venit ad liberandū nos a peccato et captiuitate: ideo talis latria ratione beneficiorū debet esse cum exultatione et gratiarū actiōe: quia non solum corpora: sed etiam animas liberauit: ideo talis exultatio debet esse cū exultatione laudis: et etiam in psalmis cum instrumētis musicis et totū hoc ꝓpter beneficiū redēptionis. Dicit ergo dauid. O vos oēs gentiles relinquite idola et deceptorias ⁊ execrabiles superstitiōes: et vos iudei relinquite sacrificia ⁊ cerimonias legales. Et oēs simul venite exultemus domino iesu christo in aduētu suo: et iubilemus christo dn̄o salutari nostro: scilicet iesu qui est saluator noster: quia ideo dicitur iesus: quia venit ad saluandū nos. Unde littera Hieronymi habet Venite laudemus dn̄m iubilemus petre iesu nostro. Nam pro maiori parte vbicūq̄ in scriptura reperit̄ salutare ipse trāstulit iesus ad denotādum in hoc loco q̄ causa nostre salutis venit in hunc mundū vt saluator ⁊ defensor. In quo tanq̄ immobili ⁊ infrangibili petra sumus immobiliter fundati. Et ideo sequitur preoccupemus. i. antecedamus faciem. i. aduentum eius in confessione laudis confitēdo ipsum esse verum deum: licet veniat in forma serui. Et sic in psalmis ⁊ canticis et musicis instrumentis iubilemus ei pro gratiarum actione.

Quoniā deus magnus dominus: ⁊ rex magnus super omnes deos. De pse. di.ij. accesserūt.

Quia in manu ei⁹ sunt oēs fines terre et altitudines mōtiū ipsius sunt. d.iij.c.q̄ p̄. Et. xxiij.q.v. s.

Qm̄ ipsius est mare ⁊ ip̄e fecit illud ⁊ siccā manus eius formauerunt. q̄d d'patur i bello.xcij. d.c.j.in glosa.

Venite adoremus ⁊ procedamus et ploremus ante dn̄m qui fecit nos: q2 ipse est dominus deus noster. heb.iij. b.⁊ ad heb.iiij.

Et nos populus pascue eius: ⁊ oues manus eius. b.

Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Exo.xvij. deinceps et.Nū.xxiij.⁊.xiiij.

Sicut in irritatione: secūdum diē tentationis in deserto.

Ut tentauerūt me patres vestri: probauerūt et viderunt opera mea.

¶ Hic reddit causam quare debētur sibi tales honores et quare debet̄ sibi cultus latrie. B ¶ Ad cuius intellectum est notandum: q̄ latria est quedam seruitus siue rōne cultus summi dominij: et summe potestatis ⁊ bonitatis. Sed quia christus ab eterno inquantū deus est summus et vniuersalis dominus: ⁊ ab eterno habet summam potestatem que maxime fuit ostensa in creatione: et summam bonitatem: que maxime ostēsa fuit in nostra redemptione. Et etiā christus inquantū homo accepit a patre vniuersale dominiū et iudiciariam potestatē in celo et in terra. Et inquantū deus et homo operatus est mysterium nostre redēptionis Ideo persone christi recte et debite exhibetur cultus latrie: et vera adoratio. Et hoc est q̄d dicit dauid in hac parte. Unde ait. venite exultemus ⁊c. O vos gentiles qui hucusq̄ adorastis deos ligneos: et aureos: et argenteos: et homines mortales: puta Saturnum: Iouem: et Phebum: venite adoremus dominū iesum christum: quoniam ip̄e est rex magnus et deus magnus super oēs angelos: et super oēs deos quos coluistis: quia non repellet plebem suam. quasi dicat: non repellet vos a plebe sua: quia non solum est dominus iudeorū sed etiam gentilium: quia in manu et ptāte eius sunt oēs fines ⁊ termini terre a solis ortu vsq̄ ad occasum: et ab aquilone vsq̄ ad meridiē: ⁊ oēs altitudines montiū ipsius sunt sub eius potestate: ⁊ dominio: et ipse cōspicit altissimos montes: puta caucasū ⁊ taurū ⁊ emanū: ⁊ mōtes ripheos scithie et athlantē. africe et montē lune ethiopie. q.d. licet isti mōtes sint altissimi: tn̄ altior est dn̄s ⁊ ipsis dn̄abit̄. Et quo ꝑ3 q̄ dn̄ium xp̄i est vniuersalissimū: q2 fuit extensum per oēs habitatores su- Dn̄ium xp̄i vle.

predictorũ montiũ et terminorum terre qui fuerunt subiecti dominio christi. Et ratione summi dominij debẽtur christo diuini honores et cultus latrie. Sed quia nõ solum ratione creationis et beneficij redẽptionis debet sibi latria: ideo sequitur. Quoniam ipsius est mare: et ipse fecit: et creauit illud: et aridã siue siccã terram fundauerunt manus eius. Et ponitur ibi proprietas pro substãtia: eo quod terra est naturaliter sicca: sicut aqua frigida et aer humidus et ignis calidus. Ergo propter supradictas rõnes quia xps est vniuersalis dñs terre et maris: ergo venite adoremus et procidamus ante deum. Et similiter: quia ipse est dñs deus noster: et nos sumus populus eius: et oues pascue eius: et per cõñs ipse est pastor noster qui pascit nos i pascua sacramẽtorum ecclesiasticorũ que traxerũt virtutẽ ex morte et passione sua: et sanguine ex latere effuso: et per cõñs ipse est saluator et redẽptor noster. Et sic ipse est deus et vniuersalis dñs: et creator omniũ et redemptor et saluator et pastor noster: ideo propter omnia ista venite omnes nationes et cõditiones hominũ: et adoremus ipsum iesum christũ: et procidamus ante eum: quia talis adoratio cum prouidentia debetur ei propter rõnes supradictas: quasi dicat. non dubitetis adorare istum christũ. Nam licet appareat in carne humana: tamẽ ipse est verus deus et dominus omniũ: qui creauit om̃ia et cetera.

¶ Hodie si vocem eius et cetera. Hec est secũda pars in qua specialiter inuitat iudeos ad recipiendũ messiam christum eis promissum. Unde est aduertendum sicut legitur Deutero. xviij. quod iudei desiderabãt intelligere legem et cerimonias quas deus precipiebat in lege: quia per moysem hoc non potuerunt intelligere: et desiderabãt videre deum facialiter: vt p3 exo. xxxiij. Sed deus promisit moysi di. posteriora mea videbis et cetera. Et. c. xiij. prophetã suscitabo de medio fratrũ tuorum similẽ tibi et ponam verba mea in ore eius. loqueturque ad eos quecunque dixero tibi: et qui eum nõ audierit vltor existat. In quibus verbis quattuor promisit deus. Primo quod iste propheta a deo mittẽdus erat futurus verus homo de populo israel: scilicet de iuda. Secundo quod deus pater poneret verba sua in ore eius in quo demõstratur naturalis et consubstãtialis processio filij a patre: et sic iste propheta nõ erat homo: sed etiam deus. Tertio quod erat declaraturus legem et cerimonias: et locuturus populo ex parte dei patris secundum voluntatẽ eius. Quarto quod iudei rebelles et nõ audientes christũ iustum prophetã erant puniendi terribili vltione et vindicta: Dauid ergo introducit hic deum patrẽ ad iudeos loquẽtem et dicentem. O iudei qui hucusque fuistis in nocte ignorãtie sub lege et cerimonijs: et in tenebris peccatorum: si proquãdo hodie: scilicet tẽpore gratie: quia iam nox precessit: et dies appropinquabit: audieritis vocem et deprecationẽ eius: scilicet ipsius prophete xpi in lege promissi in cuius ore pater posuit verba sua: nolite obdurare corda vestra sicut obdurastis corda vestra in exacerbatione: quando exacerbastis et irritastis me ad iram in deserto secundum diẽ tentationis quando misit moyses exploratores ad terram promissionis: et vos pariter voluistis reuerti in egyptũ: nõ considerãtes de meis promissis et dubitãtes de mea potentia: quod non possem idolatras delere: et vos introducere imunes: in quo loco tentauerũt me patres vestri: vbi et ad iquas contradictiões probauerũt: et viderũt opa mea: puta miracula q̃ ibi feci et punitiões: vt p3 numeri. xiiij.

(Margin: Quattuor de xpo messia.)

Quadraginta annis offensus fui generationi illi: et dixi semper hi errant corde. (Margin: vt p3 in Exodo et nu. xiiij)

Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea: si introibunt in requiem meam.

¶ Quadragita annis primus populus fui generationi illi et semper fui offensus ab eis: et displicuit mihi generatio illa et rebellis fuit et incredula. Et tũc videns obstinationẽ illorũ dixi et statui et decreui: quia isti filij israel nõ cognouerũt vias meas: nec crediderunt: ideo iuraui in ira mea: quod nõ introibunt in requiem meã. q. d. sicut illi propter duriciam et incredulitatẽ eorũ nõ introierunt in terrã promissiõis sed vagantes per desertũ mortui sunt: et eorum cadauera ibi sepulta. Ita pariter iudei increduli q̃ messiam nõ sunt recepturi: nec voluerũt audire vocem euangelicã: nunquam intrabũt in requiẽ meam celestẽ: sed dispersi per mundũ vagabuntur: et eorum anime in inferno sepeliẽtur. Ex quo p3 secundum apostolum ad heb. iiij. quod dauid fecit hunc psal. inuitãs ad recipiendum xpm: et audiendũ eius vocem euãgelicã: vt ingrediamur in requiẽ dñi: scilicet in hanc ecclesiam per gratiã et baptismũ et cetera sacramenta et in aliã ecclesiam per gloriã: quia non est dicendũ quod dauid exhortetur iudeos ad audiendã legem moysi quã iam per xl. annos ante audierant: nec inuitat eos ad ingrediẽdum terrã promissionis in qua per totidem annos habitant ante illum diem: sed vocat omnes et inuitat ad adorandũ et recipiendum christum in hoc die gratie: et ad ingrediendũ ecclesiã et veram requiem hic per gratiam et in futuro per gloriam probat autem dauid quod christo debetur latria primo quia deus et dñs vniuersalis. secundo quia creator: et tertio: quia saluator et redẽptor. Et ideo in prima parte vocat oẽs ad latriã xpi. In secunda vero parte vocat et instat omnes ad audiendam et recipiendam legem euangelicã: et vt ingrediantur ecclesiã xpi et requiẽ eius: et hoc sub cõminatiõe priuatiõis hereditatis eterne.

¶ Ad maiorẽ aũt itelligentiã huius psal. est aduertendum quod dauid in hoc psal. aperit nobis vnã propositionẽ de vet. test. et infert vnã conclusionẽ et cantat vnam chordã de psalterio euangelico. propositio aũt est ista. Nã legitur nu. xiij. et xiiij. quod moyses ex precepto dei misit. xij. exploratores qui cõsiderauerũt totã terrã in qua viderũt ciuitates fortissimas et hoies ferocissimos: sed erat intantũ fertilis: quod inde asportauerit magnũ botrũ cũ palmite et auulsit de vite: q̃ quidẽ exploratores reuersi narrarũt populo ea que viderãt dicẽtes. terra fertilis est fluens lacte et melle et copia fructuũ: sicut ex his fructibus cognosci põt: sed h3 ciuitates grãdes atque muratas: vnde Caleph et iosue dixerunt

(Margin: propositio notãda.)

ascendamus et possideamus terram quoniam poterimus obtinere eam. oēs autē alij exploratores dixerunt nequaquam adhunc populum valemus ascendere. qz fortior nobis est qz terra devorat habitatores suos qz vidimus gigantes in ea 7c. quibus auditis populus voluit lapidare moysem et constituere alium ducem et reverti in egyptum. nisi preter caleph et iosue qui obstiterūt eis. vnde tūc deus voluit totaliter delere illum populum nisi ꝑpter preces moysi. Et tunc deus puniuit eos in tantum qđ nullus illius populi ingressus est terrā promissam. sed. xl. annis vagati sunt per desertuz oēs mortui ibi. 7 cadavera eorum ibi sepulta preter caleph et iosue qui fuerant deo obediētes ideo ipsi soli cum filijs illorum rebellium ingressi sunt terram promissionis: in quo mysterio previdit david in spiritu electionem gentilium et reprobationem iudeorum ꝑpter rebellionez factā contra xp̄m. Nam sicut oēs illi. xij. electi ex oībus tribubus cōsiderarūt terrā promissam: tamē solꝰ caleph et iosue laudaverunt et voluerunt ascēdere in eam. Per qđ figurabatur ꝙ oēs tribus israel audierunt christū predicantem suam legem euangelicam qz in hierusalem et galilea habitabant de omnibus tribubus. sed maiori parti eorum visa est lex euangelica difficilis eo qđ prohibet omnē avariciā et superbiā et oīa vitia 7 precipit omnem virtutem. Et ideo noluerunt obedire christo qz erat contrarius operibus eorum immo crucifixerunt et persecuti sunt eum: sed soli apostoli 7 discipuli et quidā de pharisieis et nobilibus et popularibus obedierunt xp̄o et euāgelio 7 ideo xp̄s expulit omnes rebelles iudeos. Et privavit eos terra viventium in lege promissa ad quā soli apostoli et discipuli cum ceteris ad fidem christi conversi sunt igressi. Unde christꝰ expectavit iudeos xl. annis. sed qz manserunt obdurati et obstinati in sua nequitia et cecitate. Ideo misit deus tytum cum exercitu romanorum qui civitatem et populū cōbussit et evertit: et eos trucidavit et captivavit et dispersit. Et sic duplici morte puniuit eos. scz corporali et eterna et duplici exilio. scz ab illa terra mundana et a terra viuētium: quia nunquam intrabunt in illam requiem domini. Hanc propositionem aperit nobis david et hanc conclusionē et chordam euangelicam cantat in hoc psalmo. Dicit ergo deus per os david cōminādo iudeis rebellibus christo. O si et quando audieritis vocem dei incarnati. s. vocem euangelicam: nolite obdurare corda vestra sicut obduraverūt patres vestri corda sua quando tentaverūt me in deserto volentes retrocedere in egyptum 7c. Quos expectavi quadraginta annis. sed quia manserunt in sua malicia et obduratione. Ideo iuravi in ira mea qđ sicut ipsi non intraverunt terram promissam: ita vos nunquam intrabitis in requiem meā nisi obedieritis voci euāgelice. Quasi dicat. sicut expectavi patres vestros. xl. annis in deserto: vt cōverterentur a sua duricia. Ita expectabo vos. xl. ānis post passionem meā. sed quia manebitis in vestra duricia et obstinatione sicut patres vestri. Ideo sicut illi fuerunt omnes prostrati in deserto et nunquam intrarunt terrā promissam. Ita vos cū civitate vestra eritis prostrati et dissipati et nūquam intrabitis in requiem meam celestem: sed peribitis in corpore et anima. A ¶ Sed contra intētum nostre expositionis in hoc psal. arguunt quidam moderni iudei dicentes ꝙ non veniunt contra intētum prophete in hoc psalmo. Nam deus cōminatur in hoc psal. illis qui nō sequentur nec audient vocem regis messie in suo adventu quos non introducet in terram promissionis: quaz possederunt antiqui patres sed solum rex messias introducet eos qui obedient. sed quia christus non fuit verus messias: ideo nō audierunt eū: sed sunt parati audire messiam quem expectāt qui est edificaturus novam hierusalē 7 congregaturus omnes filios israel ex omnibus partibus mundi. ꝙ autem iesus christus nō fuit verus messias: probatur quia non vocavit eos ad illam terram: nec retinuit eam pro se nec pro suis: cum fuerit in ea crucifixus ideo nō potuit illam terram dare filijs israel sicut dicūt omnes prophete. in hac ergo cecitate perseverant hodie moderni. Sed quantuz decipiat eos ista vana cupiditas rerum temporalium dictum est in precedentibus. B Sed ad detegendam eorum falsam intelligentiam et vanam spem ponitur pro conclusione qđ illa terra chanaā in qua est sita hierusalem terrena nō fuit sanctis patribus a deo promissa in precisum premium pro lege servāda: nec expectabant eam patriarche et prophete tanquam requiem et terminum vltimatum. Hec cōclusio multipliciter probatur. Primo sic. Nam si deus promisisset et dedisset illam terram iudeis in precisum premium pro lege observanda: sequeretur ꝙ deus esset iniustus aut superstitio et cultus idolorum fuisset nobilior quam lex divina. Nā terra quam possidebant gentiles scilz damascus et babylonia et egyptus: et optima regio indorum absqz proportione fuerūt semper fertiliores et ditiores quam terra chanaā que est sterilis et inaquosa et misera: frequenter patiens famez et inediam: vt patet per totum discursum patriarcharum in lib. Gene. Nam propter famē et inediam compulsi sunt fugere Abraam ysaac et Iacob cum suis filijs ab illa terra in egyptum. Ex quo patet quod meliorem terram possederūt semper gentiles et idolatre et per consequēs deꝰ non promisit illam terram in premium observantie legis: quia nobiliori legi nobilius debetur premium. Item hoc idem patet autoritate. Nam si illam terram promisisset deus in precisum premium suis cultoribus non privasset moysem famulum suum ingressu illius terre. Nam multi scelerati ingressi sunt cum iosue in illam terram 7 tamen moyses non permissus fuit introire. qui magis servavit precepta dei quam aliquis aliorum. Itē david tanquam rex et dominus possidebat illam terram: sed tamen contēnens illam aliam desiderabat cum dicebat: satiabor cum apparuerit gloria tua. ps. xvi. Item psal. lxxxiij. elegi abiectus esse in domo dei mei magis: quam habitare in tabernaculis peccatorum. Item psal. cxix. heu mihi quia incolatus meus prolōgatus. 7c. Itez psal. cxli. por-

Not. de pmissione terre chanaā. 7c.

tio mea in terra viuentium. Item Salomō rex erat in hierusalem potentissimus ꝛc. et tamen dicit ꝙ hierusalem illa terrena cū omnibus regnis mūdi sunt quedam vanitates vt pꝫ ecclesiastes .j.c. et per totum: immo concludit in fine illius libelli quod omnia ista sunt vana nec est alia beatitudo in hoc mundo nisi seruare mandata eo ꝙ debemus apparere in fine vite ante deum iudicem ꝛ premiatorem ꝛc. ergo sancti patres non expectabant messiam propter possessionem illius terre misere. Hoc idem affirmat Rabi moyses abenmaymō in lib. iudicium in sententijs regum. vbi ait: quod non desiderarunt prophete et sapiētes tempus messie vt dominarentur superiorhem: nec vt haberent potestatem in gentibus: nec ad comedendum et bibendum: nec ad delicias et voluptates: sed vt vacarent in lege ꝛ sapiētia. vt esset eis fas habere vitam seculi futuri sicut declarauimꝰ in sententijs de penitentia. vnde in illo tempore omnes diuitie reputabuntur tanꝙ terra. Et non erit occupatio in israel nisi ad sciendum dominū Ideo erunt sapientes magni et scient verba clausa et obscura et attingent scientiā sui creatoris. vt dicitur Esa. xj. q: tunc erit terra plena scientia domini ꝛc. Ex dictis ergo huius magni magistri reputati apud iudeos patꝫ qualiter rex messias nō est daturus iudeis in suo aduentu illam terrā hierusalem nec alia mūdana: sed scientiam verā et intelligentiam legis vt per illam consequerentur vitam venturi seculi quod totum fuit impletum per christū in apostolis et doctoribus et omnibus fidelibus suis. propter hanc ergo requiem eternam in celo consequendam exhortatur dauid in hoc psalmo omnes gentiles et iudeos vt recipiant christum in suo aduentu: et audiant vocem eius euangelicā. Et priuationem huius requiei et beatitudinis cōminatur iudeis rebellibus et contemnentibus vocem christi cum dicit. hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra sicut ꝛc. Et per hoc patet responsio ad vnum argumentum iudeorum: ꝛ vanam spem et intelligentiam eorum sed hoc latius patebit in tractatu finali cōtra iudeos. Ex quibus patet quod dauid in hoc psalmo predicit electionem gentiliū qui ad christum colendum et adorandū venerūt et vocem euāgelicam audierunt et predicit reprobationem iudeorum qui xp̄m negauerūt.

j. parte xvj. ca p. xciij. dis. c. j. i glo. ꝛ. xv. q. j. ꝛ. c. reuertimini. Supra. xlvij. Et eccle. xliij. Et. xxvj. q. ij. c. ꝙ fine.



Cantate dn̄o canticum nouum: cantate domino omnis terra.

Cantate domino et benedicite nomini eius: annūciate de die in diē salutare eius.

Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.

Qm̄ oēs dij gentium demonia: dominus autem celos fecit.

¶ Titulus psalmi dauid quando domus edificabatur post captiuitatem. Iste psalmus apud hebreos est omnino sine titulo. sed dicūt hebrei moderni ꝙ moyses fecit istum psalmum pro gratiarum actione de reedificatione templi reedificati post captiuitatem babylonie. quā preuidit moyses in spiritu. sed isti manifeste mentiuntur. Nam legitur secundo paralipome. vij. ca. ꝙ in dedicatione templi sacerdotes stabant in officijs suis. ꝛ leuite in organis carminū que fecit dauid rex ad laudandum dominum quoniam bonus: quoniā in eternū misericordia eiꝰ hymnos dō canētes ꝑ manus suas. Ex quo patet ꝙ dauid fecit omnes psalmos qui incipiunt. Confitemini vel. Cantate. vel Laudate ꝛc. Itē manifeste patet quod iste psalmus totus cantatus est cum psalmo centesimoquarto. et centesimoquinto. quando dauid introduxit archam in hierusalem. vt patet. j. Paralipomenon. xv. Ex quo pꝫ ꝙ iste psalmus specialiter factus est ad laudandum deū in templo ab ipso dauid. D ¶ Sed maiorem euidentiam huius psalmi et omnium subsequentium et etiā precedentium est aduertendum ꝙ sicut tota lex euangelica dicitur psalterium decem chordarū eo ꝙ continet decem mysteria de christo et ecclesia que sunt decem articuli humanitatis christi: prout sepe dictū est: ita pariter lex euangelica dicitur canticum nouum in toto isto libro psalmorum: eo ꝙ lex euāgelica continet et cantat noua mysteria de christo et tota ecclesia. qui sunt omnes articuli fidei et omnia gesta christi: et omnia consilia ꝛ precepta. Unde sicut tota lex moysi dicitur continēs sexcēta tredecim precepta veteris legis īter moralia et iudicialia et cerimonialia. Ita lex euangelica dicitur canticū nouum. eo ꝙ relicta vetustate litere cantat noua mysteria de christo et ecclesia figurata per illa antiqua mysteria veteris legis. Lex euāgelica dr̄ canticum nouum. ¶ Unde relicta vetustate et renouati per christū et ambulantes in nouitate spiritus iam cantamus in ecclesia et lege euangelica mysterium trinitatis diuinarum personarum. et mysteriorum incarnationis et predicationis christi. et opera miraculorum eius et mysterium mortis. et passionis et liberationem fidelium veteris testamenti per descensum christi ad inferos. Et cantamus et celebramus iugiter ecclesiastica septem sacramenta. in quibus continetur virtus ipsius passionis christi et precium eius. Item cantamus christi resurrectionem et ascensionem et spiritussancti missionem. et gentilium in vnam ecclesiam vocationem: et iudeorum reprobationem: et vltimi iudicij examinationem: et bonorum et malorum retributionem. Hoc est ergo canticum nouū, euāgelicum qōmodo iugiter cantat realiter ecclesia: qđ dauid frequēter ꝑphetice cōmemorat in psal-

mis. Nā sicut dō per cytharā intelligit mysteriuz trinitatis et p psalteriū decez chordarū intelligit decē articulos humanitatis xpi. Ita p cāticū nouuz itelligit oia [illegible] ɔsilia et gesta et miracula euāgelica ⁊ oia septē ecclīastica sacra et oēs articulos fidei tā diuinitatis ꝙ hūanitatis. Uñ sicut nos cātam⁹ hoc cāticū realr̄ et euangelice. Ita dō cātat ipm in toto libro psalmoꝝ figuralr̄ et ꝓphetice. Jō in hoc psal. apostrophādo inuitat oēs gētes et natiōes mūdi vt veniāt ad cātādū hoc cāticum nouuz euangelicuz xpo in aduentu suo. Tria ergo principaliter facit dauid in hoc psalmo. Nā primo inuitat omnes gentes et nationes ad cantandum omnipotentiam et excellentiaz et mirabilia opera que fecit xps in suo aduentu. Secundo inuitat omnes ad cantanduz et exhibēdū xpo cultum vere latrie secundum morem euangelicum. Tertio inuitat omnes ad cantādum et predicādū regiam et iudiciariam potestatem xpi quam accepit in sua resurrectione et ascensiōe ex merito sue passionis. Et per ɔñs inuitat omnes vt recipiant xpm tanꝗ messiam et saluatorem et legislatorem. Secunda ibi Confessio ⁊ pulchritudo. Tertia ibi Commoueatur a facie eius. Quantum ergo ad p̄mum dicit. O vos iudei quibus primo facta est p̄missio de xpo cantate ipsi domino iesu xpo cāticū nouuz et nolite iam cantare canticum antiquum ipsi⁹ moysi: qꝛ iā pfecit cursuz ⁊ offm̄ suū i aduētu xpi. Ergo cantate xpo canticum nouum ⁊ euangelicuz profitendo ⁊ obseruando omnia que in lege euangelica continentur. Que sunt obseruātia preceptorum et cōsilioꝝ et fides articulorum ⁊ grā ⁊ sanctificatio sacramentorum et firma spes futuroruz bonorum. Et vos omnis terra scilz omnes habitatores terre scilz greci et latini et omnes barbare nationes scilz indi. et scythe ⁊ ethiopes. Cantate hoc supradictū canticum euāgelicū cuz omnibus partibus et conditionibus. Et omnes simul cantate domino xpo: et benedicite nomini eius qḋ est iesus quia nō est aliud nomen sub celo in quo nos oporteat saluos fieri: et quia nomen domini est iesus id est saluator in quo totus mundus debet saluari ideo annunciate de die in diem. i. continue et assidue et omni tempore salutare eius: et predicate hoc nomen iesus vbiꝗ et semper id est annūciando eius redemptionez ⁊ saluationē quā iesus xps operatus est in mundo per mortem et passionē. Et vos apostoli et discipuli annunciate inter gentes. s. inter gentiles gloriā eius id est gloriā quaz acquisiuit et ostendit in sua resurrectione ⁊ ascensione. Et annūciate omnibus populis mirabilia eius que operatus est infirmos sanando ⁊ mortuos suscitando. Et predicate euangeliuz oī creature sicut precepit vobis Marci vltimo. Et ostēdite potestatem in miraculis faciendis quam xps vobis contulit in sua ascensione vt patet ibidem. Quasi dicat non solum annūciate et predicate miracula que fecit christus ante suam passionem ⁊ ascensionem. Sed etiam vos facite signa ⁊ miracula in nomine eius in populo gentili ⁊ iudaico. sicut patet per totum discursum actuum apostolorum et per historias eoꝝ ⁊ alioꝝ sanctorū. Et sic nō solum dictis et p̄dicationib⁹ sꝫ etiā signis ⁊ miraculis ostēdite qm̄ ⁊ qūo dñs iesus xps est de⁹ ⁊ magn⁹ dñs et rex magn⁹. Et nimis ⁊ valde laudabilis et terribilis sup oēs deos gentiū. Et qūo soli xpo debet laus et honor et cult⁹ latrie tāꝗ vero deo. Nā ipse est terribilis sup oēs deos gentiū qḋ probat. Nāꝫ ipse eiecit eos de corporib⁹ obsessis. Item xps est terribilis super omnes deos gentiū. Nam oēs dij gētiū sunt demonia immūda. Dñs aūt iesus xps est domin⁹ magnus quod probat. Nā ipse fecit celos ⁊ omnia in eis et sub eis contenta: et iō iesus xps intantū est magnus et terribilis super omnes demōes ꝙ primo eiecit eos d celo. Scd̄o eiecit eos de corporib⁹ obsessis. Tertio eiecit eos foras de mūdo ⁊ pplo gentili: et alligauit eos in inferno: ⁊ quotidie eijcit eos de animabus hominum per ecclesiastica sacramenta. Ex quo patet ꝙ solus xps est laudabilis: et sibi debetur honor latrie ⁊ nō demonibus cum sit creator et redemptor mundi et triumphator contra diabolum et oēs demones.

Paupa (marginal note)

Materia huius psalmi. (marginal note)

Confessio et pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia ⁊ magnificentia in sanctificatione eius. — xxxiij. q. v. ita ne.

Afferte domino patrie gētiuz: afferte domino gloriam et honorem: afferte domino gloriam nomini eius. — Supra. xxviij. / xcij. d. c. i. in glo.

Tollite hostias: et introite in atria ei⁹ adorate dn̄m in atrio sancto eius.

¶ Hec est scd̄a pars in qua dauid inuitat oēs ad exhibendum latriam ipsi xpo in suo aduentu. B

¶ Que quidem latria consistit in tribus scz in confessione fidei et laudis cum mundicia cordis et in oblatione: et adoratione: vt plures dictum est. Dicit ergo dauid. postꝗ ita est ꝙ christus est magnus dominus et de⁹ q̄ fecit celos: et est terribilis super oēs deos gentiū qui non sunt dij nisi demonia: quos xps eiecit de celo: et de corporibus obsessis: ⁊ de aīabus et idolis gentiuz: ergo soli xpo debetur latria: ⁊ nō idolis gētiū: in quibus habitant demōes. Exhibeat ergo xpo prima pars latrie que dicitur confessio et plenitudo ⁊ sanctimonia ⁊ magnificentia. Unde triplex est confessio. s. cōfessio petōꝝ ⁊ fidei ⁊ laudis. Una presupponit aliā. Nā cōfessio laudis nō est acceptabilis in cōspectu dei sine confessione vere fidei oīm articulorum. Nec cōfessio fidei sine cōfessione petōrum: ⁊ mūdicia cordis: vt talis sit in charitate. Qꝛ nō est speciosa ⁊ acceptabilis laus in ore petōris. Et iō opꝫ ꝙ sit cōfessio in ore: ⁊ pulchritudo ⁊ mūdicia in corde ipsius cultoris dei in conspectu xpi. Itez oportet ꝙ sit ibi sanctimōia: id est ꝙ tales laudes et honores sint res sacre et ad diuina applicate et non sint obscene sicut laudes turpes: quas gentiles exhibebant dee veste et bacho et priapo. ⁊c. Item oportet quod sit magnificentia. i. quod narrentur et predicentur opera magnifica in tali latria et in tali sanctificatione ⁊ cultu xpi. Quasi dicat qḋ talis cultus fiat cum confessione

Latria in trib⁹ cōsistit. (marginal note)

peccatorum: et fidei et laudis et cũ pulchritudine et mundicia cordis. Et q narrentur opa que pertinent ad diuinitatẽ et sanctimoniam et magnificentiam et omnipotẽtiã xp̃i. Et talis cultus est exhibẽdus in cõspectu eius q̃ est p̃ma pars latrie in cõspectu xp̃i exhibende. ¶ Possunt etiã iste tres condi tiones memorari ad differentiaz vete. te. Naz illa tria non fiebãt cũ tali cõfessione interiori et exte/ riori. Nec cuz tãta mundicia ex parte offerentis et oblati. Quia ibi offerebantur animalia bruta: hic aũt offertur sacrificiuz purũ et mundũ: de se bonũ et acceptabile. Et sic latria nostra fit cum maiori sanctimonia et magnificentia: q offert xp̃s deus et homo agnus sine macula et immortalis. Et iõ subdit. afferte domino iesu xp̃o gloriã et honorez.

Differẽtia la/ trie et ce/ tera.

O vos omnes patrie et regna gentiuz cãtate iam eius gloriam et resurrectionem et ascensionez. Et afferte gloriaz et claritatem nomini eius quod est iesus id est predicate hoc nomen iesus et virtutem eius p oĩa regna mundi. Quia hec est prima pars latrie xp̃i. Deinde tollite hostias et introite in atria eius: introite in templa et ecclesias eius: et ibi tol lite et offerte hostias scilicet sacrificium eucharĩ/ stie quod ponitur in plurali eo q offertur corpus de per se: et sanguis de per se ad explicationẽ paf sionis xp̃i in qua sanguis fuit effusus a corpore. Nã in hostia est corp⁹ ex vi cõsecratiõis: et sanguis per concomitãtiã et in calice ecõuerso. Sed hoc fit ad explicandũ passionẽ xp̃i. Itez ponit ly hostias in plurali: ad denotandum q lz sit vnũ soluz sacri ficium tamen offert in diuersis et multis ecclesijs diffusis per totũ orbẽ. Sed q in oĩbus ecclesijs et altarib⁹ nõ offert nisi vnuz et idẽ xp̃s de⁹ et homo ideo subdit. Adorate dñm in atrio sancto eius. Et sic memorat omnes partes latrie scilicet confessio nem et oblationez et adorationẽ. Deinde cũ dicit.

xv. q. i. c. reuertimini. de celeb. missa. c. in qua dam.

Commoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia domi/ nus regnauit.

Etenim correxit orbem terre qui non cõmouebitur: iudicabit populos in equitate.

Inuitat oẽs ad cãtandũ xp̃i regiã dignitatẽ et iu diciariã potestatẽ. Sz q regiã dignitatẽ et vniuer sale dominiũ et iudiciariã potestatẽ adeptus est p meritũ sue passionis ad Phil. ij. q humiliauit se metipsum factus obediens patri vsq ad mortem crucis: ideo dicit dauid. Commoueatur vniuersa terra a facie eius q vniuersa terra tremuit et fuit commota in xp̃i passiõe. Et velũ tẽpli scissuz est a summo vsq ad deorsuz et petre scisse sunt et monu menta aperta sunt: et facte sunt tenebre per vniuer sam terram &c. Vñ dicit dionysi⁹ ariopagita. aut deus nature patitur: aut tota machina mundi de/ struet. Ex quo p3 q xp̃s tũc se ostẽdit vniuersalez deum et dñm mundi in cruce: ideo dicit. Dicite in gentibus. i. predicate et annunciate inter gentes q dñs iesus xp̃s regnauit: et adeptus est regnum super vniuersas creaturas. Littera aũt origenis et Hylarij: et Ambrosij: et Augustini: et Cassiodori h3

xp̃s se ostendit dñm in cruce.

Dicite in gentib⁹ q dñs regnauit a ligno. i. a cru ce. Et ideo ambrosius secut⁹ litterã origenis dicit in hymno passionis. Impleta sunt: que concinit dauid fidelis carmine. Dicẽs in nationib⁹ regna uit a ligno de⁹. Ubi asserit dauid fecisse hũc psal/ mũ: et ptulisse hanc particulã scz a ligno. Sed bea tus Hierony. nõ trãstulit: eo q in littera hebraica pũctuata nõ reperit. Uel quia defectu scriptoris non repperit in exemplari greco ipsorũ. lxx. Et iõ translatio et exemplar origenis: et aliorũ est ma gis cõforme fidei nostre. Est ergo sentẽtia ista vni uersa terra cõmoueatur a facie eius. Non soluz in natiuitate et miraculorũ operatiõe sed in sua paf sione et in descensu ad inferos: et in resurrectione Quia terremotus factus est magnus: et angelus descẽdit de celo: et reuoluit lapidẽ &c. Et ideo vos apostoli et omnes fideles dicite et predicate in gẽ tibus. quia domin⁹ regnauit a ligno crucis. Quia ibi confregit gladiũ et scutum et arcũ diaboli. Et meruit liberare genus humanũ: et obtinuit regnũ super omnes creaturas. Matth. vlti. et mar. vlti. Item ibidem accepit vniuersalẽ potestatẽ iudicia riam. Etenĩ. i. ideo correxit totũ orbez terre: idola cõterendo: et legẽ euangelicã ferendo. Et sic corri get populũ gentilẽ et mũdabit ipsum ab idolatria qui quidem orbis nõ cõmouebitur a fide catholi ca vsq ad iudiciũ duratura.

Letentur celi et exultet terra: cõmoue atur mare et plenitudo ei⁹: gaudebũt campi et omnia que in eis sunt.

Tũc exultabũt oĩa ligna syluarũ a fa cie dñi quia venit: quoniã venit iudi care terram.

Iudicabit orbem terre in equitate: et populos in veritate sua.

xcij. d. xc. i. in glo. Luc. ij. et de cõse. d. i. c. no cte. et. ca. de hym nis. i. fra xcviij.

¶ Hic inuitat celũ et terrã et oĩa que in eis conten ta sunt vt letentur in aduentu christi: sicut fuit im/ pletũ in eius natiuitate. Quia noua stella appa/ ruit in celo que duxit magos ad christũ adorandũ Et angeli cantarũt. Gloria in excelsis deo &c. Itẽ terra fuit letata: q per omnes partes mundi da ta sunt signa regis pacis nati. Et mare cũ pleni/ tudine eius fuit motũ: q in oib⁹ insulis maris da ta et facta sunt signa: vt sepius dictuz est. Dicit ḡ dd. Letent celi. i. oẽs angeli celestes: et exultet ter/ ra. i. oẽs habitatores terre: et moueat mare. i. oẽs insule marine: et plenitudo ei⁹. i. oẽs habitatores eius. Et gaudebũt cãpi. i. pastores in campis et fil uis greges pascẽtes. Quia pastores venerunt ad xp̃m adorandũ tunc. i. in aduẽtu eius qñ ingredie tur in hierusalẽ in die ramispalmarũ exultabunt omnia ligna siluarũ a facie dñi: q veniet ad pa/ tiendũ et liberandũ genus humanũ: q tunc pueri cedent ramos oliuarũ et palmarũ de arboribus et sternent in via ante pedes xp̃i. Et exultabũt etiaz quãdo veniet iudicare terrã. i. ad iudicãdũ mũdũ iudicio discretiõis: separãdo fideles ab infidelib⁹ per obseruantiã legis euãgelice. Et hoc erit i pri

mo aduentu. Et iudicabit ĩt orbẽ terre in eq̃tate et pplos in veritate sua in scdo aduẽtu: q2 nõ erit acceptator psonarũ. Q2 sicut in p2io aduentu dedit legẽ euãgelicã equã et rectã. Ita in scdo aduẽtu iudicabit orbẽ terre in eq̃tate ⁊ pplos in veritate sua. i. sm eq̃tatẽ et veritatẽ euãgelicã. Q2 bõis dabit p2emiũ et vitã eternã: ⁊ malis penã eternã. Ex supradictis pꝫ qđ dauid in hoc psal. canit cãticũ nouum euãgelicũ ,pphetic qđ nos canimus et ,pfitemur euangelice. Et principaliter canit futurã xp̃i omnipotentiã et verã latriam sibi debitã et eius regiam dignitatem et vniuersalem iurisditionem quam acquisiuit in sua resurrectione et ascensione p merita sue passiõis in ligno crucis.

Job.vi.



Mar.xvi.

Mar.xiiij.

Lu.xxiij.

de pe. di. iij. capi. adhuc. xx. q. i. c. multi. in glosa.

Domin⁹ regnauit exultet terra: letentur insule multe.

Nubes et caligo in circuitu eius: iusticia ⁊ iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum precedet: et inflãmabit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et cõmota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie dñi: a facie domini omnis terra.

Annunciauerũt celi iusticiã eius et viderunt oẽs populi gloriã eius.

¶ Huic psalmo preponit̃ talis titulus. psalmus dauid qñ terra restituta est ei: lꝫ apđ hebreos iste psal. sit sine titulo tñ prefatus titulus nõ est sine mysterio. Nã dauid postq̃ tota terra restituta est ei post mortẽ absalon: preuidit qualiter xp̃s post persecutionẽ et mortem erat regnaturus. Et qñ hereditas sua scꝫ immortalitas erat sibi restituẽda per resurrectionẽ et etiã qñ hereditas p̃ris scꝫ gen⁹ hũanũ qđ diabolus detinebat captiuũ: erat sibi restituẽdũ et etiã qñ possessio celi erat sibi restituenda ,p se et suis. Hoc ergo preuidens dauid fecit hunc psal. in quo describit regnũ xp̃i post resurrectionẽ: et qñ in sua ascẽsione accepit vniuersale imperiũ et iudiciariã ptãtẽ. Et describit etiã vtrũq3 iudiciũ. s. discretionis et examinationis.

Judiciũ christi.

A ¶ Unde est aduertendũ q̃ iudiciũ xp̃i incepit a primo aduẽtu quo dedit legẽ euangelicam promittentem obseruantibus regnum celorum et trãsgressoribus penam eternã et penitẽtibus veniã. Et istud dr̃ iudiciũ discretionis: ⁊ durat vsq3 ad scdm aduentũ in quo examinabuntur oẽs q̃ receperũt legẽ euangelicã et tunc recipiet vnusq̃sq3 p̃miũ ,put gessit in hac vita. Et ideo ea signa que fient corporaliter et visibiliter in scdo aduẽtu facta sunt spũaliter in p2io aduentu. Nam sicut in scdo aduentu erũt signa in celo et in sole et luna et in mari ⁊ in terra vt refert Hierony. Quia tota terra cremabitur: et montes equabuntur et postea oẽs resurgent a mortuis: et venient ad iudicium. Ita oia ista fuerunt spũaliter in p2io aduentu. Nam ita totus mũdus qui erat in pctõ et vetustate culpe fuit crematus et renouatus igne spũssancti. Et cõmota est tota terra: et insule maris ad predicationẽ apostolorum. Et etiã xp̃s venit tanq̃ iudex legislator. et expoliauit infernum et aperuit celũ: ⁊ introduxit sanctos patres: ⁊ oẽs gentes a pctõ surrexerunt. Ex quo pꝫ q̃ iste psal. de vtroq3 iudicio et aduentu põt exponi. Nam regnum xp̃i incepit post resurrectionẽ. Duo ergo facit dauid in hoc psal. Nã p2io describit regnũ xp̃i Scdo exhortat̃ oẽs ad obseruantiã legis euãgelice. ibi. Qui diligitis dñm. Quantũ ergo ad p̃mũ dicit dauid. Dñs iesus xp̃s, de⁹ ⁊ hõ regnauit in forma hũana glĩosa post resurrectionẽ suã ⁊ accepit vniuersalẽ ptãtẽ in celo et in terra. Jđ exultet tota terra habitabilis et letentur insule multe recipientes legẽ euangelicam eius per quaꝫ debẽt iustificari a peccato et adipisci regnũ celeste: qđ pro nobis xp̃s adeptus est in sua passione ⁊ resurrectione. Unde q̃ sit ipse caput ecclesie et regnet vniuersaliter in celo et in terra ,pbatur. Nam qñ ascendet in celũ nubes ⁊ caligo. i. splendor apparuit in circuitu eius p qđ denotat̃ ei⁹ dñium in celo et in ãgelis. Et ibi apparuit qualr̃ iusticia ⁊ iudiciuꝫ erat correctio sedis et sceptri iudicialis ei⁹ quãdo angeli in vestib⁹ albis dixerũt. Sic veniet ad iudicandum quẽadmodum vidistis cũ euntez in celum q2 sedes iudicaria et lex xp̃i nihil aliud est nisi iusticia et iudiciũ ⁊ correctio. Sꝫ hoc maxime verificabitur et apparebit in scdo aduentu.

Regni xp̃i descriptio.

Unde in isto primo aduentu ignis et charitatis et donorũ spũssancti ante ipsum precedet ⁊ inflãmabit in circuitu inimicos ei⁹. Hoc impletũ fuit qñ apostoli pillustrarunt vniuersum mũdũ ⁊ predicarunt euãgeliũ qđ est ignis cõburens et inflammans corda hominũ. Unde ille ignis inflãmauit in circuitu per totũ mundũ: oẽs gentiles qui ante erant inimici et cremauit in eis vetustatem infidelitatis et destruxit in eis pctm̃ et fecit eos amicos et subditos xp̃i per baptismũ ⁊ pniam ⁊ cetera sacramẽta. Et tunc fulgura xp̃i scꝫ miracula ⁊ verba euangelica illuxerunt et illuminationem dederunt toti orbi terre q2 ex miraculis crediderunt. Et tunc vidit miracula et commota est tota terra et cõuersa ab infidelitate ⁊ idolatria ⁊ reprobanda superstitione ad verã fidẽ et cultũ latrie xp̃i.

Nota.

Et tunc magni montes. s. imperatores reges ⁊ principes ꝯ pbi gentiũ hoc videntes. s. illa miracula fluxerũt et liq̃facti sunt a duricia sua ⁊ mollificati sicut cera fluit et mollificatur calore ignis ita omnes isti et oĩs terra idest populares fuerũt mollificati a facie caloris gratie spiritussancti ⁊ predicationis apostolorum. Et ideo sequit̃. Annunciauerunt celi. idest apostoli iusticiam et legẽ eius euangelicam. Et sic omnes populi viderunt gloriam eius. Primo per miracula. postea per fidem et sic oẽs sunt ad fidem conuersi.

xxiij. qõ. iiij. c. nõ inuenit̃.

Cõfundant̃ oẽs q̃ adorãt sculptilia: ⁊ qui gloriant̃ in simulachris suis.

¶ Tunc cõfusi sunt iudei q̃ adorãt sculptilia ⁊ ido la ⁊c. q: tũc cognouerũt errorẽ suum. Et iõ deleue rũt idola ⁊ cõsecrarũt tẽpla idolorũ in basilicas et ecclias xp̃i: ⁊ coluerũt xp̃m verũ deũ. ¶ Tota ẽt lrã predicta põt exponi de futuro iudicio qñ ap parebit dñs in nube cũ ptãte magna ⁊ maiestate Jõ nubes et caligo erit in circuitu eius Et ignis ante ipsum precedet ⁊ realiter inflãmabit oẽs ini micos eius q̃ secuti sunt antixp̃m ⁊ allucebũt ful gura orbi terre: q: erũt signa in sole et luna ⁊c. Et sic mõtes sicut cera liq̃fient et cremabũtur ⁊ equa buntur cãpis planis. Et celi annũciabũt iusticiã xp̃i qñ dabunt signa aduentus eius. q̃ signa vide bunt oẽs ppli: ⁊ postea videbũt gliaz eius qñ ap parebit in nube ⁊c. Et tũc oẽs gentiles q̃ adorãt sculptilia et noluerunt cõuerti: sed persecuti sunt sanctos martyres cõfundent̃ videntes xp̃m regẽ iudicẽ et sctõs martyres et apostolos simul cum xp̃o iudicãtes et ipsos condẽnantes. Mat. xix. et sapientie. v. q: stabũt iusti in magna ↄstantia ad uersus eos qui se angustiauerunt ⁊c.

Heb. i. b sup: a. xlv ij. de ↄse. dist. i. c. nocte. Et. c. de hymnis

Adorate eum omnes angeli eius: au diuit et letata est syon.

Et exultauerunt filie iude: propter iudicia tua domine.

Qm̃ tu dñs altissim⁹ sup oẽm terraʒ nimis exaltatus es sup oẽs deos.

¶ Hic demonstrat qũo ptãs xp̃i nõ solũ est super oẽs hoies: sʒ etiã sup oẽs angelos: ⁊ sic est vlis in celo et in terra qd̃ visum fuit in sua resurrectione qñ angelus annũciauit ei⁹ resurrectionẽ mulieri b⁹ et ascensionẽ q: nõ solũ nubes in obsequiũ su scepit illũ: sʒ ẽt angeli ei⁹ astiterũt iuxta illũ in mi nisteriũ ⁊ adorarũt ipm tanq̃ dñm et deũ: ⁊ nun ciauerũt scdm aduentũ dicentes. Viri galilei ⁊c. Dicit ergo adorate eum. scʒ xp̃m oẽs angeli eius Quasi dicat q̃ apostoli audierũt qualiter omnes angeli adorauerũt xp̃m in sua ascensione et socia runt ipsum in celũ exhibẽtes ei diuinũ cultũ. ⁊ ho norẽ ⁊ adorationẽ latrie ⁊ sic audiuit syõ. i. tota ec clesia q̃ erat ibi in virgine maria. et aplis et disci pulis. Et iõ letata est tota ecclia in ascẽsiõe xp̃i cũ viderũt ãgelos p̄bere latriam xp̃o. Et iõ inter

Nota.

septẽ gaudia ṽginis marie numerat̃ ascẽsio glio sa xp̃i. Et iõ sequit̃ q̃ exultauerũt filie iude. i. vir go maria: et sorores ei⁹ et magdalena et martha que erant de tribu iude oẽs isti exultauerunt pro pter iudicia tua. o dñe et etiã oẽs aie confitentes xp̃m dicunt̃ filie iude q: ibi cognouerunt et vide runt te accepisse iudiciariam potestatẽ in celo et in terra: et probatur qm̃ viderunt qũo tu es domi nus vniuersalis et altissimus et iudex super oẽm terram. Et qũo nimis exaltatus es sup oẽs deos scʒ sup oẽs angelos. Naʒ ibi fuit manifestata tua vniuersalis potestas super oẽs hoies et angelos Et iõ letata est syon. i. totus cetus aplorũ. et filie iude. i. maria cũ toto cetu mulierũ fideliũ. in quo erat tota ecclia. ¶ Tota lra predicta põt ẽt referri ad scdm aduentũ xp̃i. vt ptʒ intuenti et applica re volenti per singula. Item oẽs anime fidelium idest filie vere cõfessionis eo quod confitentur ve ruʒ deũ incarnatum ideo oẽs iste filie iude letate sunt in aduentu xp̃i ipsuʒ recipiẽdo et cõfitendo.

Qui diligitis dñm odite malũ: custo dit dñs aias sanctorũ suorum de ma nu peccatoris liberabit eos. Amos. v. xxxij. q. v. si pauli⁹. et. xxiiij. q. v. odi xcv. di. c. ecce.

Lux orta ẽ iusto: ⁊ rectis corde leticia

Letamini iusti in dño: et confiteni ni memorie sanctificationis eius.

¶ In hac secunda parte principaliter propheta exhortatur oẽs fideles ad recipiendã legẽ christi euangelicam: et eã obseruandã: que cõsistit in fu giendo malum et sequendo et diligendo bonum. ideo ait. O vos omnes qui diligitis dominum re cipiendo legem christi odite malum et declinate ab omni malo et peccato agendo penitentiam. Penitentia autẽ consistit in detestando peccatuʒ et conuertendo ad dominum. Nam per peniten tiam custodit dñs aias sanctorũ suorũ et de manu peccatoris diaboli liberabit eos. Et etiã in primo aduentu suo per mortem et passionem custodiuit animas sanctorum suorum qui fuerunt ad ipsum conuersi. Et de manu diaboli liberauit eos ⁊ etiã custodiuit sanctos suos et liberauit eos de manu tyrannorum in persecutione ecclesie. Et sequitur lux legis euangelice et sacramẽtorum orta est po pulo christiano iusto. Et orta ẽ iusticia rectis cor de in primo aduentu per legem euangelicam. et passioneʒ christi ⁊ sacramẽta. Et omnes iusti qui redempti et regenerati et renouati estis in christo Letamini in domino et confitemini memorie san ctificationis eius. Et sitis memores quomodo estis sanctificati in eius passione et resurrectio ne et regenerati in baptismo. Ideo confitemini: i. predicate palam et agite gratias et laudes ⁊c.



Cantate dño cãticũ no uũ: q: mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius: et brachium san ctum eius. xxij. q. i. his ita. Ab sal uauit. xi. q. 3. iiij. c. ad mẽ sam. ⁊ de ↄse. d ij. c. vlt.

Notũ fecit dñs saluta re suum: in cõspectu gentium reuela uit iusticiam suam.

Recordatus est misericordie sue: et veritatis sue domui israel.

Viderunt omnes termini terre: salu tare dei nostri.

¶ Huic psalmo preponitur titulus psalm⁹ abso lute absq̃ alia dictiõe ⁊ est vnus de illis quos fe cit dauid ad confitendũ nomini dñi et ad laudã dum deũ in tabernaculo templi. vt dictũ est psal mo. xcv. Unde dauid preuidens christũ in suo ad uentu renouaturum mundũ et daturũ legẽ euan

gelicam ꝛ facturã multa miracula et mirabilia fe cit hunc psal. vt cantaretur in templo cum instru/ mentis musicis infra nominatis:in quo duo facit. Nã primo inuitat ꝛ excitat omnes nationes ad re cipiendũ xp̄m in suo aduentu ꝛ profitenduꝫ nouã legem euangelicam. Secundo explicat modum re cipiendi xp̄m ibi.iubilate domino. D ¶ Quãtuꝫ ergo ad primum est aduertendum ꝙ hic ponuntur quinqꝫ nomina idem significãtia realiter. Sed dif ferunt ẜm modos significandi scꝫ dextera dei:et brachium salutare iusticia:veritas que omnia si/ gnificant vnuꝫ ꝛ eundẽ christũ diuersis respectib⁹ consideratum. Nam xp̄s dicitur dextera patris ra tione mirabilium operum que fecit. Dicitur bra/ chium ratione victorie contra diabolum. Dicitur salutare ratione nostre medicationis. Dicitur iu/ sticia ratione nostre iustificationis. Dicit̄ veritas ratione euangelice predicationis:ꝛ scripture ad/ impletionis. Que omnia fuerunt facta ꝛ impleta in eius aduentu. Dicit ergo propheta ad omnes gentes ꝛ natiões. Cantate domino iesu xp̄o can/ ticum nonum. O vos iudei relinquentes legalia antiqua profitemini legem nouam euangelicam ꝛ recipite eam. Et vos gẽtiles relictis idolis v̄ris ꝛ antiquis superstitionibus renouamini ꝛ recipite nouam legem et cantate canticum nouum:nouaꝫ legem profitendo qm̄ mirabilia ꝛ noua opera fe/ cit:ꝛ operat⁹ est in suo aduentu ꝛ enumerat mira/ bilia dicens. Quia saluauit nos sibi cum dextera eius scilicet cum filio suo iesu xp̄o. Et dicit modũ Nam notum fecit dominus deus pater brachiuꝫ sanctũ suuꝫ cũ misit xp̄m filium suũ qui ab eo pce dit tanꝙ brachiuꝫ a corpore. Ideo est p̄ri psubstã tialis in quo denotat̄ vniuersalꝭ potentia q: pater tradidit filio potestatẽ in celo ꝛ in terra ꝛc. Et nõ soluꝫ p̄r fecit nobis notum brachium suum ꝛ oĩpo tentiã in filio. Sꝫ etiã notuꝫ fecit nobis salutare suũ:ꝛ virtuteꝫ nostre salutis per mortẽ et passionẽ. Et in conspectu gentium reuelauit iusticiã suam in filio suo in quo nos iustificauit pro nobis satis faciẽdo. Et hoc fecit q: domin⁹ recordat⁹ est mĩe sue quã promisit nõ soluꝫ abrae ꝛ ysaac de salua/ tore suo. Sed toti domui israel i. qua tota ecclesia figurabat̄. Et ẽt recordat⁹ est veritatis sue:q: mẽ/ tiri nõ põt in pmissis suis ꝛ figuris. Nã sicut totũ mysteriuꝫ xp̄i fuerat figuratum in lege ꝛ taberna/ culo:ideo oportebat vt in euãgelio verificaretur. Et sic euãgeliuꝫ dicitur veritas oĩuꝫ figurarũ. Et ideo viderũt oẽs termini terre tam iudei ꝙ genti/ les salutare dei n̄ri per euãgeliũ ꝛ p effectum et p ecclastica sacramenta:quũ sunt effect⁹ passionis xp̄i in q̄b⁹ n̄r a salus effectiue cõtinet̄.q: ipa nobis salutem efficiũt virtute passionis xp̄i inq̄tũ v̄tutẽ ꝛ preciuꝫ salutare passionis xp̄i in nos trãsferunt et nos participes efficiunt.

xcvij.di.c .s.in glo. Esaye.l iij.c. **Iubilate deo omnis terra:cantate ꝛ exultate et psallite.**

Psallite domino in cythara in cytha ra et voce psalmi in tubis ductilib⁹: et voce tube cornee.

¶ Hic ponit tertiū dānū: qr pcussus est in sensualitate veneno cōcupiscētie. intantū q potentie fuerunt vulnerate et debilitate et pne ad cadendū nō sufficientes resistere malo: nec agere bonū. Et sic claudicat liberū arbitriū sicut fenū percussum nimio ardore solis: et sectū a radice aret. Ita homo electus a gratia et pdita originali iustitia aruit pdens virorē gratie: ideo ait. Percussus sum ex dei snia: sicut percutitur fenū qn falce secatur a prato ideo aruit cor meū. Et dat causam quare: et vnde hoc damnū: et dicit: qr oblitus sum comedere. q. d. Quia trāsgressus sum pceptū dñi. Nā deus assignauit oēs arbores panē et cibū ad sustētandū vitā dicēs. De oi ligno qd est in paradiso comedes: preterq de arbore scientie boni et mali: qr qua hora comederis rc. Sed ego contēnens pceptū dñi oblitus sum comedere panē. i. cibū mihi licitū et assignatū. Et comedi illicitū et vetitū. Ideo ex sententia dñi venerūt mihi oia predicta mala. Nam slico audiui vocem dei dicentis. Adam vbi es. et et audiui sententiā a deo mihi datā dicētē. Qr audisti vocē vxoris tue: ideo maledicta terra in ope tuo: tribulos et spinas germinabit tibi: et in sudore rc. Et ista sententia fuit vox gemitus et fletus et infortunij et pene mee. Et sic slico ex ista voce gemitus mei que fuit diuina sententia adhesit os meū carni mee ex infirmitatibus et aduersitatibus rc.

xl. dist. c. adam.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.

¶ Quartū dānū fuit exiliū ab illa paradiso deliciarum in hac valle lacrimarū. Nā ego q ibi erā in societate et colloquio et familiaritate angelorum expulsus sum inter bestias. pdendo locū mihi debitū ex gratia. Et sic fui fact⁹ similis pellicano solitudis vagās p desertū. Nā sicut pellican⁹ fugit societates hoim: ita ego societatē angelorū pter pctm meū: et etiā fact⁹ sum in hoc exilio sicut nicticorax i domicilio. Lr a Hierony. hz: fact⁹ sum quasi bubo solitudinū. Nicticorax aūt grece interpretat coruus nocturnus siue noctua latine: noctua em nō valens sustinere lumē solis: abscōditur in foraminibus murorū in die: et querit victū Ita ego, nō valēs videre lumē veritatis: fugio lumen solis et ois virtutis: et gradior in nocte et in tenebris peccatorū: semper fugiendo lumē et eligendo ignorantiā et omne malū. Judicādo bonū malum et malū bonū: ex mala indignatione et ignorātia pter pctm: qr nō solū sum percussus in potētijs cognitiuis: sed etiam in appetitiuis. Itē si noctua exit a domicilio in die: tūc oēs passeres pgregati conātur sibi eruere oculos. Ita dū hō exit in lucē: vt aliqd boni agat: oēs diaboli pgregant ad tentandum eum et auferendum sibi lumen fidei et charitatis: vt patet Matthei. xij. quia tunc assumit septem alios spirit⁹ nequiores se rc. Et ideo ait hic propheta: factus sum sicut nicticorax ptra quē omnes aues insurgunt: ita cōtra me oēs tentationes diaboli rc. Pellicanus est auis in solitudine egypti latitans que proprios filios interficit. Sed merore ducta et mutata proprio rostro trahit sanguinem a pectore ex latere suo et effudit super filios. Et sic resuscitat et viuificat eos. Ita adam pter peccatū interfecit oēs posteros suos Sed secūdus adam qui est christus: assumpta humanitate: proprio sanguine omnes viuificauit. Ideo dauid in persona ipsius primi adam dicit. Similis factus sum pellicano occidendo omnes filios meos: quia sententia mortis per me transiuit in omnes. Et factus sum sicut nicticorax in domicilio odiens et fugiens lucem quam semper demones persequūtur. Et obscurāt in tenebris peccatorum et ignorantie.

Uigilaui et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

xl. d. c. illud. et ca. sequē.

¶ Hic ponit sextū damnū qui est continuus labor in sudore vultus pter victū acquirendū: qr opz vt homo sit in cōtinua vigilia et motu sicut passer solitarius qui habitat in tecto. idest in tegulis domorū sub quo cōficit nidum: et semp querit escam pro se et pro filijs cū periculo. Ita ego semp vigilaui querēdo victū p me et filijs meis cū potuissem a c fuissem imunis a solitudie tali: si nō peccassem quia terra libere: et absq labore ferebat mihi cibū et victū. Nunc autē in sudore vescor pane.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabāt me aduersum me iurabant.

lij. q. 5. s. nulli dubiū. Di. l. c. si qs diacon⁹

Quia cinerem tanq panem manducabam: et poculum meum cum fletu miscebam.

A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me.

¶ Ponit septimū damnū qui est cōtinua psecutio ab extraneis et alienis hoibus et proximis. Nam semp homo patitur persecutiōes et emulatiōes et inuidiam et exprobratiōes occultas et manifestas ab amicis fictis: ideo dicit de inimicis: tota die. i. semp exprobrabant mihi inimici mei opprobria inferēdo. Et amici mei ficti q in pñtia laudabāt me postea in abūdātia aduersum me iurabant: id est cōiurabāt falsa imponēdo et dāna procurādo. ¶ Quia cinerē. hic ponit octauū defectū: qr semp homo est in cōtinuo dolore cui veniūt vndiq aduersitates aut infirmitates: intātū q cōtinuus dolor nō finit esse felicē. Et sic nec in vigilia: nec i prādio qs pōtesse sine fletu et merore: iō ait qr cinerē. idest amaritudinē tāq panē māducabā: et potū. i. amaritudo erat mihi cibus et fletus mihi potus a facie ire tue. i. a facie punitiōis q est effectus ire: et indignatiōis tue: dum psidero irā tuā ptra me: qr

eleuans allisisti me q: q̄tum me in dignitatē ele/uasti et extulisti illa felicitate paradisi:tm̄ postea me allisisti dū a paradiso expulisti q: q̄to fuit al tio: ascēsus tanto fuit grauio: lapsus in miseriā Et est aduertēdū q̄ isti duo versus p̄nt exponi de hūana pnia:vt sit sensus.ego patio: hmōi defe/ctus et penam vnde op3 me facere pniam p pec/cato. Quia.i. qua p:opter cinerē tanq̄ panē mā ducaba3.i.amaritudinē:et cōtritionē in co:de. Et poculū meū cum fletu miscebā in satisfactionē p reatu. Et hoc a facie ire tue q: eleuans rc. ¶ Ulte rius est aduertendu3 q̄ oēs isti quinq̄ versus p̄nt referri personalr ad ipsum dauid vt dicat. similis factus sum pellicano solitudinis et sicut nicrico/rax in domicilio fugiens a facie absalon filij mei et vigilaui per montes sicut passer et inimici.s.se mei et alij tota die exp:obrabant mihi dicendo. Egredere vir sanguinu3.et achitofel.et ceteri qui ante laudabāt me in facie postea aduersu3 me iu rabāt et tūc oia p̄nt figuraliter exponi de xp̄o cu ius figuram gerebant. Item omnia predicta ver/ba poterat dicere populus dei existens in persecu tione antiochi et captiuitate babylonica. Et ideo quomodocunq̄ et quocūq̄ exponantur om nia p:edicta vnusquisq̄ potest dicere versum qui sequitur.

Irf.dis.c. nasci.

Dies mei sicut vmb:a declinauerūt et ego sicut fenum arui.

¶ Nam sicut p̄nte sole oia viuūt r aer dr viuere q: est illuminat⁹:et herbe aliq̄ tantū viuūt q̄tum sol est p̄ns r sole absente ilico mortificant̄ et inclinā tur vt pat3 de flore cucurbite r de herba solis:ita fit in vita hūana nā tm̄ hō viuit q̄tum deus vitā influit et esse naturale. Et intantū hō operat̄ in/quantū influit grām sibi deus et intm̄ p̄speratur inquantū sibi fauet:sed si deus auertit̄ ab eo oia bona deficiunt.r sic deficit r inclinat̄ sicut vmbra et idō ait pp̄heta in p̄sona vniuscuiusq̄ q: ele uans allisisti me a te abijciēdo ideo dies mei non solum vite sed etiam p:osperitatis tanq̄ vmb:a declinauerunt et defecerunt deficiēte sole:et ego sicut fenum arui deficiente mihi humo:e gratie postq̄ fui a te abiectus et separatus per peccatū. Et sic pōt exponi tota pars huius psalmi sup:a/dicta de quolibet penitente qui per peccatum in cidit in oēs miserias spūales sup:adictas idō iste psal.ponitur quintus inter septem psal.peniten/tiales sed in veritate sensus p:ophetieus est p:in cipaliter intentus a p:opheta.

De.pse. di.ij.ca. vltimo. De pe. dis.iij.c. q: diui/nitatis natura.

Tu aūt dn̄e in eternū p̄manes: r me mo:iale tuū in ḡnatiōe r ḡnatione3. Tu exurgens dn̄e misereberis syon: q: tp̄s miserendi ei⁹ q: venit tēpus.

¶ Postq̄ superius iste pauper explicauit querelā et miserias suas:in hac tertia parte querit reme/dium et inuocat scdm̄ adam celestē.s. xp̄m qui est deus et homo r per cōsequens eternus scdm̄ diui nitatem:vt veniat ad liberandum eum ab oī mise ria et restituat sibi immo:talitatem et vitā eternā vnde duo facit. p:io facit qd̄ dictū est. scdo p̄mit/tit gratias agere p bn̄ficijs receptis:ibi scribant̄. Dicit ergo ad p:imū l3 ego sim effect⁹ mortalis p̄pter pctm̄. Tu aūt dn̄e iesu xp̄e i eternū manes in sp̄ū de⁹ et memo:iale tuū in generatiōe et ḡna tionem ideo potes me a mo:te et a penis libera/re. Et tu exurgens.i.veniens in carnē:r etiā exur/gēs a mo:tuis post passionem misereberis syō.i. toti ecclesie credentium eos a mo:te et captiuita te liberando :quia iam venit tempus miserendi eius sc3 syon sicut ab eterno statuisti.

Qm̄ placuerunt seruis tuis lapides eius et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomē tuu3 dn̄e et oēs reges terre glo:iam tuam. Quia edificauit dominus syon:et vi debitur in glo:ia sua. Respexit in o:ationem humilium: r non sp:euit p:ecem eo:um. Scribātur hec in ḡnatione altera: r populus q̄ creabitur laudabit dn̄m.

xxi.q.ij. c.s. post medium

s.q.s.ca. multe.et xxiiij.q3 s.loquit̄ xxviij.d ca.sedu/lo.xv.q. s.reuerti mini.

¶ Ad cuius intellectum est notandum q̄ ista ciui tas syon siue hierusalem quā xp̄s erat edificatur⁹ per totū o:bē nō erat cōstruenda ex lapidib⁹ mo: tuis sicut erat illa ciuitas terrena hierlm̄:sed ex la pidibus viuis.s.ex fidelibus cōuersis p maio:i p̄ te de pp̄lo gentili quos lapides debebāt apl̄i eli gere et adaptare in sua predicatiōe et ex talibus erat ecclesia cōstruenda qui quidē lapides fuerūt edificati et cōpaginati sup:a fundamentū aplo:/rum et pp̄hetaru3. Un̄ zacha.ix. Et saluabit eos dn̄s deus eo:ū in die illa vt gregē pp̄li sui:q: la/pides eleuabunt̄ super terrā. Ex quibus p3 q̄ ta les maxime erāt excidendi per ap̄los de pp̄lo gen tili ex quibus debebat edificari ista ciuitas syon toto o:be diffusa:et hoc ē quod dicit qm̄ lapides eius lapides hui⁹ ciuitatis placuerūt seruis tuis ap̄lis ad edificiū ecclesie. Et ideo ap̄li miserebun tur terre pp̄li gentilis. et tunc gentes timebūt no men tuū dn̄e et om̄es reges terre timebunt gl̄iam tuā.q: ex istis lapidibus dn̄s iesus xp̄us edifica/bit syon.i.ecclesiam suā et sic videbit̄ in glo:ia et synagoga r iudeis sup̄bis cecis obstinatis rep:o batis q: dn̄s iesus xp̄s respexit in o:onem humi/lium gentilium q: per fidē fuerūt hūiliati. Et xp̄s nō sp:euit p:ecem eo:ū immo admisit eos ad fi/de3 et per baptismū:regenerauit et iudeos rep:o bauit.ideo hec mysteria redēptionis scribētur et memo:abuntur in altera ḡnatione sc3 in religio/ne xp̄iana.et ideo ille pp̄ls xp̄ian⁹ q̄ creabit̄ et re/ḡnabit̄ laudabit dn̄3 i xp̄o redēpto:e suo et aget gratias in te.no.p:o beneficijs receptis in sua re demptione de quibus festa celeb:abit. Et his p3 q̄ dauid nō loquitur de ipsa syon et hierlm̄ mate riali que ia3 erat edificata ex lapidibus mo:tuis sed loquitur de hierusalē spirituali toto o:be dif fusa quo per xp̄m erat edificanda ex lapidibus vi uis excisis ex vtroq̄ populo.

xx. q. 5. c. 3. reuer umini. **Quia prospexit de excelso scto suo dñs de celo in terram aspexit.**
Ut audiret gemitus cōpeditorum: ut solueret filios interēptorum.
Ut annūciēt in syon nomen domini: et laudem eius in hierusalem.
In conueniendo populos in unum et reges ut seruiant domino.

¶ Hic enumerat bñficia p quibus pplus xpian⁹ hodie laudat xpm cū deo pr̄e. Prīo q: cū esset de⁹ eternus in sinu pr̄is pspexit de celo excelso et sancto suo. i. de altitudine sue maiestatis in terrā. ut audiret gemitus cōpeditorū existentiū in carcere inferni. i. sctōrū patrū in lymbo expectantiū: et ut solueret filios interēptorū. i. patrū dānatorū: ut tales gentiles soluti a pctō ad fidem cōuersi annuncient siue annūciarent laudē dñi in syō et hierusalē. i. ut annūciarent et pfiterent legē euangelicā in ecclesia xpi toto orbe diffusa. In cōueniēdo pplos in unū et reges ut seruiāt dño. i. ut conuenirent ppli iudeorū et gentiliū ⁊ oēs reges terre in unū baptismū et unā fidē ⁊ seruirēt uni deo in substantia et trino in personis et adorarent unū xpm deum et hominē adoratione latrie.

Respondit ei in via virtutis sue paucitatē dierum meorum nuncia mihi. Ne reuoces me i dimidio dierū meorū in gñatione et gñationē anni tui.

¶ Nota q iste passus est valde difficilis sm trāslationē nr̄am ad ordinandū et cōcordandū cum lr̄a precedēti et subsequenti et hoc accidit q: lr̄a nostra est differēs ab hebraica put tunc est pūctuata. nā illa litera dicit. Cū cōgregati ppli simul et regna ut seruiāt dño. sequit. Afflixit in via fortitudinē meā abbreuiabit dies dicā deus ne rapias me in dimidio dierū tunc litera vr̄ magis plana q: videt esse vox huius paupis cū superiori snia repetēdo miseriam suā afflixit dñs fortitudinem meā in hac via et breuiabit dies meos faciendo me miserū et mortalem. Sed ego dicam. O deus me⁹ ne rapias me in dimidio dierū meorū: sed fac me videre xpm anteq̄ moriar. Et tunc ista lr̄a esset satis plana. Trāslatio aūt nr̄a dicit. Rn̄dit ei in via virtutis sue paucitatē dierū meorum nuncia mihi: et ne reuoces me in dimidio dierū meorū: quā lr̄am beatus Aug. et cassiodorus sequētes spm exponunt anagogice p desiderio vite eterne: vn̄ dicūt q ecclia siue ppls xpian⁹ rn̄dit ei. i. xpo in via virtutis sue. i. obediuit et impleuit volūtatē in via ꝟtutis sue. i. ābulādo in lege euāgelica q̄ est via virtutis dei. Et sic seruādo legem euangelicā rn̄dit xpo et eius voluntati sicut ager bon⁹ et uber rn̄det votis agricole cū bn̄ fructificat. Et qd̄ sequitur. s. paucitatē dierū meorū nuncia mihi referūt ad desideriū vite eterne: q: iustus cupit dissolui in breui et esse cum xpo. Ne reuoces me. i. ne tardes me vocare ad te q: ista vita breuis est respectu tue: q: anni tui sunt eterni in gñatione et generationem. Uerūtamē lz hec sententia ⁊ intelligētia beati Aug. sit pia et subtilissima tn̄ nō est omittenda expositio pphetica. D ¶ Ad cui⁹ intelligentiā est aduertendū q oēs sancti patres ve. te. s. abraā ysaac et iacob cōfracti longa miseria et captiuitate cū grandi affectu desiderabant accelerari aduētū xpi: ut eos liberaret. Et ut viderent mirabilia opera xpi. vn̄ dicit xps Mat. 13. et Luc. Ideo multi reges et pphete voluerunt videre que vos videtis et nō viderūt. Et ideo symeō ⁊ zacharias cum magno affectu desiderauerunt videre christū anteq̄ morerētur ⁊ sic accepit symeō responsum nō visurum se mortem nisi prius videret dominū. Lu. ij. Ex quo pt3 q vnusquisq; sanctorū patrū desiderauit videre xpm anteq̄ moreretur. His habitis ly rn̄dit ei dupliciter pōt exponi. vno mō q referat ad xpm cōtinuatio cū lr̄a superiori ut sit sensus. ppl's q̄ creabit laudabit dñs multiplr. prīmo q: dñs pspexit de celo et audiuit gemitus cōpeditorum. Scdo q: soluit filios interēptorum. Tertio q: iam reges et ppli cōuenerunt in vnum ut seruiant dño. Quarto q: xps rn̄dit ei. s. isti hoī mystico iuxta votū et desiderium suum. Nā iste hō semp rogando dicebat. O dñe nuncia mihi paucitatē dierū meorum. q. d. abbreuia aduentum tuū. et veni ad liberandū me. Et ne reuoces me in dimidio dierū meorū. i. non tollas me de hac vita sed videam aduentū tuū anteq̄ moriar. Sed dñs rn̄dit desiderio suo q: iā venit sicut pmisit. Et sic respōdit ⁊ satisfecit ei in via virtutis sue. i. in lege euangelica. et in tēpore incarnationis que dicit via virtutis xpi. Potest etiam iuxta eundem sensum sic ordinari litera. i. dñs respondit ei. s. ecclesie ⁊ satisfecit sibi iuxta votū et desideriū suū et hoc pt3 in cōueniendo pplos in vnū. i. q: oēs ppli ⁊ reges gentiū cōuenīēt ⁊ cōgregabunt in vnū ut seruiāt dño nr̄o iesu xpo. sed q: hoc pūiderat dauid in spū cōuersus ad xpm petit accelerari eius aduentū anteq̄ moriatur. ideo dicit et subdit. O dñe iesu xpe ne reuoces me in dimidio dierū meorū idest nō moriar ego ante aduentū tuū: sed nuncia mihi paucitatē dierū meorum. i. abbreuia dies aduentus tui: et reuela mihi aduentum tuum: et ne differas ipsum quia dies mei sunt pauci et breues sed tu es eternus secundum diuinitatem quod patet. Nā tu in initio terram fundasti ⁊c. Similiter cū ecclesia esset in magna anxietate tpe tyrānorū rogabat xpm ne annihilaret eā in dimidio dierū suorū. s3 pmitteret eā crescere vsq; quo oēs gētiles venirēt ad fidē: ⁊ oēs crederēt euāgelio. S3 xps rn̄dit ei ⁊ satisfecit iuxta petitionem suam. Nam tēpore Constantini ecclesia fuit liberata a persecutiōibus et omnes venerunt ad fidem. et sic populus qui fuit creatus ⁊ regeneratus laudabit dominū. Nam reges ⁊ populi conuenerunt in vnum ad seruiendum domino post constantinum. Et sic xpus respondit ecclesie iuxta petitionem et votum suum. Alio modo pōt exponi iuxta candē sniam referendo ly respondit ad ipsam ecclesiam ut sit sensus. iste homo mysticus et tota ecclesia ante aduentum christi multo- Expositio.

tiens rogando ꝛ clamando rñdit et dixit ipsi xp̄o. O xp̄e nũcia mihi paucitatẽ dierũ meoꝝ in afflictione positoꝝ ꝛ ne reuoces me:sed veni ad liberandum anteq̄ moriar. Et hoc dicit abraã qñ desiderauit videre diem dñi. Et moyses qñ dixit. mitte quẽ missurus es. Exo.xxxiij. Hoc idem dixit dauid qñ dixit. Ostende faciem et salui erim⁹. psal.lxxix. ꝛ Esa.cum dixit vtinam dirũperes celos ꝛ descenderes.lxiij.ꝛc. Ex quo patet ꝙ omnibus istis respõdit xp̄s quãdo venit:q: audiuit voces eoꝝ. Et similiter ꝑ oppositum ipsi respondebãt xp̄o cum clamabant ꝛ inuocabant eum. Nã multotiens in sacra scriptura ponit respondere ꝑ rogare:vt patet Math.xvi.rñdens petrus dixit ad Jesuz Bonum est nos hic esse. ¶ In generatiõe ꝛ gñationez. Hic ꝓbat propheta:ꝙ solus xp̄s poterat redimere genus humanũ ꝛ venire ad liberandũ ipm et restituere sibi immortalitatez:ꝛ dare sibi vitam eternã eo ꝙ xp̄s est eternus ꝛ ipa vita ꝑ essentiã in q̄tum de⁹ ꝛ per cõsequens prebere potest alijs vitam. Nam tẽpus ꝓcedit ab euo ꝛ est effect⁹ eternitatis ꝛ euũ in quo sunt sancti in patria fuit ab eternitate.

(Rñdere ꝑ rogare)

Heb.j.d. Initio tu dñe terram fundasti ꝛ opera manuum tuarum sunt celi.

Ibidez.a Ipsi peribunt tu aũt permanes ꝛ oĩs sicut vestimentum veterascent.

Ibidez. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur:tu autem idem ipse es et anni tui non deficient.

lvj.dist. c.nasci. Filij seruorum tuorum habitabũt:ꝛ semen eorum in seculum dirigetur.

¶ Dicit hic propheta in ꝑsona hominis mystici. O xp̄e veni et libera nos ab hac mortali miseria:q: tu solus potes hoc facere:ꝛ recreare genus humanum quia tu creasti celos:ꝛ es eternus. Naz in generatione ꝛ generationem sunt anni tui. Nam initio tu domine terraz fundasti:q: omnia per verbũ facta sunt:ꝛ opera manuuz tuarum sunt celi ergo tu precessisti celuz:ꝛ succedes. Nam ipsi peribũt:lz nõ quo ad subam:sed quo ad motuz.ꝛ operatiões q: cessabunt moueri. Et ideo dicẽtur corrũpi ꝛ perire ꝛ non simplr:sz secz quid quo ad opatiõnẽ. Naz alteratio dicit gñatio ꝛ corruptio ẽm q̃d vt patet j.de generatiõe. tu autẽ xp̄e permanebis in corpore glorificato:ꝛ immortalis:ꝛ incorruptibilis:ꝛ inalterabilis. Et anni tui.i.duratio non deficiet. Et sicut tu manebis immortalis:ita ꝛ membra tua q̃ participabunt gloriã capitis ꝛ id non soluz serui tui apostoli sed etiã omnes filij seruorum tuoꝝ.i. oẽs fideles quos ap̄li i xp̄o genuerũt ꝑ baptismũ habitabũt in ista vĩa ꝑ grãz ꝛ in supna ꝑ gl'iã ꝛ semẽ eoꝝ.i.oẽs fideles sequẽtes fidẽ illoꝝ dirigent in sc̄m ad gloriã.q.d.iste paup. O xp̄e lz tu sis bõ de mr̃e ex te p̄e natus tñ tue s deus ab eterno ex p̄re gñatus:q: in initio tp̄is mundũ creasti ꝛ terrã fundasti:ꝛ celos formasti:ꝛ id quia homo potes pro me pati:ꝛ miserias meas subleuare. Et quia tu es de⁹ potes mihi peccata remittere et sicut creasti me:

potes me recreare et regenerare. Et sicut formasti et creasti celos et totum mundum ex nihilo. Ita potes nouum mundum scilicet ecclesiaz spũalez edificare ex lapid: h⁹ viuis et homines renouare. Et q: es eternus q: in eternũ permanes ꝛ anni tui erunt:ꝛ sunt:ꝛ fuerunt in generatiõe ꝛ generationem.i.eternaliter ideo potes mihi immortalitatẽ quam perdidi retribuere:ꝛ vitã eternaz ꝑdonare. Hanc litteraz huius psalmi adducit apostol⁹ ad Heb.i.ad probãduz ꝙ xp̄s q̃ locut⁹ est in no.te.est idẽ de⁹ q̃ dedit legẽ moysi:ꝛ locut⁹ est ꝑ ꝓphetas ꝛ creauit oĩa. Hec est q̃ sñia ipsi⁹ ꝓphete in h̃.psal. in quo introducit adã deflentẽ casum suum ꝛ redẽptionẽ ꝛ remissionem futurã per xp̄m postulantẽ. Sed q: vnusquisq̧ pctõr potest recuperare per penitẽtiaz gratiã quam perdidit ꝑ culpaz ad instar ipsi⁹ ade. Que q̃dẽ penitẽtia: hz virtutẽ ex passiõe xp̄i. Ideo ecclĩa ordinauit istum psal. in quinto loco inter septẽ psal. penitẽtiales ꝛ nonsolum tota ecclĩa:sed vnusquisq̧ pctõr debet dicere frequẽter hunc psalmuz pro remissione pctõrum suorum.



Benedic aĩa mea dño et oĩa q̃ intra me sunt nomini sancto eius. xv.q.i.reuertimini.

Benedic anima mea domino: et noli obliuisci omnes retributiones eius: De cõse. dist.ij.c.iteratur

¶ Titulus ipsi dd sine additiõe. Ex quo pz ꝙ dd fecit hũc psal. ꝛ est de illis quos fecit ad laudãduz dñm vt dictũ est psal.cx. ¶ Ad cuius intelligentiã est notandũ:ꝙ postq̄ adã mysticus defleuit casuz suum:ꝛ explicauit miserias a quibus liberat⁹ est per xp̄m:ideo dd in hoc psal. ꝛ in sequentib⁹ introducit eundem adaz benedicẽtẽ ꝛ laudantez deum ꝛ agẽtem gratias pro beneficijs receptis ꝛ h̃ facit per.vij.psal.sequentes. Nã in isto psal. agit grãs ꝑ beneficio redemptiõis et remissionis pctĩ:ꝛ sic laudat deũ de summa mĩa in quo duo facit. Nam primo excitat seipsum ad laudẽ dei. Sc̄do inuitat naturã angelicam sibi. Dñs in celo. ¶ Quantũ ad p̄mũ est aduertẽdũ ꝙ tota ista p̄ma ps est quoddã soliloquiũ in quo iste mysticus introductus ad loquendum alloquitur animã suã ꝛ excitando eam ad laudandũ deũ de mĩa ꝛ bñficio redẽptiõis agẽdo grãs q: per suã passionem ꝛ resurrectionẽ liberauit eum de sex penis perpetratis ex peccato primi parentis.i.a culpa:ab infirmitatibus:a periculo mortis future ꝛ miseria ꝛ morte ꝛ corruptiõe et penuria. Ista enim sex damna incurrit adam ꝑpter peccatũ inobedientie:sicut dictum est psalmo precedenti.a quibus liberati sumus per xp̄m. ¶ Dicit ergo excitando seipsum ꝛ aiam suã ad laudez dei. Benedic anima mea dño:ꝛ omnia id est oẽs potẽtie interiores sensitiue ꝛ intellectiue benedicãt nomini sancto eius. A ¶ Et nota ꝙ duplex est bñdictio vna est grẽ collatio in qua maior bñdicit minorẽ cõferẽdo grãs:que conuenit soli deo:ꝛ sacerdoti loco dei. Sc̄da dicit benedictio laudis ꝛ sic minor benedicit maiorẽ:ꝛ isto modo dicit hic pro-

pheta bñdic aīa mea dño. i. lauda dñm ꝛ dic ꝛnar ra oīa bona: ꝛ bñficia que tibi fecit. Et ideo sequi tur, noli obliuisci oēs retributiōes ei⁹. i. noli obli uisci retribuere sibi gratias ꝑ beneficijs receptis in nostra redemptione dicens.

de pe. d. ij ca. ite ratur.

Qui propiciatr omnib⁹ iniquitatib⁹ tuis: qui sanat oēs infirmitates tuas

De pe. d ij. c. in q bus.

Qui redimit de interitu vitam tuā: q coronat te in mīa et miserationibus.

Qui replet in bonis desideriū tuū: renouabitr vt aquile iuuentus tua.

¶ Enumerat bñficia q̄ recepim⁹ a xp̄o in redēptio ne. Primo q: remisit nobis culpam: iō ait. q̄ ppi ciatr oib⁹ iniquitatib⁹ tuis: satisfaciēdo ꝑ mortē. Scđo sanauit langores nr̄os mitigādo concupi scentiā: nō vt nō sit: ꝫ vt non imputetr ꝑ baptismū iō ait. q̄ sanat oēs infirmitates tuas: et iō recepit flagella. Tertio preseruauit nos a pctō ꝑ doctri nā legis euāgelice. iō ait q̄ redimit de interitu vi tā tuam. Quarto dat nobis premiū et meritum ex obseruātia legis. Jō sequitr q̄ coronat te in miseri cordia ꝛ miseratiōib⁹ q̄s ipse fecit tibi ꝓ quib⁹ tu facis ꝓrio. Quinto ꝑ sanguinē suū emit nobis re gnū celeste cū eius felicitate. Jō sequitr. q̄ replet in bonis desideriū tuū. Sexto adept⁹ est nobis im mortalitatē corporis ꝛ hoc ꝑ suā resurrectiōē. Jō subdit. renouabitur vt aq̄le iuuētus tua: quādo re cupabis corp⁹ gloriosum in nouissimo die. Ergo propter prefata sex beneficia spūalia ꝛ intrinseca aīa mea debet laudare dñm et benedicere. ¶ Sed hoc etiā moraliter pōt exponi. ¶ Ubi est aduertē dū q̄ pctm̄ sex mala affert homini. Primo elōgat eum a deo. Scđo sauciat animā culpa. Tertio ca ptiuat in ptāte diaboli. Quarto reddit hominem deo odiosū. Quinto expoliat ipsū oibus bonis nō solum gratificis: sed etiam gratuitis. Sexto in durat ipsum ex cōsuetudine in malo. Jta ꝑ oppo situm medicina penitentie sex operatur in penitē te. Nā primo facit. deū ꝓpiciū vt tanq̄ medicus accedat ad pctōrem et appropinquet. Secūdo sa nat ipsum a vulnere peccati. de primo dicit: qui ꝓ piciatr oibus iniquitatib⁹ tuis. de scđo dicit: qui sa nat oēs infirmitates tuas. Tertio redimit a capti uitate diaboli: ꝛ liberat a morte perpetua ꝛ finali impenitētia. Jō subdit q̄ redimit de interitu vitā tuam. Quarto reddit deū benignum reconciliādo sibi peccatorē. Jō subdit q̄ coronat te in misericor dia et miserationibus. Quinto reddit bona q̄ per peccatum fuerāt mortificata cū subdit qui replet in bonis desideriū tuū. Sexto renouat spm̄ i nouā vitā fortificando oēs potentias: ꝛ excitādo habi tus virtutū theologaliū ꝛ donoꝝ spūsscti et opatr meritorie ꝑ grām renouantem et perficientem. Jō concludit. Renouabitur vt aquile iuuētus tua.

peccatū sex mala affert.

Faciēs misericordias domin⁹ ꝛ iudi ciū oibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas moysi: filijs israel voluntates suas.

Ut pa tet exo. xiiij. de pharao ne et po pulo is rael.

¶ Sed quia ecclesia fidelium non recipit a deo so lum beneficia spiritualia per redemptionem: sed etiam quondam recepit beneficia temporalia: fa ciens misericordias populo suo vindicando de inimicis iniurias illatas fidelibus: vt patet de pharaone: et egyptijs: et ceteris persecutoribus populi dei. Jdeo septimo debet anima nostra be nedicere domino quia fecit misericordias suas fi delibus iniuriam patientibus: cum vindicauit eos de inimicis eorum. et hoc in vtroq̄ testamēto Nam non solum in veteri testamento deus affli xit inimicos ecclesie: sed in nouo: vt patet de nero ne: domitiano: ꝛ diocletiano. Nono debet anima nostra benedicere domino: quia quondā ipse mi sericors et miserator dominus: fecit notas vias suas moysi. et filijs israel voluntates suas: cū de dit eis legem in qua sunt precepta et mādata mo ralia: vt faceret eos bonos. et cerimonalia: vt fa ceret eos fideles: quia in cerimonialib⁹ erant figu rata omnia mysteria christi et ecclesie. ꝛ viuebant in fide et spe christi venturi: et saluabātur. Lex er go dei dicuntur vie domini inquantum in ea con tinentr mādata et precepta per que tendimus ꝛ q̄ vehūt nos ad deū. Dicūtur et volūtates dñi. Nā q: lex est cōstans ꝛ perpetua volūtas. ideo in lege exprimitur voluntas legislatoris: que figurabatr in cerimonialibus vt dictū est. Quasi dicat: sicut deus in primo te. fecit mias et iudiciū hebreis in egypto iniuriā patiētibus eos liberando: et egy ptios flagellādo: ita in nouo test. fecit miam chri stiani set iudiciū de inimicis tyrānis ecclesiā per sequentibus eos cōterēdo ꝛ subijciendo. Jtem si cut tūc fecit notas vias suas moysi in mōte sinay et filijs isrl̄ voluntates suas dādo legē veterē ꝛ ce rimoniaꝫ: ita per christuꝫ fecit nobis notas vias suas et voluntates dando legem euangelicā que exprimit et notificat voluntatem patris.

Nota.

Miserator et misericors dñs: longa nimis et multum misericors.

De pe. d iij. ca. q: diuinita tis natu ra.

Non in perpetuum irascetur: neq̄ in eternum comminabitur.

Non scđm pctā nr̄a fecit nobis: neq̄ scđꝫ iniq̄tates nr̄as retribuit nobis.

xxiij. di. c. diacōi

¶ Quia superius enumerauit beneficia dei: nunc aūt demonstrat vnde emanauerūt ista beneficia collata generi humano. et dicit q̄ ex sola mia q: inq̄tū miserator ꝛ misericors fecit nobis illa bene ficia. Et prio narrat magnitudinē mīsicordie dei Scđo dicit modū i quo mō miseretr. dicit ergo q̄ nō aliud mouet deū ad supradicta beneficia no bis exhibēda: nisi sola misericordia. Nam ipe est misericors habitualitr ꝛ essētialiter ꝛ est miserator actualiter: q: iugiter facit nobis miaꝫ suā: ꝛ intātū est misericors: q: est longanimis in punitione: q: per magna tpa expectat et sufferat peccatorē vt cō uertatr ꝛ viuat qđ probat quo ad tēpus. Nā nō in perpetuū irascetr: q: lꝫ q̄nq̄ corripiat: tn̄ cito pla catr. Sꝫ q: talis correptio nō est nisi q̄dam commi natio. nc pctōr eternalr puniatr: sed corrigatr per

pniam. Ideo talis cōminatio non est eterna:sed
tpalis ergo nō in eternum cōminabit:q: cito desi
stit a minis correptiuis. Et ideo qn̄ tpaliter corri
git nō in perpetuum dānat sed cōminat tpaliter.
Ex quo patz magnitudo mie sue. Et q: nō solum
ostēdit magnitudinem mie sue. q: nō punit eter-
naliter sed etiā quo ad quātitatem q: puniuit cō-
digne fm grauitatē pcti sed citra cōdignū. Ideo
sequitur. Non scōm peccata nostra fecit nobis et
puniuit nos pena infinita. sicut peccauimus con
tra infinitum neq: fm iniquitates nostras retri-
buit nobis quia nō retribuit penam fm quantita
tez delicti. nec hic nec in purgatorio.

lxxvj. di c. i singulis in gl.

Qm̄ scd̄z altitudinē celi a terra corroborauit miam suā sup timētes se.

¶ Probat q̄ magna est mia dei sup nos. Et dicit
q̄ quāta est longitudo celi a terra. Nā ipse descē
dit de celo in terrā et assumpsit carnez: ergo mia
dei attingit a celo vsq: ad terrā tm̄ corroborauit
et plongauit miam suā sup timētes se. Itē nō so
lum distantia celi a terra est longa sed cōparatio
terre ad celū est infinitū distans. Nā terra est ad
modū puncti respectu celi. et est quasi insensibilis
sed deus q̄ est maior toto celo sine cōparatiōe as-
sumpsit carnez et corp' de terra que est minor ce-
lo sine cōparatione. ergo corroborauit miam suā
sup nos scōm altitudinem celi a terra: ideo plus
fecit sine cōparatione qn̄ verbum caro factuz est:
quia finiti ad infinitū nulla est pportio.

s. q̄d. iiij. c. homi.

Quantū distat ort' ab occidēte longe fecit a nobis iniquitates nostras.

¶ Nota q̄ altitudo celi a terra distat per mediaz
diametrū mundi in summitate celi supra cenith
capitis nostri vsq: ad centrū. Sed distātia ab oriē
te in occidentez dicit totā diametrū a polo ad po
lum secantem centrū mūdi. Idō dicit duplicē pro-
portionez et in tali pportione se hz remissio pec
cati nostri ad mysteriū incarnationis. Nā per in-
carnationē nobilitauit et exaltauit naturā hūanā
in summam dignitatez. Sed per mysteriū passio
nis remisit pctm̄ et iustificauit genus hūanū. Sz
iustificatio impij est maximū inter opera dei: er-
go in duplū ostendit nobis miam suam liberan-
do nos a peccato per passionem x̄pi exaltando na
turam per incarnationez. ¶ Sed querit: quare est
maius opus remissio peccati q̄ incarnatio et crea
tio. Respondet q̄ in opere creationis vel incarna
tionis deus nil posuit de suo nec aliquis motus
factus est in deo: sed in remissione peccati dedit
suum sanguinem q: non fit remissio peccati quin
exponatur de sanguine xp̄i: q: ipse soluit de pro-
prio p peccato impij etiam vltra resistentiā quaz
reperit soluit aliquid de pprio. Et ideo dicit pro
pheta. quātum distat ortus ab occidente longe fe
cit a nobis nostras iniquitates. q. d. q̄d est dupla
distātia in quātitate. Aliter exponūt alij. Nā xp̄s
duo nobis remisit. s. culpā et penā. Et p minorem
distantiā intelligūt remissionē pene et p maiorem
remissionē culpe eo q̄ culpa est infinita q: contra
obiectū ifinitū: sed totū est bene dictū: q: in vtroq:

opus remissiōis est mai' q̄ creationis et incarnationis opus.

ostenditur magnitudo misericordie dei.

Quomō miseretur pater filiorū: misertus est dn̄s timētibus se: qm̄ ipse cognouit figmentum nostrum.

Recordatus est quoniam puluis sumus: homo sicut fenum: dies eius tanq̄ flos agri sic efflorebit.

Qm̄ spiritus pertransibit in illo et non subsistet et: nō cognoscet āplius locum suum.

xj. q̄d. iij c. ad me sam. xiij. q. ij. in eccl'ia sico. et. xiij. q. vlt. c. q̄ pre posterū.

Quia superius dicit miam dei infinitam respe-
ctu temporis et respectu quantitatis culpe Hoc
idem probat hic exemplo siue ratiōe. Primo quo
ad quantitatem in se. Secūdo quo ad longitudi-
nem temporis. Primo ergo ponit quomō cogno-
scitur misericordiā dei esse infinitam ratione mo
di redimendi dicens. quō miseretur. D Ad cu-
ius intellectū est notandū q̄ aliter miseret extra-
neus homo aliter amicus. Aliter cōsanguineus: Nota.
aliter pater. Nā extraneus qn̄q: miseret ore: dum
quis est in miseria et qn̄q: ore et corde tāq̄ prim'
Sed amicus miseretur nō solum corde et ore: sed
etiam auxilio bonorum temporaliū. Consangui
neus iuuat quādoq: cū persona. Sed pater mise-
retur corde et ore: et opere et assumit negocium fi-
lij vt proprium: et semper etiā cum proprio sangui-
ne redimit filiū et liberat a malo. Ita ergo deus
nō soluz corde et opere: sed in psona assumpsit ne
gocium nostrum vt propriuz: et descendit de celo
factus homo in qua humanitate voluit pro no-
bis pati et dare suum sanguinem vt nos a mor-
te perpetua liberaret ergo misertus est nobis. nō
sicut amicus et frater: sed sicut pater. Nam frater
quandoq: deficit. Ideo ait dauid: quomodo mise
retur pater filiorum: ita misertus est dominus ti-
mentibus fidelibus. et per cōsequens misert' est
nobis quoniam pro q: aut p vt cognouit figmē-
tum nostrum per experientiam. idest voluit assu-
mere carnem nostram. vt cognosceret et experire
tur in se fragilitatem nostram et penas nostras.
Unde ly qm̄ stat non causaliter: sed consecutiue
et potest etiaz stare causaliter pro quia. i. quia co
gnouit et cognoscere voluit et experiri figmentuz
nostrum et fragilitatem nostrā per carnis assum-
ptionez. Ideo misertus est nobis sicut miseretur
pater filiorum. Et tunc cum fuit factus homo co
gnoscens figmentum nostrum per experientiam
recordatus est quoniā puluis sumus et fragiles et
cognouit q̄d homo sic efflorebit. i. florebit tanq̄
flos agri qui de mane psperatur: et in sero mar-
cescit: ita vires hominis cōsistunt in quadam ap-
parentia cum sit fragillimus, et pronus ad peccā
dum et sit infirmus et mortalis et semper in con-
tinuo fluxu quoniaz spiritus vitalis et naturalis
et aīalis eius ptransibit in illo q: continue generā
tur et corrumpuntur et fluunt huiusmodi spiritus
et nūq̄ hec natura subsistit cōtinue in eisdē: nec co
gnoscet amplius locū suuz eundez. Et etiam pōt

exponi et melius de spū rōnali: qm̄ aīa non semꝑ subsistet in illo sȝ recedet ꝑ mortē et āplius nō cognoscet locū suū: illud corpus mortale: et si recuperauerit illud ꝑ resurrectionē hoc nō fiet naturaliter sed virtute dei in nouissimo die. Hec eadē sn̄ia habetur psal. lxxxix. per totū de humana fragilitate ⁊ infirmitate et fluxibilitate ⁊ vite breuitate et varietate. vt ibi largius dictum est.

De pe. d. iij. q2 diuinitatis natura. xv q. j. c. firmissime. ⁊. xxiij. q. iiij. c. displicet.

Misericordia autem dn̄i ab eterno ⁊ vsqȝ in eternum: suꝑ timentes eum. Et iusticia illius in filios filiorū his qui seruant testamentum eius. Et memores sunt mādatorū ipsius ad faciēdum ea.

¶ Nō erit sic de mia sicut de fragilitate hoīs. Nā lȝ hō sit fragilis et mortalis et variabilis ⁊ tp̄alis: tn̄ mia dei est imortalis: et fortis et firma. Nā quacūqȝ hora ingemuerit pctōr semꝑ est deus paratus parcere et hoc nō solum nunc: sed ab initio Ita statuit et ostēdit in patrib⁹ antiquis: et erit iusticia illius scȝ retributio premij ꝓmissi in filios filiorum. i. oēs successores apostolorum et imitatores scȝ in his qui seruāt testamentū eius. ⁊ sunt memores mandatorū eius ad faciendū et ad seruandum ea. Ex quo ptȝ ꝙ mia dei nō solū est infinita in virtute intensiue et extensiue: sed etiā est infinita in duratione ⁊ successione. Et bene dicit ad faciendū ea. Nam multi sunt memores mādatorum dei de lege dei loquēdo et disputādo. ⁊ volunt scire legem dei et mandata: sed nō ad faciendum ea: sed nihil scire videtur. Ex quo ptȝ ꝙ mia dei ⁊ retributio et iusticia premij ꝓmissi non erit nisi in his q̄ obseruāt mādata: ⁊ legē euangelicā.

caro xp̄i fuit sibi tanq̄ cilicium.

D ¶ Ad maiorē intelligentiā huius est notādū sicut dictū est psalmo. xxxiiij. ꝙ caro xp̄i quam infirmam pro nobis assumpsit: fuit sibi tāq̄ cilicīū penitentiale. Nam q2 cilicium est cōtextum ex pilis et setis aīalium: ideo est pūgitiuū. et per cōsequens affligit carnem. ex qua afflictione penitēs recordatur suorū peccatorum. Et sic cōtinue memor peccatorū penitet et dolet peccata cōmisisse: ⁊ sic meretur veniam. Et rursus sic recordatus suorum peccatorum confunditur detrahere proximo immo cognoscit proximū peccare ex fragilitate ⁊ sic cōpatitur sibi et miseretur ei: et citius remittit sibi iniuriam. Et sic patet qualiter cilicium pungitiuum reducit in memoriam peccata preterita et in dolorem et penitentiā peccatorū et ad compatiēdum ꝓximo et miserendū ei. Hec fuit ergo causa quare filius dei voluit induere carnem nostrā infirmam tanq̄ cilicium penitētiale. vt in ea ageret pro nobis penitentiam. Nam assumpsit illā carnem cum spinis penalitatum scȝ cum fame et dolore et nuditate et mortalitate ⁊c. ꝓter concupiscētiam et peccatum. vt essent instrumenta ad merēdum pro nobis et patiendum que quidem penalitates erant quedā spine que continue pūgebāt aīam xp̄i memorādo sibi peccatū ipsius adam et oīm nostrum ex qua cōpunctione et memoria cōtinue dolebat et affligebat̄ ⁊ patiebatur ⁊ per cōsequens merebatur. Et ideo ab instanti incarnationis vsqȝ ad emissionem spūs etiam vsqȝ ad resurrectionem fuit semper dictus vnus actus continuus nostre redemptionis nō interpollatus vt dictum est psalmo. xxix. Item rursus ista continua compunctio et afflictio inflicta xp̄o ab isto cilicio carnis spinoso inducebat christū experimētaliter ad compatiendum nostre fragilitati. et per cōsequens ad miserendum nobis et remittendū peccata nostra. Et sic patȝ quia experimentaliter cognouit figmentum et fragilitatem nostram ideo christus fuit motus ad miam erga nos. Duplici ergo ex causa xp̄us misertus est nobis. vno modo tanq̄ pater q2 creauerat nos. alio modo tanq̄ frater: eo ꝙ cepit carnem nostram et expertus fragilitatem nostram cognouit figmentum nostrum. Et hoc est qđ intendit dicere dauid in hac parte cū ait: quomodo miseretur pater filiorū.

Dn̄s in celo parauit sedem suam: et regnū ipsius omnib⁹ dominabitur. Benedicite dn̄o oēs angeli eius: potentes virtute facientes verbū illius ad audiendā vocē sermonum eius.

Esa. xxxiij. j. Thi. j. ⁊. xxxiij dis. si qđ

¶ In hac secūda parte demonstrat ꝓpheta ꝙ nō solū homines obligantur ad benedicendū xp̄m: ꝓpter beneficia recepta sed etiā angeli. Ideo inuitat naturam angelicam ad benedicendū et laudandum xp̄m. et licet nō exprimat nisi vnam causam scȝ q2 in celo parauit sedem suam tanq̄ dn̄s tamē subintelliguntur due cause precedentes. E

Angeli deū laudare obligantur.

¶ Ad cuius intellectum est aduertendū ꝙ quadruplici cā nō solū hoīes: sed etiā angeli obligantur xp̄m laudare et bn̄dicere. Primo tanq̄ eorū redēptorem. q2 eos redemit. Secūdo tāq̄ eorū caput q2 simul xp̄s est caput hoīm et angelorum. Tertio tāq̄ reparatorē angelice ruine q2 per hoīes quos redemit angelorum ruinā repleuit et reparauit. Quarto tanq̄ dominum et iudicē hominū et angelorum: q2 domin⁹ christus parauit sedē suā in celo. Quomodo aūt xp̄s sit ⁊ est redēptor et caput et reparator: vt dn̄s angelorū cui sedes imperialis fuit ab origine mūdi preparata partim dictū est psal. lxxxj. sed clarius dicetur in fine hui⁹ psal. Ex quibus ptȝ ꝙ lȝ supradicta quadruplici cā et ratione angeli obligent̄ bn̄dicere et laudare xp̄m etiā inquantū homo tn̄ dauid nō tangit nisi quartam cām hic in psal. inquantū xp̄s est dn̄s ⁊ parauit sedē suā imꝑialē suꝑ oēs angelos que quidē sedes lȝ fuerit preparata pro xp̄o ab origine mundi: vt videbit̄: tn̄ nō possidebit eā manifeste vsqȝ ad diē ascensionis. Ideo ait dauid. q2 dn̄s in celo preparauit sedē suā et regnū ipsius oībus angelis et hoīb⁹ dn̄abitur. Ideo bn̄dicite dn̄o oēs angeli eius potentes virtute. q2 accipitis potētiā et virtutē ab eo vt faciatis verbum eius et ad faciendū verbū eius et ad audiendā vocē sermonum eius. idest ad exequendum eius imperium et preceptum quasi diceret. benedicite xp̄o q2 est domin⁹ et vos ministri eius: et executores volūtatis eius.

Benedicite dño oēs virtutes eius mi nistri eius q̄ facitis voluntatē eius.

De pe.d. ij.§.pri cipium enim.

D ¶ Ad euidentiam huius versus et preteriti est notandū fm Aristotelē.xvi.de animalibus ꝙ opus nature est opus intelligentie. vnde videtur dicere August. super Gen̄ ꝙ omnes rationes seminales quas actiue impressit deus in angelis et celis im pressit passiue in elementis. Et est iste ordo. Nam deus primo ab eterno habet in mente et essentia suas rationes ⁊ formas oīum rerū creatarum que vocant̄ ratiōes ⁊ species eterne quas Plato yde as appellauit: vt ait Aug. lib.lxxxiij.q. ad quarum similitudinem ex tēpore creaturas produxit in spe cies suas seruādo istū ordinē. Naꝫ in mētibus an gelorum qui sunt nobiliores creature impressit si militudinem oīum inferiorꝫ quas quidē doctores appellant species cōcreatas que non solū faciūt ad cognoscendum sed etiā ad agendū et sunt qua si artes in mentibus intelligētiaꝫ et iste eedē pos sunt esse rationes seminales et potentie actiue ad operādū in hec inferiora et sic mouēt celū ꝓpter deū amatū et desideratū ad ḡnatiōnē istorū infe riorꝫ. Et hoc innuit Augu. ꝙ opꝫ poni in elemētis et elementatis quasdā rationes seminales passi uas correspondētes rationibus seminalibus acti uis impressis in angelis et corporibus celestibus que fm Aristo. sunt quedā potentie passiue in ma teriā de quibus agentia naturalia virtute intelli gentiaꝫ inducunt formas de potentia in actuꝫ: et dicit Augu. ꝙ iste intelligentie separate.i. angeli et demones habent tā grande dominiuꝫ super ele menta ꝓpter rationes seminales ꝙ possunt ope rari absꝫ agente particulari in elemēta addēdo et applicando actiua passiuis. Ita ꝙ que faciunt longo tempore mediant- bus agentibus particu laribus faciant per se in breui. Et ita dicit ꝙ ma gi pharaonis virtute demonuꝫ fecerūt ranas ⁊ ce tera tempore moysi. Et isto modo deus fecit mira cula ⁊ facit sibi tp̄e oportuno per angelos. Et isto mō oēs āgeli dicuntur virtutes dei qꝛ in eis deus a principio impressit hmōi virtutes que vocantur q̄ si naturales et continue deus precipit et dat vir tutem angelis ad faciendū miracula noua scdm suam voluntatem. Sed inter angelos quidam est ordo q̄ specialiter dicit̄ ordo virtutū. eo ꝙ mouet celū et elemēta ⁊ ꝓhibet demones ne ledāt mūdū ex potentia naturali quam habēt super elementa ne inducāt tempestates. ⁊c. Sed generali nomine oēs possunt dici virtutes ꝓpter rationes p̄dictas qꝛ deus tradit potestatem et virtutem quādo vult vt faciant miracula sicut sibi placet et sic oēs sunt executores diuine voluntatis ⁊ dicuntur potentes virtute et facientes verbum eius: et parati ad audi endam vocē sermonum eius obediēdo. Sed qꝛ isti met angeli qui fuerunt potentes virtute ad audi endā vocē dei et exequenduꝫ preceptū in veteri te stamēto puta ad diuidēdum mare rubrū et inferē das plagas egyptijs. Postea fuerūt mīstri xp̄i ad mitigandum vndas maris: et faciendū cetera mi racula et sunt quotidie ministri xp̄i in ministeriuꝫ missi. Ex quo patet ꝙ sunt sub ditione xp̄i. Jdeo dicit dō: benedicite dn̄o omnes virtutes eius: qꝛ estis ministri eius: ⁊ qui facitis volūtates eius: im plentes ⁊ exequētes eius precepta et imperium. Sꝫ ē alia potētial obediētialis in materia q̄ respi cit solū deum de qua nō est ad p̄sens speculatio.

Quidsit ydea.

angelorum potentia.

Benedicite dño omnia opera eius: in omni loco dominationis eius bene dic anima mea domino.

D: pe. d.s.ij.§. qō autē.

¶ Quia in prima parte inuitauit seipsuꝫ in perso na totius generis humani ad laudandum christū propter beneficium redemptionis ⁊c. Et inuitat in secunda parte angelos: eo ꝙ christus est adept⁹ dominium ⁊ sedem in celo. Ex quo patet ꝙ xp̄s ha bet vniuersale dominium in celo et in terra: sꝫ oīa elementa et elementata: sunt propter hoīem: ergo sequitur ꝙ omnia opera creata sunt xp̄o subiecta ⁊ obligata ⁊ super omnia habet dominiū quia in quantū deus est in omnib⁹ per substātiaꝫ: virtuteꝫ ⁊ operationē ⁊ inquantū deus homo: oīa sunt sub iecta sub pedibus suis ergo omnia obligant̄ lau dare xp̄ꝫ vbiꝙ. Cōcludit ergo benedicite domino omnia opera eius tam creata ꝙ̄ recreata in omni loco dominatiōis eius: qꝛ nullus locus excludit̄ a sua ditione et dominio et conuersus ad seipsum dicit. Benedic anima mea domino: quia nō soluꝫ me redemit: sed omnia creauit ⁊ angelos redemit ante casum et hominē post casuꝫ eo mō quo dictū est. Nam omnia elementa: et plantas: ⁊ mineralia creauit propter hominē: et etiam celos: et motus corꝫ ꝓpter nos disposuit: ergo tenemur spāl̄r deū laudare ⁊c. D ¶ Ex toto isto psal. possum⁹ recol ligere quattuor conclusiones quarū. ¶ Prima est ꝙ nos obligamur benedicere et laudare iesuꝫ xp̄ꝫ dominum nostrum non solum ore sed etiam corde et opere: sed ex toto corde et mente et anima et ex omnibus viribus propterea ꝙ non solum quo ad totam animam sed quo ad totum corpus nos re demit et sanauit. Nam primo propiciatus est ini quitatibus nostris omnia peccata remittēdo. Se cundo sanauit omnes infirmitates nostras nō so lum spirituales: sed etiam corporales. Tertio qꝛ redemit nos a morte corporaliter spūali. Quarto quia reddidit nobis corpus gloriosuꝫ et impassi bile. Quinto quia repleuit nos bonis celestibus. Et sic recuperauit nobis omnia que perdidimus in adam. ¶ Secunda conclusio ꝙ deus non puni uit secundum iusticiam siue per iusticiam: sed sal uauit nos per misericordiam: quia non secundum peccata nostra fecit nobis. ¶ Tertia conclusio ꝙ de⁹ est magis ꝓn⁹ ad miaꝫ ꝙ̄ ad iusticiā erga nos qꝛ nō puniuit nos vt suos rebelles sꝫ miser⁹ ē no bis tāꝙ̄ filijs. ¶ Quarta cōclusio ꝙ nō solū hoīes sꝫ etiā angeli obligant̄ laudare ⁊ bn̄dicere xp̄ꝫ tā q̄ dn̄m ⁊ redemptorē ⁊ caput ⁊ reparatorem ⁊c. A ¶ Sed contra oīa predicta arguitur. Et primo arguunt iudei contra primam conclusionem dicē tes ꝙ iste de quo loquitur iste psalm⁹ nō est iesus xp̄s quē nos recepimus in messiā et redemptorē. Naꝫ ipse non sanauit oēs infirmitates nostras ꝑ mortem et resurrectionem quia adhuc manemus

Obiectio.

Hic ostēdit specialia beneficia collata primis patriarchis propter virtutem fidei: quia semper deus eos custodiuit in peregrinationibus suis in ter gentes extraneas et feroces: nec permisit eos ledi: immo flagellauit eos ledentes: vnde dicit q cum sancti patres in p̄ncipio: scilicet abraā: isaac et iacob essent paucissimi incole et aduene ⁊ pere grini in numero breui pertransierunt de gente in gentem: et de regno ad populū alterum absq̧ le/sione. Nā primo abraā cū patre suo thare ⁊ fra/tre suo nachor venit a chaldea. i. mesopotamiam vt pt; Gen̄. xi. et postea de mesopotamia in terrā chanaan. Gene. duodecimo. et exinde propter fa mem et inediam transiuit in egyptū: et postea in geraris: et similiter isaac: vt pt; Gene. xxvj. et post ea iacob profectus est de terra chanaan in meso/potamiā. Et exinde descēdit in egyptū cum filijs et nepotib⁹: et tamē in nullo istorū locorū reliquit nec pmisit aliquē hoiem' nocere eis. Nam primo abraā liberatus est de hur chaldeorū ⁊ deus corri puit chaldeos: et flagellauit propter eū: ⁊ flagel/lauit pharaonē regem egypti: eo q detinebat sa/ram vxorem eius: et abimalech regē gerare pp̄ter eandem causam. Gen̄. xij. et ita pariter nō pmisit vt laban noceret ipsi iacob cū sequeret̄ eum. Nec etiam esau frater eius: ita etiā deus flagellauit ⁊ corripuit regem gerare propter isaac. Gene. xxvj. quasi deus diceret. Nolite tangere patriarchas ⁊ sanctos xp̄os meos: et in pphetis meis: idest in p phetas meos: nolite malignari. A Vnde no/ta q licet abraā: isaac: et iacob. non fuerunt vncti oleo materiali sicut sacerdotes ⁊ reges post moy/sen: tamē fuerūt vncti oleo sp̄ūali sp̄ūssancti: ⁊ sic fuerunt veri prophete: quia multa mysteria xp̄i: et ecclesie preuiderunt in spiritu et figura: et ideo vo cat hic eos prophetas ⁊ christos. Nam primo cū abraam recessit a chaldea et aaran: ex p̄cepto dei preuidit in spiritu q omnes gētiles relicta idola tria erant venturi ad ecclesiā ⁊ fidem christi. Gen̄. xij. Item per vaccā triennē: et caprā trimā: et arie/tem trium annorū: et turturē: et columbā preuidit in spiritu totū discursum posteritatis sue vsq̧ ad christū: vt pt; Gen̄. xv. Item quādo voluit immo/lare filium suum Isaac preuidit totum mysterium passionis christi: et facta fuit ipsi promissio in se/mine eius de xp̄o et eccl̄ia. Gen̄. xxij. Itē qn̄ iacob vidit scalam fudit ⁊ oleum super lapidē ⁊c. Gen̄. xxviij. tunc in spiritu preuidit totum mysterium in carnationis: et passionis christi: ⁊ futurā psperi/tatē eccl̄ie: et ideo cu; benedixit filijs suis: p̄dixit eis oīa que vētura erant eis vsq̧ ad xp̄m: et cū be/nedixit filio suo iuda manifeste predixit regnū xp̄i et ecclesie: ⁊ passionē: ⁊ resurrectione; ⁊c. Genesis xlix. Ex quo pt; q omnes isti patriarche fuerunt xp̄i: inquantū fuerūt vncti oleo sp̄ūssancti: ⁊ etia; iacob fuit vnctus oleo materiali cu; vnxit lapidē oleo et erexit ip̄m in titulū. Gene. xxviij. Item oēs isti fuerūt prophe: q: sp̄ūsctō illustrati ⁊ moti mul

Abraa; isaac et ⁊ iacob fuerunt pphete.

ta futura predixerunt et preuiderunt de xp̄o et ecclesia vt dictum est: et ideo dicit dauid in persona dei. nolite tangere christos meos: et in ꝓphetis meis nolite malignari. Ex quo ptz ꝙ dauid i hoc psalmo nō solū intendit narrare historias: sed ēt intendit deducere nos ad fidē xp̄i ꝛ cognitionem mysteriorū ꝛ beneficiorū futurorum per xp̄m que in memoratis beneficijs figurabātur. Nā dauid nō solū est hystoriographus: sed ꝓpheta vt dictū est. q. d. mementote mirabiliū que xp̄s facturus est in sua natiuitate: et sua predicatione et passione que sunt figurata per mirabilia ꝛ beneficia collata predictis sanctis patriarchis et prophetis.

Nam de semine istorū est xp̄s nasciturus ſm carnem ꝛc. i. de vigine maria. Ex sicut passi sunt persecutiones: ita et xp̄s passurus est. Et sicut isti fuerunt liberati: ita ꝛ christus est liberādus per resurrectionem: et sicut isti peregrinati sunt: ita et ecclesia erit peregrinatata et afflicta ꝛ in fine liberata ꝛc. Ergo sicut illi patriarche laudauerunt et cōfessi sunt deo confessione fidei et laudis ꝓpter beneficia a deo recepta: ita et vos ꝯfitemini dño iesu christo deo ꝛ homini propter beneficia incarnationis et redemptionis ꝛc. nam hoc est testamētum quod deus disposuit ad abraam: et iuramentum ad isaac. Et ista scʒ ecclesia militans et triūphans est illa terra chanaam quam deus promisit abrae et semini eius in funiculum hereditatis ꝛc. Quia omnia illa que ibi fuerunt impleta litteraliter et figuraliter in testimonium ꝛ pactū sunt spiritualiter implenda per christū. Quia ille nos debet introducere in terram viuentium ꝓmissam in qua fruemur bonis gratie in presenti: et bonis glorie in futuro.

Exod. x. **Et vocauit famē super terram: et omne firmamentum panis cōtriuit.**

Gene. xxxvij. **Misit ante eos virum: in seruum venundatus est ioseph.**

Gene. xxxix. et xl. **Humiliauerunt in cōpedibus pedes eius: ferrum pertransijt aiaʒ eius donec veniret verbum eius.**

Eloquium domini inflammauit eū misit rex et soluit eum: principes populorum et dimisit eum.

Gen. xli. **Constituit eum dominum domus sue: et principem omnis possessionis sue.**

Ge. xlvi. **Ut erudiret principes eius sicut semetipsum: et senes eius prudentiam doceret.**

Ge. lij. ꝛ xliij. q. v. ca. dixit dñs. **Et intrauit israel in egyptum: et iacob accola fuit in terra cham.**

Et auxit populum suū vehementē: ꝛ firmauit eum sup inimicos eius.

¶ Hic memorat bñficia mirabilia collata ipsi ioseph in figurā xp̄i. Dicit ergo ꝙ cā quare de⁹ exaltauit ipsum ioseph fuit ista. nā deus vocauit ꝛ ꝓcurauit famē super terrā subtrahendo influentiā et grām suam ꝓhibendo celū et elementa ꝛc. Et sic omne firmamentū ꝛ substentamentū panis cōtriuit et minorauit. Et tunc misit virū ioseph ante eos scʒ egyptios vel ante fratres suos qui venūdatus fuerat a fratrib⁹ suis in seruū ꝛ captiuū ismaelitis: et postea egyptij scʒ phutifar et serui eius humiliauerunt pedes ipsius ioseph in cōpedibus carceris et ferrum cathenarū et cōpeduʒ pertransiuit aiam. i. vitam et vires anime eius: et stetit in in carceribus donec veniret verbum eius scʒ interpretatio somniorū illorum duorū sociorū qui erant vincti cum eo: qꝛ tunc eloquiū domini: scʒ spiritus prophetic inflammauit et illustrauit ipsum ioseph: vt interpretādo somnia prediceret futura. Tunc pharao rex egypti misit principes ꝛ magnates ꝓplorum et soluit eū a vinculis ꝛ dimisit eū liberū. Et facta interpretatione de septem vaccis pinguibus et macilētis cōstituit eū dñm totius domus sue et principem et rectorē possessionis sue: vt erudiret oēs principes egypti et senes eius prudentiā doceret in agibilib⁹. Et sic ꝓuidit de frumento in septem annis pinguibus ꝑsequentibus sterilibus vt patet Ge. xli. Et sic fuit exaltatus et veneratus tāꝙ rex in egypto. Sed qꝛ per exaltationem ioseph post venditionem et incarcerationem preuidit dauid exaltationem christi et regni eius post venditionem et mortē et passionem et resurrectionem. Ideo per hoc nos intēdit deducere ad laudem et confessionē fidei christi propter beneficia redemptionis ꝛc. Quasi dicat ergo dauid. O fideles qui estis semen Abrae ſm spiritum memento ꝛc. Quoniam sicut ioseph fuit venditus a fratribus viginti denarijs: ita et christus est vendēdus a iuda discipulo suo triginta argenteis. Et sicut ioseph fuit positus in carceribus ita christus in sepulchro. Et sicut ioseph abstractus a carcere interpretatus est somnium pharaonis: ita christus post resurrectionem interpretatus est apostolis sensum scripturaruʒ vt patet Luce vltimo. Et sicut ioseph liberauit egyptū a fame corporali et sua ꝓudentia: ita christus liberauit genus humanum a morte et fame spirituali per legem euangelicā et sacramenta ecclesiastica. Et sicut rex pharao exaltauit ioseph post exitum carceris super totam egyptum et omnes principes et magnates: ita deus pater exaltauit filium suum post resurrectionem et ascensionē super angelos et homines: et data est ei potestas in celo et in terra. Et sicut ioseph introduxit patrem suum iacob et fratres suos in egyptum: vbi erat abundantia frumēti ꝛc ita christus introduxit fratres suos apostolos in fertilitatem scripturarum et sacramentorū ecclesie in qua sumus accole et peregrini. Et sicut ioseph siue de⁹ auxit populum suum in Egypto: et firmauit eum super inimicos eius egyptios: ita christus auxit populum suum christianum et fideles suos et firmauit super inimicos eius iudeos et ceteros infideles.

Omnia supradicta mysteria de christo et ecclesia preuidens dauid in spiritu adducit mysterium ioseph in figura.

Exo. iij. et ex de pe. dis. i. qui sunt. **Conuertit cor eorũ vt audirẽt populũ eius: et dolũ facerent in seruos ei⁹.**

Misit moyses seruum suum: aaron quem elegit ipsum.

Exo. x. c. **Posuit in eis verba signorũ suorum et prodigiorum in terra cham.**

B ¶ Hic memorat mirabilia bñficia collata moysi et populo israel propter fidem eorum: et memorat punitionem et afflictiones pharaonis et egyptiorum ppter infidelitatem et duritiam eorum. Et primo assignat causam. Nam vt patz Exo. i. Uidentes egyptij filios israel in tam magnũ numerum creuisse et in bonis temporalibus abundasse moti inuidia cogitauerũt eos debilitare et dura opera et vectigalia eis imponere: et pcepit rex obstetricibus vt masculos strangularẽt &c. Et hec ẽ cã quare filij israel clamauerũt ad dñz. Unde dñs misit moysen et aarõ ad liberandũ eos. Ideo ait dauid. Dñs cõuertit cor eorũ. s. egyptiorũ. vt odirent pplm suuz israel inuidẽtia fraterne charitatis et psperitatis et doluz facerent in seruos eius dura onera et labores in luto et lateribꝰ imponendo et dolũ in pueris strangulandis machinãdo et dicit. cõuertit cor eorũ: nõ qȝ deus impelleret eos ad malũ agendũ cũ nõ sit auctor maloꝝ sed qȝ permisit cor eorũ puerti vt odirent pplm eius dimittendo eos in malicia sua et duricia nõ largiendo grãm ppter peccata eorũ precedentia qȝ pctm̃ qȝ per pniam nõ delet mox per sui pondus in aliud trahit: et sic filij israel habuerũt cãm clamandi ad dñm: tunc deus cõpassus illi populo misit moysen seruum suum apparens ei in rubo: et misit cum eo ipsum aaron quem elegit in socium ad loquẽdum ante pharaonẽ vt patet Exo. iij. Et posuit in eis dominus verba signorum suorum eos informando quomodo loquerentur ante pharaonem in quibus verbis et virga erat virtus faciendi signa et prodigia. Et dicuntur signa inquantum significabant virtutem et potentiã dei Et ideo dixerunt magi pharaoni: digitus dei est hic. Et dicuntur prodigia inquantum aliud futurum pretendebant et protendebant. Nam ille decẽ plage significabãt decem dãna que patitur hodie populus iudaicus propter peccatum infidelitatis vt supradictum est psal. lxxvij. Et dicitur egyptus terra cham: eo qȝ mesraym filius cham populauit egyptuz.

Misit tenebras et obscurauit: et nõ

sup. lxxvij. ca. **exacerbauit sermones suos.**

Exo. vij. d. **Conuertit aquas eorum in sanguinẽ et occidit pisces eorum.**

Exo. et c. alias cenomia. **Et dedit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum.**

Dixit et venit cynomia et cynifes in omnibus finibus eorum.

Exo. x. d. Et. xvj. q. i. reuertimini. Sa. xvij a. **Posuit pluuias eorũ grãdinem ignẽ comburentem in terra ipsorum.**

Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum: et contriuit lignum finium eorum.

Dixit et venit locusta et brucus: cuius non erat numerus.

Et comedit oẽ fenũ in terra eorum: et comedit oẽm fructũ terre eorũ.

Et percussit oẽ primogenitũ in terra eorũ primitias ois laboris eorum.

Exo. xiij. d. **Et eduxit eos cũ argento et auro: et nõ erat in tribubus eorũ infirmus.**

Letatus est egyptus in profectione eorũ: qȝ incubuit timor eorũ sup eos.

Expandit nubem in protectionem eorum et ignem vt luceret eis per noctem.

¶ Hic incipit enumerare signa et prodigia que fecit dominus per moysen: sed nõ eodẽ ordine quo facta sunt. Unde primo ponit nonam plagã quando misit tenebras per totam egyptũ Exo. x. Ideo ait. misit dominus per moysen in virtute dei tenebras et obscurauit totam egyptum. et deus vel moyses nõ exacerbauit sermones suos. Nam semper cum benignitate exhortabatur et loquebatur pharaoni vt dimitteret populũ. Et cum pharao cessabat a malicia et pmittebat: pariter cessabat plaga. Et sic sm sermones moysi cum dulcedine procedebant. In secũdo loco ponit primam plagam cum dicit. Conuertit aquas eorum in sanguinem ne possent bibere de aqua nili: et occidit pisces eorum. In tertio loco ponit plagam secũdam quando dedit ranas in terra eorum in tanta quantitate quod penetrabant totum regnũ ipsorum exeuntes ab aquis. In quarto loco ponit quartam plagam que fuit musca canina. Nam dicit Moyses in virtute dei vel deus dixit. idest precepit et venit cynomia venit etiaz cynifes que fuit tertia plaga in omnibus finibus eorum. Posuit etiam pluuias eorum grandinem que fuit septima plaga quando venit grãdo mixta cũ igne scilicet fulminibus et coruscationibus. Et percussit vineas eorum et ficulneas: et cõtriuit omne lignum. i. oẽs arbores finiũ eorum. Et dixit etiaz et precepit et venit locusta et brucus que fuit sexta plaga. q̃ quidẽ locusta et brucꝰ corroserũt quod remanserat. Ultimo ponit decimam plagam cũ dicit. Et percussit omne primogenitũ in terra eorũ et primitias ois laboris eorũ tã hoim qȝ bestiarum et pecudũ. Et sequit. Et eduxit eos moyses cum argento et auro qȝ mutuo acceperãt a vicinis ex precepto dñi. Et nõ erat aliqs infirmus in

tribub⁹ eoꝝ. Nā cū angel⁹ dñi ꝑcussisset oīa ꝓmo genita egypti ab hoīe vsq̧ ad pecus soli filij israel fuerunt immunes coꝝ ꝙ vnxerāt limina et postes sanguine agni vt ptꝫ Exo.xij. Et sic salui facti sunt filij israel ab illa plaga et infirmitate. Et sic letata est egyptus et totus populus in profectione et recessu eorū scilicet filiorum israel q: incubuerat timor super egyptios ex morte primogenitorum. Et tunc deus expandit nubem in protectionem eorum: et etiam expandit ignē vt luceret eis per noctē. Nā nubes ducebat eos in die ⁊ colūna ignis per noctē. Exo.xiij. Et hoc fuit primum ⁊ maximum beneficiū post exitū de egypto quantū ad continuum ducatū. D ¶ Sꝫ hic querit̄ vtrū filij israel peccauerint ⁊ cōmiserint furtum et mēdaciū asportando secū vasa argentea ⁊ aurea que mutuo acceperāt ab egyptijs: cum sit cōtra illud preceptum non furtum facies. Ad hoc respondēt cōmuniter doctores ꝙ ille met deus q̄ dixit nō furtū facies generaliter: ille idē dixit tūc spūaliter vt filij israel acciperent mutuo illa vasa ⁊ portarent secū: ideo non egerunt contra voluntatem dei immo impleuerunt dei voluntatem qui est dominus auri ⁊ argenti ⁊ omniū creaturarū: ideo filij israel non fecerunt contra preceptum dei qui est conditor legis nec facta fuit iniuria egyptijs eo ꝙ erāt debitores filijs israel: quos per longa tempora violenter oppresserant ⁊ absq̧ mercede ab eis seruitia acceperant ideo voluit vt in solutionem et stipendium suorum laborum acciperent filij israel illa vasa argentea et aurea. Sed addit August. ꝙ deus non sine causa illud precepit. Nāꝫ quia egyptij abutebantur auro et argento faciendo ex eis deos aureos ⁊ argenteos ⁊ vasa ⁊ cetera vtensilia ad vsum sacrificiorum falsorum deorū. Ideo deus voluit vt auferretur ab egyptijs aurum et argentum vt filij israel commutarent illa vasa aurea in meliorem vsuꝫ. s. ad ornatum tabernaculi ⁊ ad cultum veri dei: quia ex illa copia auri ⁊ argenti obtulit vnusquisq̧ pro vasis ⁊ vtensilibus fabricandis ad cultum veri dei vt patet Exo.xxviij. ¶ Iteꝫ addit Augustinus ꝙ illud factum est in figura et ad doctrinam nostram. Nam absq̧ peccato nos accepimus a philophis gētium scientias mathematicas et naturalem et moralem philosophiaꝫ et complures morales doctrinas applicando et conuertendo eas ad meliores vsus scilicet vt ancillentur ⁊ seruiant nobis sacre theologie; de quib⁹ ait salomon. Prouer.ix. ꝙ sapientia vocauit ancillas suas ad artem ⁊c.

Si. filij israel. peccauerunt asportando vasa egyptiorum.

Exo.xvi c. exodi. xvij.b.

Petierunt et venit coturnix: et pane celi saturauit eos.

Dirupit petram et fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina.

B ¶ Secūdū bñficium fuit q: petierūt. s. carnes ⁊ cibum ⁊ venit coturnix ⁊ pane celi saturauit eos. s. manna de celo missa q̄ durauit ꝑ quadraginta annos vsq̧ ad terraꝫ ꝓmissionis Exo.xv. ⁊ Numeri. xx. Tertiuꝫ bñficiū fuit qz dirupit petram et fluxerūt aque ⁊ in sicco abierunt ⁊ emanarūt flūīa q̄re deus nō defecit eis i ducatu: nec i cibo: nec i potu:

Quōm memor fuit verbi scti sui: quod habuit ad abraam puerū suum.

exo.xij.c. Et de cō se .di.ij. quidsit sanguis

Et eduxit populum suū in exultatione: et electos suos in leticia.

Et dedit illis regiones gentium: et labores populorum possederunt.

Ut custodiant iustificationes eius: ⁊ legem eius requirant.

¶ Et hec oīa nō fecit deus in meritis eorum cū essent rebelles: sꝫ vt impleret qd̄ ꝓmisit ad abraam puerum ⁊ verū ⁊ fidelem famulum suū: cui promisit illam terram pro semine suo. Et sic moyses siue deus per moysen eduxit populum suum cum exultatione ⁊ electos suos cum leticia ⁊ victoria contra amalechitas ⁊ seon regem amorreorum ⁊ og regem basam: ⁊ per iosue dedit eis regiones gentium scilicet a dan vsq̧ bersabee: ⁊ labores populorum gentium possederunt illis expulsis ⁊ subiectis. Et causa quare deus eduxit eos de egypto ⁊ dedit eis illam terram fuit vt libere possent custodire legem dei ⁊ iustificationes eius in illa lege contentas quo ad iudicialia ⁊ cerimonialia ⁊ moralia: ⁊ legem eius exquirant quo ad misteria in lege clausa ⁊ contenta de messia futuro.

¶ Secunda expositio vltime partis psalmi.

Expositio allegorica.

¶ Sed quia dauid fecit hunc psalmum non soluꝫ propter litteram sed principaliter in prophetiaꝫ propter mysteria christi ⁊ ecclesie in predicta littera clausa ⁊ significata vt in vltimo versiculo ait vt legem exquirant. Tenebantur enim iudei exquirere in lege mysteria christi in cuius fide saluabantur. Et ideo videndus est sensus propheticus et allegoricus huius vltime partis. ¶ Unde notandum ꝙ per moysen significatur regnum christi: et per aaron sacerdotium: per hoc significabatur ꝙ christus rex et sacerdos erat mittendus ad liberandum genus humanum: ⁊ sic cum totum genus humanum esset afflictum in seruitute peccati in potestate diaboli christus rex et sacerdos ⁊ legifer ipsum per mortem et passionem et resurrectionem a tenebris et seruitute liberauit. Item cum specialiter populus israel esset sub iugo legis et omnes patriarche ⁊ prophete clamassent ad dominum vt patet per totum discursum veteris testamenti: tunc venit christus missus a patre ⁊ predicauit per totam iudeam et galileam exhortando populum vt exiret a iugo legis ⁊ veniret ad ecclesiam ad offerendum verum sacrificium ⁊ monuit principes sacerdotum ⁊ phariseos vt dimitterent populum exire a iugo legis at illi prohibuerunt nec voluerunt credere predicationi et miraculis christi: sed ipsum occiderunt et crucifixerunt: sed christus post resurrectionem primo abstraxit sanctos patres de potestate diaboli et a tenebris inferni. Postea eduxit populum suum scilicet apostolos ⁊ discipulos de populo iudeoꝝ q̄

fuit prim⁹ popul⁹ xpi ꝛ ecclie ꝑ xp̄z abstract⁹ de tenebris ignorātie ꝛ pctōꝝ ꝛ iugo legis. B Etiā ē aduertēdū ꝙ sicut moyses itulit decē plagas egyptijs nolētibus dimittere populū. Ita xp̄s itulit ꝛ reliquit decē maledictiones scribis ꝛ pharisetis et iudeis q̄ noluerūt dimittere populū a iugo legis ꝛ peti immo oppresserūt aplos ꝛ discipulos ꝛ psecuti sunt xp̄z ꝛ p̄mitiuā ecctiā q̄s q̄dē maledictiones enumerat xp̄s Mat. xxiij. cuꝫ dicit. Ve vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite q̄ clauditis regnū celorū añ hoīes: vos em nō intratis nec itrocūtes sinitis intrare. Nā sicut pharao ꝛ ei⁹ pricipes phibuerāt filios israel nec exirēt de captiuitate ꝛ intrarēt i terrā p̄missiōis. Ita scribe ꝛ pharisei phibuerūt illū populū ne exiret a iugo legis. Et etiā rabini phibēt iudeos modernos ne exeāt a tenebris ꝛ iugo legis ꝛ peti ne veniāt ad ecctiaꝫ ꝛ lumē fidei: et sic claudunt eis celū ꝛ nec ipi intrāt nec permittūt alios intrare ꝛ ipi ductores cecorū simul cū cecis oēs i foueā iferni cadūt. Et iō xp̄s dat eis decē maledictiōes. vnde octies dixit eis. ve vobis. per que intelliguntur octo maledictiones et addit nonam cum dicit. Ecce relinquetur domus vestra deserta Et subdit decimam cum ait. Amen dico vobis qꝛ non me videbitis donec dicatis. Benedictus qui venit ꝛ cetera. Omnes iste decem maledictiones illate iudeis fuerunt figurate per decem plagas illatas egyptijs. Nam illas et easdem patiuntur hodie iudei non solum spiritualiter: sed etiam temporaliter. Nam sicut moyses cōuertit aquas egyptiorꝫ in sanguinē: ita christus conuertit aquas et sacramenta et cerimonias iudeorum in sanguinem. Nam sacramenta veteris legis scilicet circūcisio ꝛc. que ante erant eis salubria: nunc sunt eis mortifera et nociua: ꝛ bibūt sanguineꝫ ꝛ peccatū. Item misit eis xp̄s ranas. Nā sicut rane in aquis cenosis et putridis cerimoniarū inuolute semper murmurant contra xp̄m et conqueruntur: quia eiecit eos a sedibus suis. Et expulit extra aquas mūdas vere sapientie: semper loquūtur luto littore ignorantes sensum spiritualem et tali aqua cenosa potantur. Item etiam xp̄s reliquit eis cinomiā et cynifes que eos spiritualiter pungunt: vt patet psalmo. lxxvij. Item intulit eis locustam ꝛ brucuꝫ corrodentes arborem ꝛ ficulneā synagoge que arida nullum facit fructum. vt patet Matt. xxij. cum christ⁹ maledicit ficulnee: que continuo aruit per quam significata est synagoga. Itē misit eis ignē et grandinem quando venit Titus et romani et interfecerunt decies centena millia eorum et totidem captiuos duxerunt et ciuitatē et regnū eorꝫ totaliter deleuerūt. Itē interficit priogenita eorū cū animas eorū in morteꝫ perpetuam destinauit. cuꝫ dixit. Amen dico vobis: qꝛ nō me videbitis ꝛc. vbi p̄uat eos diuina visione. Ex quo ptꝫ ꝙ totideꝫ plagas et maledictiones patiuntur hodie iudei quot passi sunt egyptij. Ideo prudens lector aduertat ꝛ sciat adaptare illas decem plagas istis decem maledictionibus quas xp̄us intulit iudeis Matt. xxiij. Qm̄ ille figure fuerunt istarum quas hodie iudei patiunt̄. Itē sicut de⁹ tūc in exitu egypti dedit pplo suo tria adiuuamēta ꝑ itinere. Ita

Maledictiōes xpi ꝯtra pharriseos.

xp̄s qn̄ liberauit populū suū xp̄ianū a iugo legis et peccati cōtulit tria adiuuamēta: et auxilia necessaria nobis i hac vita ꝛ peregrinatiōe vsqꝫ quo perueniamus ad terrā viuentiū nobis p̄missam. Nam deus precepit filijs israel: vt vnusquisqꝫ acciperet mutuo a vicinis suis aurū et argentū ꝛ supellectilia: et ita spoliarunt egyptios: ꝛ detulerūt secum oīa illa bona egyptijs expoliatis ꝛ vacuis remanētib⁹. Ita pariter discipuli: ꝛ apostoli: ꝛ oēs fideles accceperūt a iudeis aurū et argentum mutuo: scꝫ legem euangelicā ꝛ doctrinā apostolicaꝫ que latebat in scriptura vete. testa. Nam sicut thesaurus latet abscōditus in agro: ita articuli fidei et tota lex euangelica et ecclesiastica sacramenta latebant in veteri testamēto: ꝛ scriptura legis ꝛ pphetarū. Et hunc thesauruꝫ abstraxerūt apostoli et fideles a veteri testamento. iudeis expoliatis ꝛ vacuis remanētibus cum sola superficie littere et paleis cerimoniarū: et nos accepimus fructum ꝛ granum: et verum thesaurum absconditū in agro vt patet Matthei. xiij. Hunc profecto thesaurum non habuerunt apostoli ab ethiopibus: nec scithis: nec gentilibus: sed a iudeis vicinis eorum et a lege eis per moyseꝫ promulgata. Ideo nullam habent excusationē. ¶ Deduxit ergo christus populum suum christianū de iugo legis et tenebris peccati et ignorātie cum argento et auro: scꝫ cum lege euangelica et doctrina apostolica a veteri testamento excerpta et collecta intantum ꝙ in tribubus eorum: scꝫ fideliū xp̄ianorū nullus fuit infirmus: quia medela sacramentorꝫ sanati sunt per xp̄m iudeis manētibus afflictis cū predictis decē plagis ꝛ maledictiōibus. ¶ Scōm adiuuamentū qđ deus cōtulit illi pplo fuit: qꝛ expādit sup̄ eos nubē vt ꝓtegeret eos per diē ꝛ colūnā ignis: vt p̄cederet ꝛ luceret eis per noctē. Ita pariter xp̄s reliquit populo christiano colūnam articulorū fidei vt luceat nobis per noctem huiusmundi in cuius lumine ducimur in vitam eternā: et expandit nobis nubem sue charitatis per diē gr̄e in quo sum⁹ vt nos protegat ab ymbribus ꝛ arborib⁹ tentationum. vnde per noctē potest intelligi scriptura veteris testamenti in qua per lumē fidei videmus mysteria xp̄i et ecclesie ibi clausa: et ambulamus per scripturam veteris testamenti ducatu luminis fidei: ꝛ nō offendimus in lapidem scandali ꝛ offensionis. Per diem autem intelligitur status gratie in quo indigemus protectione: nubis desuper extense ad conuersationē gratie et defensionem contra ymbres peccatorū et persecutorū ecclesie: nube fuerunt protecti martyres ꝛ armati quādo contemnentes minas principū nō timebāt tormenta et exilia: nec carceres ꝛc. Et ideo in hac peregrinatione semper precedit et ducit nos columna luminis fidei et protegit nos nubes charitatis christi vsqꝫ ad portum salutis. ¶ Tertio adiuuamentum fuit quādo deus dedit illi populo carnes et panē scꝫ māna quod durauit vsqꝫ ad introitū terre promissionis in cibū: et percussit petram: et dedit eis aquam in potuꝫ. Ita pariter christus dedit ꝛ dimisit populo suo christiano sacramētum eucharistie in quo manducant fideles veram carnē christi sub

Tria auxilia xp̄i ōdit xp̄ianis ad vitā eternā cōsequendā. Primū.

Scōm.

Tertiū.

forma panis qui de celo descēdit: itaq3 ē vera ca
ro et verus panis nō materialis: sicut añ erat sub
illis accidentibus: sed verus panis āgelorū qui
de celo descēdit: cuius fruitiōe angeli et oēs bea-
ti reficiunt et felicitātur. Et iste cib⁹ et panis ē
viaticus. q: est necessarius in hac via et pegrina-
tione vsq3quequo puenianus ad terrā viuentium
Nam l3 tunc comedamus eundē panem per frui-
tionem et gloriā et tñ nō eodē modo sicut nūc co
medimus sacramentaliter et per grām. Et ideo
pphetice et figuraliter ait dauid in hoc psalmo.
Petierūt et venit coturnix figuratiua xpi per car
nem. Et pane celi saturauit eos: sc3 māna de celo
misso figuratiuo sacramēti eucharistie sub forma
panis: et sic xp̄s vero pane celi saturauit eos: sc3
populū suum xp̄ianum. Ite3 sicut moyses percus
sit petram et dirupit ⁊ fluxerūt aque et bibit po-
pulus. Ita xp̄s percussit petrā sui corporis supra
quā fundatur ecclesia et exiuit sanguis in precīū
nostrum et aqua in remissionē pctōrum in refrige
rium et potum spūalem. vnde sumpserūt virtute3
oia sacramēta ad medelā pctōrum et refrigeriu3
nostrum. Et ideo dicit. dirupit sc3 petram sui late
ris et pedū et manuu3 et flumina sue virtutis ⁊ sa
pientie abierunt sicco. i. per aīas nostras que an-
te erant sicce et aride sine humore fidei et gratie.
Quoniā memor fuit. q. d. ꝙ tunc impleta fuit pro
missio facta ipsi abrae. s. in semine tuo benedicen
tur oēs gentes. Gen̄. xxij. Et tibi dabo terram ⁊c.
Gene. xvij. ⁊c. Et xp̄us deduxit populū suum. sc3
patres de lymbo inferni cū leticia et exultatione
in celū: et etiā deduxit apostolos et discipulos et
oēs fideles de iugo legis et peccati liberādo eos
a captiuitate diaboli: cu3 exultatione et victoria
resurrectionis et electos tuos. sc3 sanctos patres
de lymbo cum leticia in celo collocādo. Et dedit
illis scilicet apostolis xp̄ianis regiones gentiū q:
oia regna gentiū subiecerūt iugo xpi et labores eo
rū possederūt. Na3 ecclesia nō solū possidet spūa
liter oia regna xp̄ianoru3 sed etiam tpaliter pos-
sidet multas ciuitates et castra per donationem
magni constantini qui ecclesiam dotauit de tota
italia ⁊c. Et hoc dn̄ium ⁊ possessionē et libertate3
dedit christus fidelibus suis vt custodiant iustifi
cationes eius sc3 legem iustificantē: quia sola lex
euāgelica iustificat. et sic operādo in ea iustifica-
mur. Et subdit. et legem eius exquirant. idest in ea
meditentur et contemplentur. Duo ergo monet.
sc3 vt contemplemur et exquiramus in lege viam
salutis. Scđo vt exquiram⁹ iustificationes ei⁹. i.
opere compleamus.

Iudich. iij. capi. Infra cvi.a. xcv.di.c. ccce. Et xiij.q.i.c. his ita.

Confitemini dn̄o quoniā bonus: qm̄ in seculum mia ei⁹ Quis loquetur potētias domini; auditas faciet omnes laudes eius.

¶ Titulus all'a all'a. Principaliter intētio ipsius
dauid in hoc psalmo est petere vniuersalē redem
ptionē p aduētū s3 q: p xp̄3 fuerūt redēpti duo po
puli. s. iudeorum et gentiliū ex quib⁹ cōstat eccle-
sia fundata et iuncta in lapide angulari. i. xp̄o ie-
su: iō ponit duplex all'a. Sed q: quasi oēs psalmi
legunt i ecclesia quadruplici respectu. s. ad laudē
dei. Scđo in memoriā antiquorū gestorū. Tertio
ad pphetiā. Quarto ad doctrinā ⁊ exhortationē
nostrā iō pphetа vniuersalr oia ista seruat i quo-
libet psalmo. Ideo dauid duo principaliter facit
in hoc psal. Nā primo exhortatur nos ad laude3
dei et obseruationē legis diuine. Scđo petit vni
uersalē redēptionē: ibi. Memēto nostri dn̄e. Quā
tum ad primū duo facit Na3 primo nos exhortat
ad laudandū deū. Scđo ad timendū eius iudiciū
et seruandā iusticiā et per obseruationē legis. ibi
Beati q̄ custodiunt. Dicit ergo. O vos ppli tā gē
tilium ꝙ israelitarū cōfitemini dn̄o cōfessiōe lau
dis. i. laudate dn̄m et petite miam ⁊ vniuersalē re
dēptionē per aduentū xpi qm̄ mia ei⁹ semp fuit et
erit in eternū ppitia petētib⁹ ⁊ penitētibus. Nā
quis loquet et explicare poterit et faciet auditas
et explicatas laudes eius que ipsi debent ex mise
rationibus et beneficijs factis et collatis inuocā
tibus eu3. q. d. nullus hoc poterit explicare. Et est
causa quare in titulo ponitur all'a. Quasi. d. vos
iudei laudate dominū ⁊ petite redēptione3: ⁊ vos
gentiles laudate ⁊c.

Beati qui custodiunt iudiciū: et faciunt iusticiam in omni tempore. Mat.v. xij.q.i.c. cū deuo tissimā. j pet. iij.

¶ Hic exhortat oēs ad obseruātiā legis vt digne
valeant impetrare qđ petūt: sed q: duo sunt in le
ge sc3 precepta que phibent malū fieri sub cōmi
natione pene: et mandata que exhortantur ad be
ne agendū cum promissione premij. Ideo in duo
bus cōsistit obseruantia legis. sc3 in nō faciendo
malum: custodiendo idest timendo iudicium dei.
Secūdo in faciendo bonū desiderando premium
eternum. Ideo ait dauid. O vos oēs obseruate le
gem dei. Nam beati qui custodiunt. i. timent iudi
cium dei et faciunt iusticiam. i. iustificant semet-
ipsos operando sm legem. Hoc etiam potest re-
ferri ad iudices q: beati iudices qui custodiunt
iudicium et faciunt iusticiam in omni tēpore sm
leges: malos puniendo: et bonos premiādo et in-
nocentes absoluendo.

Memento nostri dn̄e in beneplacito populi tui: visita nos i salutari tuo. Ad videndu3 in bonitate electorum tuorum: ad letandū in leticia gentis tue vt lauderis cū hereditate tua. De pse. di. ij. c. se mel.

¶ Hec est secūda pars principalis in qua pphe-
ta petit vniuersalem redēptionē et miam per ad-
uentu3 xpi: sed q: magnanimus maxime inclina
tur ad miam cū reus cognoscit et confitetur pec-
cata sua: et etiam magnificus libenter audit be-
neficia que quōdam fecit: et magis inclinatur ad
faciendū plura. vt patet. iiij. ethico. Ideo dauid
tria facit in residuo huius psalmi. Nā primo in
persona totius corporis mystici petit vniuersalē
redemptionem et aduētum xpi accelerari. Secū-
do cōfitetur grauia peccata que ille populus cō-

misit cōtra deum et punitiones illorum peccatorum a quibus per miam liberauit sepe illum populum dominus: et hoc vt magis inclinet deum ad miam. Tertio resumit petitionē suam. scd'a ibi Peccauimus cuz patribus nostris. tertia ibi. Saluos fac domine. Dicit ergo ad primū. O dñe de' pater memento nostri domine in beneplacito populi tui. i. vt placeas populo tuo eius petitioni annuendo et propiciādo: et visita nos in iesu xpo salutari et saluatore tuo quem promisisti patrib' nostris in quo benedicende sunt oēs gentes. i. mitte eum ad videndū in bonitate electoruz tuorū. i. vt ipsum videāt electi tui in bonitate et redēptione et facientem bonitatē redēptionis et ad letandum in leticia gentis tue. i. vt gentes tue letentur leticia magna per suū aduentum. Et nota φ hic duos populos cōmemorat. Primo apostolos et discipulos cōuersos de iudeis qui ipsum in carne viderunt cū dicit: ad videndū in bonitate electorum tuorum. s. apostolorū et discipulorū. Secūdo cōuersos de populo gētili qui cū leticia ad fidē venerūt per predicationē apostoloꝝ cū dicit Ad letandū in leticia gētis tue. sed qꝛ ex his duobus populis facta est vna ecclesia que est hereditas christi. Ideo sequitur: vt lauderis cum hereditate tua in tēpore gratie sicut nunc fit et videmus manifeste impletuz.

Judith. vij. di. Exo. xiiij **Peccauimus cum patribus nostris iniuste egimus: iniquitatez fecimus**

Et de cō se. di. ij. c. reuera et extra ð here. c. cū ex iniuncto. **Patres nostri in egypto nō intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis mie tue.**

Et irritauerunt ascendentes in mare: mare rubrum.

Et saluauit eos propter nomē suum: vt notam faceret potentiam suam. exo. xiiij

Et increpuit mare rubrum et exiccatuz est: et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.

Et saluauit eos de manu odientiuz et redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulātes eos: vn' ex eis non remansit.

Et crediderunt verbis eius: et laudauerunt laudem eius.

¶ Hic incipit cōfiteri et memorare grauia peccata filius ppli et miserationes factas patrib' an' q̄s vt inclinet deū ad suā petitionē implendā. B ¶ Unde est aduertendum φ mia dei tanto maior demonstratur quanto maioribus peccatoribus et rebellibus et ingratis prestat. Sed qꝛ filij israel decies et vltra rebellati sunt et peccauerunt cōtra deum: sed quotiensc̄ūq3 reuersi sunt et cōuersi ad penitētiam semper deus eis pepercit. Ideo maxime deus in hoc ostendit multitudinē et magnitudinem sue misericordie. Et ideo dauid memorat octo peccata et ingratitudines filius populi commissas contra dominuz: et quomodo semper dominus misertus est eis. Quorum primum fuit peccatum infidelitatis et duricie. Nam cum fuissent castrametati i littore maris rubri et vidissent exercitum pharaonis venientem quasi diffidendo dixerunt moysi. Forsitan non erant sepulchra in egypto. ideo tulisti nos vt moriatur in solitudine. Unde nō intellexerunt nec cōsiderauerunt qð dominus potuisset eos liberare, sicut fecerat mirabilia et signa in egypto: et tamē dominus non attendit ad infidelitatem et murmurationē ipsorum sed precepit moysi vt percuteret aquas. et trāsiuit totus populus israel illesus. et Pharao cum suis submersus est: vt patet Exod. xiiij. Hoc ergo peccatum et hanc miserationē domini cōfitetur dauid in principio cum dicit. Peccauimus cū patribus nostris eos imitando: iniuste egimus contra primum: iniquitatem fecimus contra deum. Nam patres nostri nō intellexerunt. i. attente et fideliter nō considerauerunt mirabilia tua facta in egypto decem plagis illatis egyptijs nec fuerunt memores multitudinis mie tue quā ostendisti filijs israel eos mirabiliter liberādo: imo tamē ingrati irritauerūt. idest cōtēnentes eum ad iram concitauerunt ascendētes in mari rubro: et tamē saluauit eos propter nomē suum per moysen inuocatum. Et hoc fecit deus vt ipsi notam facerēt et predicarent potentiam suā quia increpuit mare idest cum magno fragore et fluctuatione diuisum est in duodecim partes intantuz qð exiccatū est idest apparuerunt vie sicce in eo: et moyses deduxit eos in abyssis. i. in profunditatem maris sicut in deserto. idest ac si deduceret eos per desertum et terram aridam: et saluauit eos de' de manu egyptiorum odientium et redemit eos de manu inimici pharaonis. Et aqua maris operuit et submersit egyptios tribulantes eos intantum qð vnus ex his nō remansit. Et tūc filij israel qui ante fuerant increduli ex tunc crediderūt verbis eis prolatis per os moysi et laudauerunt. idest cecinerunt laudes eius predicando eius omnipotentiam et iusticiam dicendo. Cantem' domino gloriose &c. Nota quod ista mysteria et ingratitudines siue peccata nō narrantur hic eo ordine quo facta fuerunt in exodo. et libr. numerorum eo qð psal. non sunt facti nec leguntur ad historiam sed ad prophetiam.

Cito fecerūt: obliti sunt operuz eius & non sustinuerunt consilium eius. exo. xvij.

Et concupierūt cōcupiscentiā in deserto: et tentauerūt deum in aquoso. Ex ð cō se. dis. ij. reuera. & c. i calice

Et dedit eis petitionem ipsorum: et misit saturitatem in aias eorum.

¶ Hic memorat scdm pctm eorū cū murmurasset contra dñm et moysen Exo. xvij. Petentes aquaz et cibum et tentauerūt dñm dicentes. Si est deus in nobis &c. Et tamen deus dedit eis carnes in abundantia per mensem integrum et manna ad

manducandum. Ideo dicit. cito fecerūt. i. in breui crediderūt qđ dictum est. imo in breui obliti sunt operū eius mirabiliū ⁊ nō sustinuerūt patienter cōsilium ⁊ promissum eius: sed cōcupierūt indiscrete ⁊ cōcupiscentiam in deserto rafadi petēdo carnes et tentauerūt deū in loco inaquoso ad petram oreb: dicētes. Est deus in nobis. Ideo dicte sunt aque tētationis et tamē deus dedit ⁊ impleuit eis petitionem ipsorum: ⁊ misit saturitatē in aīas eorum: ex abundantia carniū coturnicum et aque de petra oreb.

Nu.xvi. Et irritauerunt moysen in castris: aaron sanctum domini.

d.x.vij. q.i.c. deniq; ⁊. xxiiij. q. 8 i.c. dixi- Aperta est terra et deglutiuit dathā: et operuit super cōgregationē abyrō.

cimus. Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.

¶ Hic confitet ⁊ memorat tertiū pctm̄ qđ fuit ambitiōis et inuidie qñ Chore ⁊ Dathā ⁊ Abirō voluerūt sibi vēdicare summū sacerdotiū ⁊ mouerūt seditionē cōtra moysen ⁊ aaron vt pz Nūeri. xvi. Vñ dicit. Et irritauerūt: idest cōtempserūt et ad iram prouocauerūt moysen in castris: et aarō sanctum dñi: idest sacerdotem ordinatū ⁊ sanctificatum a deo: sed ex sñia dei aperta est terra et deglutiuit dathā ⁊ operuit ⁊ ruit super cōgregationē et cōiurationē ⁊ coūcticulū abyrō: ⁊ sic absorbuit eos. Et exarsit ignis in synagoga ⁊ cōgregratiōe malipolij eorū. Et flamma occidit. ccl. viros peccatores presumētes offerre incēsū cū thuribulis cū essent peccatores ⁊ indigni ⁊ nō a deo electi. Et tñ deus pepercit filijs chore qui nō consenserunt. Unde factum est grande miraculum vt cum omnes essent in eodem loco: et tamen isti sunt liberati et manserunt in facie terre: tūc aperta fuit terra et tamen Chore et Dathā et Abyron cum sequacibus suis fuerunt absorpti: vt patet Numeri. xvi. ⁊c.

Exo.xxxij. Et fecerūt vitulum in oreb: et adorauerunt sculptile.

Et mutauerūt gloriā suā: in similitudinem vituli comedentis fenum.

Obliti sunt deū q̄ saluauit eos: q̄ fecit magnalia in egypto: mirabilia in terra chā terribilia in mari rubro.

iij. regū. xij. Et dixit vt disperderet eos: si nō moyses electus eius stetisset in confessione: in conspectu eius.

Nu.xiiij Nu.xxij. ⁊.xlv. di. ca. disciplinarū. Ut auerteret iram eius ne disperderet eos: et pro nihilo habuerunt terrā desiderabilem.

Non crediderunt verbo eius: et murmurauerunt in tabernaculis suis:

non exaudierūt vocem dñi.

Eleuauit manū suam super eos: vt prosterneret in deserto. xxiij. q. ⁊. iiij. ca. gnillisa. rius. ⁊. c. q̄d crudele.

Et vt deijceret semen eorum in nationibus: et dispergeret eos in regionibus.

¶ Hic confitetur et memorat quartum peccatum quod fuit idolatrie: quando adorauerunt et fecerunt vitulum conflatilem: vnde dicit. Et fecerunt idolum et vitulum in oreb. idest prope montem sinay cuius pars dicitur Oreb: et adorauerunt sculptile scilicet vitulum conflatilem: vt patet Exodi xxxij. et mutauerunt gloriam suam. id est gloriam et latriā deo debitam in similitudinem et ymaginem vituli comedentis fenum attribuētes gloriā et honorem vnij bestie mute. Et sic obliti sunt deū qui saluauit eos ab egyptijs liberando quando fecit magna miracula in egypto et mirabilia in terra cham et terribilia portenta terribilem stragem egyptiorum in mari rubro deducēdo aquas maris super eos. Et tunc filij israel post tot miracula et beneficia fuerunt ingrati et infideles adorantes vitulum. Et ideo deus dixit id est decreuit et comminatus est vt disperderet eos cum dixit. Dimitte me vt irascatur furor meus super eos ⁊c. Nisi moyses electus eius obstitisset et supplicasset in confractione et contritione cordis in conspectu eius vt auerteret iram suam et deus pepercit eis occisis. xxiiij. milibus. ¶ Et pro nihilo. Hic incipit versus i translatiōe Hieronymi et est quintum peccatum quod fuit rebellionis et diffidentie quando voluerunt constituere sibi ducem qui reduceret eos in egyptum nisi caleph et iosue obstitissent: vt patet Numeri. xiiij. Unde data est eis sententia: vt nullus eorum qui egressi sunt de egypto a. xx. annis et supra intraret terram promissionis per caleph et iosue: sed cadauera eorum iacerent in deserto. Ideo ait. quia supple contempserunt et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem promissam Abrae et Isaac et Iacob: ⁊ non crediderunt verbo eius nec promissioni: et murmurauerunt in tabernaculis suis: cum dixerunt: vtinam peream[us] et non inducat nos dominus in terram illam ne cadamus gladio et vxores ac liberi nostri deducantur captiui et non audierunt vocem domini de promissione facta. Et ideo dominus eleuauit manum et sententiam suam: vt prosterneret eos in deserto et vt deijceret semen eorū in nationibus et dispergeret eos in regionibus diuersarum gentium: sed adhuc precibus moysi fuit placatus et noluit eos totaliter delere: sed prorogauit eos vt vagarentur per desertum. vsq; ad quadragesimum annum.

Et initiati sunt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorum. ij. q. 8 vij. §. itē cū balaam.

Et irritauerūt eū in adinuētionibus suis: et multiplicata est in eis ruina.

xxiij.q5. Et stetit phinees et placauit: et cessa/
iiij.c. ad uit quassatio.
huc pti/ Et reputatum est ei ad iusticiam: in
di. q5. generatione et generationem vsq3 in
iiij.c. q5 sempiternum.
xps. & q.
q5.v.ca. ¶Hic confitetur & memorat sextũ petm̃ q5 fuit ido
eos.x.q. latrie & luxurie: cũ ad cõsiliũ balaã ipse Balach
viij.occi rex moabitarum obtulit filijs israel puellas pul/
dit.

chras cũ quib9 fornicati sunt que eos deduxerũt ad adorãdũ beelphegor. Vñ secuta est in eis plaga magna: vt pt3 Numeri.xxv. vñ dicit. Et initiati sunt: idest sacrificauerũt & coluerũt Beelphegor: idest idolũ beel qui adorabatur in mõte phegor: tanq̃ deus moabitarum: et comederũt sacrificia aialium mortuorum illi idolo immolatorũ. Et sic irritauerũt ipsum deũ in adinuentionibus idest voluntarijs sceleribus suis. Et ideo multiplicata est in eis ruina & plaga magna: quoniam occisa sunt viginti quatuor milia. Et phinees stetit: idest sceleri eorum restitit cum transfixit zambri coeuntem cum muliere madianita. Et ideo reputatum est ei ad iusticiam in generatione et generationem vsq3 in sempiternum: ex quo meruit successionem sacerdotij: qui quidem actus memorabitur in eternum.

Nũe.xx. Et irritauerunt eum ad aquas cõtra
dictionis: et vexatus est moyses pro
pter eos quia exacerbauerunt spiri/
Nũe.xx tum eius.
iij. Et distinxit in labijs suis: non disp/
diderunt gẽtes quas dixit dñs illis.
Et commixti sunt inter gentes et di/
dicerunt opera eorum: et seruierunt
sculptilibus eorum: et factum est il/
lis in scandalum.
vt pt3 p
o. cursũ Et immolauerunt filios suos: et fi/
u. iudic. lias suas demonijs.

Et effuderunt sanguine3 innocentẽ: sanguinem filiorum suorum et filiarum suarũ quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan.

Et interfecta est terra in sanguinibus: et contaminata est in operibus eorum: et fornicati sunt in adinuentionibus suis.

Et iratus est furore dominus in populum suum: abominatus est hereditatem suam.

Et tradidit eos in manibus gentiũ: et dominati sunt eorũ q̃ oderũt eos.

¶Hic confitetur et memorat septimũ peccatum quod fuit murmurationis et infidelitatis quãdo mouerunt seditiões contra moysen in cades propter defectũ aque. Unde domino precipiẽte moyses percussit petram virga: et dedit eis aquam: vt patet Numeri.xx. ideo ait. Et irritauerũt eum ad aquas contradictiõis in deserto cades & vexatus est moyses propter eos: quia exacerbauerũt & amaricauerunt spiritu3 eius in murmure suo. Et ideo distinxit labijs suis cum dixit. Non ex hac petra poterimus nobis aquã eijcere. Unde ex locutione sua potuerunt conijcere q̃ hesitabat. Et ideo ab ingressu terre promissionis fuit exclusus vterq3. s. Moyses & Aaron. Non disperdiderunt. Hic incipit versus in translatiõe Hieronymi vbi confitetur et memoratur decimũ peccatũ q5 fuit rebellionis siue inobediẽtie: eo q̃ non impleuerũt preceptũ dñi qui mandauerat eis vt eijcerent et interficerent oẽs chananeos in terra promissiõis. imo eos reliquerũt: et propter auariciã tributarios fecerũt. Unde euenerũt eis oia mala: q2 didicerunt opera et superstitiões eorũ et mores: et sic idolatriam frequenter cõmiserunt: vnde fuerũt frequenter afflicti et seruituti dediti. Ideo ait. nõ disperdiderunt gentes chananeorũ quas precepit eijciẽdas dñs illis. Numeri.xxxiij. Ideo cõmixti sunt inter eos: et didicerunt opera eorũ et mores: et seruierunt sculptilibus & idolis eorũ: sc3 Baalym et Astaroth: et factũ est illis in scãdalũ. Nã cõmixtio eorum inter gentes fecit eos cadere in idolatrias et superstitiões eorũ. Unde imolauerũt filios & filias demonijs ad modũ chananeorũ: & sic effuderunt sanguinẽ innocẽtẽ filiorũ & filiarũ quas sacrificauerũt sculptilibus et idolis chanaã. Et interfecta et cõtaminata et polluta est terra in sanguinibus humanis: et nephandis sacrificijs: et contaminata in operibus eorũ detestabilibus & pro quia fornicati sunt fornicatiõe spirituali cũ dijs alienis latriã tribuendo in adinuentionibus suis idest sponte. Et sic iratus est furore domin9 in populum suum: idest contra populũ suum et abominatus est hereditatẽ suam quã elegerat sibi in populum peculiarẽ & tradidit eos in manus gentiũ tanq̃ deiectos: et dominati sunt eoru3 qui oderãt eos: vt pt3 per totum discursum libri iudicum.

Et tribulauerũt eos inimici eorum: vt pt3 in
et humiliati sunt sub manibus eorũ li. iudic.
sepe liberauit eos. Et in iii li.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in reg. iij. q
consilio suo: et humiliati sunt in ini j.c. nulli
quitatibus suis. dubiu3.
Et vidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorum.

Et memor fuit testi sui: et penituit cũ s̃m multitudinẽ misericordie sue.

Et dedit eos in misericordias: in cõspectu oium qui ceperunt eos.

¶ Et tribulauerũt eos inimici .s. chananei ⁊ moabite ⁊ amonite ⁊c. ⁊ hũiliati sunt captiui sub manibus ⁊ ptãte ⁊ ditione eo℞. Et tñ dñs sepe liberauit eos mittendo iudices ⁊ saluatores vt aioth: et bomel: gedeon: Jepte: ⁊ ceteros. ipsi vero tanq̃ surgati multotiẽs exacerbauerũt eũ spõte in cõsilio ⁊ arbitrio suo et nõ coacte. Et ideo hũiliati et subiecti ⁊ afflicti sunt in iniquitatibus ⁊ scelerib⁹ suis. Sed qꝛ dum erãt in captiuitate ⁊ tribulatione recurrebant ad deũ: ideo vidit deus oculo mie eũ tribularent ⁊ audiuit orõnẽ ⁊ clamorẽ eo℞: nõ in meritis eorũ: sed qꝛ memor fuit testamẽti ⁊ promissi sui facti ad abraam isaac ⁊ iacob ⁊ nõ respexit eorum iniquitatẽ sed suã miam ⁊ immobilitatem sui testamẽti: qꝛ de illa generatiõe pmiserat futurũ messiam ⁊ saluatorez. Et ideo penituit eũ nõ q̃ penã pateret: sed fecit ad modũ penitentis reuocantis irã ⁊ vindictã parcendo eis ƀm multitudinẽ misericordie sue. Et dedit eos in misericordias in conspectu oim gentium qui ceperãt ⁊ subiecerant eos: quia nõ permisit deus vt inimici totaliter eos delerent: sed recipiebãt eos in deditionem et seruitutem et permittebãt eos viuere in ciuitatibus suis. Et per iudices suos ab inimicis liberabat sepius eos.

Saluos fac nos dñe deus noster: et congrega nos de nationibus.

xcv.di.c. ecce. **Ut cõfiteamur nomini sancto tuo: ⁊ gloriemur in laude tua.**

xv.q6.s. reuerti mini. **Benedictus dñs deus israel: a seculo et vsq̃ in seculum: et dicet omnis populus fiat fiat.**

¶ Hic resumit suã petitionẽ ⁊ po. cõclusionẽ intẽtam in toto psal. D ¶ Unde est aduertenduz q̃ per oẽs supradictas tres liberationes fuit figurata vniuersalis redẽptio futura per xp̃m: nam sicut deus misit moysen ad liberãdũ et extrahendũ populũ de egypto ⁊ traducẽdũ per mare rubrũ. Jta figurabatur q̃ deus erat missurus filiũ suũ iesuz ad liberandũ totũ genus humanuz de potestate diaboli et transferendũ ipsuz per mare rubrũ sui sanguinis et passionis. Et per hoc q̃ percussit petrã oreb ⁊ dedit aquã: significabat q̃ xp̃s erat pcutiendus in latere. vnde erat emanatura aqua sapientie ⁊ sacramentorum in nostrã salutẽ: ⁊ sic de singulis sicut superius frequẽter dictũ est. Et per vnũquẽq̃ illorũ .xiij. iudicũ quos dñs misit ad liberandũ filios israel. vt pꝫ lib. iudicum. significabatur xp̃s venturus ad saluandũ et liberanduz totum genus humanũ a seruitute diaboli. videns ergo dd hoc in spũ dicit ⁊ clamat ad deũ dicẽs. O dñe nõ est tibi nouũ et inusitatum: immo semper cõsueuisti facere miam ⁊ liberare pplm tuũ ab afflictione ⁊ captiuitatibus temporalibus in quibus figurabatur nostra redemptio per christum. Ergo sicut nouẽ vicibus liberasti pplm tuũ in deserto per moysen ⁊ .xiij. vicibus liberasti eos in terra promissionis per .xiij. iudices qui dicti sunt saluatores illius populi. Mitte ergo saluatorẽ vlez xp̃m p illos figuratũ ⁊ salua nos: fac per ei⁹ mortem ⁊ passionẽ. q.d. sicut saluasti illos salua nos modo per aduentũ tuũ: ⁊ cõgrega nos .s. ecclesiaȝ tuã nõ solũ de iudeis: sed etiã de oibus natiõib⁹ sicut promisisti: ⁊ oẽs cõfiteamur nomini sancto tuo vt in noĩe iesu oĩe genu flectatur ⁊c. ⁊ gl'iemur in laude tua sub vna lege euãgelica: ⁊ vna fide: et vno baptismo: ⁊ vnõ sacrificio. Et ois .s. ppls taȝ gẽtilis q̃ iude⁹ dicet .i. dicat. bñdictus q̃ venit dñs deus israel .i. cõfiteantur xp̃m esse verũ deũ ⁊ hoieȝ et iam venisse in carnẽ: et cõfirmatur vnũ deũ trinũ et vnũ: ⁊ vnũ verbũ et incarnatũ. Uñ nota sicut supra dictũ est q̃ hebrei nõ hñt iperatiuũ nec optatiuũ sed ponũt futurũ indicatiui pro optatiuo: iõ ait et dicet ois ppls .i. dicat orãdo vterq̃ popul⁹ Bñdictus dñs deus israel fiat fiat .i. amẽ amen: et ponitur bis fiat pp̃ter duos pplos .s. iudaicũ et gentilẽ ex quibus vna ecclesia est in xp̃o cõgregata sicut inprincipio preponitur duplex all'a ratione vtriusq̃ ppli. Et iõ cõcordat finis cũ principio. Nã sicut ibi dr: All'a all'a. Jta in fine dr fiat fiat. siue amen. q.d. vterq̃ ppls laudet deuz ⁊ dicat. Benedictus iesus qui venit. Amen amen idest ad sal/dum vtrũq̃ populum.

Judith. xiij. ifra cxviij.a.



[C]Onfitemini dño quoniã bonus: qm in seculum mia eius.

Dicãt nũc qui redẽpti sunt a dño: quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos.

A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilone et mari. lvi.di.c. nasci.

¶ Titulus all'a. Ex hoc tit. ⁊ materia psal. appet q̃ iste psal. est de illis quos dd fecit ad laudanduz deũ in templo pro festiuitatibus. ⁊ dirigit ipȝ ad vnũ pplm iam per xp̃m redẽptũ. vñ qꝛ in superiori psal. cũ maximo affectu et desiderio petiuit vniuersalẽ redẽptionẽ et xp̃m accelerare aduẽtũ suũ ad saluandũ nos et ꝯgregãduz nos de nationib⁹ Uñ in principio dixit. Memẽto nr̃i dñe in beneplacito ppli tui visita nos in salute tua ad videndũ de bonitate electo℞ tuo℞ ad letãduz in leticia gẽtis tue vt lauderis cũ hereditate tua. Itẽ interpositis multis miseratiõibus diuinis resumpsit petitionẽ suã dicẽs. Saluos nos fac dñe ⁊ cõgrega nos de nationibus: et cõfiteamur nomini tuo et gloriemur in laude tua ⁊c. Sed qꝛ pp̃ha in spũ fuit certificatus hoc fore implẽdũ per xp̃m. Ideo ad pplm iam redẽptũ et saluatũ per xp̃m et congregatum de nationibus in vnã ecclesiam et ciuitatem dei dirigit hunc psal. inuitantẽ ipm ad gratiarũ actiones pro beneficio redẽptionis. vñ duo facit. Nã primo facit qđ dictũ est. et secundo enarrat bñficia q̃ recepimus p aduẽtũ xp̃i: et in quolibȝ nos admonet ad gratia℞ actiones. scđa ibi. errauerũt in solitudine. Dicit ergo dd incipiẽdo constructionẽ et suiam in scđo vsu. Oẽs qui redempti

sunt a dño nostro iesu xpo per suũ aduentum suũ quos redemit de manu ꝛ ptãte diaboli inimici nostri ꝛ cõgregauit eos de nationibus in vnã ecclĩaꝫ. Cõgregauit dico a solis ortu ꝛ occasu: ꝛ ab aquilone et mari tam oceano ꝙ mediterraneo: oẽs isti in xpo redẽpti ꝛ cõgregati dicãt inter se ꝛ exhortent seipsos dicendo. Confitemini dño iesu xpo qm̃ bonus est et in eternũ est ꝛ erit mĩa eius quã nobis ondit in sua redẽptione. Ex his pꝫ ꝙ nõ loquit hic de temporali ꝛ particulari et corporali redẽptione vt iudei, ꝛ quidã cũ eis delirant: sed loquitur de vniuersali ꝛ spirituali salute ꝛ redẽptione facta per xpm cum dicit. A solis ortu ꝛc. nec inuitat falsam iudeã et illum populum ad gratiarũ actiones et ad laudandum deum: sed totam ecclesiam et christianam religionem a solis ortu vsqꝫ ad occasum diffusam et congregatam que vere redempta est per xpm. vnde dd ꝓpheta hõ sciebat ex reuelatione ꝙ genus humanum non poterat redimi: nec saluari nisi per xpm deum incarnatum in cuius fide saluabantur antiqui. hunc ergo inuocat in omnibus psalmis.

Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Infra eodem. **Esurientes et sitientes anima eorũ in ipsis defecit.**

Et clamauerunt ad dominũ cum tribularentur: et de necessitatibus eorũ eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

Confiteant dño misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum.

Infra eodẽ. ꝛ. xv. q. j. c. reuertimini. **Quia satiauit aĩam inanem: ꝛ aĩam esurientem satiauit bonis.**

¶ In hac secunda parte enumerat beneficia per xpm nobis illata in suo aduẽtu, pro quo gratias tenemur referre. Et primo memorat tria bñficia ꝙ totum genus humanum recepit per suam morteꝫ et resurrectionem et ascensionem et alia tria que ecclesia recepit post suam ascensionem. ibi. qui descendunt mare ꝛc. ¶ Quantum ad primũ est notandum ꝙ totum genus humanum tria damna hereditaria incurrit ex peccato primorum parentum. Primo exilium ab vtraqꝫ paradiso cum fuit homo expulsus in hanc vallem lachrymaruꝫ inter bestias et vepres ꝛc. cum dicit deus. Ne forte mittat manum suam et sumat de cibo et viuat in eternum. Unde ex hoc exilio incurrit famem ꝛ sitim errando per hanc vallem lachrymarum. Secundo incurrit infirmitatem et egritudinem tam anime ꝙ corporis. Nam in anima perdidit iustitiam originalem et fuit sauciatus triplici culpa: et in corpore recepit omnes penalitates ꝛc. Tertio fuit condemnatum totum genus humanũ ad

Tria dãna ex peccato Ade.

captiuitatem et carcerem perpetuum diaboli hic per culpam et in futuro per penam. Et sic homo fuit exul: et egens et captiuus. Sed ab his tribus damnis nos christus liberauit in suo aduentu. Primo ab exilio cum nos in vnam ecclesiam ex diuersis locis et nationibus congregauit hic per gratiam et in futuro per gloriam. Secundo nos liberauit a captiuitate cum per suum sanguineꝫ nos redemit et de inferno abstraxit. Tertio nos liberauit ab egritudine peccati et fomite eius cũ ex sua passione virtutem contulit sacramẽtis ad saluandas nostras infirmitates. Unde per suam passionem nos redemit a captiuitate. Et per resurrectionem nobis recuperauit immortalitateꝫ et per ascensionem nos ab exilio reuocauit et introduxit in celum. Et ideo Dauid nos admonet ad gratiarum actiones. Primo quia nos reuocauit ab exilio et siti et fame. Secundo quia nos a captiuitate liberauit. Tertio quia ab egritudine corporis et anime sanauit. Secunda ibi. Sedentes in tenebris. Tertia ibi. Suscepit nos.

xps nos liberauit his tribus malis.

Quantum ergo ad primum dicit. Omnes filij Adam errauerunt in solitudine in inaquoso solo huius mũdi et expulsi a terrestri paradiso in qua solitudine viam ciuitatis celestis et illius eterni habitaculi non inuenerunt: immo viam perditionis. ¶ Et dicebatur solitudo hic mundus. Nam in terrestri paradiso habebat Adam colloquium et familiaritatem et societatem angelorum: sed cum fuit expulsus tunc ab huiusmodi fuit priuatus. In qua solitudine non solum non inuenit ciuitatem: nec habitaculum: sed nec etiaꝫ viam ac ciuitatem et habitaculum dei. Et ideo errabat totum genus humanum sicut ouis que perijt. et omnes ibant ad baratrum inferni perdita via que ad celum ducebat. Sed quia in tali exilio incurrerunt famem et sitim: non solum corporalem: cum perdiderunt cibum vite: sed etiam spiritualem et cetera. Ideo sequitur. esurientes et cetera. Et incipit hic constructio sic dicendo. esurientes et sitientes errauerunt in solitudine et viã ciuitatis et habitaculum non inuenerunt: ideo anima idest vita eorum in ipsis defecit cum perdiderunt omnes lignum vite. Ideo tunc omnes filij Adam cum per quinqꝫ Millia annorum tribularentur et vexarentur a diabolo in lachrymarum valle et solitudine clamauerunt ad dominũ: scilicet patriarche et prophete dicendo. vtinam dirumperes celos et descenderes et cetera. Et tunc deus misit filium suum et de necessitatibus eorum eripuit eos. Et per legem euangelicam deduxit eos in viam rectam et vt irent in ciuitatem habitationis celestis quam perdiderant. Ergo omnes qui reuocati sunt ab huiusmodi exilio confiteãtur domino mirabilia misericordie eius et etiam confiteantur non solum domino sed etiã oĩbus filijs hoĩm postꝙ tam magnum beneficiũ receperunt: quia dominus xps per sua sacramẽta ecclesiastica satiauit aĩam inanem et vacuam gratie: ꝛ animam esurientem satiauit hic bonis gratie et in futuro bonis glorie: et maxime satiauit animas nostras pane sacramentali Euchari-

Hic mũdus dicitur solitudo.

stie. Et sic licet tota ista particula huius lr̄e posset adaptari ad filios israel: qui errauerunt quadraginta annis in solitudine deserti quos iosue introduxit in vberem terram promissionis: tamē cum istud adduceretur in figurā: q2 iste psalmus ꝛ ceteri non adducuntur nec leguntur in ecclesia ad historiam: sed ad prophetiam ad intentum quo principaliter facti sunt vt frequenter dictum est: aliter potius esset iudaizare ꝙ sacram scripturaꝫ christianis exponere quod summopere cauēdum est. Et esset occultare thesaurū spiritussancti: qui hic latet.

De pe. di. iij. c. adhuc vltra me. Sedentes in tenebris ꝛ vmbra mortis vinctos in mendicitate et ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia dei: et consiliū altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in laboribus corum: et infirmati sunt: nec fuit qui adiuuaret.

ij. ꝛ. j. eo. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos:

Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: et vincula eorum dirupuit.

Confiteantur domino misericordie eius: ꝛ mirabilia eius filijs hominū.

Quia contriuit portas ereas: et vectes ferreos ꝯfregit.

¶ Hic memorat scđm beneficiuꝫ: scilicet qualiter christ⁹ nos liberauit a captiuitate et vinculis diaboli et de carcere inferni. Et dicit. christus supple liberauit om̄es filios adam sedentes in tenebris peccatorum hic per culpam et in inferno siue limbo per penā damni et in purgatorio per penā sensus et vinctos: et ligatos in mēdacitate ꝛ ferro cathenarum culpe ꝛ pene. D ¶ Unde christus tria genera hominū liberauit. Primo sanctos patres liberauit de limbo qui erant condēnati ad penaꝫ damni. Secundo expoliauit purgatorium in quo erant quidam de populo dei condēnati ad tēpus ad penā sensus. Tertio liberauit vinctos qui erāt in vinculis peccati: ideo dicit christus Johan. xij. Princeps huius mundi eijcietur foras: sic ergo liberauit in tenebris ꝛ vmbra mortis. Nam tam infernus ꝙ quelibet culpa dicitur vmbra mortis et priuatio luminis gratie: et tales dicuntur vincti mendicitate et fame: et ferro dure seruitutis. Et subdit causam quare erant in illa captiuitate dicens. Exacerbauerunt eloquia dei: idest quia trāsgressi sunt preceptum dei comedendo de cibo vetito in paradiso: et consilium dei: scilicet legeꝫ datam moysi irritauerunt ꝛ contēpserunt: et vanam reputarunt. Ideo humiliatum et deiectum est in laboribus cor eorum: et sententia domini dicentis. In sudore vultus tui ꝛc. Et infirmati ꝛ percussi sunt in anima culpa: et in corpore penalitatib⁹ ꝛ in sensualitate fomite concupiscentie: et nō fuit qui eos adiuuaret: nec liberare posset a peccato ꝛ penis eius. Et ideo cum per quinꝙ millia annorū tribularentur in huiusmodi captiuitate: clamauerunt ad dominum per patriarchas et prophetas et sic christus venit in carnem: et liberauit eos de necessitatibus et vinculis eorū: ꝛ eduxit eos de tenebris et vmbra mortis tam inferni ꝙ peccati et vincula eorum dirupit quādo portas ereas inferni et peccatorū ꝛ vectes ferreos cōfregit. Et ideo omnes qui liberati sunt ab huiusmodi captiuitate confiteātur domino ꝛ filijs hominū mirabilia opera mie eius qui ꝯtriuit portas ereas: et vectes ferreos confregit. ¶ Notandū ꝙ omnia verba deponentia habent duplicem significationē in tertijs personis: scꝫ actiuā ꝛ passiuā sicut verba communia: et ideo licet cōfiteātur forsan teneᷓ in hoc loco passiue: scꝫ cōfiteātur domino misericordie eius: idest cum confessione sibi referātur et memorentur ad eius laudem: et mirabilia eius confiteātur et manifestentur filijs hominū: vt cognoscant et laudent eius omnipotentiam. Nam deo debemus agere gratias cōfitendo mias eius quas nobis fecit: et debent cōfiteri et manifestare ꝛ predicari hoībus mirabilia opa eius ꝛ miracula ꝛc. Nota.

tria gña hoīꝫ xp̄s liberauit.

Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt. xxiij. q. ij. si qlibet ꝛ. xv. q. j. firmissime.

Omnem escam abominata est anima eorum: et appropinquauerunt vsꝙ ad portas mortis. supra et j. eo.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos. Nu. xxj.

Misit verbum suū et sanauit eos: et eripuit eos de interitiōibus eorum. supra et j. eo.

Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis: et annuncient opera ei⁹ in exultatione.

¶ Hic memorat tertiū beneficiuꝫ: scꝫ q2 xp̄us non solum reuocauit gen⁹ humanū: ꝛ filios adam ab exilio ꝛ a captiuitate diuina: sed etiā sanauit eos ab infirmitate nō solū culpe: sꝫ ēt pene corporalis ꝛ spiritualis: et hoc ꝑ sacramēta ecclesiastica ꝛ suaꝫ resurrectionē vt dictum est. Ideo ait. xp̄s suscepit eos de via et culpa iniquitatis eoruꝫ: nam ꝓpter iniustitias: ꝛ preuaricatiōes ꝛ rebelliōes suas humiliati et condēnati ꝛ percussi sunt diuersis egritudinibus corpis et anime. Nam in anima fuerūt sauciati pctō et in corpore diuersis īfirmitatib⁹ ꝛ in appetitu fomite ꝛ cōcupiscētia inordinata. In tantū ꝙ oēm escā salubrē ꝛ bonā doctrinā abomi

nata est anima eorum: inclinãtes ad malum abhorrentes bonum: et sic appropinquauerunt vsq3 ad portas mortis debilitati in consuetudine peccati: sed tunc cum per tota tẽpora tribularẽtur et vexarentur in morbo peccati clamauerũt ad dñm et de necessitatibus eorũ liberauit eos isto modo. Nam misit verbũ suũ sc3 xp̃m: et per mortẽ et passionẽ: et ecclesiastica sacramẽta sanauit eos: et eripuit eos de interitionib9 et occisionib9 et interemptionibus eorũ: vnde per mortẽ liberauit eos: sed per ecclesiastica sacramẽta sanauit eos a peccatis cõmissis et eripuit et preseruauit eos ab interẽptionibus: et peccatis futuris. Nã sacramẽta nõ solum sanant culpã: sed etiã preseruant a futuris mitigando fomitẽ. Omnes ergo sanati ab huiõi morbis confiteãtur domino et filijs hominũ mirabilia misericordie eius: et omnes sacrificent sacrificium laudis: et offerant eucharistie sacramẽtum: quod de se et opere et operato est bonũ et laudabile: et omnes annuncient opera eius: scilicet mysterium incarnationis et redẽptionis: et omnia miracula et beneficia eius: et hoc in exultatiõe cũ hymnis et cãticis. Et nota q2 ly confiteãtur aliter põt construi sic. Misericordie eius confiteantur domino et manifestẽt eum: et omnes ab huiõi liberati: et cõfiteãtur mirabilia eius filijs hominum.

Qui descendunt mare in nauibus facientes operationẽ in aquis multis.
Jone. i. xij. q. i. c. exẽplum eo. xiiij

Ipsi viderunt opera domini: et mirabilia eius in profundo.

Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eius.

xvi. q. ij. ca. visis

Ascendunt vsq3 ad celos: et descendunt vsq3 ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt et moti sunt sicut ebri9 et omnis sapientia eorum deuorata est.

d. eo. xcv d. c. ecce et xiij. q. i. his ita.

Et clamauerũt ad dominu3 cum tribularentur: et de necessitatibus eorũ eduxit eos.

Et statuit procellam eius in auram: et siluerũt fluctus eius.

xv. q. ñ. i. ca. reuertimini.

Et letati sunt q2 siluerunt: et deduxit eos in portũ voluntatis eorum.

Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominũ.

Et exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eu3.

¶ Hic memorat alia tria beneficia q̃ recepit ecclia iam redempta post ascensione3 que liberata est a tribus periculis et psecutiõib9. Nam primo passa est persecutionẽ tyrãnorũ. Scdo hereticorum a quibus liberauit eã xp̃s. Tertio q2 bonũ synagoge transtulit in populũ gentilẽ: q2 succedit in hereditatẽ synagoga reprobata et pctm̃ et malũ populi gentilis xp̃us transtulit in synagogã. Ideo primo inuitat fideles et ecclesiã: quia liberata est a naufragio et tempestate tyrãnorũ imperatorũ: secundo q2 populus gẽtilis successit in fructũ et hereditatẽ synagoge ipsa manẽte arida et reprobata. tertio quia liberata est ecclesia a tribulatione et contentione hereticorũ: scda ibi. Posuit flumina. tertia ibi. Et pauci facti sunt. ¶ Quantum ad primum dicit. Fideles iam a dño nõ redẽpti qui descendunt mare huius mũdi nauigãtes in nauib9 huius ecclesie faciẽtes operationes suas obseruãdo legem euangelicã in aquis multis scilic3 inter persecutiões infideliũ: ipsi fideles scilic3 apostoli et martyres: et ceteri christiani viderũt opera domini: et mirabilia que fecit xp̃s in profundo huius maris: et persecutionis influctuãtis. Nã deus dixit: et permisit: et durauit spiritus procelle huius persecutiõis. ccc. annis vsq3 ad cõstantinũ et p oia illa tpa exaltati sunt fluctus psecutionũ p decem impatores inferẽtes. x. persecutiones ecclesie. A ¶ Unde sicut naues agitate a fluctib9 qñq3 videntur ascendere vsq3 ad celũ: et postea descẽdere vsq3 ad abyssos: et iterum ascẽdere. Intantũ q2 naute turbantur et perdũt arbitriũ et scientiã nauigãdi: ita pariter Nero: et Domitianus: et Decius: et Seuer9 et Diocletianus: et Maximinianus et ceteri tyrãni conati sunt submergere nauem ecclesie vsq3 ad abyssos: s3 deus siue gubernator eius eleuauit eã vsq3 ad celũ per potentiã et fortitudine3. Et intm̃ conat9 est Diocletian9 submergere ipsam q2 multi naute et fideles deficiebãt iam: et intm̃ turbata est ecclia: q2 fideles nõ audebant publice se xp̃ianos noiare: imo fugiebãt p speluncas et antra. Intantũ q2 marcellin9 papa timore mortis pculsus idolis publice thurificabat: et sic sapia nautaru3 ecclesie quasi deuorata est: iõ dicit. ascẽdit. i. ascenderunt naute ecclie vsq3 ad celos per fortitudine3 et sapientiã: quia quotidie per oẽs partes martyrio coronabãtur vltra centum milia: et postea descenderũt vsq3 ad abyssos per mortẽ quãdo in speluncas fugerunt: omnis sapientia eorũ deuorata est cum metu mortis: licet non corde idolis multi eorum thurificabãt. Sed tunc beatus Siluester et ceteri prelati ecclesie et fideles cum taliter in hac tempestate et naufragio tribularẽtur: clamauerũt ad dominũ: et de necessitatibus eoru3 eduxit eos isto modo. Nam misit beatum Siluestrũ et sanauit Constãtinum imperatorẽ de lepra: qui postq̃ fuit baptizatus fecit cessare persecutionẽ: et exaltauit et ditauit ecclesiam: et sic fideles letati sunt: quia siluerũt persecutiones ecclesie: et eduxit eos dominus in portum et quietem voluntatis eoru3: idest in ciuitatem desideratam: ergo fideles ecclesie iam a persecutionibus per christum liberati confiteãtur christo et filijs hominũ mirabilia misericordie eius. Et qui ante non audebant publice xp̃m nomiare: nec ecclesias erigere: iã ex p̃cepto imperatoris constãtini exaltẽt xp̃m in ecclesia plebis totius mũdi: et edificent publice ecclias in ho-

Quõ ecclesia dĩ agitata fuit.

norem xp̄i ꝛ virginis marie ꝛ exaltēt eū ꝛ papā vicariū suū ꝛ ep̄os et archiep̄os in cathedra senioꝝ puta summoꝝ pontificū ꝛ sacerdotū ꝛ in eadem cathedra laudent xp̄m. hoc dicit qꝛ Constātinus exaltauit papā in sede imperiali ꝛ relicta ꝛ cōcessa sibi roma cū tota italia ip̄e ad Cōstātinopolim se transtulit. Nā xp̄s in suo vicario papa et ceteris prelatis eccl'ie veneratꝛ: ꝛ sic laudatꝛ xp̄s in prelatis eccl'ie ꝑ honorē: ꝛ laudatꝛ iugiter in ecclia in officio canonico diurno pariterqꝫ nocturno post conuersionē Cōstantini cū añ nullus euꝫ publice auderet noiare. Ecce quō liberauit xp̄s ecclesiam suam a naufragio et fluctuatione tyrannoꝝ. Jō confiteantur dn̄o ꝛc.

xv.q.j.c. firmissime.§.ex eo. ꝛ.xxiiij.q.iiij c. displicet. vt: ptꝫ ex. iiij. regū secūdo.

Posuit flumina in desertū: ꝛ exitus aquarum in sitim.

Terrā fructiferā in salsuginem: ꝛ a malicia inhabitantiū in ea.

Posuit desertū in stagna aquarū: terram sine aqua in exitus aquarum.

Et collocauit illic esurientes: ꝛ constituerūt ciuitatem habitationis.

Nu.xx.ꝛ ea.seq.

Et seminauerūt agros ꝛ plātauerūt vineas: ꝛ fecerūt fructū natiuitatis.

Et bn̄dixit eis ꝛ multiplicati sunt nimis: ꝛ iumēta eoꝝ nō minorauit.

Quō lex vet⁹ erat fructifera.

¶ Hic memorat ōm mirabile siue bn̄ficiū. vn̄ notandū sicut dctm̄ est sup psal.j. ꝙ lex vetus erat sicut arbor q̄ faciebat folia que erāt sacra ve.le. scꝫ circūcisio ꝛc. q̄ lꝫ remouerēt pctm̄ tn̄ nō aperiebāt celū: iō expectabāt verū fructū ꝛ eccl'iastica sacra per aduētū xp̄i. Ex quo ptꝫ ꝙ lex vetus erat fructifera in spe xp̄i futuri: sed aduenīete xp̄o q̄ cōfecit ecclesiastica sacra q̄ nō solum sanāt ꝛ iustificāt a pctō: sed ēt cōferūt grām aperiētes celū in ꝟtute passionis xp̄i. Jō sacra ve.le. deinceps fctā sunt mortifera: qꝛ iā arbor synagoge securi precisa est per xp̄m et ficulnea eius iam facta est arida ꝑ xp̄m et maledicta. Et per ꝯn̄s nō amplius expectatur fruct⁹ ab ea postq̄ fctā est trāslatio legis ꝛ sacerdotij a synagoga in eccl'iam xp̄i. Cū ergo gētilis ppl's suscepit legē xp̄i ꝛ eius sacra sequitꝛ ꝙ suscepit fructū ꝛ hereditatē synagoge. A ¶ Ex quo ptꝫ ꝙ synagoga que erat fructifera ꝛ irrigua: fctā est sterilis et arida: ꝛ ppl's gētilis qui erat sterilis et aridus sine lege factus est irriguus ꝛ fructifer: et fructus synagoge trāslatus est in pplm̄ gētileꝫ et sterilitas ꝛ pctm̄ ppli gētilis trāslatū est in synagogā qd̄ longe ante ꝓpheta Esaias.xxxv. predixit: qꝛ scisse sunt in deserto aq̄ ꝛ torrētes in solitudine ꝛ que erat arida in stagnū ꝛ sitiēs i fontes aquarū in cubilibus in quib⁹ dracones prius habitabāt orietur viroꝛ calami ꝛ iunci ꝛ erit ibi semita: ꝛ via scā vocabitꝛ. Hoc idē cōfirmat christ⁹. Matth.xij. Cū immūdus sp̄us exierit ab hoie vadit per loca arida et inaquosa querēs requiem et nō inuenit: ꝛ assumit sept ē sp̄us nequiores se ꝛ ingressi habitāt ibi ꝛc. et subdit. Fiāt nouissima hominis illius peiora prioribus ꝛc. De hac trāslatione fructus ꝛ hereditatis q̄ per aquas significatur: ait dd̄ ꝙ xp̄s in suo aduētu ꝛ in cōuersiōe magni Constātini posuit flumina. i. synagogā q̄ erat aqua legis diuine ꝛ sacr̄is: qꝛ tūc sacr̄a ve.le. refrigerabāt aiam ꝛ faciebāt eā fructificare: sed aduenīete lege eius euāgelica ꝛ sacr̄is eius per passionem xp̄i fuerūt siccata flumina grā dei quib⁹ illa synagoga irrigabatꝛ ꝛ expectabat fructū. Vn̄ xp̄s posuit. i. ꝯuertit flumina synagoge in desertū aridū ꝛ infructuosum ꝛ cōuertit exitū aquarū eius in sitim et cōuertit terraꝫ fructiferā. s. synagogā que ante erat fructifera in salsuginē. i. in sterilitatem ꝛ amaritudinē: ꝛ hoc factū est a malicia et inuidia ꝛ cecitate scribaꝝ ꝛ sacerdotū et phariseoꝝ habitantium in ea: qꝛ obcecauit eos malicia eorum ne intelligerēt sacra dei et ne xp̄m reciperēt: iō trāslatum est ab eis regnū ꝛ lex et sacerdotiū ad gētiles qui xp̄m receperunt: ideo subdit. Posuit desertuꝫ in stagna aquarū. i. pplm̄ gētilē qui ante erat desertus et aridus nō hn̄s legē: nec ꝓphas: et terrā sine aqua posuit in fontes et exitus aquarū: qꝛ de pp'lo gentili cōuersi sunt multi qui postea fuerūt doctores in ecclesia sicut Amb. et Aug. et Euseb. a quibus exierunt fontes aquarū diuine sapiētie. Et in toto pp'lo gētili ad xp̄m cōuerso exierūt fontes aquarū diuinoꝝ sacroꝝ. et illic. s. in illo deserto facto irriguo collocauit xp̄s gētiles esurientes qui erant sine lege et illi gētiles cōstituerūt ciuitatem habitationis: qꝛ pro maiori parte ecclesia cōgregata est de gētilib⁹: et nō solū illi edificarūt ecclesiā sp̄ualeꝫ: sed ēt multas ecclesias materiales edificarunt per ciuitates et oppida et villas: et reges et principes soluebāt sumptus vt ptꝫ de Cōstātino. et seminauerūt agros fertiles in ecclesia ꝛ plātauerūt vineas: qꝛ Aug. et Euseb. et ceteri doctores de illo pp'lo cōuersi quot libros ediderunt ad elucidandā legē diuinam tot agros et vineas plātauerūt in ecclesia et fecerūt fructū natiuitatis. i. fructus naturales et veros et nō fictos: nec falsos sicut est doctrina iudeoꝝ et hereticoꝝ: et sic deus bn̄dixit eis. s. gentilib⁹ ad fidem cōuersis et multiplicati sunt nimis: qꝛ per oēs fines terre diffusa est fides xp̄i in gētibus. Et tn̄ iumēta eoꝝ nō minorauit. s. bona tp̄alia q̄ sunt iumēta ad vitam hoīs sustētandā: imo māserūt in dn̄io eoꝝ reges et impatores et possederūt bona tp̄alia ꝑ oppositum iudei: immo perdiderunt regnum et sacerdotium et fuerūt trucidati et exules: et dispersi: et captiui per Titum et Roma.

Et pauci facti sunt: ꝛ vexati sunt a tribulatione malorum, et dolore.

xi. dist.c. ecclesia. Et. xvj. q.ij.c. et hoc. Jo. xxiij.c.

Effusa est contētio sup pricipes: ꝛ errare fecit eos in inuio ꝛ nō in via.

Et audiuit pauperē de inopia: ꝛ posuit sicut oues familias.

Viderūt recti ꝛ letabuntꝛ: oīs iniquitas opilabit os suum.

Quis sapiens et custodiet hec: et intelliget mias dñi.

¶ Hic ponit vltimũ bñficiũ et pressurã: a qua libe raujt dñs ecc'liam post cõuersionẽ gẽtiliũ. s. a pse cutione et tribulatione hereticoꝝ. A ¶ Vñ no. φ postφ ecc'lia iam fuit in quiete et pace et ꝓsperi tate liberata a vexatiõe tyrãnoꝝ diabolus machi natus est eã infestare alia via. s. cõtentiõe hereti coꝝ. vñ surrexerũt heretici in ecc'lia cõtendẽtes de lege xp̃i inter se. nõ ex zelo legis: sed ãbitiõe honoꝝ: et seminauerũt diuersas hereses et ꝯfinxerũt se ctas enormes et execrabiles. Nam sabellius dice bat φ pr̃ et filius et spũs sctũs erãt indifferẽter no mina synonima: q2 idẽ erãt: pr̃ et filius et spũs sctũs sed ƀm distinctos respect9 sortiebant diuersa no mina: et sic ꝯfundebat ꝑsonas: imo dicebat φ de9 dictus est pr̃ ante incarnationẽ: sed ꝑ incarnatio nem idẽ deus dictus est filius etc. Postea tpe Con stantini surrexit Arrius ꝑsbiter alexãdrin9 vir cal lidus et versutus: et dixit φ sicut in diuinis erãt tres ꝑ sone: ita tres substãtie et φ filius nõ erat deus: sed ꝑfectissima creatura ꝑ ab eterno a pr̃e creata simi lis patri in largitate gr̃e: sed nõ eq̃lis in substan tia: et sic turbauit totã ecc'liam orietalẽ cũ sua exe crabili secta que maximos et innumeros habuit fautores. Nã quidã discipulus ipsius Arrij sub ve ste vulpina decepit Cõstãtiã filiã Cõstãti. et suo ve neno sauciauit: que et fratrẽ suũ Cõstãtiũ impe ratorẽ ad ꝑfatã sectã deduxit: et tũc Cõstantius in cepit catholicos ꝑsequi per oẽs ptes mundi. Vñ athanasius xp̃s alexãdrinus cõpulsus est fugere ab ecc'lia vsφ ad gallias: et iteꝝ apud Ariminum cõtra catholicos ꝯsilio cõgregato Hylari9 et mar tinus et ceteri catholici in exiliũ relegant: et sic fa cies ecc'lie icepit heretica prauitate deturpari in tantũ φ rome liberius: et hierosolymis cirilus et alexandrie Gregorius raptis et ꝑcaciter ecclesias regebãt oẽs heretica fictione maculati et intãtuꝫ persecuti sunt catholicos: vt hec ꝑsecutio oẽs ꝑte ritas persecutiones tyrannorũ superare videret: et oẽs fautores principũ erant eodẽ veneno saucia ti. nam reges gothorũ et vvandoloꝝ ceperũt illaꝫ sectã. et sic simul theodoricus in italia et reges go thorum in gallia et hispania: et vvandali in africa oẽs persequebant ecclesiam catholicã. Unde in africa plures effecti sunt martyres φ̃ tpe Diocle tiani intm̃ φ catholici pauci in nũero effecti sunt et vexati et relegati per mũduꝫ. Vñ ecc'lia passa est hanc persecutionẽ vsφ ad tpa Mauricij impera toris et Gregorij pape. Nã theodoricus in italia extinctus est simul cum secta Arriana. Et belisa rius magister militie iustiniani cõtra vvandalos in africa simul cũ sua secta deleuit et in hispania sua dentibus Isidoro et Leandro Richardus rex go thorum cũ suis catholicus effectus est. Et sic ini qua secta arriana opilauit os suũ et preualuit fi des catholica. Preuidens ergo propheta hãc ꝑ secutionẽ de qua ecclesia erat per xp̃m liberanda dixit. Et catholici supple qui intantũ fuerant ꝓ sperati et multiplicati fauore magni cõstantini. Postea ob persecutionẽ arriane prauitatis mino rati et pauci facti sunt: q2 fuerunt vexati et afflicti tribulatione et persecutione et dolore: idest tormẽ to maloꝝ hereticorũ: scꝫ arrianorũ et manicheo rum et donatistarum et pelagianorum. Nam effu sa et orta fuit cõtentio super principes et heresiar chas eorum sustentantes diuersas et contrarias opiniones vt dictum est. Et q2 hoc non fecerũt ex zelo ecclesie: sed ambitione honoris et glorie. Ideo deus fecit: idest permisit eos errare in inuio et nõ in via: q2 non processerunt per viam veritatis: nec intellexerunt veritatem sacre scripture: immo er rauerũt per inuium et extra viam veritatis domi no permittente. Nam sabellius posuit cõfusionẽ in personis. et Arrius distinxit substantias: immo in eadem secta arriana surrexit triplex opinio cõ traria inter sectatores arrij et macedonium et eno miũ: et sic omnes licet contrarij ambulabant per inuium. Itẽ surrexit pelagius et dixit φ omnes po terant operari meritorie absφ gratia per soluꝫ li berum arbitriũ. Et postea nestorius posuit duas personas in christo sicut sunt due nature: et cõtra Eutitius dixit in christo esse tantum vnam natu ram sicut erat vna persona. Verũtamẽ ꝯtra hos suscitauit xp̃s cõplures doctores qui defenderũt ecc'liam scripturis et disputationibus. Vñ Aug. contra manicheos. xxij. volumina scripsit et con tra arrianos libros de trinitate cõposuit: et ꝯ ma ximinũ ep̃m eorũ luculentissime eorũ rationes re fragrauit. Demũ cõtra oẽs hereses scripsit. Intã tum φ heretica prauitas et iniquitas vndiφ con uicta et confusa opilauit os suum et deleta est ab ecclesia. Et tũc catholici et recti quieuerũt et leta ti sunt et factũ est vnũ ouile et vnus pastor in eccle sia et oẽs oues per hereticos decepte reuerse sunt ad suũ ouile. Ideo subdit. et adiuuit. i. releuauit pau perem ecclesiã de inopia et persecutione princi pum et regũ hereticorũ: et posuit familias suas. s. catholicos obedientes sicut oues in ouili ecclesie cõgregauit et recõciliauit reges et principes qui ante erãt lupi et persecutores. et subdit ꝓpheta: tunc recti. i. catholici qui per magna tẽpora retro fuerant vexati tunc facta cõuersione et reconcilia tione letabuntur reddẽtes gratias deo. Et ois iniquitas et heretica prauitas confusa et conui cta per Augu. et ceteros doctores obmutescet: et opilabit et obstruet os suum: ne amplius loqua tur. Et concludit propheta ea que dicta sunt et di cit: quis homo sapiens custodiet et considerabit hec que dicta sunt et intelliget: idest itelligere et cõ prehendere poterit misericordias domini: quasi dicat nullus poterit comprehendere altitudineꝫ et profunditatem misericordie dei: cum misera tiones sint super omnia opera eius: nec valebit agere aut referre gratias pro tantis et tot be neficijs receptis. Vel forsan sententia huius vl timi versiculi potest referri ad profunditatem prophetie et intelligentie huius psalmi. Nam Dauid memorauit in hoc psalmo sex pressuras a quibus multi sunt liberati ex dei misericordia cum clamarent ad dominum. Unde iudei ad pri mam intelligunt qualiter deus liberauit filios Israel per desertum in quadraginta annis et in

[Margin, left:] Eccl'ia i festatur ab. here ticis.

[Margin, right:] Nota.

troduxit eos in terrā ꝓmissiōis. Per scḋam itelli/
gūt qualr de⁹ liberauit ioseph ⁊ manassem ⁊ mul
epiloga tos aliosq̄ȝ iudicū de carcerib⁹. Per tertiā qualr
tio psal. de⁹ sanauit filios isrl̄ morsos a serpētib⁹ Nūe.xxi.
Per q̄rtā qualr de⁹ liberauit ionā ⁊ alios de nau/
fragio. Per q̄ntā qualr de⁹ p helyseū fecit fructife
rā terrā sterilē ponēdo sal in aquis. P sextā qua
liter deus liberauit multas ciuitates a seditiōib⁹
ciuiū: et ꝑsecutiōib⁹ tyrānoꝝ. Uerūtn̄ licȝ ista fue
runt lr̄aliter ipleta ⁊ facta: tn̄ q: dauid istuȝ psal.
fecit i ꝓphetiā: ⁊ nō ad historiā: iō nō est sistēdū in
littera. Nā cum maiori extorsiōe deducit̄ ista litte
ra ad illas hystorias ꝙ ad verā ꝓphetiā: vt patet
manifeste: nā vltima particula vbi dicit. Pauci fa
cti: nō bene pōt applicari ad hystoriā ⁊ seditionē
antiquarū ciuitatū cū manifeste loquat̄ de hereti
cis cū dicit. oīs iniq̄tas oppilabit os suū letantib⁹
catholicis ⁊ rectis ⁊c. Et iō ꝯtra iudeos hūc psal.
ad solā litterā intelligētes ait ꝓpha. quis sapiēs
intelliget ⁊ custodiet hec supradicta. i. ꝯsiderabit
et ad tēpus ecclie applicabit: et intelliget mias
dn̄i factas ⁊ ipletas p xp̄m in ecclia. i. oīa ista re/
feret ad aduētū xp̄i: ⁊ intelliget eē dicta de xp̄o. q.
d. nullus itelliget: nisi soli catholici: ⁊ fideles xp̄ia
ni. Nā tam iudei ꝙ heretici ⁊ infideles erāt in in/
uio ⁊ nō in via. Ex supradictis ptȝ ꝙ vehementer
peccāt catholicisq̄ iudaizātes cū iudeis nolūt in/
telligere supradictos tres psal. nisi ad hystoriā et
litterā ve. te. cū sit ꝓbatū in ꝓlogo ⁊ p oīa supra/
dicta ꝙ oīa gesta ve. te. nō erant gr̄a sui: sȝ figura
xp̄i futuri. Et dictū est qualr oēs maiores ve. te. ad
min⁹ crediderūt trib⁹ articulis de xp̄o futuro. cre
diderūt eñi incarnandū xp̄m ⁊ passurū: ⁊ resurre/
cturum: in cuius fide saluabant̄ ⁊ sciebāt per nul/
lum posse saluari nisi per xp̄m futurū: ergo illum
inuocabāt ad saluandū. Ex quibus ptȝ ꝙ omnia
hec preuidens dauid oēs exhortat̄ ad confitendū
christū ⁊ laudandū eum de mirabilibus que tunc
factur⁹ erat: et postea fecit in nostra redēptiōe. Et
sic postꝙ nox precessit ⁊ iam ambulam⁹ in die: nō
debemus q̄rere vmbrā lr̄e: sȝ veritatē latentē in lit
tera ad quā ꝓphetice locutus est dauid.

supra.lv b.d. pse. di.v.c. non me/diocrit.

Paratum cor meuȝ deus: paratum cor meum: cantabo: et psallam in gloria mea.

Exurge psalterium ⁊ cytara: exurgā diluculo.

¶ Titulus canticū psal. dauid: eo ꝙ psal. iste cāta
batur voce ⁊ instrumento vt dr̄ infra. Unde est ad/
uertendū ꝙ iste psal. est cōpositus ex duobus. Nā
quinq̄ȝ p̄mi versus sunt excerpti a psal. lvi. ⁊ octo
versus vltimi sunt excerpti a psal. lix. s. ab illa par/
ticula: vt liberentur dilecti ⁊c. Et sic ex. xiij. versus
cōpositus est iste psalmus. Et cā fuit. Naȝ dauid
fecit psalmos de oībus victorijs suis: ⁊ liberatio
nibus ⁊ periculis: inquantū in eis in spū: preuide
bat aliud mysteriū futurū de xp̄o et ecclia vt di/
ctum est: sed postea illos psal. applicabat vt can/
tarentur in aliquibus festiuitatib⁹ s̄m ꝓphetiā: ⁊
sic in hoc loco de psalmis iā factis accepit duas
particulas ⁊ cōfecit hunc psal. appropriatum ad
cantādum in tabernaculo ⁊ tēplo dn̄i: sicut nos ex
duobus facimus vnū: et cantamus in laudibus:
puta. Deus deus meus. ⁊ Deus misereat̄ nr̄i. Itē
ex tribus vnū: vt Laudate dn̄m de celis: ⁊ Canta/
te: ⁊ Laudate dominum in sanctis eius. Iste ergo
psal. sicut cōponit̄ ex illis duobus: ita conuenit in
sententia cū illis sed differt. Nā psal. lvi. incipit a
persecutiōe ⁊ clamore: et finit in gratiarū actione
pro liberatione ⁊. lix. incipit a persecutiōe: et finit
in victoriā: vt ibidē dictū fuit: sed iste psal. tot⁹ est
letus. Nā in prima parte cōtinet gratiarū actio/
nes psal. lvi. In scḋo cōtinet victoriā psal. lix. ⁊ sic
iste psalmus iam per particulas ibi est expositus
sed ne videat̄ manere hic sine forma expositionis:
opȝ ꝙ specialiter et breuiter hic exponat̄. Ad cui⁹ Dd preeminētia
intelligentiā est notandū ꝙ dicit Rabi Macados
ꝙ hanc preeminentiā habet dd super oēs ꝓphe/
tas. Nā cum ceteros ꝓphetas excitaret a somno
ipsa claritas diei: tamē ipē dauid excitabat auro
ram: et dic̄: eo ꝙ spiritussanctus excitabat ipm an
te diluculū ad prophetandum. Unde dicit ꝙ ven/
tus aquilonaris intrabat per fenestrā camere da
uid in qua dormiebat: et mouebat chordas cytha
re ⁊ psalterij qḋ pēdebat in capite lecti: ⁊ et sic da/
uid excitatus incipiebat pulsare cytharā: et tunc
spiritussanctus implebat mentē dauid: ⁊ sic ꝓphe
tabat et condebat psalmos: ⁊ sic spiritussanctus
incipiebat in eo: ⁊ perficiebat ꝓphetiā. Nam ita
dulciter sonabat ꝙ deus descēdebat de celo ad au
diendū eum: ⁊ sic augebat in eo ꝓphetiā et dabat
ei spiritū propheticū. Et ideo dd cū contēplaret̄
aliqḋ mysteriū: ⁊ aliquā partem scripture sacre ex
parte noctis quā nō intelligebat, inuocabat spm̄
sanctū vt excitaret eum ante aurorā: et illūinaret
eum vt posset intelligere sacrā scripturā ⁊ diuina
mysteria in ea contēta vt ex eis posset cōdere psal
mos. Et ideo semp qn̄ ex parte noctis se repone/
bat in lecto dicebat pncipiū huius psal. s. Exurge
gl̄ia mea exurge psalteriū ⁊ cythara: ⁊ exurgā di/
luculo. q. d. Ueni sancte spūs ⁊ excita cytharaȝ et
psalteriū meū: et pulsa ⁊ illumina mentē meā: ⁊ ex
urgā diluculo ad laudādum te: ⁊ ꝓphetandū ⁊ ad
ꝯdendū psal. q: cor meū paratū est ad cātandū et
psallēdū si tu excitaueris me: ⁊ ista est snīa huius
Ra. Que lȝ sit vera ⁊ tribuat maximā dignitatē ꝓ
phetie ipsius dd p̄ ceteris ꝓphetis: tn̄ nō aptē ne
ꝙ explicat totū mysteriū ⁊ sacrm̄ ꝯtētū in h̄ psal.
A ¶ Ad cuius maiorē intelligentiā est p̄notandū Resurrectio xp̄i cā nr̄e victorie et vite.
scḋm apostolū Ad Rom. v. ⁊ vi. ⁊. i. ad Cor. xv. ꝙ li
cet passio xp̄i fuerit cā nostre salutis ⁊ redēptiōis
tamen eius resurrectio fuit causa nostre victorie
et vite ⁊ nostre fidei firmitatis: quia si christus nō
resurrexisset inanis fuisset tota fides nostra. Et iō
nunꝙ fuit firma nostra redemptio: et perfect⁹ no
ster triumphus vsq̄ quo christus resurrexit. Nam
tunc firmauit omnia que dixerat et liberauit san/
ctos patres de inferno: et ligauit diabolū: ⁊ ade/
ptus est resurrectionē pro nobis futuraȝ: et secum
suscitauit legē euāgelicā q̄ erat in vet. test. sepulta
etiam cum surrexit christus secum surrexit tota lex
euāgelica. Et per ꝯñs tunc surrexit: et fuit firma

fides nostra. Et hec est una cā quare ita frequenter pphete desiderabāt christi resurrectionē. B ¶ Secūdo est notādum sm Hiero. in epistola de mansionib⁹ φ causa quare Abraā: Ysaac: et Jacob et oēs patriarche et pphete vehementer desiderauerunt sepeliri in terra pmissionis: fuit ista: qz nouerunt in spiritu φ xps redēptor in lege pmissus debet in hierusalē sepeliri: et exinde resurgere: et oēs cum eo suscitare. Et hec secūda causa quare tātū desiderabāt xpi resurrectionē. Tertio est notandū sicut dictuz est superius φ arma quibus apostoli subiecerūt totū mundū iugo christi fuit lex euāgelica: que quidē lex euāgelica fuit suscitata cū xpo vt dictū est. Et ideo hec est tertia causa quare patriarche et prophete tantū desiderabāt et petebāt christi resurrectionē. Hoc ergo preuidēs dauid in spiritu fecit hunc psal. quem canticū psalmi intitulauit: eo qd dedit ipsum cātoribus cantandum vt cātaretur in tabernaculo et tēplo domini simul cum voce hūana et instrumētis musicis. s. cū psalterio et cythara propter mysterium resurrectiōis in eo cōtentum. Nā sicut fingunt poete φ orphe⁹ dulciter personando cytharam reuocauit eridicē suam: et liberauit ab inferno. Ita dauid et omnes patriarche et prophete et sacerdotes et leuite veteris testamenti cantādo istum psalmū cum psalterio et cythara vocabāt christū vt surgeret a mortuis: et liberaret totū genus humanū a morte peccati: et per cytharā et psalterium euangelicū suscitaret populū gentilē de tenebris ignorantie: et seruitute idolorū. Duo ergo facit in hoc psalmo. Nā primo excitat xpm vt surgat a mortuis et suscitet oēs alios. Scdo petit victoriā cōtra diaboluz et populū gentilē: ibi Saluū fac dextera tua. D ¶ Quantum ad primū est aduertendū sicut dictū est φ illud psalteriū materiale cū quo cātabat dd psalmos vno mō significabat et figurabat ipsam met psonā xpi: in qua fuerūt cōpleta illa decē mysteria. s. incarnatio: Natiuitas: Baptismus: Predicatio: Miraculorū operatio: mors siue passio: resurrectio. Spūssčti missio: i celos ascēsio: et noīs iesu p vniuersuz orbē manifestatio. Iste sunt decē chorde psalterij p sone xpi: qd psalteriū et q̄s chordas in semetipso pulsauit. Scdo mō illud psalteriū dd significabat legē euāgelicā q̄ nihil aliō cōtinet nisi istas. x. chordas. Et hoc psalteriuz legis euāgelice psonarū apl'i p vniuersum orbē psonādo hoc psalteriū eiecerūt pncipē huius mundi foras: et deleuerūt idolatriā de mundo et subiecerūt oēs reges et pplos gētiū iugo xpi. Qd quidē psalteriū simul surrexit cū xpo: vt dictuz est. De vtroqz ergo psalterio. s. tam de persona xpi φ de lege euāgelica dicit ppheta dd in psona tot⁹ corpis mystici. Exurge psalteriū et cythara. Dauid ḡ posit⁹ in ptēplatiōe desiderās xpi resurrectionez cū quo putat ipe resuscitari simul cū alijs sctis prib⁹ dicit. Paratū cor meū de⁹ paratū cor meū. q. d. non solū mō volūtas intellectiua: et tota pars rōnalis sed etiā appetitus sensitiuus cū oib⁹ sensibus: et tota aīa mea: et caro mea est pparata et prōpta ad cātandū et psallendū in gloria mea qui est xps: sz qz non potero cantare nisi tu prius xpe resurgas: id exurge tu christe qui es psalteriū meū et cythara mea: et exurgam diluculo. i. summo mane in die resurrectionis. Nam si tu nō surrexeris: nemo poterit resurgere: qz tu es primitie dormientiū et resurgentiū: ideo cū tu surrexeris summo diluculo oēs resurgemus tecū. Et nota sm cōmunē opinionez φ dauid et multi patriarche et pphete resurrexerūt cum xpo. de quibus ait euāgelista. Multa corpora sanctorū surrexerunt cū eo &c. et nos oēs surreximus cum eo: sicut dicit apostolus: quia pro nobis adeptus est resurrectionē gloriosam: quā possidebimus in nouissimo die. Et ideo cū fiducia ait dauid in persona omniū nostrū. Exurge psalterium et cythara: et ego cū toto cetu fideliū exurgā diluculo tecū supple. et per cytharā intelligit etiā legē euangelicā q̄ surrexit simul cū christo. Nā sicut cythara est instrumentū triangulare. Ita pariter lex euangelica dicitur triāgularis inquantū clauditur fide: spe: et charitate. vel inquantum significat trinitatez personarū diuinarū. Uel inquantū lex euangelica significata per cytharā continet obseruantiam decem preceptorū et fidem articulorum et gratiam septem sacramentoruz. Item cythara etiam significat ipsum christū in quo sunt tria: scilicet diuinitas: et anima rationalis: et corp⁹. Et sic patet φ tam psalteriū φ cythara significabāt tā christum φ legem euangelicā: et sic dauid in hoc psalmo cum psalterio et cythara psallendo excitat christum vt resurgat a mortuis cum lege euangelica postφ lex vetus fuit mortua et sepulta cum eo: vt frequenter dictum est. Ordinatur ergo sic ista littera. Exurge psalteriū: idest christe qui es psalterium meum: et exurge in cythara scilicet lex euāgelica: et ego exurgam diluculo tecum: quia cor meum simul cum carne mea est preparatum: et promptum ad laudandum et cantandum et psallendum in gloria mea: qui est christus. E ¶ Et nota φ communiter doctores ponunt differentiam inter cantare et psallere. Nam cantare pertinet ad vitam contemplatiuā: et psallere ad actiuam. quasi dicat non solūmodo cantabo et predicabo legem euangelicam: sed etiam psallaz: id est operabor scdm eam. Item non solum cantabo psalteriū decem articulorum humanitatis christi: sed etiam psalteriū decem preceptorum. Itē psallam cytharā euāgelicā que continet mysteriū trinitatis siue fidem articulorū et obseruantiā preceptorum et gratiam sacramentorum

Confitebor tibi i populis domine: et psallam tibi in nationibus.

Quia magna super celos mia tua: et vsqz ad nubes veritas tua.

Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.

¶ Hic pmittit iste hō mysticus agere grās et pdicare legem euāgelicā post resurrectionez xpi sicut fuit ipletū in apostolis. Ūn dicit. O xpe postφ tu resurrexeris a mortuis et suscitaueris me a petō

Marginalia: Nota. — Lex euāgelica: et arma apostolorū. — materia psalmi. — Xps dr psalterium. — Dd cū xpo resurrexit. — xv. q. i. c. reuertimini. et de pe. d. iij. diuinitatis natura.

et a tenebris ignorātie ꝛ suscitaueris legē euāgelicā tūc ego ɔfitebor tibi ꝑio in ꝑplis iudeoꝝ legē tuā ꝑdicādo. scđo psallā ꝛ ꝑsonabo ꝛ ꝑmulgabo eandē legē tibi in nationib⁹.i.in ꝑplo gētili ꝛ ꝑdicando qr.i. mīa tua ē magna sup celos.i.sup oēs angelos qꝛ ēt redēptio tua vsq ad celos se extendit vt dictū est psal.cij.et &c. tas tua etiā est facta magna sup nubes.i.super aplos. Nā lex euāgelica que dr veritas tua fuit facta magna super aplos qui tanq̄ nubes pluerūt verba euangelica sup oēm terrā. Et etiaȝ veritas tua ascendit vsq ad nubes qꝛ oīa dicta de te per ꝑriarchas et prophetas.i.de resurrectione et ascensione fuerūt verificata et manifestata nō solū in terra:sed etiā in nubib⁹ celi qn̄ nubes suscepit te ab oculis aploꝝ in die ascensionis. vt ꝑȝ Act.i. Et ideo subdit. O xp̄e deus exaltare sup celos.i.ascende post resurrectionē:et sede ad dexterā patris et exaltetur gloria tua sup oēm terrā.i.manifesteť nomē tuuȝ et exaltetur super oēs reges et principes et populos terre:ꝛ manifesteť lex tua euangelica vt liberentur dilecti tui de populo gētili quos ab eterno dilexisti ꝛ predestinasti:nā aliter nō ꝑnt liberari nisi tu resurgas et ascendas in celū et lex predicet per totū orbē et cōuertanť ad fidē catholicam. Itē si exaltatur sup oēm terram glīa tua pōt referri ad exaltationē in cruce. Nā nō fuissent liberati dilecti xp̄i nisi ipse prius fuisset exaltat⁹ in cruce sicut ipse ait Jo.iij. Dum exaltat⁹ fuero a terra omnia trahā ad meipȝ ⁊c. Quatuor ergo petit hic dauid ad hoc vt oēs liberaremur. Primo vt xp̄us exaltaretur in cruce. Scđo.vt resurgeret a mortuis. Tertio vt ascēderet in celū ad parandū nobis mansiones. Quarto vt veritas sua euāgelica supra oēm terram diffunderetur vt oēs ad fidem conuerterentur.quasi dicat. O xp̄e exaltare in cruce pro nobis moriendo et exurge a mortuis:et ascende in celuȝ et mitte ymbrē euangelicū ꝑ vniuersuȝ mundū vt liberenť dilecti tui:qꝛ aliter non possent liberari.

Supra lix.b. xxij.q.i.c noli. Ibideȝ.

Saluum fac dextera tua:et exaudi me deus locutus est in sancto suo.
Exultabo et diuidā siccimam: et cōuallem tabernaculorum dimetiar.
Meus est galaad et meus est manasses et effraym susceptio capitis mei.
Juda rex me⁹ moab lebes spei mee.
In idumeā extēdā calciamētū meū: mihi alienigene amici facti sunt.

¶ Postq̄ superius petijt nostram redēptionem et liberationē per passionē et resurrectionē et ascensionem xp̄i:hic petit ampliationē et dilatationeȝ ecclesie et victoriā ɔtra diabolū et infideles a quibus passa est magnas persecutiones post ascēsionem xp̄i vsq ad magnū cōstantinū.vbi duo facit Nā primo adducit figurā et visionē.scđo petit victoriā sibi. Quis deducet me. ¶ Quantū ad primū est aduertendū q̄ nō solūmodo abrae et iacob et moysi fuit reuelata et promissa dilatatio et multiplicatio ecclesie xp̄i per totū orbē:sȝ et ipi dauid fuit reuelata speciali reuelatione de tabernaculo et eandē dilatationē preuidit in spū̄ dilatationem sui regni. Naȝ sicut ipse subiecit sibi oēs.xij. tribus israel post mortem saul:et postea fecit sibi tributarios oēs idumeos et moabitas et ita montanas et philisteos. Ita preuouit in spū̄ q̄ chrīs⁹ debebat ꝑducere et dilatare regnū suuȝ sup oēs reges terre:et sup oēs ꝑplos gentiliū vsq ad terminos mūdi. Et sic ecclīa debebat sibi oēs ifideles subiugare ꝑ cōuersionē magni cōstātini et a persecutionib⁹ tyrannorū liberari.dicit ergo. O dñe iesu xp̄e postq̄ liberasti me ꝑ mortē passionē et resurrectionē ꝛ ascēsionē saluet me nūc dextera tue potentie de ꝑsecutiōib⁹ tyrānorū et exaudi me sicut deus ꝑr tu⁹ locut⁹ est et ꝑmisit sctō suo abraā et iacob et moysi:et ēt locut⁹ est mihi in sctō suo.i.ī sanctuario ꝛ de tēplo sctō suo mihi reuelauit ꝛ ꝑmisit ꝑ dilatationē regni mei. Naȝ ego exultabo ꝛ diuidā siccimā.i.ciuitateȝ sichem cepi et spolia ei⁹ diuisi:et dimetiar cōuallē tabernaculoꝝ:qꝛ diuisi ꝛ mēsuraui possessiones ei⁹ meis armigeris ꝛ iā ē me⁹ galaad et manasses q̄ est vltra iordanē et oīa infrascripta q̄sint sicut exposita sunt psal. lix. q. di .vō .sicut ego subieci oīa ista mihi sic vt tu chrīste subijcias ecclesie omnia regna terre ⁊c.

Quis deducet me in ciuitatem munitā:q̄s deducet me vsq in idumeā. xj.q.iij.c ad mensam.
Nonne tu deus q̄ repulisti nos:et nō exibis deus in virtutibus nostris. Et. xv. d.c.ecce. xxiij. qō. iij.c. ser. xxiij.q.i.c
Da nobis auxilium de tribulatione quia vana salus hominis. his ita.
In deo faciemus virtuteȝ:et ipse ad nihilū deducet inimicos nostros.

¶ Hic ꝑpheta in ꝑso na totius ecclesie petit liberari a ꝑsecutionibus tyrānorū et dilatari ꝛ subijci sibi oīa regna terre ī vtute nois xp̄i et ꝑdicationis legis euangelice. Unde dicit. Quis deducet me in ciuitatem munitā.i.ad subiugandū om̄es ciuitates munitas mūdi:et quis deducet me vsq in idumeam.idest ad subiugandū oīa regna populi gentilis.quasi dicat nonne tu solus deus.patet expositio psalmo.lix.



Eus laudē meā ne taceris qꝛ os pctōris et os dolosi sup me apertum est. Act.i. i.rh.cvij. Et si de xp̄o dixeris ba hes in euāgelijs. Lu. xxij.mat thei. xx vi.mar. xiiij. Johā.xi.
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa:⁊ sermonibus odij circūdederunt me.
Pro eo vt me diligerent detrahebāt mihi:ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala ꝑ bonis:et odiū ꝑro dilectione mea.

¶ Titulus ad victoriā siue in finem psal. dauid. ex titulo apparet q̄ dauid fecit istuz psal. dirigens nos in xp̄m qui est finis legis. ¶ Ad cuius intellectum est notandū q̄ cōiter hebrei moderni exponunt istū psal. de destructione domus saul ꝓpter pctm̄ ingratitudis cōmissum ꝯtra dd̄ q̄ q̄dē expositio lz possit lr̄ aliter applicari ad illā historiā tn̄ talis expositio esset inanis ⁊ vacua inferens iniuriaz xp̄i ꝓphete dd̄ q̄ nō min⁹ fuit ꝓpheta in hoc psal. q̄ in reliq̄s. Itē talis expositio pōt esse falsa qꝛ dd̄ nunq̄ maledixit sauli: imo fleuit mortē suā. Et iō magis est credendū auctoritati btī petri qꝛ allegat scripturā hui⁹ psal. Act. j. esse dictā d̄ puaricatione apl'atus iude. et ꝓpriē de reprobatiōe synagoge ⁊ ppl'i gentilis. L ¶ Ad cuius intelligentiā est notādū q̄ ꝓpheta ꝑ igratitudinē ⁊ maliciā ipsius saulis ⁊ suoꝝ sequaciū perpetratā cōtra ipm̄ p̄nouit in spū ingratitudinē iude ꝓditoris et ppl'i iudeorū ꝯ xp̄m. Nā sicut multotiēs dictū est ipse saul reddidit ipsi dd̄ malū pro bono. Nā ipse dd̄ liberauerat totū israel d̄ manu golie ⁊ abstulit opprobriū ei⁹ vt ptz. j. Regū. xvij. Ipse aūt saul cōcepta iniq̄tate et inuidia ꝑsecutus est dd̄ ꝑ septē annos et semꝑ machinat⁹ est in mortē eius: ex quo pctō et ingratitudine deus ꝑmisit q̄ saul ⁊ doech ei⁹ cōsiliari⁹ perierūt in mōtib⁹ gelboe: et exinde perijt tota domus ei⁹ ⁊ trāslatū est regnū ad dauid ꝓpter hūilitatē suā. In quo mysterio preuidit dd̄ in spū qualr̄ iudas et tot⁹ ppl's iudeorum debebāt esse ingrati xp̄o et machinari mortē ei⁹. et q̄uo iudas debebat tradere ipsum iudeis: et iudei debebant tradere ipsuz flagellādū et crucifigenduz pylato: preuidit ēt in spū qualr̄ iudas proditor debebat se suspendere post resurrectionē xp̄i et perdere apl'atum et alterū. s. beatū matthiā eligi et substitui loco eius. Per eandem rōnez prenouit in spū qualiter synagoga et ppl's iudeorū erat reprobandus et debebat perdere sacrificiū et tēplū ⁊ sacerdotiū: et q̄uo popul⁹ gentilis debebat succedere substitui et accipere sacerdotium et verā legē euangelicā synagoga manente ceca et reprobata. et qualiter ille popul⁹ iudeorum debebat manere in captiuitate perpetua et incurrere. xxiiij. maledictiones in hoc psal. memoratas. Hoc ergo preuidēs dauid in spū fecit hūc psalmū in persona xp̄i in quo quatuor facit. Naz primo xp̄s exponit querelā suā explicando ingratitudinē ipsius iude ꝓditoris et totius populi iudeorum. scd̄o petit vltionem de eis predicendo. xxiiij. maledictiones quas ille ppl's hodie patitē. tercio petit liberari a patre. quarto ꝓmittit gratias acturum. scd̄a ibi. Constitue super eum. tertia et tu domine fac. quarta. Confitebor dn̄o. A

xp̄us caput xp̄ianorum.

¶ Quantū ad primuz est aduertendū q̄ sicut christus est caput et principium omniū christianorū et totius ecclesie inquantum homo: a quo oēs nominantur xp̄iani: ita iudas ꝓditor est caput et principium omniū iudeorū obstinatorum qui fuerūt et sunt post passionē christi: et ideo iudei moderni iam nō dicuntur iudei a iuda filio iacob: sed a iuda proditore cuius obstinationem et vestigia sequuntur: vn̄ sicut oēs persecutiōes et virtutes primo sunt fontaliter in xp̄o tanq̄ in capite: et inde deriuātur ad oia mēbra sua: ita pariter prodimentum et obstinatio et omnes maledictiōes primo fuerunt in iuda et exinde deriuata sunt in totam synagogam et oēs iudeos. Nam ipse primo tradidit et vendidit christū iudeis: et iudei tradiderunt ipsum xp̄m crucifigendū pylato. et ideo sicut iudas suspendit seipsum manens obstinatus et sic abstulit sibi locū penitētie: et intulit sibi sniam dānationis: ita pariter iudei suspenderūt seipos et intulerunt sibi sentētiam dānationis et obstinationis quādo dixerūt: sanguis eius super nos et suꝑ filios nostros ⁊c. et nō habem⁹ regē nisi cesarem. Et sic ergo iudas facit vnū corp⁹ simul cū synagoga. Et ideo ꝓpheta in hoc psal. primo cōqueritur de populo iudeorū obstinatorū ipsuz iudam imitatium et sequentiū. et ita est dicendū de maledictionibus. nā primo verificant̄ de ipso iuda ꝓditore et ex cōsequēti de tota synagoga ⁊ populo iudeorum. obstinato et obcecato. Et ideo lz btūs Petrus allegauerit scripturā hui⁹ psal. pro iuda ꝓditore cū dixit. scriptū est in libro psalmoꝝ Fiat cōmemoratio eorū deserta. et ep̄atū ei⁹ accipiat alter: tn̄ intelligendū est ex cōsequenti de synagoga a qua est translatū sacerdotiuz in ppl'm gentilē ipa manēte ceca et obstinata ⁊ reprobata et priuata hostia et sacrificio. B ¶ Et etiaz est aduertendū q̄ quadruplr̄ deū laudam⁹. Primo narrādo veritatē cū ipse de⁹ sit veritas. Scd̄o memorādo iudicia dei. Tertio narrādo ei⁹ miam. Quarto agendo grās de beneficijs receptis. Sed quia ista quatuor memorant̄ i hoc psal. nā primo narratur veritas passionis xp̄i. scd̄o snia et iudicium datū ꝯtra iudeos iniquos crucifixores xp̄i. tertio absolutio et liberatio iusti et innocentis a morte. quarto ꝓmittūtur grarū actiōes. Ergo recte propheta hūc psal. vocat laudē. ¶ Dicit ergo dauid in ꝑsona xp̄i ad p̄rem: immo dicit xp̄s per os dd̄. O deus p̄r ne tacueris. i. cōtēnas acceptare laudē et petitionē meā. i. ne desistas fulminare sniam ꝯtra iudeos in hoc psal. prenunciataz eo q̄ est iusta. qꝛ os iude peccatoris et os ppl'i iudeorum dolose super me et cōtra me apertum est. qd̄ ꝓbatur nam tā iudas q̄ popul⁹ iudeorū locuti sunt aduersum me lingua dolosa et fraudulenta. Nā iudas dixit. Nūquid ego suz dn̄e. et popul⁹ iudeoꝝ dixit. Magister scimus qꝛ verax es: et viaz dei in veritate doces ⁊c. et sic oēs isti circundederunt me sermonibus odij ⁊ malicie. Nā iudas dixit. Quēcunq; osculatus fuero ipse est tenete euz et ducite caute. Et iudei dixerunt: Qui se regem facit contradicit cesari ⁊c. Et etiam expugnauerūt me gratis: qꝛ nō cōpulsi aliqua necessitate nec causa precedente sed ex pura inuidia me morti tradiderūt mihi malū ꝓ bono reddētes. Nā cū multa bona fecerim eis pro quib⁹ me debebant diligere: ipsi autem detrahebant mihi vocando me blasphemum et destructorem templi et legis. ego autem orabā pro eis ⁊ ipsi posuerūt aduersum me mala pro bonis: quia ego resuscitaui filios suos et sanaui infirmos eorum et ipsi occiderunt me: et sic reddiderūt mihi odiū ꝓ dilectione mea. Nā ego

quadrupliciter deū laudamus.

ondi eis signa dilectiōis ꝛ ipsi rependerūt mihi si/gna et effectū odij quia loco dilectionis dixerūt. Crucifige crucifige. Hoc idē fecit iudas proditor Nā ego remisi sibi petā sua ꝛ acceptaui ipz i aplatū:et exaltaui ipz. ipe aūt in pmiū tātoꝝ bñficioꝝ:ꝛ tāte dilectiōis morti tradidit me:et vēdidit me tri/gita argēteis. Ex qb⁹ ptz nephāda et detestabilis ingratitudo tā ppli iudeoꝝ ꝙ ipsi⁹ iude pditoris ¶ Hic in scda pte xps petit vltionē de suis psecu/torib⁹ immo p modū petitiōis eorū sniam et cōdē nationē et punitionez firmiter prenūciat pphetā do. vñ est aduertēdū ꝙ deus dicit moysi. Deutero. xviij. Prophetā suscitabo de medio fratrū tuorū similē tibi:ponāqꝫ xba mea i ore ei⁹. ꝛ annūciabit vobis q̄cūqꝫ dixero illi. ꝛ q̄ verba q̄ dixerit nō audie rit:vltor illi⁹ existā. Ubi manifeste cōminat̄ de⁹ vl tionē iudeis nō recipiētib⁹ messiā. sz vlteri⁹ capi/tulo. xxviij. explicat sniam ꝛ maledictiōes vēturas illi pplo qui deū et messiā erat negatur⁹ que q̄dem maledictiones reducuntur ad viginti quattuor:in quo mysterio puidit dauid maledictiones et puni tiones ppli iudaici negaturi ꝛ occisuri xpz messiā Sed magis explicite hoc vidit in spū per reproba/tionem regni saulis et mortē eius:et destructionez totius domus sue:et translationem regni ei⁹. Un/de motus fuit ad faciendum hunc psalmuz in per sona christi. In quo postꝙ in prima parte explī/cauit querelam suam et ingratitudinez illius po/puli. In hac secunda parte petit vltionem de illo populo et sub modo orationis predicit viginti quattuor maledictiones quas incurrit ille popu/lus et patitur ad presens i punitionem homicidij et rebellionis et ingratitudinis de tantis rece/ptis beneficijs ab ipso christo. Que quidem sen/tentia et maledictiones prius conprehenderunt ipsum iudam proditorem: et exinde totum popu/lum iudaicum et fuerunt in eo implete quādo per titum et populū romanum totum templum et ci/uitas fuit incensa:et ipsi trucidati et captiui ꝛ per totū orbē dispersi. In quibus maledictionibus et sentētia succedūt oēs iudei qui manēt in eadē ob stinatione. ¶ Ad cuius maiorem intellectū est ad/uertendū sicut dictū est psal. xiij. ꝛ. lxviij. ꝛ. lxxxi. ꝙ duo peccata fuerūt generalia que infecerūt totaz naturā suorū auctorū et trāsierūt in oēs posteros cū onere suo et dāno tanꝙ morbus hereditarius. Primū fuit peccatū inobediētie et rebellionis ip sius adā. Scdm fuit pctm crucifixoꝝ xpi. Un sicut adā in peccādo perdidit originalē iusticiā et graz cū oibus pmijs suis ꝛ incidit in ōias miserias in penā peccati sui:qꝛ pdidit futurā felicitatē pmis sam in celo:et fuit exul et eiect⁹ ab illa terrestri pa/radiso in hanc vallē lachrymarum inter bestias et mūdanas miserias:et cōdēnatus in futuro ad pe/naz eternā:ita pariter ppls iudaicus in crucifigēdo ꝛ negādo xpm pdiderūt bñficiū redēptiōis manē tes in eodez pctō ꝛ snia data in adam:et vltra hoc fuerunt exules et eiecti a sua ciuitate et regno in/currētes. xxiiij. maledictiones q̄ mēorant̄ i h̄ psal. Et sicut pctm ade trāsiuit in oēs posteros cū one re suo:ita pariter pctm crucifixoꝝ xpi trāsiuit in oēs posteros cū onere suo. s. cū istis. xxiiij. maledictio/

nibus in hoc psalmo memoratis. ¶ Et sic popul⁹ iudaicus manet obnoxi⁹ ꝛ subiectus duplici pec/cato et sententie et maledictioni.

Constitue super eū peccatorē:ꝛ dia/bolus stet a dextris eius.

¶ Prima q̄ maledictio snie est ꝙ iudei semp sunt sub/iecti hoib⁹ pctōrib⁹:ꝛ hō est nā postꝙ noluerūt esse subiecti xpo sctō ꝛ iusto messie in lege pmisso:imo dixerūt. nō habem⁹ regez nisi cesarē. Ideo iuste sunt cōdēnati ad ppetuā huiutē corpis et aie. Nā quo ad aiaz subijciunt̄ diabolo:ꝛ quo ad corp⁹ pncipi h⁹ pctōrib⁹:q̄ eos vituperabiliter tractāt. Nā pmo fue/rūt subiecti gētilib⁹ nūc vo sarracenis ꝛ xpianis ꝛ subij ciunt̄ etiā rabinis suis q̄ sunt magis pctōres ꝛ ficti. Et si dicas ꝙ xpiani pncipes q̄ eos sub sti/nēt in terris nō sunt pctōres. Ad hoc r̄ndet̄ immo sūt magis pctōres quo ad h̄ ꝙ sarraceni ꝛ gētiles. Nā vt exigāt tributa quotidie et munera a iudeis defendūt eos ꝛ pmittūt in terris xpianorū multa enormia fieri q̄ sine magno pctō ꝛ scelere pncipū xpianorum pmitti nō pñt:et sic iudei semp habēt p maiori parte peccatorē ɔstitutū in dñm. Itē et in sinagoga hñt peccatorē sacerdotē ꝛ platū. Nā oēs rabini sunt deceptores ꝛ mēdaces q̄ fouēt ꝛ su stinēt eos in perfidia et cecitate. Et ideo dicit hic xps. O pater postꝙ iste popul⁹ noluit me recipe in dominū per te missum:ideo cōstitue sup eū do/minū peccatorē. Et ista est prima maledictio eorū ¶ Scda est ꝙ diabol⁹ est semp dux eorū in oibus actibus eoꝝ. vñ nota scdm aristo. lib. de motib⁹ aialiū ꝙ in oi aiali est dare vnū pncipiū a quo in/cipit et pcedit mot⁹ pncipalr ꝛ oēs vires:ꝛ sic dat̄ pars dextera in quolibet aiali in q̄ incipit motus vt ptz. Ideo dexteruz cōmuniter sumit̄ p principio. Et ideo figuratiue dicit̄ de viro iusto q̄ habet xps a dextris qꝛ ab eo incipiūt oēs act⁹ ꝛ operatiōes. Ideo sunt bone ꝛ meritorie quia procedūt a bono principio in bonuz finez quia iustus operatur s̄m fidē et legem xpi. Per oppositū dicitur de malo ꝛ prauo et infideli q̄ habet diabolū a dextris eius. [illegible] operat̄ s̄m viciū ꝛ infidelitatē ꝛ cecitatē:ideo nō potest nisi male opari. Et ita iudei cuz habeāt diabolū ducē:ideo nō operantur nisi s̄m auariciā et odiū ꝛ infidelitatē et sic habēt diabolū a dextris. Ideo ait xps. Et diabolus stet a dextris ei⁹ tanꝙ dux cuius nutu incipiāt suas opationes q̄ est scda maledictio. hoc idē verificatur vt dictū est de iuda pditore:qꝛ semp diabol⁹ fuit a dextris eius qꝛ sa thanas ingressus est in eum:et misit in cor eius vt traderet christū:ꝛ cum suspēdit seipsum.

Cum iudicatur exeat condēnatus:et oratio eius fiat in peccatum.

¶ Tertia est ꝙ nō solū cōdēnati sunt a xpo ad ser/uitutē ppetuā sz etiā a seipsis:quā cōdēnationem semp incurrunt:vñ xps ɔdēnauit eos cum dixit:fi/ant nouissima hois illi⁹ peiora priorib⁹. Itē cū di xit: malos male pdet ꝛc. Itē cū dixit relinq̄tur do/mus vestra deserta:ꝛ nō relinquet̄ lapis sup lapi/dē. Et cū dixit eis ve octies. Matt. xxiij. Sed etiā ipsi se iudicarūt ad perpetuā seruitutē corporis et

xps q̄rit vlcisci d̄ iudeis.

vl iq. s. c. et meri/tis.

Cōtra sustinen tes iude os.

Act. ij. et d̄ pe. di. j. c. nihil ꝛ di. l. vs. c. porro.

aie in qua sunt hodie cū dixerunt: sanguis eius sup nos et sup filios nr̄os. Ideo subdit. Cū iudicatur exeat cōdēnatus .i. iudicium et maledictio et cōdēnatio quā ipse ppl's intulit sibi eueniat sup eum: q̄ est tertia maledictio cū dixit: cū iudicatur. Quarta est q: orō eo᷑ semp vertitur eis in pctm̄ et hoc duobus modis. Primo quia semper petūt messiā venturū: sed hoc est peccatū petere cū iam venit. Itē cū oia sacramēta veteris legis et cerimonie sint mortifere vt dictū est. Ergo semper vertitur eis in peccatū. Itē secūdo quod peius est nā quādo orāt et psalmos recitāt in festiuitatibus et singulis ferijs semper maledicūt seipsos nā in psal. xxi. et lxviij. lxviij. in hoc cviij. cōtinētur maledictiones prenūciate a dauid cōtra crucifixores et rebelles christi: sed ipsi iudei sunt rebelles et crucifixores: ergo oratio eo᷑ vertitur eis in peccatū et maledictionē ipsi. ergo iudicāt et cōdēnāt et maledicūt seipsos. ideo ait. Cū iudicatur exeat cōdēnatus a seipso: et oratio eius fiat et vertatur in peccatū contra seipsum: ideo subdit. Et oratio eius fiat in peccatum.

de pe. d. iij. c. mihi inde. xxiij. di. c. in noie dn̄i. ifi.

Fiant dies eius pauci: et episcopatum eius accipiat alter.

¶ Quinta fuit quia parū durauit dn̄ium eo᷑ post q̄ occiderūt christū. Nā post. xl. annos fuerūt deleti et trucidati per romanos et sic dies eorū fuerunt pauci: que fuit q̄nta maledictio: idō subdit. Fiāt dies eius pauci. ¶ Sexta fuit quia trāslatū est sacerdotiū ad christianos: et ideo ait. Epatū eius accipiat alter scilicet ecclia xp̄i. Vn̄ notādū q̄ btūs petrus Act. i. adducit partē huius versiculi pro suspēsiōe iude et substitutiōe matthie: vn̄ est aduertēdū q̄ sicut Saul et trāslatio regni eius fuit figura destructiōis regni iudeorū et translationis eius ad gentiles christianos: ita iudas proditor quasi per oia fuit typus et figura destructionis et reprobationis synagoge et trāslationis legis et sacerdotij ad ecclesiam christi. Nam sicut iudas qui tot bona receperat a christo tradidit eū et vēdidit eū sub osculo pacis. Ita iudei tradiderūt ipsū pylato ad crucifigendū. Et sicut iudas se suspendit cogni[illegible]eritate et abstulit sibi locum penitētie. Ita pariter iudei auferūt sibi locū penitentie et negāt cognitā veritatē et cōdēnāt seipsos sicut iudas cōtēpsit salutē et elegit auariciā et homicidium: et latrocinium: ita iudei cōtēpserūt christū qui est vera salus et regnū celorū et elegerūt Barrabā latronē et cesarē in dominū: et hoc propter auariciā et ambitionē ne perderēt sacerdotiū et locū et gentem. Et sicut iudas fuit suspensus et perdidit apostolatū et substitutus est matthias in locū eius. Ita sinagoga fuit destructa et amisit sacerdotiū et legē et populus christianus successit et accepit epatum et sacerdotium eius. Et sic licet predicti tres versiculi vere possint exponi de iuda proditore et doloso qui osculo tradidit xp̄m sup quē deus cōstituit diabolū qui eū ad suspēdēdū deduxit qui seipm̄ cōdēnauit et suspendit et orō eius facta est in pctm̄ cū dicit. Peccaui tradēs sanguinē iusti: q: pnia fuit infructuosa: immo magis dānabilis: q: cognouit pctm̄: th̄ nō quesiuit veniā xp̄o et aplis: sed abstulit sibi locū venie et dies eius fuerunt pauci: q: tertia die se suspendit cū audiuit xp̄m resurrexisse: et apostolatū eius accepit matthias: sed quia omnia ista adhuc gerebāt typum et figurā destructiōis synagoge et successionis ecclesie. Ideo principaliter psal. iste est exponendus de dānatione et maledictiōe populi iudaici quia iam non dicuntur iudei a iuda filio iacob qd̄ interpretatur confitēs: sed dicuntur iudei a iuda proditore quē per oia sequuntur. xxiij. q. 8. iij. ipsa pietas.

Fiant filij eius orphani: et vxor eius vidua.

¶ Septia maledictio est: q: filij sinagoge sunt orphani: quia nō amplius habēt deū in patrē cum sint reprobati: immo nō adorāt deū: q: ipsi negāt deū trinū vnū et incarnatū: sz nō est alius deus nisi ille qui est trinus et vnus: nec est alius deus nisi ille qui est incarnatus: scz filius: nam licet pater sit alia persona: tamē nō est alius deus: ergo nullum deum adorant. Et sic sunt orphani q̄ est septima maledictio: ideo ait. Fiant filij eius orphani.

¶ Octaua maledictio est q̄ ille populus siue illud sacerdotium nō habet vxorem: nam vxor eius manet vidua: scz synagoga que ante erat sponsa xp̄i: vt patet in canticis: sed iam repudiatā a christo: vt patet Esa. l. ideo manet vidua sine viro et sponso que est octaua maledictio: ideo ait. Fiant filij eius orphani et vxor eius vidua.

Mutantes transferantur filij eius et mendicent: et eijciantur de habitationibus suis. xvi. q. 8. vij. Et s circa medium.

¶ Nona maledictio est: q: sunt exules expulsi a sedibus suis. ¶ Decima maledictio: q: vadūt p mūdum incerti: q: frequēter pellūtur a ciuitatibus et expoliantur bonis tēporalibus: et occidūtur in ciuitatibus. ¶ Undecima maledictio: q: vadūt mēdici q̄si sunt expoliati. sed iste tres maledictiones melius intelliguntur spiritualiter: nam ipsi eiecti sunt a lege et sacerdotio et priuati sacrificio et sacramētis: et vadūt mutātes et incerti et ambigui et dubij in lege et scriptura: q: vidēt se positos i. hac captiuitate: idō iam pdiderūt estimationem in sacra scriptura nesciētes defendere cecitatē et maliciā suam: ideo ait. Mutātes .i. dubij et incerti trāsferantur filij eius et mēdicēt verum sensum et intelligentiam sacre scripture que est alia maledictio. xxviij. q. i. ois. s. hec que.

Scrutetur fenerator omnem substātiam eius: et diripiant alieni labores eius.

¶ Duodecima est: q: tota substātia eorū cōsumitur in vsuris: idō ait. Scrutetur fenerator. in trāslatione Hieronymi habetur exactor: et tunc littera est magis plana: et est sensus. Nam vbicūq: sunt. soluūt tributa et magnos reddit et tributa principibus et dominis: et sequitur. ¶ Tredecima maledictio et diripiant alieni labores eius: quia per tytum et romanos fuerunt expoliati.

Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. xxiij. q. alienatio.

¶ Decimaquarta q: sine mia fuerunt tractati si-
et d pe. cut sine mia xpm afflixerűt. ideo sequitur. Nō sit illi
d.vi.§.s. adiutor q: oēs aduersant illi gńatroni: tam sarra
ceni ꝙ christiani et gentiles. nā tunc sine mia tru-
cidarunt patres et filios vēdiderűt ideo sequitur
¶ Decimaquinta nec sit q miscreat pupillis eius
vnde etiā iudei qui nunc sunt dispersi vocant ꝛ di
cūtur pupilli q: nō habēt prēm vt dictū est: et ha
bent matrē viduā. s. synagogā ꝛ null' misereř eis
immo sunt in abominationē omniū et derisium.

de pe. d. iiij i pn. ꝛ.c.si iu-das.

Fiant nati eius in interitū in gńatio ne vna deleatur nomē eius.

¶ Decimasexta sequit q: in strage regni iudeoꝝ
nō solū sunt trucidati pres: sed etiā filij p maiori
parte: ideo ait. Fiant nati eius in interitū in gńa
tione vna deleat nomē ei'. vn̄ nota ꝙ hʒ hoc reali
ter sit impletū q: gńationes iudeoꝝ sunt delete:
nā nullus scit ex qua tribu descendit et iā sunt cō-
fuse gńatióes verius intelligit hoc spūalr: nā in-
currerűt iteritū mortis eterne: ꝛ ēt sunt deleti a sa
crificio ꝛ sacerdotio: ꝛ sunt deleti de libro viuētiū.

de pe. d. iiij. q: ho §. ꝙ aūt.

In memoriam redeat iniquitas pa- truꝫ eius in cōspectu dñi: et peccatū matris eius nō deleatur.

¶ Decimaseptima q: filij puniunt et vituperant
p pctō patrū et quotidie improperat eis et pari
ter cum patribus vocantur cruci fixores xpi eo ꝙ
eos imitant ideo ait. In memoriā redeat iniqtas
patrum eorum: et pctm matris ei'. s. synagoge nō
deleat quę ē. xviij. maledictio: nā pctm synagoge
nō solū est q: nō recipit xpm sponsum sibi pmis-
sum et crucifixit eū: sed etiam semper peccat expe
ctando alium et facit mendaces omnes prophe
tas. Item non solum occisio christi sed etiam om
nis sanguis iustorum qui effusus est a sanguine
Abel iusti ꝛc. venit sup eos ꝛ vertit eis i pctm ꝛ ini
qtas patrū eorū redit in memoriā i ɔspectu dñi.

viij. di. c. ɔsuetu- do ꝛ. xxii ij. q. ij. le gat ꝛ. c. dānatio nis.

Fiāt cōtra dñm semper et dispereat de terra memoria eorum: pro eo ꝙ nō est recordatus facere miam.

Et persecutus est hominem inopem et mendicum: et compunctum corde mortificare.

¶ Decimanona est q: semp sunt cōtra deū inimi-
ci formati: q: contra xpm qui est verus deus et hō
vnde ille ppl's qui solus dicebat ppl's dei ꝛ pecu
liaris: nūc est manifestus inimic' et ɔtr': vt dictū
est: iō ait. Fiant cōtra dñm semp: q: semp murmu
rant ɔtra xpm et maledicūt et blasphemāt in sy-
nagogis eorū et vitiāt et corrūpūt et negāt sacrā
scripturā male et false glosando. Et sequit. xx. dis
pereat de terra memoria eorū quo ad dñium tpa
le et etiaꝫ quo ad sacerdotium et hostiā ꝛ sacrifi-
cium q: nulli sibi offerunt: et ratio est pro eo q: ille
populus nō est recordatus facere miam cum xpo
immo iniuste et crudeliter ipsuꝫ crucifixerűt: ideo
sicut sine mia ipsum delere de terra cupierunt: ita
ipsi et memoria eoꝝ de terra deleta est quo ad po
testatē tpalē et spūalē et declarās subdit cām di-
cens: et p eo q: ɔsecutus est xpm hoiem inopem
et sine ope ꝛ auxilio: quia in triduo fuit derelictus
in posse eorum vt dictū est psal. xvi. ꝛ ɔsecutus est
hoiem mēdicū: q: cū petijt potū dederunt sibi in
escam fel: et in siti sua potauerűt eū aceto. ɔsecut'
xpm hoiem cōpunctū. i. afflictū corde: q: nō solū
fuit afflictus xps in carne. sed etiā in corde vidēs
dānationeꝫ et ifidelitatē iudeoꝝ ɔsecut' est hoieꝫ
cōpunctuꝫ corde et afflictū mortificare. i. ad mor
ficādū. i. ɔsecut' est vsqꝫ ad. mortē crucis: et ponit
infinitiuū p gerūdio: q: hebrei ꝛ greci carēt gerū
dijs ꝛ supinis. iō ponūt infinitiuū p gerūdio ꝛc.

Et dilexit maledictionē et veniet ei: et noluit benedictionem: et elongabi tur ab eo. viij. dis. c. cōsue- tudo.

¶ Uigesimaprima maledictio hui' populi est q:
dilexit et elegit maledictionē et renuit et cōtēpsit
benedictionē. vn̄ Deuter. xxviij. deus cōminatus
est maledictiones pplo israel deū negaturo. ꝛ p-
misit bendictiones: sed illas maledictiōes incur
rit et dilexit popul' iudaicus cū xpm negauit. ꝛ il
las benedictiones contēpsit qn̄ xpm negauit. Itē
deus promisit abrae ꝙ in semine suo qui est xpus
benedicerent oēs gentes. Ergo qn̄ negarűt xpm
pariter negarűt et noluerűt bn̄dictionē pmissaꝫ
abrae ꝛ semini ei'. Itē xps dixit eis. pniaꝫ agite et
appropiquabit in vos regnū celoꝝ ꝛ dicit. venite
ad me: ꝛ ego reficiā vos. Itē fecit cenam magnaꝫ
et vocauit eos et noluerűt venire. ergo noluerunt
benedictionem quā christus afferebat: immo ma-
gis dilexerunt maledictionem quā christ' cōmi-
natus est: cum dixit et fleuit super ciuitateꝫ. Cir-
cūdabunt te inimici ꝛc. Item cū dixit. hierlm hie-
rusalem que occidis prophetas quotiens volui
congregare filios tuos et noluisti ꝛc. Ideo relin-
quetur dom' vestra deserta ꝛc. Itē dicit eis octies
ve vobis scribe et pharisei in dānationem perpe
tuaꝫ. ergo dilexit ille populus maledictionem et
noluit bn̄dictionē quā xps pmittebat: ꝛ ideo ait
et dilexit maledictionē et veniet ei. qḋ impletum
est et impletur quotidie: et noluit benedictioneꝫ
xpi ideo elongabitur ab eo illa xpi benedictio q:
nunꝙ intrabunt in requiem meam.

lxxxij. di. c. q: i si,

Et induit maledictionem sicut vesti mentū: et intrauit sicut aqua in inte riora eius: et sicut oleū in ossib' eius

¶ Uigesimasecūda est q: ista maledictio et vera
tio iudeorū nō soluꝫ est ad extra corporaliter: sed
etiam ab intra et spiritualiter q: nō solum patiū
tur tormēta et opprobria a xpianis et sarracenis
sed etiam patiūtur ab intra pessimas ꝛ enormes
egritudines. Nam quidā patiūtur menstruū san-
guinis sicut mulieres: et quidā nō valent suspice
re celum: nec numerare stellas: nec spuere in altum
sicut sunt illi qui spuerunt in faciem xpi: et qui im
properarunt ei in cruce: et isti nō solū cōtēnuntur
a nostris: sed etiaꝫ a ceteris iudeis vt cōpertū est

a fide dignis. Itē nō solū patiunt has vexatiōes sed etiam continuū remorsum conscientie: qꝛ cognoscunt vera esse que dicuntur de xpo: et esse impletas scripturas. et tamē ꝯtra cōsciam cogūtur negare ex malicia et sic semꝑ accusat eos conscia et corrodit vermiculus. Itē semꝑ sunt in cōtinuo dolore cū videant ceteros sibi dñari et se semper ceteris seruire, q̄ pōt esse. xxiij. maledictio iō ait: et induit maledictionē sicut vestimentū qꝛ extrinsecus torquetur ab extraneis et intrauit maledictio sicut aqua in interiora et⁹ quo ad remorsū cōscientie: et sicut oleum in ossibus eius quo ad secretas infirmitates et dolores ꝛc.

Aliꝰ quo operiet. **Fiat ei sicut vestimentū quo operitur: et sicut zona qua semper precingitur.**

¶ Hec ē. xxiiij. maledictio. nā mīti patiūtur aliqd malū ad tēpus: sed iudei patiūtur predictas maledictiones iugiter et semꝑ sicut non possent esse sine cooperimento. sunt ergo oia ꝑdicta dāna eis semꝑ in cooperimentū: et sicut zona qua semꝑ precingentur et nō solū corporaliter sed etiam spūaliter et intrinsecus et extrinsecus et hic et in futurū qua semper circundantur.

xxiij. qō. iiij. displicet. **Hoc opus eorū qui detrahunt mihi apud dñm: et qui loquūtur mala aduersus animam meam.**

¶ Hic cōcludit ꝙ ex iusto dei iudicio hoc patiuntur iudei. et dicit. hoc opꝰ. i. hoc ꝑctū et ꝑmiū et punitio et sñia. i. ꝑ opere eorū iudeorū qui detrahunt mihi qꝛ multiplr detraxerunt et ante pylatū et in cruce locuti sunt mala et falsa testimonia: et crimina imponendo contra aiam et vitam ipi: qꝛ mortē sibi procurarunt. q. d. ꝙ oia predicta mala passi sunt iudei in preciū et premium pro criminibus que xpo imposuerunt et opprobriis que sibi improperarūt ꝛ ꝑ morte quā sibi ꝓcurarūt. Itē h̄ idē patiuntur iudei moderni. qꝛ sunt imitatores patrū suorū qꝛ assidue detrahūt xpo et maledicūt in synagogis eorū. et loquunt cōtra ipsum et cōtra membra eius desiderantes destructionē christianorum. ergo iuste hanc penam patiuntur.

xi. qō. iij. ad mensam. de pe. di. ij. capi. s. xl. dist. c. adam. et ca. illud **Et tu domine fac mecum propter nomen tuum quia suauis est misericordia tua.**

Libera me qꝛ egenꝰ et pauꝑ ego sum et cor meū cōturbatum est intra me. Sicut vmbra cum declinat ablatꝰ sum: et excussus sum sicut locusta. Genua mea īfirmata sunt a ieiunio et caro mea imutata est ꝓpter oleū. Et ego factus sum opprobriū illis viderunt me et mouerūt capita sua.

¶ Hec est tertia pars in qua petit liberari per resurrectionē: sed est aduertendū ꝙ qñ xps petit liberari in omnibus psal. per resurrectionē non solū rogat ꝓ se vt resurgat a morte corporali: sed etiam pro membris vt resurgat ab vtraq; morte: et ideo talis simul est petitio pro nobis et ꝓphetia pro se. Nam per suam mortem corporalem vicit et occidit nostram mortem spiritualem: et per suam resurrectionē renouauit et adeptus est nobis inmortalitatem. ideo in hac petitione allegat suam mortem et passiones: et labores quos pro nobis sustinuit quibus nos liberauit. et hoc facit in omnibus psalmis qui loquuntur de sua passione. Dicit ergo christus. Et pro ideo siue ꝑ sed: sed tu dñe pater fac mecum misericordiā tuā idest resuscita me propter misericordiam tuam. vel fac mecum misericordiam tuā idest tu et ego faciamus simul misericordiam ecclesie et mēbris meis quoniam suauis et benigna et salubris est misericordia tua: libera me resuscitando a morte corporali et membra mea ab vtraq; morte iustificando a peccato et glorificando: quia pauper. id est inops et egenus ego sum derelictus sine auxilio in toto triduo: et cor meum scilicet caro mea cōturbata et afflicta: et infirmata facta in me scilicet vt patet per ꝯes euangelistas quando christus orauit vt calix ab eo transiret. ꝛ hoc principaliter intelligitur de membris: et sic totus christus loquitur pro membris dicens: quoniā egenus et pauper et expoliatus omnibus bonis gratuitis sum in adam et cor meum. idest tota pars sensitiua fuit turbata et percussa fomite concupiscentie et sauciata et infirmata vt semper repugnet legi mentis quia intra me inuenio istam legem et in membris meis ꝛc. Itaq; sicut cū declinat vmbra sequitur nox et aufertur lux et dies: ita ego et vita mea ablata est per mortem quia realiter fui mortuus et tradidi spiritum in manus patris: et sicut homines excutiūt et pellunt locustam a termino et finibus suis. ita ego excussus et expulsus sum a vita per iudeos sicut excutitur locusta et sicut q̄libet homo per nimiam abstinentiā debilitatur et infirmatur: ita ego per nimium ieiunium non solum in illis quatuor diebus ꝛ quinq; noctibus sed etiam per omnes tres annos cū dimidio fui in continua abstinentia et laboribus et itineribꝰ propter salutem hominum et sic genua mea infirmata sunt a ieiunio: idest propter ieiunium et caro mea immutata est in maciem et debilitatē propter oleū et pinguedinē. i. ꝓpter defectū pinguedinis et substantie ꝛ sedi lassus ꝛ fessus iuxta puteum sicar vt pꝫ Joh. iiij. quia defecit in me pinguedo et fortitudo et oēs corporales vires nō solum propter labores: sed etiā ꝓpter nimias afflictiones in toto triduo. etiā ego factus sū opprobriū multis gentilibus. s. ꝛ iudeis. vnde viderunt me in cruce putantes me verum hominem et totaliter derelictū ꝛ indefessum mouerunt capita sua irridendo dicentes. Aue rex iudeorum. et vah qui destruis templum dei ꝛc. Itē dixerūt. si filius dei est liberet eum.

Adiuua me domine deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Et sciant quia manus tua hec: et tu
disti.lvi. ca.nasc'. **domine fecisti eam.**
Maledicent illi et tu benedices: qui insurgunt in me confundantur: servus autem tuus letabitur.
xij.q.5.i. nulli dubium. **Induantur qui detrahunt mihi pudore: operiantur sicut diploide confusione sua.**

¶ Adiuua ergo me dñe deus ꝛ pater meus: ꝛ saluum me fac propter misericordiaȝ tuam me a mortuis suscitando ꝛ sciāt id est scient ꝛ cognoscent: quia manus tua ꝛ potestas est hec id est potestate tua talis resurrectio facta est: quia hoc ad soluȝ deum pertinet scilicet mortuos suscitare: ideo sequitur vt sciant: quia tu fecisti eā scilicet talē potestatē resurrectionē etiā dum illi ꝛ licet maledicāt illi improperando ꝛ deridendo: tamen tu benedices me resuscitādo vt facta resurrectione iudei ꝛ gentiles crucifixores qui insurgunt et insurrexerunt in me et insultarunt ad mortem cōdēnando cōfundātur nō valēdo assequi intentū suū: seruus autem tuus christus et ecclesia letabitur ex gloria resurrectionis: ꝛ sic iudei qui detrahūt ꝛ detraxerunt mihi induātur id est induētur pudore ꝛ verecūdia ꝛ induentur cōfusione sua sicut induūtur diploide. vnde aduertēduȝ ꝙ diplois grece idem est ꝙ duplex pallium ꝛ vestimētū: ꝛ ita iudei duplici ꝯfusione ꝛ cōtritione perculsi et induti sunt scilicet exterius pudore ꝛ verecūdia cū relinquātur mēdaces ꝛ videāt christum coli tanꝙ messiam per totū orbē. secūdo interius cū videāt se afflictos ꝛ captiuos ꝛ sic duplici cōtritione sunt contriti ꝛ duplici cōfusione cōfusi et ideo vt euaderēt hāc cōfusionē post resurrectionē corruperūt custodes pecunia vt dicerent
xv.q.5.i. ca.reuertimini. ꝙ discipuli fuissent furati corpus christi.

Confitebor dño nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum.
Qui astitit a dextris pauperis vt saluā faceret a persequētibus aiam meā.

¶ Hec est quarta pars in qua xp̄s in persona sui ꝛ mēbrorū promittit gratiarū actiones se acturum patri pro bñficio resurrectiōis ꝛ dicit. Ego postꝙ resurrexero ꝛ assumptus fuero in celū ad dexteraȝ patris ꝯfitebor domino deo patri in ore meo ꝛ in membris meis nōne discipuli mei ab ore meo hauserūt doctrinā euāgelicā quā predicauerūt ꝛ misericordiā ꝛ potentiā dei annūciauerūt ꝛ sequitur in medio multorū scilicet tā gētiliū ꝙ iudeorū laudabo eum ꝛ in medio ecclesie diuina officia celebrando et festiuitates secundo benedicendo ꝛ laudando. Et sequitur. ideo laudabo euȝ quia astitit a dextris pauperis et indefensi id est in fauorem ꝛ auxilium meum vt saluam faceret animam et vitā meam a iudeis me persequentibus. et hoc me resuscitando ꝛ membra mea iustificando et ecclesiā a tyrannis liberando et eam ampliando et per totum orbem dilatando. D ¶ Ex supradicta expositione patet error hebreorum modernoruȝ qui dicunt ꝙ dauid fecit hunc psalmum petendo vindictam de saul persecutore suo quod manifeste dicunt falsum. nam dauid nunꝙ maledixit ipsi saul: nec petijt vindictam de eo immo semper rogauit pro eo in toto tempore sue persecutionis: nec voluit ipsuȝ occidere: nec permisit ꝙ alius occideret eū cū potuisset ipm interficere in spelunca qñ abstulit sibi particulā chlamydis: et quādo dormiēt abstulit ciphum et hastam: immo defleuit casum et interitum suū: ꝛ interfecit nunciū qui nunciauit sibi mortem saulis: ꝛ cōposuit canticū lugubre de morte saulis ꝛ ionate vt patet.ij. Regum.i. capitulo. Ex quo patet ꝙ dauid non dirigit supradictas maledictiones ipsi saul sed populo iudaico crucifixori christi obstinato sicut supra expositum est. Et patet manifeste impletum per experientiā. No. bñ.
¶ Ex his etiam patet maior error ꝛ deterior quorūdam christianorū ignorantiuȝ tam clericorū ꝙ laicoruȝ qui dicunt hūc psalmum contra persecutores suos christianos a quibus patiūtur aliquaȝ iniuriam vel oppressionē petendo a deo vindictā de his desiderando supradictas maledictiones euenire eis quod nō solūmodo est detestabile sed irrisorium: nam primo est cōtra doctrinam euangelicā qua dicitur Matthei.v. Orate pro eis qui vos persequūtur ꝛ benefacite eis qui oderūt vos. Iteȝ si quis te percusserit in vnā maxillā prebe ei aliam. Iteȝ dimittite et dimittetur vobis. Itē hoc idē est contra consuetudinē ecclesie que non soluȝ rogat pro malis christianis: sed etiā pro hereticis ꝛ scismaticis: vt deposita perfidia ꝛ heretica prauitate resipiscant ad fidem catholicam. Item rogat pro perfidis iudeis vt deus auferat velamen de cordibus eorū vt videant lumen veritatis ꝛ cōuertantur ad vnum verum deum iesum christum. Et sic tenemur rogare pro omnibus inimicis. vt deposito odio diligāt nos: ꝛ rogamus ꝯtra paganos nō vt moriātur: sed vt potētia eorū cōteratur. ne noceāt nobis. Iteȝ hoc videtur irrisorie dictum nam causa exauditionis orationis apud deum est puritas mentis et charitas. sed qui petit talē vindictam ꝛ infert tales maledictiones proximo nō potest esse in charitate: sed in execrabili ꝛ detestabili odio: ergo nō potest exaudiri apud deuȝ: quia in hoc psalmo nō solūmodo memorātur punitiones tēporales: sed etiā spirituales ꝛ eterne cū dicit. diabolus stet a dextris eius: ꝛ cū iudicat̄ exeat cōdēnatus: ꝛ oratio eius fiat in peccatum ꝛc. Ex quibus patet opinionē taliū esse detestabilē ꝛ irrisoriā ꝛ falsam. Nā dauid nō locutus est ad hanc intentionē sȝ p̄dicit ꝛ vaticinat̄ punitionē crucifixorū xp̄i vt dictū est. E ¶ Sed cōtra totam supradictam expositionem arguūt: immo murmurāt iudei dicētes ꝙ indebite sit inflicta pena supradictarū maledictionū pp̄lo iudaico siue synagoge ꝓpt̄ necē xp̄i: qđ ꝓbant sic. nā pctm̄ idolatrie est maximū oim̄ pctorū ꝛ per ꝯñs est maius ꝙ homicidiuȝ nā illud est cōtra primū preceptū ꝛ immediate est crimē diuine lese maiestatis. ꝛ istud est contra quintū preceptū ꝛ ꝯ̄ primū sed ꝓpter peccatuȝ idola- obiectio

trie solū fuerunt iudei puniti ad captiuitatem septuaginta annoꝝ in babylonia. in ista autē iā perseuerauerūt vsqꝫ ad hoc tēpus cū oib⁹ supradictis maledictionibus: ergo indebite patiūtur maiorē penā ꝑ maiori pctō. In oppositum est ꝓpheta in hoc psal. qui postq̄ prenūciauit oēs supradictas maledictiones vēturas illi pplo propter mortem xp̄i cōcludit dicēs hoc opus coꝝ qui detrahūt mihi. i. hec iusta dei sententia ꝛ pena oibus his q̄ detrahendo machinati sunt in necē meam. Rn̄detur ꝙ pro solutione hui⁹ difficultatis ꝑmo est vidēdū an peccatū idolatrie cōmissuꝫ ab āṫiqs iudeis sit maius aut minus q̄ pctm̄ mortis xp̄i. Et ex consequenti faciliter cōcludet intentū rōne et autoritatibus. ¶ Quantū ad primū est aduertenduꝫ ꝙ vnuꝫ pctm̄ esse mai⁹ altero contingit quadrupliciter. primo rōne inobediētie. scdo rōne volūtatis. tertio ratione circunstantiaruꝫ. quarto rōne obstinationis. vñ propter oia ista quattuor simul maius fuit pctm̄ necis xp̄i q̄ pctm̄ idolatrie ꝙ pꝫ primo rōne obedientie probatur. nā antiq̄ ꝑ idolatriā solū peccabāt ꝯ deū recedendo ab eo ꝛ cōuertēdo se ad idola: sꝫ crucifixores xp̄i nō solū recesserunt a deo volūtarie occidēdo xp̄m: sed etiā occiderūt ꝓximū innocentē ꝛ sic fecerūt contra ꝑmū ꝛ scdm̄ ꝑceptū qꝛ simul occiderunt deū ꝛ hoiem qd̄ nō fecerūt idolatre. Scdo hoc peccatū fuit maius illo ratione male voluntatis: nā cum deteriori voluntate et malicia et odio iudei crucifixerunt ꝛ persecuti sunt xp̄m quā patres eorum cōmiserunt idolatriam: quia ex odio ꝛ inuidia ꝛ malicia et sine causa iniuste occiderunt innocentem ꝛ cum maiori et clariori noticia. Tertio hoc peccatum fuit grauius ꝛ deterius illo ratione circunstantiarum. nam iudei in occidendo christum non solum occiderunt deum ꝛ hominē innocentem ꝛ sanctum: sed et iam benefactorem ꝛ redēptorē ꝛ sic peccauerūt ꝑ summā ingratitudinem. Item fecerunt deum ꝛ legē ꝛ prophetas mendaces in negādo christum et sic commiserunt sacrilegium ꝛ blasphemiam. Item obligauerunt se ꝛ filios suos ꝛ omnes posteros illi peccato ꝛ sic multipliciter fuerunt homicide. Et sic per omnia fuit peius ꝛ deterius q̄ peccatum adeo vt dictum est psalmo. xiij. ꝛ. lxxxi. Quarto autem hoc peccatum fuit peius q̄ idolatria antiquoruꝫ ratione obstinationis in qua manserunt ꝛ manent successores eorum quia continue occidunt christū postq̄ placet eis ꝙ patres eorum crucifixerunt eum et retinēt eandem maliciam ꝛ odium contra christum: ꝛ non solum sunt heredes illius homicidij sꝫ oium aliarum circunstantiarum. nam pariter faciunt deum mendacem ꝛ legem ꝛ prophetas: et per hoc negāt deū esse peius q̄ idolatre: qꝛ nulluꝫ deuꝫ adorant qꝛ adorāt vnū deū qui sꝫ nō est trin⁹ ꝛ vn⁹ nec incarnatus: sed talis deus nusq̄ est ergo nullū deū adorāt. Et sic per oia peccatū necis christi in quo nūc manēt iudei est peius q̄ peccatū idolatrie patrum eorū quod multis autoritatib⁹ probatur. nā Hiere. xvi. introducit istū populū cōquerentē de captiuitate in qua modo sunt et dicentem. Quare dominus locutus est super nos oē malū grāde istud. Que nostra iniquitas aut qd̄ pctm̄ nostrū qd̄ peccauimus dn̄o deo nostro. dicens ad eos. Qꝛ dereliquerunt me patres vestri: ait dn̄s ꝛ abierūt post deos alienos. et seruierūt eis: et adorauerūt eos ꝛ dereliquerūt me. Et legem meam nō custodierūt. Sed et vos peius operati estis q̄ patres vestri. ecce em̄ ambulat vnusquisqꝫ post prauitateꝫ cordis sui mali: vt me non audiat: et eijciam vos de terra hac ꝛc. Ex supradictis patet ꝙ peccatuꝫ posteriorum iudeorū qui noluerūt audire deum incarnatum: et manent in prauitate et obstinatiōe cordis sui: et in malicia ꝛ odio inueterato est ꝛ fuit peius q̄ peccatum idolatrie patrū suorū: et per ꝯsequēs aliud pctm̄ pōt esse peius q̄ idolatria: qd̄ nō potuit esse aliud nisi ꝯiuratio in mortē xp̄i ꝛ odiū et obstinatio i eū: vt magis patebit. vñ i isto eodē capitulo sequit̄ destructio et dissipatio illius ppl̄i ꝛ reprobatio eiusdē: et predicitur mutatio legis et festiuitatū: et predicitur cōuersio ppl̄i gētilis. Sꝫ ꝙ ista pena et perpetua punitio sit inflicta pplo iudeorū ꝓpter mortē xp̄i. pꝫ Esa. l. Ubi dicit dominus ad ppl̄m iudaicū conquerentē quare ꝑ tot tpa pmisit eos in hac captiuitate: vñ ait. Quis est hic liber repudij matris vr̄e. quo dimisi eā: aut q̇s est creditor meus cui vēdidi vos? Ecce em̄ in iniq̇tatibus vestris vēditi estis: ꝛ in sceleribus vestris dimisi matrē vestrā. qꝛ veni ꝛ nō erat vir. Uocaui ꝛ nō erat q̇ audiret. Et ita dn̄s aperuit mihi aurem ego aūt nō cōtradico retrorsum nō abij. Corpus meū dedi percutientib⁹: ꝛ genas vellētibus faciē meā nō auerti ab increpātibus ꝛ ꝯspuētib⁹ in me dn̄e deus auxiliator meus: et ideo nō sum ꝯfusus ꝛc. Ex dictis ꝛ ceteris q̄ dn̄r in toto isto cap. pꝫ qualiter deus q̇ loquit̄ in hoc cap. erat ꝑcutiendus ꝛ pllādus et passurus cū magna patiētia ꝛ obediētia vt obediret deo prī. Et quō ꝓpter iniq̇tatē ꝛ peccata sua debebat repudiare synagogā rebelleꝫ et inobedientē: nec audire volentē sponsum in suo aduentu. Et quō reprobat populū iudaicum ꝛ relinquit ipsum dormiētem in doloribus suis ꝛ maledictionibus suis. Et pꝫ qualiter ꝓpter mortē christi puniūtur hac pena diuturna. Sed ꝙ hec captiuitas et punitio sit vsqꝫ in finem seculi duratura: pꝫ psal. xxvij. Destrues illos ꝛ nō reedificabis eos Item psal. lviij. Conuertent̄ ad vesperaꝫ et famē patiētur vt canes: ꝛ circuibūt ciuitatē. Itē dan. ix. vsqꝫ ad consummationē ꝛ finē ꝑseuerabit statuta desolatio. Ex supradictis patet responsio ad dubium et admirationē iudeorū: quia turbātur quare pro minori peccato infligit̄ eis maior pena q̄ patribus suis idolatris? Ad qd̄ rn̄det̄ ꝙ pctm̄ cōmissuꝫ cōtra xp̄m i quo nūc ꝑseuerāt est mito grauius q̄ idolatria patrū suoꝝ: nā ipsi sunt peiores q̄ idolatre: qꝛ nullū deū adorāt nisi deū factū sine verbo ꝛ spūsctō qui nusq̄ est. Itē negādo xp̄m negant deū ꝛ faciūt ipm mendacē ꝛ legē ꝛ ꝓphas: ꝛ sic sunt sacrilegi ꝛ blasphemi: qꝛ blasphemādo et maledicēdo cōtinue christuꝫ blasphemāt: ꝛ eum ꝛ legeꝫ ꝛ ꝓphetas: ꝛ sunt homicide. et deicide: quia hominē deum percusserunt ꝛ flagellarunt ꝛ occiderunt: vt dictum est. ꝛ hoc gratis et sine causa: vt dicitur in hoc psalmo: quia ostenderunt odiū pro dilectione et oderunt ipsum gratis. Ultimo pec-

Rn̄sio.

Pctm̄ vnū esse altero maius.

Pctm̄ xp̄i necis est mai⁹ q̄ pctm̄ idolatre.

cant in obstinatione quod est grauissimum peccatorū et contra spiritumsanctum: quia manent obstinati semp in odio inueterato cōtra christum ꝛ mēbra sua: ideo ratio est ꝙ postꝙ culpa eoꝝ est perpetua: vt pena eorum sit perpetua dum manēt in eadem obstinatione ꝛ ideo dicit saluator Matt. xij. ꝙ fiunt nouissima hominis illius peiora prioribꝰ. Et ideo dauid in hoc psal. predixit causas ꝛ qualitates peccati iudeorum et maledictiones ꝛ penas eoꝝ ꝑpetuas vsqꝫ quo in finē cōuertantur.

Math. xxij. dis. ad heb. x. ca. q. s. corinth. xv. ca. et ad heb. vij. c. x. qd. v. s. his ita.


Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorum.

¶ Huic psal. preponitur talis titulus ipsi dauid psal. Ex titulo apparet ꝙ dauid fecit istum psal. Sed de materia huius psalmi et etiam de autore varie sunt positiones et sententie inter hebreos modernos volentes occultare veritatem aduentus messie. Nam quidam dicunt ꝙ Heliezer procurator ipsius abrae fecit hunc psalmum pro victoria abrae de quatuor regibus qui expoliauerunt Sodomam. quasi diceret. Dixit dominus deus qui est dominus omnium domino meo abrae: sede a dextris meis: idest esto securus: donec ponam inimicos tibi subiectos. Lamhi vero dicit ꝙ cantores dauid fecerunt istum psal. post mortem Saulis postꝙ dauid fuit vnctus in regem super totum israel: quasi dicat. Dixit dominus domino meo dauid postꝙ iam mortuus est Saul: tu sede a dextris meis: idest sis rex super totum israel. et ego ponam omnes inimicos tuos sub pedibus et potestate tua: quod impletum fuit. Nam obtinuit totum regnum israel et etiā moabitas et ydumeos et philisteos fecit sibi tributarios. Sed tam prima quā secunda expositio est falsa. Nam ea que memorantur in hoc psalmo nec conueniunt ipsi abrae nec ipsi dauid: quia nullus eorum fuit sacerdos in eternum: nec genitus ante luciferum vt patebit. Et ideo ora impudentium omnium istorum saluator noster iesus christus obthurauit: cum dixit Matthei. xxij. Quomodo ergo dauid vocat ipm dominum dicens. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Item petrus Actuum. ij. quādo dixit. Non enim dauid ascendit in celos: dicit autem ipse. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Item paulꝰ ad hebre. i. Cui aliquādo angelorum dixit. sede a dextris meis? Itē paulus. i. ad Corin. xv. Oportet autem illū regnare donec ponam omnes inimicos sub pedibus eius. cū quibus concordat ionathan abeuziel vir magne autoritatis inter hebreos: cui nullus ausus est cōtradicere: quia in trāslatione chaldaica interpretatus est istum psalmum de christo filio dei messia in lege promisso dicens Dixit dominus verbo suo. Item Rab. barachias adducit scripturam huius psalmi et glosat ipsum de christo messia in lege promisso. ¶ Ad cuius intelligentiam est notandū quod postꝙ dauid in psalmo precedenti memorauit et prenunciauit sententiam ꝛ dānationem et maledictiones quas incurrit populus iudaicus propter mortem christi in hoc psal. predicit ꝛ prenunciat dignitates quas christus adeptus est in premium et stipendium suorum laborum et sue mortis et passionis. A ¶ Nam tres dignitates acquisiuit et adeptus est christus etiam inquantum homo non solummodo super omnes homines: sed et super omnes creaturas tam spirituales quam corporales. Nam primo adeptus est dominium ꝛ regnum et imperiū vniuersale super omnes creaturas in celo et in terra et in inferno. vt ipse ait mat. vlti. Data est mihi potestas in celo et in terra. Secundo adeptus est sacerdotiū eternū seu sacerdotalem potestatē constituendi sacra ꝛ conferendi eis virtutem: que potestas nulli est data: nisi soli xp̄o tanꝙ summo sacerdoti ꝛ eterno. Tertio adeptꝰ est et tradita est sibi vniuersalis iudiciaria ptās discernendi et iudicandi et tribuendi premiū secundum merita: non solum hominibus: sed etiam diabolo et angelis eius. Principalis ergo conclusio in toto psal. intenta est ꝙ xp̄s ex merito sue passionis meruit supradictas tres summas dignitates siue duas ptātes. Quatuor ergo facit dd in hoc psal. Nam primo ostendit qualiter deus pr̄ tradidit homini xp̄o filio suo vniuersale regnū ꝛ imperium totius mūdi. Scd̄o qualiter tradidit sibi summam potestatē sacerdotalē siue sacerdotium eternū. Tertio qualiter tradidit sibi iudiciariam ptātem vniuersaliter sup omnē creaturā. Quarto ostendit qualiter has tres predictas dignitates meruit xp̄s ꝓpter suā passionē ꝛ mortē ꝛ obedientiam. scd̄a erit ibi. Iurauit dño. tertia ibi. Dñs a dextris tuis. quarta ibi. De torrente in via bibit. ¶ Quātū ergo ad primū dicit ꝓpheta dd. Sicut ego preuidi in spiritu punitionē ꝛ dānationē quā incurrit populus iudaicus ꝓpter mortē et passiones xp̄i et ingratitudinē ꝛ inuidiā quā cōmiserūt contra ipsum: ita pariter preuidi tres dignitates et summas ptātes: quas xp̄s adeptus est a patre in premium et stipendiū sue mortis ꝛ passionis ꝛ humilitatis ꝛ obedientie. Nam primo preuidi in spū qualiter dñs deus pater oīps. Dixit domino meo iesu xp̄o filio suo: sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos et subiectā tanꝙ scabellū pedū tuorū. in hac aūt prima pticula sunt tria videnda. Nā primo videndū est quid est sedere siue quō sedet filius ad dexterā patris. Et qn̄ pr̄ dixit hoc filio. Scd̄o quō et qn̄ pater posuit ꝛ subiecit filio inimicos suos sub pedibꝰ eius. Tertio est videndum quō sumat ly donec. nam si xp̄s sedet ad dexteram patris donec subijciant sibi inimici sui videt ꝙ post iudiciū postꝙ subiecti fuerint omnes inimici xp̄o: ꝙ non āplius sedebit filius ad dexteram patris: quod est erroneū. C ¶ Ad primum est dicendū secundum Aug. ꝙ dicere dei idem est quod facere: vel percipere. Nam deus dicendo fecit oīa. Sed est aduertēdum ꝙ deus pater dupliciter locutus est. Uno mō ab eterno. ꝛ sic ꝓduxit filium suū et verbum sibi coequale ꝛ consubstantiale. Et sic patrē loqui ad filium nihil aliud est nisi ꝓducere verbū sibi coequale ꝛ cōmunicare sibi totā suā substā-

xp̄s adeptus est tres dignitates sup oēs creaturas in quātum homo.

Diuisio psalmi.

Dicere dei seu loqui est facere.

siue ptãtes quas pr̃ tradidit xp̃o filio suo etiã in/
quantũ hõ. s. ptãtẽ regiã et sacerdotalẽ et iudicia
riã. in hac tertia pte assignat cãm vñ meruit xp̃us
adipisci tales dignitates et ptãtes. Et dicit q̃ h̃
Not. bñ meruit xp̃s ex laboribus et tribulationib⁹ et mor
te et passione quã ex obedĩetia ⁊ cõpatiẽtia ⁊ cha
ritate pro nobis sustinuit. Unde est aduertẽdũ q̃
oẽs labores et itinera et pegrinationes et fames
et sitis et iniurie et opprobria et verbera que pro
nobis xp̃s sustinuit cõputanť in eius passione qꝛ
tota vita xp̃i fuit cõtinuus labor et quedã passio
et vnus actus meritori⁹ respectu xp̃i: vt dictũ est
psal. xxix. Et ideo vita hui⁹ mũdi dr̃ quasi torrens
et fluuius tribulationũ. Nã sicut torrẽs in quo cõ
greganť oẽs aq̃ pluuiales trahit secũ oẽs arbo/
res et oĩa que sunt in ripa: et ita ꝯtra xp̃m cõgre/
gate sunt oẽs aque ꝑsecutionũ ⁊ laborũ. Et sic vi
ta xp̃i xp̃i fuit quidã torrens plen⁹ ꝑsecutionũ et
laborũ et afflictionũ ꝑ quẽ xp̃s trãsiuit et de quo
bibit in hac vita corꝑali ꝑ quos labores meruit
exaltari et obtinere regnũ et sacerdotiũ et iudicia
riã ptãtẽ. Et iõ si q̃s q̃reret quib⁹ meritis et qui/
bus laborib⁹ et triũphis meruit xp̃s obtinere re/
gnũ sup oẽm creaturã et eternũ sacerdotiũ et iu/
Quomõ diciariam ptãtẽ sup oẽs hoĩes et angelos cũ sñe
xp̃us no sit homo. Respõdet ꝑpheta dõ dicẽs q̃ de torrẽ/
bis me/ te in via bibit ꝑpterea exaltauit caput. q. d. q̃ qꝛ
ruit. xp̃s bibit calicẽ passionis de torrente tantarũ ꝑ
secutionũ et laborũ et opprobriorũ et mortis et
crucis in via huius mũdi inquãtũ fuit viator. Et
iõ in ꝑmiũ tantorũ laborũ ⁊ tãte humilitatis ⁊ cha
ritatis qꝛ humiliauit semetipsum vsq̃ ad mortẽ
crucis iõ exaltauit caput et honorẽ et regnũ suũ
et ptãtẽ sup oẽs creaturas. vt dictũ est: et pr̃ dedit
illi nomẽ qđ est super oẽ nomẽ. s. iesus qđ interpre
tatur saluator. Et sic est de⁹ et hõ: rex et sacerdos
Et ideo hꝫ nomẽ sup oẽ nomẽ et sup oẽs creatu/
ras: vt i noĩe iesu oẽ genu flectať celestiũ terrestriũ
et infernorũ. Intm̃ qꝛ in gloria est dei p̃ris sedẽs
ad dexterã eius in potioribus bonis. eo mõ quo
dictũ est. Xp̃s ergo ex merito sui laboris et passio
nis exaltauit caput. i. sublimatus fuit ad sedẽdũ
a dextris patris in quatuor vel quinq̃ potioribus
bonis vcꝫ possidendo summã regiã et imperialẽ
ptãtem. Et summũ et eternũ sacerdotium: et sum
mam iudiciariã ptãtem. Et summũ honorẽ et la/
triam simul cũ verbo et quinto summã felicitatẽ
et beatitudinẽ. In quibus quinq̃ potioribus bo
nis sedet xp̃us a dextris patris super oẽs creatu/
ras ꝑut vidit beatus Johãnes apo. v. Quãdo vi
dit agnũ sedẽtẽ a dextris patris in throno. Et vi
dit. xxiiij. seniores qui ceciderũt coram agno mittẽ
tes coronas suas: dicentes. Dignus es dñe acci/
pere librũ et aperire signacula ei⁹: qm̃ occisus es
et redemisti nos deo in sanguine tuo: ex omni tri/
bu et lingua et pplo et natiõe. Et fecisti nos deo
nostro regnũ et sacerdotes: et regnabimus super
terram. Ultra hoc vidit beatus Johannes et au/
diuit vocem angelorum multorum et erat nume/
rus eorũ milia miliũ voce magna dicentium. Di/
gnus est agnus q̃ occisus est accipere virtutẽ ⁊ di
uinitatem: et sapientiã: et honorẽ et fortitudinem
et gloriã: et bñdictionẽ: et oẽm creaturam que in
celo est super terrã: et sub terra: et in mari ⁊c. Et in
predicta visione designanť oĩa hec potiora bona
que possidet agnus qui est xp̃s sedens ad dexterã
patris. etiã inquantũ hõ. Nã primo dr̃ habere re
gnum et imperiũ cuꝫ dicit: q̃ dignus est accipere
oẽm creaturam sub ditione sua que est in celo ⁊
super terrã et sub terra ⁊c. Scdõ designať possi/
dere summũ sacerdotiũ cũ dr̃. Fecisti nos deo no
stro regnũ ⁊ sacerdotes. Tertio videť q̃ xp̃s possi
det eandẽ latriã cũ verbo: cũ dicit. Dignus est ac/
cipere virtutẽ et diuinitatẽ et sapiam et fortitudi
nem et honorẽ. i. latriã adorationẽ et cultũ. Quar
to, designať xp̃us habere summã felicitatẽ et btĩ/
tudinẽ. cũ subdiť gloriã et bñdictionẽ. Itẽ osten
diť habere iudiciariam ptãtem cũ subdit. Uidit
thronũ magnum et sedẽtem sup eũ ⁊c. Ultimo de
signatur q̃ xp̃s meruit sedere in his quinq̃ potio No. bõa
ribus bonis ex merito sue passiõis ꝑ hoc qđ dicit que xp̃s
Dignus est agnus q̃ occisus est. Et ex hoc sequi/ possidet
tur q̃ xp̃s possidet hoc inquantũ hõ. qm̃ inquãtũ
hõ occisus est. Et inquantũ hõ exaltauit caput ⁊
fuit sublimatus ad sedẽdũ a dextris dei in supra
dictis q̃nq̃ potioribus bonis. Primo qꝛ est fili⁹
dei naturalis. vt supradictũ ẽ. scdõ qꝛ hoc adept⁹
est ex merito sue passiõis. A ¶ Ex isto ergo psal.
recolligũtur. xiij. cõclusiones. Quarũ prima est q̃
xp̃s lꝫ inquantũ de⁹ sedeat ad equalitatẽ p̃ris: tñ
inquantũ hõ sedet a dextris dei patris. i. in potio Psalmi
ribus bonis qꝛ possidet potiora bona post patrẽ epiloga
s. regnũ et imperiũ super oẽs creaturas. Et possi tio.
det altiorem gradũ felicitatis et fruitionis ⁊ ho
noris post patrem vt dictum est.

¶ Scda conclusio q̃ pater subiecit omnes inimi
cos christo filio suo. non solummodo vsq̃ ad diẽ
iudicij: sed etiam in eternum.

¶ Tertia cõclo. q̃ sceptrũ regni xp̃i realiter icepit
ab incarnatione sed ostensiue incepit et exiuit a
hierusalem in die pente.

¶ Quarta cõclo q̃ verbuꝫ eternũ semꝑ fuit vnitũ
hũanitati xp̃i. Non solũmõ in die virtutis ab in/
carnatione vsq̃ ad resurrectionẽ sed etiã in splen
doribus sanctorũ. i. in die glorie xp̃i post resurre/
ctionem per hoc q̃ ait. Tecũ principium.

¶ Quinta cõclo: q̃ lꝫ xp̃s inquãtum homo: fuerit
genitus post luciferum tamẽ inquantũ deus fuit
genitus ante luciferuꝫ. idest in eternitate.

¶ Sexta conclusio q̃ christus fuit vere sacerdos:
quia et seipsum obtulit in sacrificium deo patri
pro nobis in ara crucis.

¶ Septima cõclo. q̃ sacerdotium xp̃i est eternum
quia perpetuatur in suis regeneratis et post ips/

sm̃ nullum aliud sacerdotium succedet.
¶ Octaua ɔ̃clu. ꝙ sacerdotiuz xp̃i est ſm ordinem
melchisedech: ꝛ nõ ſm ordinẽ aarõ. Ex quo patet
ꝙ sacerdotium aaron debuit cessare.
¶ Nona conclusio ꝙ: lz lex moysi cessauerit quo ad
cerimonialia et figuralia: tamen remanet quo ad
veritatez figuratam.
¶ Decima conclusio ꝙ xp̃o tradita est iudiciaria
potestas in qua confregit ꝛ puniuit ꝛ subiecit sibi
omnes reges terre occulto iudicio.
¶ Undecima ɔ̃clusio ꝙ per eandẽ iudiciariã pote
statem xp̃s iudicabit gn̄aliter ꝛ manifeste omnes
nationes in nouissimo die.
¶ Duodecima conclusio ꝙ xp̃s in nouissimo die
implebit ꝛ repabit tres ruinas scz ruinã mortuoꝝ
et iudiciorum ꝛ angelorum.
¶ Tredecima conclo. ꝙ xp̃s in iudicio conquassa-
bit capita multoꝝ. i. demonia ꝛ hoiuz dãnatoꝝ in
die iudicij cum dicet. Ite maledicti in ignem eter-
nuz. ¶ Decimaq̄rta ɔ̃clo ꝙ xp̃s exaltauit caput. i.
meruit sublimari in summũ regẽ ꝛ sacerdotẽ eter-
nũ ꝛ iudicem vl'em: eo ꝙ de torrente in via bibit ca
licẽ passionis in hac via: ꝛ in hoc mundo. q. d. ꝙ ex
merito passionis ꝛ humilitatis et obedientie me-
ruit ꝛ obtinuit oĩa que in ipso scripta sunt in hoc
obiectio psalmo. D ¶ Cõtra predictã aũt expositionem
ꝛ catholicam intelligentiã huiꝰ psal. probãdo ꝙ
nõ possit exponi de xp̃o. Arguit quidam hebreus
vocatus Lambi ꝛ hoc multipliciter. Et primo ɔ̃
expositionez duorũ primorum versuũ in quo nos
dicimus ꝙ ibi pater loquitur xp̃o filio suo messie
in lege promisso. Unde dicit sic. per hunc versum
probant xp̃iani ꝙ est trinitas in diuinis. Nam ibi
est pater qui loquitur ꝛ est filius cui loquitur ꝛ est
deus sicut pr̄: ꝛ sic cũ spũsctõ faciunt trinitatez in
diuinis. Tũc arguit̃ sic ꝙ si iste filiꝰ cui pr̄ loquit̃
est deus: vt xp̃iani dicunt. Tũc sequit̃ ꝙ vnus deꝰ
est maior altero ꝛ fortior et alter debilior. Nam si
pater hz ponere et subijcere inimicos filio sequit̃
ꝙ filius non est sufficiens nec fortis ad subijciẽdũ
sibi inimicos cum indigeat auxilio alterius ꝙ est
cõtra oĩpotentiã dei. Ex quo sequitur ꝙ iste filius
nõ est deus. ¶ Scd̃o arguit contra hoc ꝙ nos di-
cimus ꝙ xp̃s est genitus ante luciferũ a patre per
hoc ꝙ d̃r in lr̃a. Tecũ principiũ ꝛc. Un̄ dicit ꝙ nr̃a
trãslatio est falsa qz nõ ponit̃ sic in hebreo: immo
dicit̃. sic. s. ppl'i tui volũtarij erũt in die ꝟtutis tue
in decore sancto orietur tibi ros natiuitatis tue.
¶ Tertio arguit cõtra id qd̃ dicimus ꝙ xp̃s est sa-
cerdos ergo offert sacrificiũ sz deus nõ põt offer-
re sacrificiũ immo sibi offertur sacrificium ꝛ sic se
queretur ꝙ vnus deꝰ offerret sacrificiũ alteri deo.
Quarto arguit ꝙ xp̃s nõ sit sacerdos eternus. Nã
xp̃o successerũt quotidie multi sacerdotes qui nõ
sunt de generatione eius ergo sacerdotiũ suũ non
fuit perpetuatũ in eo nec in suis successoribus de
sua generatione. ¶ Quinto arguit cõtra id qd̃ di-
cimus qd̃ deus iurauit ꝙ sacerdotiuz xp̃i esset ſm
ordinẽ melchisedech: ꝛ nõ ſm ordinẽ aaron. Tunc
arguit sic. Si deus mutauit sacerdotiũ ipsiꝰ aarõ
in ordinem melchisedech sequitur ꝙ cessauit sa-
cerdotium aarõ ꝛ per consequens tota lex moysi.

Sequit̃ ergo ꝙ penituit deũ ɔ̃stituisse sacerdotiũ
aarõ ꝛ legẽ moysi. Nam qui destruit qd̃ constituit
videt̃ penitere: sed hoc est impossibile qd̃ deus pe
niteat immo dicit in lr̃a: iurauit dñs ꝛ non penite
bit eũ. ergo sequit̃ qd̃ deus nunq̃ mutauit nec mu
tabit sacerdotiũ aaron nec legẽ moysi. hoc confir-
matur. Nã deus dicit per malachiã ꝓphetã q̃ est
sigillũ oĩm ꝓphetaꝝ. Mementote legis moysi ser
ui mei quã mãdaui ei in oreb ad oẽm isrl' p̄cepta ꝛ
iudicia. Ex quo sequitur ꝙ de intẽtione ꝛ firmo ꝓ-
posito dei est ꝙ semꝑ seruetur lex moysi ꝛ nunq̃ de
ficiat eo qd̃ in fine oĩz ꝓphetaꝝ hoc ɔ̃firmat. Itẽ
subdit ꝓpha malachias. Ecce mittã vobis helyã
ꝓphetã. Anteq̃ veniat dies dñi magnus ꝛ terribi
lis ergo sequit̃ ꝙ iste iesus nazarenus quẽ nos di
cimus fuisse messiã nõ fuit messias in lege ꝓmissꝰ
q: anteq̃ messias veniat debet venire helyas pro-
pheta. Sexto arguitur cõtra id qd̃ nos dicimus ꝙ
xp̃s confregit multos reges ꝛ plagauit ꝛ subiecit
in suo aduentu. Nam xp̃s nulla bella nec p̄lia ges
sit: nec aliquos reges vicit: nec subiecit: nec ali-
quos populos obtinuit immo fuit pauꝑ ꝛ egenꝰ:
ꝛ in fine crucifixus. Et sic dicit iste Rabi quod nos
xp̃iani isto mõ glosamus ipsum psal. de xp̃o. Sz ex
ponendus est de ipso dd̃ ꝛ eius regno q̇ cõfregit ꝛ
placauit multos reges gẽtiliũ. s. regẽ moab ꝛ amõ Rñsio.
ꝛc. vt hr̃. ij. re. vj. c. ¶ Respõdere aũt ad argumẽta
huius ceci ꝛ obstinati ꝛ ignorãtis facile est cuicũq̃
credenti in sacra scriptura mediocriter docto: nec
enim est mirum qd̃ iste obstinatus ꝛ cecus talia di
cat eo qd̃ ignorat mysteriuz incarnationis ꝛ caret
lumine fidei. Nec est mirum quia caput tam im-
purum ꝛ immundũ et maledictum nõ est dignum
nec meretur attingere taz grande ꝛ ineffabile my-
steriũ ꝛ sacramentum eo qd̃ comprehenderũt istũ
obstinatum omnes maledictiões. xxiij. que memo
rate sunt in psalmo precedenti cõtra omnes cruci
fixores xp̃i et sequaces eorum de quibus predicit
etiã dauid psalmo. lxviij. Obscurẽtur oculi eoꝝ
ne videant ꝛ dorsum eorum semꝑ incurua. ꝛ esa.
vj. c. obceca cor populi ꝛc. Item sapientie. ij. obce-
cauit eos malicia eorũ ne intelligerent sacramen
ta dei: immo tota scriptura vete. testamẽti legis ꝛ
prophetarũ est plena de cecitate istorum obstina
torũ ꝛ ideo superfluum est eis respõdere cũ nõ ca
piãt nec intelligant. Sed ne argumenta eorũ ma
neãt insoluta respõdebimus ꝓpter consolationez
simpliciũ xp̃ianorũ. D ¶ Ad cuius intelligẽtiã In xp̃o
est notandũ sicut predictum est. qd̃ in xp̃o sunt due due sunt
nature integre ꝛ perfecte diuina. s. ꝛ humana sub nature.
vna ꝑsonalitate verbi. Nã ꝟbũ assumpsit naturaz
humanã sine aliq̃ ꝑsonalitate creata immo perso
nauit ꝛ suppositauit illã per ꝑsonalitatẽ suã ꝛ sic
manet vnũ solũ suppositum ꝛ vna sola ꝑsona hñs
duas perfectas naturas. Et rõne istarũ duarũ cõi
cant̃ idiomata in xp̃o. Et sic d̃r xp̃s verꝰ deꝰ ꝛ verꝰ
homo ꝛ d̃r creator ꝛ creatura ꝛ mortuꝰ et passꝰ ſm
distictas naturas vt dictum est supra. Iste xp̃s est
consubstantialis ꝛ coeternus et coequalis patri
ſm diuinitatẽ: sed est minor patre ſm humanitatẽ
Et ſm hãc humanitatẽ accepit regnũ mũdi a pr̄e
ex tpe ꝛ ꝑtãtẽ sacerdotalem summã ꝛ iudiciariam

potestatez. Et sic respectu hui⁹ humanitatis dicit
pater filio. Sede a dextris meis. donec ponā inimi
cos tuos scabellū pedū tuorū. et sub iureiurando
dedit sibi sacerdotiū eternū et iudiciariaz ptātez.
¶ Ad primuz ergo argumētum qn̄ dicit iste cecus
⁊ obstinat⁹ ꝙ seqret ꝙ pater esset maior filio ⁊ ꝑ
cōsequēs vn⁹ deus maior altero. R̄ndet ꝙ ex hoc
nō seqtur ꝙ vn⁹ deus sit maior altero: q: filius nō
est alter de⁹ a patre inquātū de⁹. Sed est altera ꝑ
sona diuina: nec fili⁹ est minor patre ſ3 diuinitatē
immo equalis: sed est minor patre ſ3 hūanitatez.
Et ſ3 hāc hūanitatē quo est minor accepit regnū
a pr̄e et pr̄ subiecit sibi oēs inimicos suos. Et sic
nō est incōueniēs ꝙ īdiguerit fauore patris inquā
tū hō est per hoc tamē nō restat qn̄ sit de⁹ ꝑfect⁹ et
oīps eq̄lis patri ſm diuinitatē idez substantialiter
Ad scōȝ essentialiter ⁊ distinct⁹ ꝑsonaliter. Ad scōm r̄ndet
ꝙ maior fides est adhibēda nostre translationi ꝙ̄
sue eo ꝙ fuit facta per. lxx. interpretes. ꝑ. cc. ānos
ante aduentuz xp̄i qn̄ nulla erat suspicio: vt ait eu
sebius. ix. de preparatione euangelica. Nā littere
iudaice sicut hodie iacet punctuata non est adhi
bēda omnimodo fides sicut dictū est in principio
⁊ prologo huius libri ee ꝙ thalmudiste punctua
runt ipsam ad suū libitū ⁊ intētionē. Sed si remo
uerētur puncta possemus dare ⁊ eundē intellectū
⁊ facere sonare eadē verba sicut habemus in trāſ
latione nostra. Sed adhuc sicut iacet littera he
braica hodie pūctuata sonat idē sacramētū ⁊ eter
nā generatiōez. Cū dicit. In decore sancto orietur
tibi ros natiuitatis tue. Ostēdit enim natiuitatez
xp̄i esse ex decore scō idest ex substātia patris ⁊ nō
Ad terti um. est curādum de sua perfidia. Ad tertiū respōdetur
per iam dicta patet ꝙ sicut xp̄s inquantum homo
accepit regnū a patre ex tēpore ita inquantū ho
mo fuit verus sacerdos ⁊ obtulit seipsum deo pa
Ad q̄rtū tri in ara crucis pro omnibus nobis. Ad quartuz
est sciēdū ꝙ xp̄s dicit sacerdos in eternū inquātū
suū sacerdotiū est eternū cui nullū aliud sacerdo
tium succedet vt dictū est supra: et inquantū ꝑpe
tuatur sacerdotibus ⁊ successoribus suis: quia ab
eo immediate acceperūt sacerdotalē potestatē in
mōte syon vt dictū est supra ⁊ ab illis apostolis di
riuātur in successores. Sed cū postea arguit ꝙ cum
isti sacerdotes qui sunt hodie nō descēdāt a xp̄o ꝑ
carnalē generationez ergo sacerdotiū xp̄i nō per
petuat in eis sicut fuit perpetuatū in filijs aaron
Ad h̄ respōdet isti ceco ꝙ nos magis sum⁹ filij xp̄i
per regenerationē spiritualez ꝙ̄ successores aarō ꝑ
gn̄ationē carnalē. Naz cū sacerdotiū sit res spūa
lis magis respicit gn̄ationē spūalē ꝙ̄ carnalē. Et
idō vere sacerdotiū xp̄i fuit figuratū ꝑ sacerdotiuz
melchisedech: de quo nō legit in scriptura pr̄ car
nalis: nec mr̄: nec gn̄atio ad denotādum ꝙ sacer
dotes no. te. nō dn̄t h̄re respectū ad gn̄ationē car
nalē: ſ3 ad spūalē. Et sic p3 ꝙ sacerdotium xp̄i est
eternū ꝑpetuatū ⁊ cōtinuatū i filijs suis spūalib⁹.
Itē est eternū inq̄tū nullū aliud succedet. ¶ Ad q̄n
Ad q̄ntū tū r̄ndet ꝙ ex argumēto eius pōt argui ꝯ seip3. nā
manifestū est hodie ꝙ post aduētum xp̄i ⁊ post de
structionē scōi templi factā per romanos cessauit
hostia ⁊ sacrificium ⁊ sacerdotium aaron q: nusꝙ̄

offerentur talia sacrificia sicut deus precepit of
ferri in exodo ⁊ leuitico. Item q: non possunt assi
gnare ipsi filios aaron inter eos cum generatio
nes sint destructe et perturbate ⁊ obliuioni tradi
te l3 quidam eorum falso appellentur cohen. i. sa
cerdotes ⁊ tamē l3 cessauerit sacerdotium aaron
et per cōsequens lex moysi q̄tum ad talia cerimo
nalia: tn̄ deus non manet mendax immo verax q:
ita preuidit per danielez in. c. ix. ꝙ cessaret hostia
⁊ sacrificiū post aduentum christi. Et tamē nō est
dicendum ꝙ propter hoc penituit deū instituisse
legez moysi: q: ita instituit vt oīa illa cerimonialia
et legalia erant figura sacerdotij xp̄i et sacrificij
no. te. Ideo debebāt cessare in aduētu xp̄i sicut p̄
dixit per oēs ꝑphetas. Ad illud qđ dicit ꝙ deus
ait ꝑ malachiā. Memētote legis moysi ⁊c. ex quo
arguit ꝙ lex moysi et sacerdotium aaron nunꝙ̄ de
bebat cessare. Respōdetur ꝙ meli⁹ recordamur ⁊
meminimus nos legis moysi ꝙ̄ ipsi ceci: quia me
lius intelligimus veritatē ipsius legis: immo di
xit xp̄s eis. Joh. v. Scrutamini scripturas in qui
bus vitam vos putatis habere: q: ille testimoniū
perhibent de me et si moysi credideritis: credere
tis forsan ⁊ mihi. quia moyses de me scripsit. Ex
quo patet ꝙ nos vere seruamus legē moysi: quia
recepim⁹ illuz de quo moyses scripsit deut. xviij.
qn̄ dixit deus. ꝑphetā suscitabo de medio fratrū
tuorū filez tui. Ponam v̄ba mea in ore ei⁹: loquturq3
ad eos q̄cūq3 dixero ei Et q̄ v̄ba ei⁹ q̄ loqtur audi
re noluerit vltor existā. Ex quo p3 ꝙ nos magis ser
uam⁹ legē moysi. Nā venit iste ꝑpheta xp̄s ⁊ de
clarauit nobis oīa q̄ locutus ē deus moysi in lege
⁊ credim⁹ sibi ⁊ recipim⁹ eū. Judei aūt ceci q̄ nō re
ceperūt nec audire voluerūt. Sequit ꝙ nō seruāt
legem moysi. nec recordātur eius legis. Et ideo
deus vlciscens puniuit. xxiiij. maledictionibus di
ctis in pūa. ꝑterito. Vn̄ dictū est pluries ꝙ in lege
moysi sunt duo consideranda. s. litteralis figura ⁊
veritas clausa in illa figura. Que qđē veritas fuit
impleta in xp̄o. q: vnū iota nō ꝑteribit a lege. qđ i
xp̄o nō fuerit ꝯpletū. Et idō dr̄. Jo. i. ꝙ lex per moy
sen data est: gratia aūt ⁊ veritas ꝑ xp̄m facta est.
Ex quo p3 ꝙ tota lex euāgelica nil aliud est nisi ve Lex euā
ritas legis moysi in xp̄o. Naz sicut dicit Arist. in gelica ē
ꝑdicamentis et vi. meta. ꝙ ex eo ꝙ res est vel non v̄itas le
est. oratio dr̄ esse vera vel falsa. Et idō tota lex moy gis moy
si dr̄ quedā oratio accipiens veritatē a xp̄o ⁊ lege si.
euangelica vbi fuit verificata ⁊ hec est causa qua
re lex moysi tradita est in scriptis. Sed lex euange
lica tradita est ꝑ xp̄m in re ⁊ scripta in folijs cordi
bus hominū vt ꝑdixit deus ꝑ hiere. xxxi. c. Ex quo
p3 sicut pluries dictū est ꝙ lex vetus nō est totali
ter altera a lege euāgelica: quia vna lex fuit ⁊ erit
ab adam vsq3 ad iudiciū essentialiter loquēdo q:
vna fuit fides in eis ⁊ in nobis: q: xp̄m quem ip
si credebant futurū saluatorē: nos credimus iam
venisse ⁊ oīa que erāt figurata in lege impleuisse.
Lex ergo moysi est vna cū lege euāgelica ⁊ est al
tera. Est enim vna essentialiter: q: eadē est fides
xp̄i in vtraq3. Est autē altera accidētaliter ratiōe
cerimonaliū q̄ nō ponebātur ad rē: sed ad figurā
Sed differt solummodo illa lex ab ista sicut fi

guratum ⁊ figura quātū ad cerimonialia. Nā illi exercebāt figuraȝ: nos aūt figuratū: ⁊ illi colligebāt paleas et folia et nos colligim⁹ grana. Et iō dicit Gregorius φ vna fuit vinea ab abel vsq; ad vltimū iustū. Sed in xpo fuerūt vue mature. Et iō dixit xps Jo.iiij. φ vna fuit messis ab adam vsq; ad ipsum. Sed apli collegerūt grana. Nā illi antiqui pr̄es seminauerūt et apostoli messes eorum introierūt: ergo nos nō facim⁹ iniuriā legi moysi immo recordamur si i tpe debito colligim⁹ vuas ⁊ grana ⁊ seruamus ei⁹ veritatē. Ex quo ptȝ φ iste obstinatus nescit; qd dicat nec pōt capere hanc veritatē: imo videt̄ φ ipse nō recordat̄ legis moysi. Ad illud aūt φ dicit φ Helias erat ventur⁹ ante xp̄m. Respōdet̄ φ iste cecus nescit distinguere inter primū et scōm aduentū xpi. Nam Helias non fuit ꝑmissus in primo aduentu. sed in scōo. Ideo dr̄. mittā vobis Heliā ꝑphetā anteq̄ veniat dies dñi magnus ⁊ horribilis: q̇ erit dies; vltimi iudicij. Nā dies primi aduēt9 nō fuit horribilis: immo letus ⁊ iocūdus: qr angeli cātarūt. Gloria in excelsis deo. Et noua stella apparuit in oriente et multa signa leticie per totū mundū vt dictuȝ fuit supra. De quo primo aduētu dr̄ malachie.iij. Ecce ego mittā angelū meū. i. Johannē baptistā. et preparabit viā añ facieȝ meā: et statim veniet ad templū sanctū suū dñator quem vos queritis ⁊c. De scōo auteȝ aduentu dr̄ in eodeȝ mal̄. Ego mittā vobis heliā ꝑphetā. Ex quo ptȝ φ sicut Johā. bap. fuit p̄cursor xpi in prio aduentu. Ita Helias erit precursor eiusdē in scōo. Sed hoc nō capit iste cecus: qr malachias ꝑ illa verba nos inducit ad fidē xpi dicens. Memētote legis moysi. q.d. φ ille de xpo scripsit. et oia scripsit in figura xpi ⁊c. q.d. recipite veritatem et figurā cū venerit. Ad. vj. iam respōsuȝ ē isti ceco in psal. lxxi. vbi demōstratū est φ xps nō gessit bella corpalia sed spūalia. qr misit illos. xij. duces ⁊ capitaneos q̇bus dixit Mat. vlti. Ite per vniuersum mundū et p̄dicate euangeliū: q in noie iesu demonia eiecerūt de mundo et destruxerunt oia idola ⁊ signis et miraculis obtinuerūt totū orbē ⁊ subiecerūt oēs reges et pplos terre iugo xpi: et misit xp̄s capitaneū suū cū exercitu Romanorū: et incendit et euertit a fundamētis totā ciuitatē hierlm cū tēplo et ptē iudeorū fame puniuit: et partē gladio trucidauit et ptē in captiuitatē redegit et per totū mundū dispsit in vindictam et vltionem sue mortis. Unde omnes iudei in sua perfidia obstinati sunt in captiuitate sub christo. Nam non solummodo apud christianos sed etiam apud sarracenos affliguntur et male tractant̄ propter xp̄m: vt sibi dictum est. Et ꝑ hoc patet responsio ad istū cecū obstinatū. Nā qr iste cec⁹ habet velamē positū āte oculos quādo legit moysen et ꝑphetas: ideo nō potest videre veritatem sed deponat velamē per baptismū et fideȝ ⁊ ilico videbit veritatem euangelicā clausam in litera vete. testa. Nā vetus testa. nil aliud est nisi figura et occultatio noui. et nouum testa. nil aliud est nisi veritas ⁊ manifestatio veteris: vt ait Aug. in libr. de cathecizandis rudibus: de quo iam dictum est in prologo huius lib.

ad septimum.



Onfitebor tibi domie in toto corde meo: in cōsilio iustorum et cōgregatiōe. Aleph. Beth.

Magna opa dñi: exquisita in oēs voluntates eius. De consec. di. ij. accesserunt.

Confessio et magnificētia opus ei⁹: et iusticia ei⁹ manet in seculū seculi. Gymel. he ⁊ vau

¶ Titul⁹ Alla. Ex titulo appet φ dauid fecit hūc psalmū ad laudādū deū in tēplo. Sȝ qr alla nō p̄ponit̄ nisi in psal. in q̇bus narrant̄ bñficia a deo nobis collata eo φ alla dicit laudē cū cōmemoratione beneficiorū receptorū vt dictū est in ꝓlogo est videnda materia hui⁹ psal. s. de quib⁹ bñficijs laudat deū ꝑpheta in h̄ psal. Ad qd̄ dñt hebrei moderni φ ꝑpheta laudat deū et agit gr̄as ꝑ beneficijs que receperunt filij israel in deserto maxime de māna qd̄ dedit de⁹ pr̄ibus in deserto Et sic literaliter exponūt istū psal. Sed talis expositio est inutilis tollēs dignitatē ꝑphetică ipsi dauid qr absq; spū ꝑphetico poterat cōmemorare talia beneficia. Sed ipse nō fuit min⁹ ꝑpheta in hoc psal. q̄ in ceteris. iō est in eo querenda intelligentia ꝑphetica. ¶ Ad cuius euidētiā est aduertendū φ cuȝ tota solicitudo ipsius dauid erat meditari in lege dñi die ac nocte: et cōsiderare mirabilia de lege ei⁹: ⁊ perscrutari ꝓfunda mysteria sacre scripture contēplando frequenter mysteriū de agno pascali immolādo et comedēdo: de quo precepit Exo. xij. Rapt⁹ in extasiȝ preuidit in spū ꝑphetico qualiter xp̄s in lege ꝓmissus ꝓ nobis erat immolādus in ara crucis: et per eius sanguinem oēs fideles de captiuitate diaboli redimendi: et de morte perpetua liberādi. Et etiā sic preuidit totū mysteriū future redēptionis. et etiā cōtēplando preceptū de pane azimo comedēdo p̄uidit in spū qualr̄ xp̄s debebat instituere sacr̄m eucharistie in memoriā sue passiōis in quo sacro passio xpi erat iugiter rep̄sentāda. Et sicut deus preceperat agnū semel in ꝑncipio immolari: et per oēs septē dies sequētes vsq; ad vesperā septimi diei absq; oi fermento panē azimū comedi, et reseruari: ita preuidit φ xp̄s semel erat in cruce immolādus. Sed postea vsq; in finē septime etatis debebat sacr̄m eucharistie in ecclesia perseuerare. s. vsq; in finē mundi. Itē cōtemplando mysteriū de manna dato patribus in deserto. Exo. xvj. preuidit etiā totū mysteriū sacramēti eucharistie. Naȝ sicut ille ros celestis cōuertebatur in illū panem ita preuidit φ de⁹ debebat fieri homo nō per cōuersionem: sed per assumptionē humanitatis in deū Item sicut illud manna fuit eis viaticum vsq; ad ingressum terre promissionis vt patet ibidem: ita pariter preuidit qualiter hoc sacramentum debebat nobis esse viaticum et durare in tota peregrinatione huius ecclesie vsq; ad ingressum terre viuentium post iudicium. Item per mysterium reseruationis panis propositionis et per eleuationē panis āte dominū in cōspectu populi de quo habetur Exo. xxix. preuidit qualiter corp⁹ xpi in fo-

David preuidit xp̄m immolandum.

ma panis erat eleuandũ sup capita sacerdotũ in
ↄspectu ppli:et offerendũ ante deũ et reseruãdũ
in tabernaculis altaris sicut fit in nostris eccłijs.
Hoc idẽ preuidit per oblationẽ panis et vini qḋ
obtulit melchisedech pro abraã et suis. Ge.xiiij.
hoc sacramentũ preuidẽs dauid per supradicta
mysteria fecit hũc psal. in quo tria facit. Nã p̄io
excitat seipsum ad laudẽ dei. scḋo explicat hoc sa
cramentum per supradicta mysteria in le.vete. fi
guratũ de quo principaliter intẽdit laudare deũ
Diuisio psalmi. Tertio exhortatur fideles vt cũ puritate ⁊ timore
accedant ad tantũ sacramentum. secunda ibi me-
moriam fecit. tertia ibi sanctum et terribile. Quã
tum ad primum preuidẽs dauid in spũ per supra
dicta mysteria tantum sacramentũ et magnũ be
neficium generi humano per xp̄m conferendum
in suo aduentu excitat ad laudandum deuȝ hic in
persona corporis mystici. Ego cõfessione fidei et
laudis cõfitebor tibi dñe:nõ solũ lingua et voce
sed in toto corde et affectu referendo gratiarum
actiones pro beneficijs. Et hoc faciam in cõsilio
et cõgregatione iustorũ. i. fideliũ. q. d. lȝ confessio
mea non sit credenda et acceptanda in congrega
tione iudeorũ reproborũ et sarracenorũ et hereti
corũ tñ recipietur apud fideles. qꝛ hoc sacramen
ecclia dr tum eucharistie de quo intendo predicare et cãta
ↄgrega- re recipiet in tota ecclesia fideliũ et celebrabitur.
tio iusto ¶ Et nota q̄ tota religio xp̄iana dr cõgrega-
rum. tio iustorũ inquantũ ẽ adunatio oĩm fideliũ. Sȝ
dr cõsiliũ iustoꝝ inquantũ oẽs in ea cõgregati cõ
ueniũt et cõsentiunt in vnã fidẽ et vnũ baptisma
et oẽs venerãtur in hoc sacr̃m ⁊c. sacramẽta eccle
siastica et credunt oibus. xij. articulis fidei. iḋ ait
ppheta dauid in ꝑsona toti⁹ corporis mystici q̄
lȝ nõ cõfiteatur hoc sacr̃m in synagoga iudeoruȝ
nec in mesq̇ta sarracenorũ:nec in cõuenticulis he
reticorũ et ceteroꝝ infideliũ et paganorũ tñ hr cõ-
fitebit in cõsilio iustorũ et cõgregatiõe eorũ qꝛ in
sola ecclia laudat de⁹ ⁊ acceptãtur orones ⁊ lau
des ⁊ fit vera cõfessio fidei. Sȝ qꝛ sacr̃ȝ eucharistie
et mysteriũ nostre redẽptiõis de quib⁹ intẽdit cã
tare in hoc psal. sunt magna et exquisita iter oĩa
opera in quibus deus nobis maxime ostẽdit suã
miam et amorẽ. Ideo subdit magna opera. i. ego
cõfitebor tibi et predicabo et predicã in spũ ma-
gna opera q̃ faciet deus et magis exquisita et ele
cta et magis nobis vtilia inter oẽs volũtates ei⁹.
Et ponit hic causa ꝓ effectu. Nã effectus diuine
volũtatis est amor et mia quam maxime ostẽdit
nobis in sua passione et in largitiõe huius sacra
menti relicti in memoriã sue passionis. Et sic ista
duo opera sunt exquisita inter oĩa beneficia no-
bis collata. sunt etiã precipua:vt patebit. Et no-
tant et dicit exquisita in oẽs volũtates:qꝛ nõ sunt
nobis collata ex debito:sed ex mera liberalitate
et bonitate diuine volũtatis talia beneficia. Sȝ
qꝛ pro tãtis beneficijs collatis de iure et iusticia
debet deo laus et magnificentia que est pars la-
trie que quidẽ latria est pars iusticie:ideo subdit.
Non mireris supple q̄ ego cũ tanto affectu ꝓrũ-
pam in cõfessionẽ laudis qꝛ hoc teneor facere de
iure. Nã cõfessio et magnificentia est opus. i. ius

ei⁹. s. dei. Et iḋ talis iusticia manebit ⁊ durabit in
seculũ seculi. i. in eternũ. Nã lȝ vna ps latrie. i. cõ-
fessio laudis et adoratio durabit et manebit secu
lum scłi. s. in hoc scło:et in alio. vt ptȝ apoc. vij. qꝛ
nõ solũ. xxiiij. seniores sȝ etiã. cxliiij. M. et turba
magna quã dinumerare nemo poterat non cessa
bãt clamare. Bñdictio et claritas et grãrũ actio
Et sic ptȝ q̄ cõfessio. i. grãrũ actio et magnificen
tia est opus. i. ius debitũ deo. qꝛ de iure tenemur
deũ laudare et magnificare ⁊ grãs agere ꝓ bene
ficijs receptis. Et hoc nõ soluȝ aliqñ sed et semꝑ
et nõ solũ in hoc scło:sed etiã in alio et in sclm se-
culi. Alr aũt põt expõi iste vsus. s. q̄ op⁹ dei. i. ope
ra dei sunt cõfessio et magnificentia. i. cogũt nos
deũ laudare et magnificare qḋ idẽ est. Iteȝ opus
eius est cõfitendũ et laudandũ et magnificandũ:
sed prima expositio magis explicat veritatem et
intelligentiã litere et sniam in litera contentam. Sa cñ.

Memoriam fecit mirabiliũ suorum Exo. xi Theth.
misericors et miserator dominus:es-
cam dedit timentibus se.
Memor erit in seculum testamenti lameth.
sui:virtutem operum suorum annũ-
ciabit populo suo. Nota
Ut det illis hereditatem gentiũ ope- tria ope
ra manuũ eius veritas et iudicium. ra dñi

¶ In hac scḋa parte explicat q̃ sunt ista magna
opera exquisita inter opera diuie mie de quibus
intendit in hoc psal. deuȝ laudare que fuerunt in
veteri testamẽto figurata. Ad cuius intellectũ est
aduertendũ q̄ creditur ab aliquibus q̄ dauid fe-
cit hũc psal. vt cantaret in tẽplo in die azimoꝝ in
quo de⁹ fecit tria grandia opera mie corporalia
que figurabant duo maxima opera mie spũalia
futura que xp̄s fecit in nouo testamẽto. Nam pri-
mo vt dictũ est liberauit deus illum pplm ꝑ moy
sen de egyptiaca captiuitate. Scḋo liberauit pri
mogenita hebreorũ a morte corporali ꝑ sangui-
nem agni. Tertio qꝛ totus ille pplus fuit refectus
pane azimorũ ꝓpter que deus fecit edictũ et pre
ceptum de agno inmolãdo et de pane azimo ser
uãdo et vescẽdo ꝑ septẽ dies post pascha et hoc
federe sempiterno in memoriaȝ illius mysterij. vt
ptȝ Exo. xij. Per que tria mysteria fuerunt figura
ta tria alia maxima mysteria futura per christuȝ.
s. qꝛ tali die christ⁹ verus agnus erat in cruce im-
molandus. Et per eius sanguinẽ genus humanuȝ
erat a morte liberandum. Et in tali die et vespe-
re sacr̃m eucharistie per xp̄m instituendũ sub for-
ma panis et vini vt dictũ est. Et hec sunt tria ma
gna opera dñi exquisita inter oẽs volũtates eius
s. mysteriũ passionis [et] nostre redẽptionis et sacra-
mentum eucharistie in quibus deus maximus no
bis ostẽdit suum amorem et miam. Hoc preuidẽs
ppheta dauid dicit. bene teneor cõfiteri magna
opa dñi exq̇sita:qm̃ dñs iesus christ⁹ misericors
est in naturã et miserator per cõsuetudinem et ope-
rationeȝ. Fecit memoriã suorũ operum:qm̃ dedit

seipsum in escā ⁊ cibum apl'is timentibus se.s.qn̄
cene.s.in nocte ⁊ vespere pasce instituit sacramētū
in die eucharistie. Et dedit seipsum apostolis ad
vescendū sub forma panis ⁊ vini. Qđ mysteriū fe-
cit in memoriā suoꝝ operū mirabiliū. D ¶ Ad
cuius intellectū est primo notandū φ in sacramē-
to eucharistie cōtinent̄ ⁊ representātur ⁊ memorā-
tur quattuor p̄ncipalia ⁊ maxia opera diuine mie
q̄ xp̄s operatus est in nobis ad nostrā salutē. Naꝫ
primo in eo presentatur mysteriuꝫ incarnationis.
Nam sicut deus factus est homo: ita substantia il-
lius panis fit corp' xp̄i verū. lꝫ nō eodē modo. Nā
substantia panis cōuertitur siue trāssubstātiatur
in verā carnem christi desinēte pane et manētibus
solis accidētibus sine subiecto. Sꝫ in mysterio in-
carnationis nulla fuit facta cōuersio. Nam in my
sterio incarnationis nulla fuit facta cōuersio. Nā
filius dei manēs perfectus deus factus est verus
homo: nō per cōuersionē sed per assumptionē hu-
manitatis in deū. Itē etiā in hoc sacramento rep̄
sentatur mysteriū incarnationis quia sicut ibi fa-
cta fuit vnio personalis humanitatis ad verbum
ita in esu huius sacramēti fit vnio mystica inter fi
deles ⁊ xp̄m vt ptꝫ Ioh.vi. Quia qui mādncat me
ipse viuet propter me ⁊ in me manet et ego in eo.
Secundo memoratur ⁊ representatur in eo myste
riū passionis: quia quod semel factū est anniuersa
ria ⁊ etiam quotidiana recordatione representat̄
vt inquit aug. in sententijs prosperi. ⁊ de cōse. di.
ij. semel xp̄s. Tertio representatur mysteriuꝫ resur
rectionis. Quarto mysteriuꝫ ascensionis vt patet
in canone misse vbi dicitur. Beate passionis nec
nō ab inferis resurrectiōis et in celos gloriose as-
censionis memoriā offerimus hostiam puraꝫ. Ex
quibus patet φ propheta memorando hoc sacra-
mentū eucharistie: intēdit memorare oia supradi-
cta tria mysteria que in hoc sacramēto continētur
⁊ in quorū memoriaꝫ celebratur ⁊ fuit a christo in
stitutū vt ipse ait Lu.xxij. Hoc facite in meaꝫ com
memorationē. hoc ideꝫ prima ad corinthi.xi. Ideo
dicit propheta. Memoriā fecit mirabiliū suoruꝫ.
Sed quia xp̄s in institutione huius sacramēti im-
pleuit figuraꝫ veteris testamenti scilicet de agno
immolato ⁊ azimorū precepto et mysterio māne:
⁊ de pane propositionis eleuato coraꝫ domino vt
supra dictū est. Ideo subdit propheta φ xp̄s qn̄ in
stituet hoc sacramentū tunc memor erit in eternū
testamenti sui scilicet preceptorum et mysteriorū
q̄ operatus est in test.ve. Nā illa q̄ fecit ⁊ precepit
ibi in figura tunc adimplebit per hoc sacramētuꝫ
in re et veritate. Quia lex per moysen data est sed
gratia ⁊ veritas per xp̄m facta est. Iohā.i. Et ideo
dicit φ xp̄s instituendo hoc sacramentum erit me
mor testamenti sui id est eorū que fecit in testa.ve.
quia ipsa verificabit ⁊ adimplebit. Itē erit etiaꝫ
memor testamēti sui noui in eternum: quia vsq; ad
fineꝫ seculi durabit et perseuerabit: ⁊ celebrabitur
hoc sacramentum in ecclesia. Et ideo sequitur φ
xp̄s faciet ista et dabit istā escam panis timētib'
se vt det illis hereditatē gentiū id est gratiā ⁊ glo-
riam gentibus promissam. Nam sicut post exitum
de egypto deus dedit illi populo hereditatem gē

In sacramēto eucharistie quatuor opera mie cōtinentur.

tium scilicet terram chanaan quā gentiles possi-
debant: ita pariter christus post suam passionem
et assumptionem ⁊ postq̄ liberauerat sanctos pa
tres de limbo ⁊ captiuitate diaboli dedit populo
suo scilicet cetui apostolorum ecclesie fidelium he
reditatē gentiuꝫ scilicet totū populuꝫ et regna gē
tiliuꝫ a solis ortu vsq; ad occasuꝫ: quia totū mun-
dum subiecerunt apostoli iugo xp̄i in quo celebra
tur sacramentū eucharistie et colitur xp̄us et ado-
ratur. Et sic patet φ xp̄s in institutione ⁊ prosecu-
tione huius sacramenti fuit ⁊ erit memor testamē
ti sui in eternū vsq; ad consummationem seculi: in
quo sacramento annūciauit virtutem operū suo-
rū que fecit figuraliter in testamēto vete. Et annū
ciauit et representauit etiam virtutē operum que
fecit in nouo testamēto scilicet mysteriū incarna-
tionis ⁊ redēptionis et passionis ⁊ resurrectionis
⁊ ascēsionis que in hoc sacramento memorātur et
representātur: ⁊ in quorū memoriā hoc sacramen-
tum celebratur. Ex supradictis patet φ sacramen
tum eucharistie est vnum de quattuor principa-
libus mirabilibus mysterijs que deus operatus
est in nobis super omnē capacitatē nature: quorū
primū est creatio. secūdū incarnatio. tertiū nostra
redēptio. quartū eucharistie cōsecratio. opera ma
nuū eius veritas et iudiciū. Dauid in hac particu
la laudat deū de veritate ⁊ iusticia. Ad cuius intel
lectum est notandum vt frequenter dictum est: φ
omnia mysteria gesta in testamento veteri nō erāt
gratia sui: nisi inquantū fuerunt verificata et im-
pleta in nouo testamēto q: omnia gerebātur ⁊ pre
cipiebantur in figura. Et ideo illa gesta et prece-
pta facta in lege nihil aliud erāt φ quedā promis-
siones de xp̄o in ecclesia. Et ideo deus intantū di-
citur verus et illa precepta ⁊ mysteria intantuꝫ di
cūtur vera inquantū fuerūt impleta ⁊ verificata p
xp̄m in nouo testamēto. Et sic deus est laudādus ⁊
magnificandus eo φ impleuit in no.te. ea que per
figuras ⁊ precepta promisit in ve.te. Et ideo pro
pheta volens deū laudare de veritate quā imple-
uit in hoc sacramēto q: in eo verificauit mysteriū
de agno pascali: ⁊ de pane azimo ⁊ de māna et pa
ne propositionis. Dicit ergo φ oia opera manuū
dei que fecit in vete. testa. sunt veritas ⁊ iudiciū in
nouo. nā quicquid deus fecit: iuste ⁊ vere fecit. Vel
ponit̄ hic iudiciū pro secreto mysterio. A ¶ Naꝫ
triplex est iudiciū dei scilicet examinationis et dis
cretionis ⁊ secretionis id est mysterium secretorū.
Et iō quādoq; per iudicia in sacra scriptura intel
liguntur secreta iudicia dei. Ad romanos.x. O alti
tudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei φ incom-
prehensibilia sunt iudicia id est secreta eius. Iteꝫ
psalmo.xxxv. iudicia dei abyssus multa. B ¶ Vn̄
ad maiorem euidentiam est notandū φ sacrificia
et sacramenta et precepta ⁊ mandata cerimonia-
lia veteris legis intantum dicuntur iudicia in-
quantum figurabant aliquam iusticiam in nouo
te. Vnde immolatio siue sacrificiuꝫ agni pascalis
figurabat sacrificiū xp̄i futurū in ara crucis: qđ q̄-
dem sacrificiū xp̄i dr̄ vera iusticia ⁊ verum iudiciū
per quod genus humanum fuit a peccato iustifi-
catum. Nam xp̄s fuit punitus pro nostro pecca-

Triplex dei iudicium.

to. Nam penam et mortem quā nobis merebamur christus voluit pro nobis pati et ad se transferre: et sic oēs fuimus in eo crucifixi et puniti et per sanguinem eius patri reconciliati et pacificati. Et sic est dicendum quod in ara crucis factum est iudicium et iusticia et punitio nō solum de peccato primorum parentū: sed etiā de peccatis nostris. Et sic est dicēdum de ceteris sacrificijs et preceptis cerimonialibus que oīa dicūtur iusticie quedā et iudicia nō a iusticia que erat in ipsis: sed a iusticia quā figurabant implendā in christo. Nam sicut oratio dicitur vera vel falsa nō a veritate que est in ipsa: sed ex eo quod res est vel nō est. vt. meta. et in predicamentis. Ita tota lex moysi et oīa illa sacramēta et mādata nō dicuntur vera veritate que erat in ipsis: sed a veritate quam figurabant in christo futuro: et sic dicebātur vera in christo. In quo fuerūt verificata et impleta et terminata: et in quo finierunt cursum et terminū suū. Nam passio christi et sacramētum eucharistie et ascensio et resurrectio dederūt et imposuerunt terminum omnibus figuris et mādatis legalibus et cerimonialibus veteris testamēti. Hoc ergo preuidēs dauid in spiritu dicit q ipse laudandus et magnificādus est deus. Nam opera omnium manuum eius que fecit deus in figura veteris testamēti nō sunt nisi veritas et iudiciū quia omnia fuerunt verificata in nouo testamento.

Job xx/viij.

Fidelia omnia mandata eius: confirmata in seculum seculi: facta in veritate et equitate.

¶ Etiā oīa mādata legalia q dedit illi populo in figura fuerunt fidelia et nō deceptoria. Probatur quia fuerūt cōfirmata in seculū seculi et facta et impleta in veritate et equitate. nam liberatio filiorū israel de egypto et mādatū de agno pascali immolādo et de pane azimo vescēdo oīa ista mysteria et mādata fuerūt fidelia: quia per christū fuerunt facta in veritate et equitate quādo pro nobis in ara crucis fuit immolatus et nos de captiuitate diaboli et de morte perpetua liberauit. Itē illa mandata fuerūt cōfirmata in seculū seculi qn instituit eucharistiam et dixit. accipite et comedite. &c. Et hic est calix noui et eterni test. &c. Et sic patet q mysteria q fecit xps fuerūt verificatio et cōfirmatio veteris testamēti. Q: oīa illa legalia receperūt veritatē et terminū et cōfirmationē in xpo: q: per mortē testatoris fuerūt cōfirmata quo ad eorū veritatē q: lex euāgelica nil aliō ē nisi veritas et māifestatio le. ve. vt ait augusti. de cathecizandis rudibus. Itē fuerunt facta in veritate. i. verificata per xpm. Et fuerunt etiā facta in equitate et iusticia: quia per passionē xpi figurata per illa mysteria et mādata cerimōialia fuit fctā iusticia et pūitio pro pctō pmorum pa rētū et oīū aliorū: q: xps pro nobis passus est et punitus.

depse. d ij. c. in calice in glo.

Redemptionem misit dominus populo suo: mandauit in eternum testamentum suum.

¶ Quod oīa illa mysteria et mādata ve. te. fuerint fidelia. i. fideliter adimpleta et cōfirmata et facta in veritate et equitate: probatur. Nā qn venit plenitudo tpis dñs deus pater misit redēptionē ppl'o suo: qn misit filiū suū natū ex muliere: et factū sub lege. vt eos q sub lege erāt redimeret: ad Gala. iiij. Qui per suā mortē et passionē et resurrectionē oēs redemit. Et tunc mādauit in eternū testamentū suū qn anteq pateretur instituit sacrm eucharistie figuratū per supradicta mysteria. A ¶ Et iō dicit. hic calix nouū et eternū testamentum est in meo sanguine. Quod quidem testamētū dr nouū inceptum est declaratio veteris et verificatio: q: in illo effundebatur sanguis agnorū et vitulorum: sz i isto effusus est verus sanguis xpi a supradicto figuratus. Sz dr testamētū eternū inquantū nullū aliud dz succedere: et dr testamētū confirmatū: q: per mortē xpi legislatoris et testatoris fuit cōfirmatū. Et iō dr vltima volūtas dei q amplius in hoc seculo mutari nō pōt: nec aliud testamentū succedere. Et ideo xpo qn hoc testamētum siue sacrificiū instituit: mādauit in eternū testamētū suū qd per mortē et passionē in eternū cōfirmauit. Vñ lex moysi siue test. vet. nō fuit cōfirmatum in se et in figura: sed fuit cōfirmatū in figurato: et isto modo rōne figurati pōt dici cōfirmatū in eternum: et ad hūc intellectū circūcisio pt dici eterna et occisio agni pascalis. Nā sicut illa oīa legalia nō fuerūt verificata in se sz in xpo: ita oīa dicunt eterna nō in se sz in xpo. in quo receperūt terminū et veritatē et iustitiā. Pōt etiā tota illa particula referri ad sola opa et mādata xpi facta in nouo te. sz q opa manuū xpi nil aliud fuerūt nisi veritas et iudiciū: eo q eius mādata fuerūt fidelia et cōfirmata in seculū seculi: et facta in veritate et eqtate et iustitia oīa q precepit in lege euāgelica. Sed tunc intelligētia est quasi eadē: q: lex euāgelica dicitur veritas legis ve. inquātū verificauit oīa mysteria et mādata legis vete. et ea cōfirmauit et iustificauit: q: in xpo facta est vera iustitia. Nā in lege veteri homines peccabāt et pro peccato eorum effundebatur sanguis aīaliū brutorū. Et ideo sanguis alienus nō poterat iustificare pctā hominū. Sed in no. te. pro hoibus pctōribus sanguis humanus xpi effusus est: iō in xpo vere facta est iustitia: et illa mors bene et iuste hoies potuit iustificare qd minime potuit sanguis aut mors hircorum aut vitulorū. Quia ille sanguis nō dabatur: nec effūdebatur in preciū: sed in signum federis et precij per christū in cruce soluēdi: vt dictū est psalmo. xlix.

Sanctum et terribile nomen eius: initium sapientie timor domini.

xxiij. q ij. displicet. xvj. q ij. post me.

¶ In hac tertia parte exhortatur fideles: vt cum puritate et timore accedāt ad hoc sacramentū. Nam sicut bonis et iustis hoc sacramentum eucharistie est salutiferum et vtile: ita indigne sumētibus est nociuū. Nam qui indigne manducat et bibit iudicium sibi manducat et bibit: nō dijudicans corpus domini. primo ad Corin. xi. D ¶ Vñ nomē xpi est sanctū et terribile. Nam inquantū sanctum sanctificat et saluat fideles et digne sumentes hoc sacramentū. Sz inquantū terribile iudicat et cōdēnat i mmūde et indigne sumentes. Vñ sicut iustis prodest ad tutamentū mētis et corporis et ad me

Nomen xpi sancti et terribile.

delam recipiendã:ita indignis ꝛ imundis ꝑuenit
ad iudiciũ ꝛ ad cõdẽnationẽ. ideo dicit ꝓpheta ꝙ
caueãt sumentes xp̄m cõsecratũ. Nã scm̄ est no/
mẽ ei⁹:qꝛ digne sumẽtes sctificat ꝛ saluat. Sed est
terribile ꝛ timẽduꝫ:qꝛ indignos cõdẽnat. Un̄ si ter
ribile ergo ꝛ timẽdũ ꝛ si timẽdũ ergo cũ maximo
timore ꝛ deuotiõe ad ipsum est accedendũ:qꝛ ini/
tiũ sapiẽtie est timor dñi. Nã oĩa mysteria dei sũt
tractãda cũ sapia. Sed initiũ oĩs sapie est timor
dñi ergo cũ magno timore hoc sacr̄m est sumen/
dum:ꝛ ꝑtractãdũ. Et sic pꝫ qũo hoc nomẽ iesus
est scm̄:qꝛ bonos sctificat ꝛ malos condẽnat:iõ ẽ
valde timẽdũ ꝛ cũ magno timore eius eccl'iastica
sacr̄a sunt tractãda et ministrãda:qꝛ initiũ oĩs sa
piẽtie ꝛ oĩs bone opatiõis est timor dñi p̄cipue fi
lialis. vt latius videbit̃ in psal. sequẽti.

Eccli. j. b. xj. q. ô. iij. cap. quatuor

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi.

¶ Ista vltima particula p̄ôt habere triplicẽ itel/
lectũ. Uno mõ ꝙ cõtinuet̃ cum l'ra precedẽti:ꝛ sic
est probatio comparatiua illius ꝑticule sanctum
ꝛ terribile nomen eius:vt sit sensus:ꝙ sicut intelli
gẽtia siue intellectus sacre scripture ꝛ diuini mã/
dati est bonus oĩbus facientibus ꝛ obseruantib⁹
eũ. Et inutilis ꝛ nociu[illegible] trãsgressoribus:qꝛ seru⁹
sciẽs volũtatem dñi:et non faciens plagis vapu
labit multis. Luc. xij. ita pari rõne mãducatio hu
ius sacramenti est bona iustis ꝛ puris ꝛ dignis.
Et inutilis imo nociua indigne sumentibus. Qꝛ
scm̄ et terribile est nomẽ eius. ideo timẽdũ qꝛ ini
tiũ sapientie timor domini. Scdo mõ potest ha/
bere aliũ intellectũ. B ¶ Ad cuius euidentiam
est primo notãduꝫ ꝙ differẽtia est inter sciam pu
re speculatiuam ꝛ scientiam moralẽ. Nã finis sci
entie speculatiue est tm̄ scire. Sed finis practice ꝛ
moralis est opatio. Ideo sciẽtia moralis est inuti
lis nõ operãtibus ƀm virtutẽ:qꝛ non addiscimus
scientiã moralẽ vt sciamus tm̄:sed vt boni efficia
mur. Iõ scientia moralis est inutilis pueris incõ
tinentibus. j. Ethi. Ita pariter scientia et noticia
sacre scripture est non solum inutilis:immo noci/
ua malis:ꝛ non obseruantibus diuina mandata:
quia nõ damus studium ꝛ operaꝫ sacre scripture
vt sciamus tm̄:sed vt ƀm diuina mandata ꝛ prece
pta bene operemur:ꝛ sic iusti efficiamur:quia non
iustificamur in sciendo:sed in operãdo secũdum
legẽ diuinam vt dictũ est psal. j. Et sic ergo intel/
ligẽtia siue intellectus sacre scripture est bonus
ꝛ vtilis ꝛ meritorius nõ oĩbus indifferẽter:sꝫ solũ
oĩbus facientibus ꝛ implẽtibus ꝛ seruãtibus cũ
s. diuinũ mãdatum. Scdo mõ est notandũ ꝙ diffe
rentia est inter sapere ꝛ scire:ꝛ inter scientiã et sa/
piẽtiam. Nam scire ideꝫ est ꝙ discernere inter rẽ ꝛ
rẽ. Sapere aũt idẽ est ꝙ rẽ scitã gustare per expe/
rientiaꝫ:ꝛ sic omne sapere est aliquo modo scire sꝫ
nõ ecõuerso. Nam ille qui habet tm̄ noticiã de sa
cra scriptura ꝛ scit distinguere inter diuina man/
data:ꝛ scit dare rõnem de diuinis mãdatis:ꝛ non
operat̃ ƀm legem ꝛ diuina mandata:ille talis ha
bet tantum scientiaꝫ sed non sapientiam:quia nõ
gustat nec sapit per operationem ea de quibus
dat rationem. Sed sicut si quis habet odorem de
pomo ꝛ non saporem:quia non gustat. Ideo sol⁹
ille dicitur habere sapientiã qui itelligit sacram
scripturã ꝛ operatur secũdum ipsam. Et sic ille ta
lis dicit̃ habere bonũ ꝛ perfectũ itellectũ de diui/
na lege quia scit diuinã legem cũ sapientia ꝛ ope
ratione ꝛ sapore. Et sic patet:quia nõ potest habe
ri bon⁹ itellectus de diuina lege sine sapiẽtia. Sꝫ
qꝛ vera sapiẽtia nõ potest haberi sine timore filia
li domini ideo dicit prophèta. Nõ itellect⁹ diui/
ni mãdati est bonus oĩbus facientibus eum ꝛ ope
rãtib⁹ ƀm euꝫ. quia talis itellectus dicit̃ sapia:qꝛ
talis bon⁹ itellectus fit cum timore filiali. Quia
initiũ omnis sapientie est timor domini. Naꝫ oĩs
bona opatio incipit a timore dñi filiali. Qꝛ aliter
talis operatio nõ est meritoria. vult ergo innuere
ꝓpheta ꝙ sicut ad studiũ sacre scripture nõ ẽ acce
dendũ sine timore domini:vt ait Aug. in p̄ricipio
p̄mi de trinitate. Ita ad hoc sacr̄m nõ est acceden
dum nisi cũ deuotione ꝛ timore. Qꝛ initiũ sapien/
tie timor dñi. Item tertio iste vltimus versiculus
potest habere alium intellectũ. Nam in principio
huius psal. dicit propheta qõ intendebat canere
hunc psal. ꝛ cõfiteri hoc sacr̄m eucharistie non in
cõuenticulis hereticorũ:nec in ceca synagoga iu/
deorum:sed in cõcilio ꝛ cõgregatione ꝛ eccl'ia iu/
storũ ꝛ fideliũ xp̄ianoꝝ. Tũc posset quis arguere
cõtra ꝛ dicere ꝙ iste psal. non solũ cãtat̃ in eccl'ia
xp̄ianoꝝ:sed ẽt in synagoga modernoꝝ iudeoruꝫ
qui in suis festiuitatibus cãtant hũc psalmũ? Ad
hoc r̄ndet ꝓpheta in hoc vltio x̄sículo hui⁹ psal.
dicẽs ꝙ lꝫ iudei cantent hũc psal. in synagoga:tn̄
inutiliter cantãt:qꝛ nõ hñt bonũ itellectũ:nec in/
telligentiã verã de hoc psal. cũ sint ceci:qꝛ nõ ꝑci/
piũt sacr̄m eucharistie de quo dõ ꝓphetice loqui
tur in hoc psal. ꝛ ideo nõ intelligũt nec cãtãt ƀm
cũ vera intelligẽtia. Qꝛ verus et bon⁹ intellectus
huius psalmi et huius sacr̄i nõ datur nisi facien/
tibus ꝛ colẽtibus eũ. s. venerãtibus hoc sacr̄m eu
charistie. Et ideo quomodocũꝫ itelligat̃ iste ver
siculus semꝑ sequit̃ quod laudatio eius manet
in seculũ scl'i. Nã laudatio ꝛ premiũ digne sumẽ/
tibus hoc sacr̄m manet ꝛ ꝑseuerabit in scl'm scl'i:
et laudatio itelligẽtis sacrã scripturã cũ timore ꝛ
sapiẽtia ꝛ laudatio huius sacr̄i siue laudatio itel
ligẽtis ꝓphetice hoc sacr̄m eucharistie eẽ ꝓphe/
tatũ in hoc psal. semꝑ manebit in eternum ꝛ in se
culũ seculi. A ¶ Un̄ est iterũ aduertendũ ꝙ hec
est differẽtia iter sciẽtiã ꝛ sapiẽtiã legis. Nã scien
tia legis dicit solã cognitionẽ ꝛ itelligẽtiã:sed sa
piẽtia dicit itellectũ cũ opatione. Et iõ cognitio
et itellectus legis sine opatione:nec ꝓdest:nec est
vtilis sciẽtib⁹. Sed itellectus legis cũ opatione ẽ
bonus ꝛ vtilis faciẽtibus ꝛ opantibus eũ. i. ope/
rãtibus ƀm itellectũ. Et ideo cõcludit ꝙ lauda/
tio eius. i. habentis itellectũ cũ timore dei ꝛ opa/
tione manet in seculũ seculi:qꝛ sciẽtes legẽ ꝛ faciẽ
tes semꝑ laudabuntur a deo et hominibus. Per
oppositum aũt scientes siue intelligentes lege m
ꝫ nõ facientes nec opantes semꝑ vituperabuntur
et patient̃ ꝛ accusabunt̃. Nã seruus sciẽs volũta/

Differẽtia inter sapiẽtiã ꝛ sciẽtiã

tem dñi sui et nõ faciẽs plagis vapulabit multis Luc. xij. Ex quo sequitur q talis cognitio et itellect⁹ sine opatiõe potius erit sibi nociu⁹ q utilis. B ¶ Ex toto isto psal. pñt recolligi decẽ cõclusiões. ¶ Prima cõclusio q dauid in hoc psal. intẽdit cãtare opera magis mirabilia et electa et exquisita q fecit deus erga genus hũanum. ¶ Secunda conclusio q quatuor sunt mirabilia mysteria que de⁹ operatus est erga nos: sez opus creationis et icarnationis et redemptionis et eucharistie consecrationis. ¶ Tertia cõclusio q xp̃s instituit nobis sacramentum eucharistie ad refectionẽ et escam spiritualem et sacrificiũ quotidianũ in memoriã suorum operum mirabilium sez in memoriam passionis et nostre redemptionis: et etiam incarnatiõis quia in hoc sacramento representatur incarnatio et passio christi et nostra redemptio et fit nostra reconciliatio et spiritualis refectio. Et implentur et memorantur sacrificia vete. testa. et refectio mãne. ¶ Quarta conclusio q in hoc sacramento cõplentur omnia sacrificia figuratiua et oblationes vet. testa. ¶ Quinta conclusio q per hoc sacramentum datur reconciliatio et redẽptio et sanitas spiritualis deuote et rite sumentibus et timentibus deum. ¶ Sexta conclusio q hoc sacrificium et sacramentum durabit ineternum per totam istam etatem: quia nullum aliud sacrificium sibi succedet acceptabile apud deum. ¶ Septima cõclusio q sicut hoc sacramentum est salutiferum rite et deuote sumentibus: ita est nociuum indigne sumẽtibus: idẽ cum magno timore et puritate est ad ipsum accedendum: eo q in ipso deus realiter continet. Nã nomen dei quod est ipse christus est sanctũ iustis et terribile peccatoribus et indignis. ideo sanctificat iuste sumentes et terrificat et damnat iniuste sumentes. ¶ Octaua conclusio q sicut intellectus sacre scripture est bonus et vtilis et salubris omnibus operantibus et facientibus secundum precepta legis. Ita per oppositum intellectus et intelligentia legis est nociua et inutilis preuaricatoribus legis. Ex quo patet q initium omnis sapientie est timor domini. Nam scire sine operatione et timore non est sapere. Nã ille sapit qui operatur fm scientiam et noticiam. Ideo omnis sapiẽtia incipit a timore domini. ¶ Nona conclusio q scientia cum operatione dicitur iusticia et vera sapientia: quia homo iustificatur quando operatur fm legem cognitam: et ideo eius iusticia manet i seculum seculi quo ad premium. Quia premium talis iusticie est eternum quod nemo tollet ab isto. ¶ Decima conclusio q hoc sacramentum multipliciter dicitur mirabile inter omnia opera dei. ¶ Primo quia in eo implentur omnia mirabilia opera et sacrificia et oblationes vete. testamenti. ¶ Secundo dicitur mirabile ratione translatiõis quia mirabiliter panis transubstãtiatur in verum corpus christi. ¶ Tertio ratione representatiõis: quia in eo representatur passio christi et nostra redemptio et incarnatio. ¶ Quarto ratione mirabilis continentie et inexistentie: et coexistentie et concomitantie. Nam in eo realiter continetur corpus christi ex vi consecrationis: et ex consequenti inest

Eucharistie sacramẽtũ dr mirabile.

anima per essentialem vnionẽ et verbum per personalem vnionem ad humanitatem: et ex consequenti inexistit pater et spiritussanctus per consubstantialem vnitatem ad verbum: et sic per talem concomitantiam inexistit tota trinitas huic sacramento. Et sic in hoc sacramento adoratur deus in trinitate perfecta: quia filius nullibi adoratur sine patre et spiritusancto: quia fides catholica hec est vt vnum deum in trinitate et trinitatem in vnitate veneremur. ¶ Quinto dicitur hoc sacramentum mirabile ratione modi existendi: quia est in pluribus locis totus christus ex vi consecrationis sub parua quantitate: et in eo accidentia existunt sine subiecto. ¶ Sexto dicitur mirabile ratione mirabilium effectuum quos efficit in ipsis deuote et digne sumentibus vt alibi latius explicatur. B ¶ Sed ad pleniorem sufficientiam et clariorem intelligentiam eorum que dicta sunt quinque sunt videnda. Primo est videndum de possibilitate conuersionis huius sacramenti. Secundo de eius existentie veritate. Tertio de eius officio et vtilitate. Quarto de eius forme visibilis cõgruitate. Quinto de recipientium mundicia et puritate. ¶ Quantum autem ad primum est sciendum quod tota possibilitas huius sacramenti cõsistit in presupponendo quod christus institutor huius sacramenti sit verus deus: quia vt sic clarum est quod sicut a principio temporis solo verbo potuit ex nihilo cuncta creare: ita potuit in die Cene substantiam panis conuertere in corpus quod ex Maria virgine personaliter sibi vniuit. Et ratio huius est. nam quia omnis creatura dependet de solo verbo diuino que est ad totum suũ esse in genere cause efficientis et formalis et finalis: ideo christus solo verbo absque motu et tempore et labore potest res producere quo ad totum suum esse. vnde causa quare domificator solo verbo et precepto absque labore et tempore non facit domum accidit quia licet domus dependeat ab arte domificatoris quo ad solam formam artificialem tamen non quo ad materiam: scilicet quo ad lapides et ligna et cetera. Et ideo oportet q prius incidat lapides de monte et ligna de silua et ducat ad locum et preparet et compaginet secundum ordinem artis: que omnia facere non potest sine motu: et tempore et labore.

Possibilitas cõuersiõis hu⁹ sacramẽti

¶ Et ideo licet domificator milies dicat fiat domus: nunq̃ fiet nisi apponat laborem et conatum et tempus. Sed quia totum celum et natura depẽdet a deo: vt patet duodecimo Metaphisice. hic est quod deus solo verbo potest ex nihilo condere vniuersum: quia dicẽdo fiat lux: facta est lux etc. vt patet Genesis primo. A fortiori ergo idem de⁹ incarnatus dicendo hoc est corpus meum. potuit conducere substantiam panis in corpus suum. Et hoc nullus verus Metaphisicus et Philosophus bene dispositus poterit negare prout latius patebit psalmo. cxlviij. et in tractatu finali. Et sic patet possibilitas conuersionis huius sacramenti: sed quia iudei et sarraceni negant christum esse deum propter cecitatem contrariã indispositionem: ideo non est cum eis disputandum

de hoc sacramēto nisi cū autoritatibus vete. test.
vt patebit in tractatu finali. ¶ Sed dicet aliquis
No. quō opat sacerdos. ꝙ licz christus tanꝙ deus potuerit tunc conduce
re substantiā panis in corpus sibi assumptum: ta
men hoc poterit facere sacerdos cum sit creatura.
Ad hoc respondetur ꝙ sacerdos non facit in pro-
prio verbo tanꝙ actor principalis: sed tanꝙ mi-
nister in verbo christi: qui operatur in hoc sacra-
mento ad prolationē verborū factaz per sacerdo
tem: sicut moyses non faciebat miracula per illā
virgam tanꝙ autor: sed tanꝙ minister. Nam dum
moyses mouebat ⁊ eleuabat virgam ex precepto
dei: tūc deus tanꝙ actor pricipalis operabat mi-
racula in egypto ⁊ i toto deserto. Ita pariter quā-
do sacerdos profert verba cōsecratiōis ex diuina
institutione christi operatur in sacramēto conuer
tendo substantiam panis in corpus suum: et hoc
de primo. ¶ Quantum autem ad secundum est di
De veritate existētie corporis christi. cendum qō tota veritas essentie huius sacramen-
ti consistit in his. Nam primo per sola verba con
secrationis sola substantia panis conuertitur in
solum illud corpus christi quod spiritussanctus
formauit ex puris sanguinibus virginis: prout ta
le corp⁹ habet esse substātiale ab anima. Et ideo
ista conuersio proprie dicitur transubstantiatio:
sed quia tale corpus christi in quod conuertitur
substantia panis actuatur et informatur ab ani-
ma christi. Ideo necessario ē ibi anima christi per
quandam concomitantiam: secus autem fuisset si
aliquis apostolus consecrasset in triduo de quo
alibi disputatur. ¶ Item illud corpus christi in sa
cramento non est sine sanguine. Ideo est ibi san-
guis per quandam concomitantiam. Item quia
tota humanitas christi personatur: et supposita-
tur per verbum: ideo est ibi verbū per vnionē per-
sonalem. Item quia verbum est patri ⁊ spiritusan
cto consubstātiale. Ideo per vnitatez essentialem
et consubstantialē est ibi pater ⁊ spiritussanctus:
eo ꝙ filius procedit inseparabiliter et naturali-
ter a patre: et spiritussanctus per modum volun-
tatis et libertatis ab vtroqꝫ. Et sic patet qualiter
solum corpus christi est in hoc sacramēto: ex vi cō
secrationis: sed anima christi et tota trinitas est
ibi per quandam concomitantiaz scđm ordinem
predictum. Et sic etiam sanguis est per concomi-
tantiam in corpore consecrato: et econuerso. Ex
quibus omnibus sequitur ꝙ omnia accidētia pa
nis preteriti manēt sine subiecto in hoc sacramē-
to supra naturam. Item sequitur ꝙ corpus et san
guis christi non sunt in hoc sacramento localiter
sed realiter et sacramentaliter et per modum sub
stantie. Item sequitur ꝙ postꝙ in hoc sacramēto
est verus deus incarnatus: et per consequēs coexi
stit tota trinitas: sequit ꝙ verus deus trinus ⁊ vn⁹
adoratur in hoc sacramēto adoratione latrie. Et
De officio ⁊ vtilitate eucharistie sic patet veritas essentie huius sacramēti. Quan-
tum ad tertium est notanduz ꝙ triplex officiū ex-
ercetur in hoc sacramēto. Nā primo offertur in al
tari. scđo sumitur ⁊ recipit a sacerdote ⁊ fidelib⁹.
tertio reseruat in sacrario. Primo aūt modo offer
tur in oblationē et sacrificiū pro delictis ⁊ pctis po
puli. Scđo recipit in sacramentū inquātū signifi
cat māducationem et refectionem spiritualē ani
me. Tertio reseruatur in monumentū ⁊ memoriā
ipsius xpi. ¶ Quo aūt ad primū fuit hoc sacramē
tum figuratū per panē ⁊ vinū siue per oblationez
panis ⁊ vini quā obtulit melchisedech pro abraā
Gen. xiiij. Item fuit figuratū per crustulaz panis
quā deus precepit eleuari corā dn̄o in taberna cu
lo. Exo. xxix. Item per sacrificiū agni matutini et
vespertini. ibidē. Item per sacrificia oīm aīalium
mundorum: vt p̄z per totuz Leuiticū. ¶ Quo ad
scđm fuit figuratū per manna qō dn̄s deus pluit
de celo quō ille populus fuit refectus in tota per-
egrinatiōe vsqꝫ ad terram promissionis Exo. xvi.
Et per panē subcinericiū helie: in cuius fortitudi
ne ambulauit xl. diebus: ⁊ xl. noctibus vsqꝫ ad mō
tem dei oreb. iij. Regū. xix. ¶ Quo ad tertiū fuit fi
guratum per vrnā māne quā deus p̄cepit reserua
ri in archa dn̄i: ⁊ panes propositiōis qui reserua-
bantur ante altare. Exo. xxv. ¶ Iterum autē est ad
uertendū ꝙ xp̄s instituit hoc sacramentum ad su-
pradicta tria officia ꝑpter multas vtilitates quas
consequimur ex tribus officijs huius sacramenti.
Nam primo inquantū offertur in altari pro deli
ctis populi cōsequimur remissionē peccatoꝝ ⁊ pe
narum eorū. Sed inquantuz recepimus euchari-
stiam sacramētū: efficit in nobis inuisibilē grām
quā significat sub illa visibili māducatiōe: nā viui
ficat animā nostrā prebēdo sibi vitam spūalē ⁊ re
staurat bona deperdita: ⁊ transformat nos in xp̄m
quē sacramētaliter manducam⁹: ⁊ reconciliat nos
deo patri. Inquantū aūt reseruatur in sacrario cō
fert nobis duplicē vtilitatē: nā primo nos ibi ado
ramus deū ⁊ dn̄m nostrū inquantū ibi residet xp̄s
tanꝙ deus ⁊ dn̄s: ⁊ per ɔn̄s adoramus ipm vbuz
cū patre ⁊ spūsctō quib⁹ est cōsubstātialis filius:
et sic adoratur deus ⁊ hō adoratiōe latrie p quez
cultū cōtinue merent fideles adorātes ⁊ orantes
in ecclesia: scđo q2 ibi in sacrario residet xp̄s tanꝙ
caput ⁊ summ⁹ pōtifex noster: ideo simul nobiscū
orat p nobis ⁊ interpellat apud patrē in toto of-
ficio canonico: ⁊ in oib⁹ oratiōibus priuatis fide
liū. Et sic qō nr̄is meritis obtinere nō possumus
adipiscimur meritis ⁊ intercessiōe xp̄i capitis nr̄i.
Et hec est causa quare reseruam⁹ christū in sacra-
rio ecclesie sub forma huius sacramēti: ⁊ p̄z qua-
re xp̄s reliquit nobis seipsum ad supradictuz tri-
plex officiū in hoc sacro. ¶ Quantū ad quartū est **De eius forme visibilis congruitate**
aduertendū sicut sepius dictū est ꝙ cibus phibit⁹
quē comedit adam multa dāna attulit generi hu-
mano. nā primo ꝑpter ipm perdidimus lignū vi
te paradisi: per cuius esum poteram⁹ nō mori: sed
post longam vitā fuissem⁹ translati in vitā melio
rem celestem: et ex consequenti incidimus in mor-
tem corporis et anime: ⁊ fuimus subiecti innume-
ris infirmitatibus ⁊ miserijs: ⁊ fuim⁹ sauciati mor
bo concupiscētie: vnde prouenuint nobis omnia
mala: et sumus proni ad omne nephas. Et ideo
christus tanꝙ verus redemptor ⁊ restaurator reli
quit nobis seipsum in cibum: in hoc sacramento.
primo in supplementum ligni vite perditi: vt per
esum huius sacramēti viuamus spiritualiter. se-
cundo in medelā ⁊ antidotū contra venenuz cibi

prohibiti et ad sanādas nostras infirmitates: vñ ille cibus prohibit⁹ nos mortificauit: sed iste nos viuificauit: item ille nos sauciauit ꝛ vulnerauit: sꝫ iste nos sanauit: itē ille nos debilitauit ꝛ interfecit: sed iste nos roborauit et refecit. item ille nos a deo sperauit: sꝫ iste recōciliauit. Et vt per esum huius cibi recuperem⁹ vitam: et bona que ibi perdidimus. Et ideo non soluꝫ sub forma cuiuslibet cibi sꝫ spiritualiter sub forma panis ꝛ vini seipm sumendum nobis reliquit. Et ideo dixit Jesus phariseis Johā. sexto. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Unde tunc dixit primis parentib⁹ de illo cibo vetito: qua hora comederitis morte moriemini. Sed per oppositū de isto sacro pane dicit. Hic est panis de celo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit nō morietur: sed viuet in eternum ꝛc. Congruēter ergo christus reliquit nobis corpus suum sumēdum sub forma panis ꝛ sanguinem suum bibendū sub forma vini: vt sicut per esum et potum panis et vini materialis continuamus vitā temporalē et nutrimur corporaliter: ita sub forma eiusdē panis ꝛ vini sacramentaliter absq; errore māducemus corpus christi ꝛ bibamus eius sanguinē ad refectionē spiritualem. Augustinus autem super Johannem addit ꝙ totum hoc factum est ad significandam gratiā ꝛ vnitatem corporis mystici: quam consequimur ex esu huius sacramēti. Nam sicut ex multis granis frumenti bene purgatis a paleis in area et trituratis in molari: et mixtis cum aqua ꝛ coctis in furno vnus panis conficitur: qui manducatus in nostrā carnem conuertitur: et sicut ex multis racemis et granis vnum vinum confluit: ita pariter per esum huius sacramenti ex multis fidelibus vnum corpus mysticum conficitur in ecclesia: et suo capiti christo vnitur: ꝛ patri reconciliatur ꝛ iungitur. Et ideo ista manducatio facit effectum contrariū respectu corporalis. Nam manducando cibum materialem conuertimus ipsum in nostrā substantiā sed manducādo hunc sacrū cibum ꝛ bibendo hūc sacrū potū nos trāsformamur et mutamur in ipm Et sic patet cōgruentia forme huius sacramenti. ¶ Quantū autē ad quintū est dicendū: ꝙ si per receptionē ꝛ esum huius sacramēti: debemus in xp̄m trāsformari ꝛ patri recōciliari: ꝛ viuere per grām et ab omni morbo spūali sanari: opꝫ de necessitate: vt mundi ad ipm accedamus: vt hoc sacramētum efficiat qḋ signat: ꝙ aliter nullius bonus intētus sequeretur effectus: eo ꝙ actus actiuorū sunt in patiēte disposito. Nam si per peccatū a deo separamur: ergo nullo mō cū pctō possumus deo per gratiā coniungi nisi prius purgemur a pctō: ꝛ iō sicut digne accedēs ad hoc sacramentū consequitur vitā spūalē ꝛ eternā ꝛ oēs supradictos effect⁹. Ita immundus et indign⁹ accedēs in iudiciū sibi māducat ꝛ bibit. Et ideo dd vt ostēdat quō cum timore est accedendū ad hoc sacramentū concludit in hoc psal. dicēs sanctū ꝛ terribile est nomē ei⁹: initiū sapie timor dñi ꝛc. Est aūt aduertendū ꝙ oīa ista supradicta subtilius ꝛ lati⁹ disputātur per doctores in. iiij. sniarū. Sed sola ista dicta sufficiant

[margin: de mūdicia recipiētium corpus christi.]

ad instructionē ꝛ cōsolationē simpliciū sacerdotū et xp̄ianorū: qꝛ ista glosa non patitur longā aut subtilem disputationē sed solā sanam psalmorū litteralē ꝛ propheticam declarationem.



Beatus vir q̄ timet dñm: in mādatis eius volet nimis. ¶ Titulus all'a. Ex titu. apparet qḋ dd fecit istum psal. ad laudādū deū maxime in festiuitate pasce. Nam sicut fecit psal. precedētem in quo cōmendat summā dei misericordiam: quā ostendit in testa. vete. figuraliter liberando filios israel de egypto: et reali(t)er liberādo genus humanū in testa. nouo de captiuitate ꝛ morte eterna per suam mortē ꝛ passionē et eucharistie institutionē. Et voluit ꝙ ille psalmus cantaretur in die pasce. Ita pariter fecit istū psalmū in quo cōmendat misericordiā hominis erga proximum suū. Nā sicut miseratio dei est maximū op⁹ inter oīa opera dei: ita opera misericordie sunt maiora inter omnia opera hominis: ꝛ maioris meriti: excepta latria que debetur deo. Et ideo voluit ꝙ iste psal. cantaretur in festiuitatibus pasce: vt moneret populū ad elemosynas faciendas ꝛ cantabatur cum alleluia. Ad denotandū ꝙ maxime laudatur deus in operibus misericordie exercendis: quia deus magis laudatur opere ꝙ ore. Et iō duo facit in hoc psal. Nā primo pmittit premiū tpale facientibus miam ꝛ elemosynā. scdo promittit premiū eternū ibi: iocundus hō. L. ¶ Quantum *[margin: Alepb. xxiij. qō. vi. scis matici.]*
ad primū est aduertendū ꝙ timor dñi filialis est principiū omniū bonorū: sicut dictū est psal. xviij. *[margin: Timor filialis.]*
Nā ille qui timet deum amore filiali cauet omne malum: et cauet transgredi precepta ꝛ timet offendere deū ne displiceat sibi: et sic perdat eum: et sic conatur ad posse adimplere mandata dei: vt complaceat sibi. Et studet inherere amori dei ppter se vt possideat eum: ꝛ sic toto conatu fertur in deū Et ideo timor filialis nihil aliud ē ꝙ summa charitas. Et qꝛ amās semper laborat ꝛ conatur trāsformari in amatum: ideo oīs ille qui timet ꝛ vere amat deū: ꝛ xp̄m filiū eius semper laborat toto conatu: ꝛ studet imitari christū. Sed qꝛ deus in toto test. vete. ꝛ in nouo semper operatus est misericordiam nobiscū: vt patuit in psal. precedēti. Et semper precepit in vtroq; testamēto miaꝫ fieri. Et iō ille qui vere timet dñm volens imitari xp̄m ꝛ adimplere eius voluntatē ꝛ mādata: semp erit misericors ,ximo suo. Ex quo pꝫ ꝙ principiū ꝛ cā misericordie in oibus est timor dñi. Et iō ppheta dauid volēs cōmendare miam in hoibus: incipit a timore dñi. Uñ dicit qḋ beatus vir q̄ timet dñm timore filiali: qꝛ talis de necessitate diligit dñm. Et sic timet ꝛ diligit dñm. Tūc in mādatis ei⁹ cupit ꝛ volet nimis ambulare. i. ꝙ toto conatu ꝛ studio laborat adīplere mādata dei. Uñ ly nimis nō dicit excessum vituperabilem: sed dicit totū conatum. q. d. ꝙ q̄ timet te cū amore filiali ex toto corde: ex tota anima: et ex oībus viribus suis studet et laborat et conatur et desiderat adimplere eius mandata. Sed qꝛ inter omnia mādata dei de charitate eius est maius mandatum: vt patet Matt.

xxij. et per totũ discursum euãgelicũ. Et q: marie xps in iudicio exiget a nobis opa charitatis ⁊ misericordie: vt ptʒ Mat.xxv. Jõ ois vir q̃ timet dominũ marie cupit adimplere opa ⁊ mãdata charitatis ⁊ mie. Vñ lʒ in hoc v̾siculo nõ explicet̃ misericordia: sed timor dei ⁊ obseruãtia mãdatorũ eius: tñ per ea que sequũtur videt̃ manifeste ꝙ pphetа misericordiam hominis intendit cõmẽdare ⁊ misericordes beatificare.

Symma. xv. q.i.c. firmissime. D de ctb. Et be. sanctb.

Potens in terra erit semẽ eius: generatio rectorũ benedicetur.

Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculum seculi.

Exortũ est in tenebris lumẽ rectis: misericors et miserator et iustus.

¶ Q: superius dixit ꝙ btũs est vir qui timet dñm et facit miam cum ꝓximo suo. Hic explicat eius beatitudinem. Vñ est aduertendũ ꝙ hoies misericordes et elemosinarij: nõ solũ hñt beatitudinẽ et premiũ eternũ in celo: sed & hñt premiũ tpale in hac vita pro maiori parte. Et sic beatitudo hominis misericordis nõ solũ est eterna: sed tpalis. Et etiã mia nõ solũmodo beatificat hoiẽs eternaliter in celo: sed & tpaliter in hac vita. Duo ergo facit. Nã primo explicat premia temporalia que consequũtur misericordes in hac vita. Scdo explicat premia eterna q̃ cõsequũtur post hãc vitã. Tertio explicat dãnationẽ eternã quã patient̃ impij et crudeles post hãc vitã. Scda ibi. Jocundus hõ. Tertia ibi. peccator videbit. B ¶ Quantũ ergo ad primũ dicit ꝓpheta ꝙ tria bona cõsequit̃ hõ misericors in hac vita. Primo premiat̃ in filijs: q: semen eius est potẽs ⁊ abundans et copiosum. Quasi dicat ꝙ premiatur in copia filiorum. Et tales filij sunt boni ⁊ virtuosi ⁊ pacifici. Q: generatio rectorũ benedicet̃. i. ꝙ filij hoim iustorũ ⁊ misericordium erũt boni et virtuosi. Et sic a deo et hominibus benedicent̃. Nã sicut iusti abũdãt in benedictione filiorum: ita in bñdictiõe virtutũ. Vñ nota ꝙ bñdictio in scriptura frequẽter sumit̃ pro abũdantia et multiplicatione. Ideo cum dicitur hec generatio rectorum benedicetur. idem est dicere ꝙ generatio iustorum abundabit et multiplicabitur. Secundo vir misericors ⁊ largus ad porrigendũ et erogandum elemosynas pauperibus: ita deus augmentat bona eius temporalia ⁊ honores. Ideo subdit propheta ꝙ gloria: idest honor et diuitie temporales erunt semper in domo eius. Tertium premium erit absolutio a peccatis. Nam elemosyna extinguit peccatũ ⁊ iustificat hominem et preseruat ipsum a peccato. Et si est in peccato illustrat ipsum et mouet ipsum ad penitentiam agendam. Et ideo subdit ꝙ iusticia ⁊ meritum hominis misericordis et elemosynarij manet in seculum seculi: inquantum iustificat ipsum et illustrat ipsum ne cadat in peccatum et vt egrediatur etiã a peccato. Et ideo subdit quod lumen gratie exortum est in tenebris peccatorum ipsis rectis et misericordibus. Quod quidẽ lumen est ipse deus misericors miserator ⁊ iustus. Quasi dicat ꝙ christus deus qui est misericors ⁊ miserator et iust⁹ illustrat ⁊ iustificat hoies elemosynarios ꝓpter miam et charitatẽ. Sed est notandum qd totum hoc quod dictum est de premio temporali potest etiam intelligi de spirituali. Et sic supradicta premia possunt spiritualiter intelligi nã multi sunt et fuerunt misericordes et elemosynarij in hac vita qui non habuerunt supradicta bona temporalia: quia non habuerunt filios: nec diuitias: nec honores: immo postꝙ̃ erogauerũt omnia bona sua pauperibus compulsi sunt mendicare. Sʒ tales non caruerunt bonis spiritualibus: nec sunt alieni a supradictis benedictionibus intelligendo eas spiritualiter. Nam semina hominis elemosynarij sunt elemosyne ⁊ opera misericordie q̃ dicuntur semina in sacra scriptura vt ait apostolus secunda ad Corinthios nono. Qui parce seminat parce et metet ⁊c. Et de hoc semine elemosynarum dicit hic propheta. Quod semen viri elemosynarij erit potens in terra quo ad potentiam meritorum ⁊ ꝙ generatio rectorũ: idest bona opera benedicentur ⁊ qd gloria et diuitie spirituales que germinantur ex elemosynis semper erunt in domo eius: et ideo iusticia eius scilicet premiũ ⁊ fructus illorum operum manebit in seculum seculi. Et dominus iesus christus qui est misericors ⁊ miserator et iustus: est exortum idest orietur in tenebris peccatorum ipsis rectis illustando eos et fugando tenebras eorum. Nam hoc est premium eorum qui faciunt elemosynam: quia illustrantur ne cadant in peccatum et egrediantur a tenebris peccatorũ. Unde viro misericordie ⁊ elemosynario dicit deus per Esa. lviij. capitulo. Frange esurienti panẽ tuũ ⁊c. et orietur in tenebris lux tua: et tenebre tue erunt sicut meridies. Ex quo patet qd elemosyne maxime fugant tenebras peccatorum et preseruant hominẽs a peccato. Et nota quod ly exortum est in tenebris lumen rectis: potest intelligi etiam de aduentu christi. Nã christus exortus est velut lumen omnibus rectis corde et misericordibus. Nam eius aduentus et redemptio solis rectis et misericordibus est vtilis. Nam impij et crudeles repellentur a facie christi in ignẽ eternũ in die iudicij. Et nota quod benemerito exortum est lumen gratie facientibus misericordiam. Naʒ congruũ est: vt qui agit misericordiã: misericordiã consequatur. Sicut est congruum: vt iudiciũ sine misericordia fiat illi qui non facit misericordiã. Jaco. ij. Ex quo ptʒ ꝙ hoc premiũ est cõputandũ inter bona spiritualia.

hõ misericors tria cõsequit̃ bona.

Tertb. Jothdi. l. pderet. misericors cõsequit̃ tria bona.

Jocundus homo qui miseretur et cõmodat: disponit sermones suos in iudicio: quia ineternum non commouebitur:

¶ Hec est secunda pars in qua narrat et explicat premia spiritualia que consequentur viri misericordes ex elemosynis elargitis ⁊ operibus misericordie. Quorum primum est iocunditas et securitas cõparẽdi ante xpm in die iudicij: nã viri mi-

sericordes cũ confidentia et securitate apparebũt coram christo iudice in nouissimo die: quia cũ securitate poterunt reddere rationem de talentis sibi commissis: quia apparebunt ante iudicem afferentes oleum misericordie in lampadibus suis. Ideo non timebunt quod sponsus dicat eis clausis ianuis. Nescio vos: immo recipiet eos et intrabunt cum eo ad nuptias. Et similiter secure et cum iocunditate accedent cum talentis duplicatis: et ideo dicet eis dominus. Euge serue bone et fidelis: quia in pauca fuisti fidelis &c. Per oppositum auari et crudeles trepidabunt ire ante faciem iudicis: eo quod non afferent oleum misericordie et elemosyne in lampadibus: ideo claudetur eis ianua regni celorum. et dicetur eis nescio vos. Item quia talis auarus et crudelis abscondit talentum in terra. ideo eijcietur in tenebras exteriores: vt patet Matthei. xxv. Et hoc est quod dicit hic dauid quod misericors: qui miseretur proximo suo et commodat dando elemosynam ille talis erit iocundus et securus: quia cum fiducia disponet sermones suos in iudicio: ideo respondebit christo interroganti de talentis commissis: quia poterit dicere. Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Et dicet etiam. Domine vnum talentum bonorum temporalium tradidisti mihi: ecce aliud superlucratus sum. quia illud distribui pauperibus. Et ideo subdit propheta quod iste talis vir elemosynarius non commouebitur in eternum: nec separabitur a premio eterno et gloria celesti: quia gaudium suum nemo tollet ab eo. Et ideo memoria huius iusti erit eterna quia elemosyne eius viuent in premium eternum: et elemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Ideo subdit.

Auari incurrent ꝯ mala.

In memoria eterna erit iust⁹: ab auditione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in domino confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

Iamech. xlv. di. c. vera iustitia. Phe. et d. lxxxvi. §. in ipsa. c. fratre.

¶ Triplex ergo premiũ spirituale narratur in his duobus versibus. Primum quia vir qui miseretur et commodat iocundus et securus reddet rationẽ in nouissimo die de bonis temporalibus sibi traditis. Secundum quod premium eius in eternum non tolletur ab eo. Tertium erit quod iustus et misericors memorabitur et viuet in eternum in hac ecclesia per gratiam: et in superna per gloriam. Quartum premium subdit propheta cum dicit. Ab auditione mala non timebit. Nam quando christus dicet virginibus fatuis: nescio vos. et quando dicet abscondenti talentum in terra: serue male et piger &c. Et quando dicet omnibus crudelibus et auaris. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Tunc iste vir misericors non timebit a tali sententia et mala auditione: immo erit securus de suo premio: quia talis auditio late sententie erit mala ipsis auaris et impijs et crudelibus: quã sententiã auditã non timebũt misericordes. Et ideo sequitur quod cor talis viri misericordis erit paratum et firmũ sperare in domino et confirmatum in bono et nõ commouebitur a firmo proposito: nec a premio sibi promisso et dato. Et in hoc despiciet inimicos suos: quasi dicat. Quod intantũ erit firmus in iudicio: quod despiciet inimicos suos accusando eos et instãdo contra eos. sicut legitur sapientie. v. quod tũc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Et etiã despiciet inimicos demones accusatores suos: et subdit vltimũ premiũ et summũ et optimũ ipsius viri misericordis quod erit habere regnũ et summã felicitatem et gloriã in patria celesti. Unde dicit quod iste misericors: quia cõmodauit et dispersit bona sua pauperib⁹ ideo iusticia et premiũ eius manebit in seculũ seculi: quia erit eternũ et cornu. i. honor eius et felicitas exaltabitur in gloria celesti. Unde notãter dictum est supra. Iocundus homo qui miseretur et cõmodat. Nã dare elemosynã nihil aliud est quã cõmodare et mutuo tradere siue seminare. Nã cõmodat tẽporalia et recipit eterna: et seminat tẽporalia et colligit spiritualia et eterna. Unde commodare nil aliud est nisi mutuo aliquid tradere. s. sub spe recuperandi et retribuendi aliquid mutua &c. Et ideo largiens elemosynã dicitur cõmodare aut mutuare dupliciter. Primo quia a deo pmiũ premissum misericordibus expectat. Secundo quia pauperes recipientẽ ad rogandũ pro eo obligat. Sed est aduertendũ quod ly exortũ est in tenebris lumẽ rectis potest referri ad bona spiritualia. Nam gratia que declinat hominem a malo et facit bonum põt cõputari inter bona spiritualia: et sic erit primus fructus spiritualis.

Cõmodat misericors.

Peccator videbit et irascetur: dẽtib⁹ suis fremet et tabescet: desideriũ peccatorum peribit.

Reo. Lhau. De pe. dis. iij §. ex hoc sensu.

D ¶ In hac tertia parte memorat et annunciat et comminatur penam et premium ipsorum virorum crudelium et malorum: quequidem pena erit quadruplex. Primo quia cum peccator superbus videbit ibi in iudicio misericordes et pauperes ad gloriam destinari quos ipse persecutus est in hac vita: et contempsit: tunc irascetur pre inuidia et vretur in corde. Secundo quia fremet ex pena sensus ad quam destinabitur et sententia christi. Tertio tabescet et patefiet in anima ex pena vermis cum cognoscet se talem felicitatem perdidisse ex sua culpa. Quarto quia votum et desiderium suum erit frustratum: quia tũc perdet gloriam mundi in qua confidebat: et illecebras et delectationes illius: et sic torquebitur in animo. Patietur ergo penam inuidie et fremitum doloris sensus et tabem vermis propter culpã et amaritudinẽ cũ bonis mundanis et delectationibus priuatum se viderit: quas penas describit sapiẽs.

Pena crudelis christus

Sapientie quinto. dicens. Et qui abstulerunt labores illorū turbabuntur timore horribili ꝛc. per totum capitulū. Nota ꝙ diuersum est desiderium et spes peccatorū: a desiderio et spe iustorū. Nam peccatores ponunt spem et desideriū in delitijs ꝛ diuitijs: et dominio tēporali huius mundi. Iusti autē oīa ista contēnunt ponētes spem in vita futura eterna: et propter illū distribuūt diuitias in elemosynas pauperū. Et ideo desideriū ꝛ spes istorū non cōmouebit ab eis: inmo iustitia ꝛ premium eorū manet in seculum seculi. Sed desiderium et spes peccatorū peribit simul cū eis: quia nihil inueniēt diuitiarū suarū: qd̄ maxie apparebit ꝛ cognoscet in iudicio. Et hoc cōcludit dauid in hoc psalmo: in quo enumerat fructus ꝛ premia iustorum et misericordium ꝛ damna et penas peccatorum ꝛ crudeliū impiorum. A ¶ Ex toto ergo isto psalmo inferūtur tres cōclusiōes: quarum prima est. ꝙ omnis timens deū est misericors: qd̄ probatur: quia omnis timēs deum toto conatu cupit et laborat adimplere diuina mādata. Sed omne mādatū est de charitate dei ꝛ proximi: et per cōsequens de misericordia erga proximū: ergo omīs timēs deum est misericors. ¶ Secunda cōclusio ꝙ omnis misericors est beatus tam beatitudine temporali: ꝙ eterna probat. Nā ex mia ꝛ eius operibus colligit ꝛ recipit decē premia siue fruct⁹ tres temporales: et septem spirituales. Qui quidem decem fructus reddunt hoīem beatus in hac vita in spe: et in alia re: igitur ꝛc. ¶ Primus fructus tēporalis est copia ꝛ bñdictio filiorū bonoꝝ. per hoc ꝙ ait. Potens in terra erit semē ꝛc. ¶ Secundus fructus est copia bonorū temporalium: ꝛ honor in hac vita per hoc qd̄ subdit. Gloria ꝛ diuitie in domo eius ꝛc. ¶ Tertius est bona fama in hac vita: per hoc quod subdit. Et iustitia eius manet in seculū seculi. ¶ Primus fructus spiritualis est illustratio anime: vt declinet a malo et faciat bonum: per hoc qd̄ ait. Exortū est ꝛc. ¶ Secūdus fructus est iocunditas et securitas ad respondenduz in iudicio: per hoc quod ait. Iocundus homo qui miseretur ꝛc. ¶ Tertius erit memoria eterna ꝛ premium immobile: per hoc ꝙ ait. Quia in eternum nō cōmouebitur ꝛ in memoria ꝛc. ¶ Quartus erit ꝙ non timebit sententiā datam contra malos in iudicio: per hoc ꝙ ait. Ab auditiōe ꝛc. ¶ Quintus erit: quia gaudebit cum audiet xp̄m dicentem. Uenite benedicti patris mei: per hoc ꝙ ait. Paratuz est cor eius ꝛc. ¶ Sextus erit: quia videbit vindictam de inimicis suis: p̄ hoc ꝙ ait. Donec despiciat inimicos suos. ¶ Septimus fructus erit. honor et beatitudo eterna: p̄ hoc ꝙ ait. Cornu eius exaltabitur in gloria. ¶ Tertia ꝯclusio: ꝙ premiū auarorū ꝛ crudeliuz erit quadruplex pena: primo ineffabilis inuidia ex prosperitate iustorū: secundo: quia fremēt pena sensus. tertio quia tabescēt pena vermis. quarto: quia frustrabūtur in desiderio suo huius mūdi. D ¶ Sed cōtra predicta arguunt auari dicētes ꝙ christus iniuste cōdemnabit in iudicio eos qui non egerunt elemosynas: nam si quis custodiēs bona sua q̄ iuste acquisiuit negat elemosynā pauperi: nulli facit iniuriaz: nec furatur aliquid: nec agit cōtra aliquod decē preceptorū: ergo nō debet puniri. In oppositū est dauid in hoc psal. et saluator Matth. xxv. qui dicet eis. Ite maledicti in ignē eternū ꝛc. Respondetur ꝙ subuenire miseris pauperibus ꝛ indigentibus in necessitate: nō solum est de lege euāgelica: sed de iure et lege nature ꝛ de lege moysi et doctrina prophetica. Sed vltra hoc ponitur pro cōclusiōe ꝙ christianus negans elemosynā et auxiliū xp̄iano indigēti cōmittit furtū: ꝛ agit cōtra illud preceptum: nō furtū facies. Pro cuius p̄batione psupponunt tres propositiōes. ¶ Prima ꝙ negās aut retinens debitum creditori: cōmittit furtū: ista est clara in foro cōscientie. ¶ Scd̄a ꝙ xp̄s veniens in carnem: ꝛ passus labores et miserias p̄ nobis cōstituit seipsum creditorē: et nosoēs sibi debitores probat: nam cū esset dei fili⁹ in gloria patris: seipsum exinaniuit formā serui accipiēs cū septem miserijs nr̄is: scʒ cum siti et fame ꝛc. vt iste miserie essent instrumentū ad patiendū ꝛ merendū p̄ nobis: quia voluit esurire ꝛ sitire ꝛ mēdicare ꝛ infirmari ꝛ peregrinari ꝛ capi ꝛ vendi ꝛ mori ꝛ in alieno sepulchro tanꝙ pauper p̄ nobis sepeliri: ergo vnusquisq̄ obligat xp̄o reddere vicem: scʒ ip̄m cibare ꝛ potare ꝛ vestire ꝛ hospitari ꝛ redimere ꝛ sepelire ꝛc. ¶ Tertia p̄positio ꝙ oēs paupes xp̄iani et indigētes petētes amore christi sunt heredes ꝛ successores xp̄i. p̄batur quia hos reliquit xp̄s successores ad recipiendū pro se debitū ꝛ auxiliū mie loco sui: vt pꝫ Matth. xxv. qd̄ vni ex hiis minimis fecistis mihi fecistis ꝛc. Itē cap. xxvi. Semp pauperes habebitis vobiscū quibus potestis bñface ꝛc. me aūt nō semper habebitis. q. d. ꝙ dum viuo tenemini subuenire: q꞉ post mortem et resurrectionem iam relinquo vobis pauperes quibus poteritis subuenire loco mei. His ergo habitis arguitur sic: omnis negans auxiliū et misericordiaz cōmittit furtum: sed negans misericordiam pauperibus indigētibus negat auxiliū christo cum omnes pauperes sint christi successores: cui nosoēs sumus debitores: ergo omnis diues negans auxilia et misericordiā pauperibus in necessitate positis cōmittit furtum contra christum: et per consequēs iuste potest ipsum condēnare in iudicio dicens. Ite maledicti in ignem eternum ꝛc. Et per hoc patet responsio ad argumentum auarorum Quia sub pena furti vnusquisq̄ christianus de iure obligatur subuenire pauperibus in effectu vel in affectu: vt magis patebit psal. cviij.

Misericors recipit decē premia.

Pena auarorū ꝛ crudeliū quadruplex.

Nota.

Pauperes sunt xp̄i heredes.



Laudate pueri dominū laudate nomē domini. Sit nomē domini bñdictum: ex hoc nunc et vsq̄ in seculū. A solis ortu vsq̄ ad occasum laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus: et super celos gloria eius.

I. cccxiij. Job I. o. xxvj. q. vj c. minis trare.

De sse. d. ij. c. accesserūt.

¶ Titul⁹ alleluia. Ex titulo apparet q̄ iste psal. ē de illis psal. quos dauid fecit ad laudādū nomen dn̄i in tēplo: vt sepe dictum est. Vn̄ est notandū q̄ iudei moderni in tribus magnis festiuitatibus et in om̄i neomenia cantāt istū psalmū cū quinq̄ sequentib⁹. Et appellāt ipsum alleluia magnū siue hymnū magnū. q2 ex sex psal. faciūt vnū: ⁊ etiā in nocte pasce post q̄ comederūt panem azimū loco agni pascalis: dicūt istum psal. cū magna solēnitate: et dicunt q̄ ita faciebāt primi patres in p̄mo et scdo templo. Sed hoc isti iudei moderni nulla autoritate nec ratiōe possunt probare: immo hūc ritum: ⁊ multas alias cerimonias quas hodie seruant ordinarunt talmudiste in babylonia egypti tpe magni Constātini. Nā a destructiōe secūdi tēpli vsq̄ ad magnū Cōstantinū tanq̄ bestie viuebant iudei dispersi ⁊ captiui per mundum sine aliqua cerimonia ⁊ ritu. Sed vidētes maiores eorū q̄ maior pars iudaismi cōuertebaẗ ad fidē xp̄i simul cum populo gētili. Tunc ꝯgregati in babylonia egypti pūctuauerūt scripturā vet. te. quasi ad suū intentū. Et ordinauerunt quosdā ritus ⁊ cerimonias quas hodie seruāt: immo est dicendū de titulis psalmorū ⁊ cerimonijs: ⁊ ritibus qui seruabanẗ in primo ⁊ secundo tēplo. q̄ melius scimus nos dare rationē q̄ ipsi: et hoc p̄ Josephū ⁊ Philonem et alios antiquos quos ipsi penitus ignorant. Et ideo in similib⁹ nulla fides ē eis adhibēda. Et ideo nō est multū curandū de quibusdā ad fidem nouiter cōuersis qui volunt successiue incipiēdo ab abel per tēpora discurrēdo hos sex psalmos exponere. cū manifeste iste psalmus primus loquatur de ꝯuersione populi gentilis facta post christum. Nam manifeste propheta inuitat populum gentilem ad fidem conuersum. A solis ortu vsq̄ ad occasum ad laudandū deum: et agendum gratias: eo q̄ ipsum de stercore idolatrie suscitauit. Et inter pr̄icipes populi sui collocauit: vt patebit. ¶ Ad cuius intellectū est notandum q̄ Dauid legens et contemplans mysterium anne matris Samuelis que ante erat sterilis: et deiecta et opprobrijs afflicta et contempta a fenenna pellice sua. Et quomodo propter humilitatē suā deus aperuit vuluam eius: et peperit samuelē qui fuit sanctus ⁊ iudex in israel. Et reprobatis ⁊ interfectis filijs hely translatum est sacerdotium ad samuelem. Vnde Anna mater eius repleta spiritu sancto cecinit illud canticum. Exultauit cor meū vt patet primo Reg. tertio ca. In quo manifeste predicit reprobationem: ⁊ abdicationem synagoge et electionē populi gentilis. Per quod mysterium preuidit dauid in spiritu qualiter synagoga que ante erat fecunda in copia filiorū: erat repudianda a viro suo christo: quem per longa tempora expectauerat. Et propter superbiā. Et preuidit qualiter gentilitas que per magna tempora fuerat sterilis: quia non generabat filios ad cultum diuinum: debebat effici fecunda in aduentu christi: eo q̄ ipsum in virum erat acceptura: ⁊ ex eo plurimos filios regeneratura. Ita q̄ ipsa que ante erat abiecta in domo dei erat recipienda: et ex filijs suis erat ecclesia congregāda: et filij sui qui ante erant pagani: debebant effici ciues: et habitare in ciuitate ⁊ domo dei. Et sic domus dei: que ante stringebatur intra fines palestine, erat dilatanda a solis ortu vsq̄ ad occasum: et deus qui solum in iudea erat notus: erat adorandus et colendus a solis ortu vsq̄ ad occasum per vniuersum orbem a populo gentili ad christum conuerso. Et de hoc fecit dauid hunc psalmum: in quo duo facit. Nam primo inuitat totum populum gentilem ad laudandū dominū venientē in carnē. Secūdo ostendit eius opulentiā: et largitatē: et beneficia quare est laudandus ibi. Quis sicut dominus. ¶ Quantū ergo ad primū dicit dauid: o pueri: id est gentiles ad xp̄m nouiter conuersi simplices et teneri in fide laudate dn̄m nostrū iesum xp̄m: ⁊ laudate nomē dn̄i q̄d est saluator: q2 saluauit vos: q2 vt sic est deus et homo. Et nomē eius q̄d est iesus sit benedictū a vobis et inter vos confitentes ipsum verum deū et hominem ⁊ redēptorem. Et colite eum: et non solum colatis et benedicatis ip̄m ad tempus: sicut iudei qui coluerūt deum vsq̄ ad aduentum messie: et postea maledicunt eum ⁊ negant eum in christo. Sed colite eū. Et sit benedictum a vobis: ex hoc nunc: idest ex hoc instanti in quo cepistis fidē vsq̄ in seculū et in eternum ⁊ in omni tempore. Et nō solū in omni tēpore: sed in omni loco a solis ortu vsq̄ ad occasum. i. ab india vsq̄ in hyspaniā et mauritaniā que sunt ad occasum: et ab ethiopia in scythiā sit laudabile nomē domini a vobis. hec autē prophetia iam fuit impleta. Nam omnes isti ceperunt fidem vt ostēsum est psalmo. lxxi. Et reddit causam: quia excelsus super oēs gentes dominus. Nam sicut in gloria est super oēs celos et super om̄es angelos. Ita ergo debet esse: et erit excelsus super omnes gentes Quasi dicat q̄ sicut omnes angeli obediunt ⁊ laudant deum. Ita omnes gentes venient ad fidem: et laudabunt deum a solis ortu.

Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra. Jacob. iiij. et. j. pe. v. j. reg. ij. b.

Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cū principibus cū principibus populi sui.

¶ Hic ostendit dei omnipotentiā quare est laudādus: et quomodo est excelsus super celos et super omnes gentes. D ¶ Vnde est notandū q̄ omnipotentia vnius regis maxime in hoc demōstratur scz ex magnis facere paruos ⁊ ex paruis magnos Et deijcere superbos ⁊ exaltare humiles. Et parcere subiectis: ⁊ debellare superbos. Et ideo virgo maria in cātico suo maxime in hoc ostēdit deū esse oīpotentē: q2 deposuit potētes de sede ⁊ exaltauit humiles. Et dispersit superbos mente cordis sui Dicit ergo dauid. Quis oīpotens supple sicut est dn̄s deus n̄r qui in celis altis habitat. i. summitatem ⁊ imperiū super om̄ia tenet. Et tamē hūilia ⁊ solos hoies respicit. ⁊ diligit ⁊ fauet eis in celo. q̄

Nota de synagoga proibanda.

Oīpotētia regis in h̄ demōstraẗ

in terra. Nam in principio deiecit luciferū cū sequacibus suis supbis de celo. Et exaltauit michaelē et alios humiles: et fecit michaelem principem militie celestis. cū esset minor lucifero in natura. ¶ Et ostendit etiā deus magis suā oipotentiā cū ex hoibus qui tenent vltimū gradum in genere intellectiuo: vz suscitauit et eleuauit quosdam per gratiam in tam sublimez gradum: vt possideant loca et sedes per humilitatē quas illi angeli perdiderunt per superbiaz. Et collocentur inter principes populi et celestis exercitus. Unde deus primo respexit humilia in celo quando angelos humiles et obedientes elegit: et superbos in infernū deiecit. ¶ Secūdo respexit humilia in terra quando seipsuz exinaniuit formā serui accipiens. Et tunc erexit de terra inopem et pauperez quādo hoiem sauciatum et expoliatum redemit, et per gratiaz elegit. Et tunc inter principes populi sui collocauit quando inter hierarchiā angelorū collocauit. Item tunc suscitauit christus a terra inopē quando hominez sauciatū relictum in terra iacentez supra humeros suos posuit: et a morte peccati per mortē et passionez suam redemit. et in celo inter angelos collocauit. Ideo subdit. Suscitans a terra. idest de hominibus de terra formatis inopez scz Adam et Petruz et Paulus et latronez et magdalenam et ceteros penitētes et terrenos et erigens pauperem de stercore terrenorum. Uocat hominem pauperem inquantuz per peccatū fuit expoliatus bonis gratuitis. et originali iusticia cū suo premio fuit priuatus. Et vocat ipsum inopem inquantū fuit sauciatus in oibus potentijs fomite cōcupiscentie debilitatus. Et sic fuit sine auxilio. Et istum collocauit inter pricipes populi idest inter hierarchias angelorū et inter principatus et potestates: vnumquēqz secundū mensuram gratie sibi collate et ꝑm merita et opera bona collocauit. Itē exaltauit cū inter apostolos et euangelistas et martyres: et omnes penitentes et fideles: hic per gratiam et in celo per gloriam et hierarchias que sunt principatus celestis collocauit. Item exaltauit Petrum et Johannem et Jacobum et ceteros apostolos et discipulos de stercore et fimo artis piscatorie et ignorantia et simplicitate: et per dona spiritussancti eos ex piscatoribus apostolos et euangelistas et doctores fecit et principes terre constituit. Et sic inter principes populi sui. scz ecclesie sue collocauit. Nam principes ecclesie sunt patriarche et prophete et apostoli. Sed principaliores sunt apostoli qui nati sunt ecclesie pro patribus suis et substituti. Nā ecclesia christi ex pauperibus et simplicibus congregata est et eleuata et suscitata. Et in hoc magis ostensa est christi potentia. Item etiā per inopem suscitatū a terra intelligit populum gentilem liberatum a terrenis per fidem. Et per pauperem erectum de stercore intelligit quēlibet peccatorem a sordibus peccatorum per penitentiaz mundatum et eleuatum. Nam ille erat mortuus in terra et iste iacebat inuolutus in stercore peccatorū. D ¶ Tres ergo conditiones personarum christus eleuauit et suscitauit a terra. Naz primo

deus hominem exaltauit.

Tres cōditiōes ꝑsonaꝝ

suscitauit Adam et totam suam posteritatē fidelium et collocauit inter hierarchias angelorum. ¶ Secundo suscitauit apostolos et ceteros discipulos a terrenis et de stercore cerimonialium. Et constituit eos principes ecclesie: et collocauit eos cum principibus celestis exercitus. ¶ Tertio suscitauit et erexit populum gentilez a terrenis voluptatibus et stercore et spurcicia idolorum et nephandorum rituum: et collocauit eos cuz principibus populi sui in celo per gloriam et in hac ecclesia per gratiam et honorem. Nam successores apostolorum eos fecit. Et ex eis episcopos et sacerdotes constituit: vt magis patebit in sequenti versu.

christus suscitauit seu eleuauit.

Qui habitare facit sterilez in domo matrem filiorum letantem.

j.reg. ij. Esa. liiij.

¶ Hic concludit principale intentū. Naz postq̄ ostendit oppositionē dei: eo q̄ de celo eiecit angelos superbos et rebelles in abyssum inferni: et suscitauit de terra hominez pauperem et inopez et collocauit eum inter principatus angelorū vt possideret loca et sedes quas angeli superbi perdiderant. Ita pari ratione christus venit in hunc mundū missus a patre tanq̄ messias in lege promissus ad synagogaz secundā copie filiorū quaz deus ante per magna tēpora desponsauerat et sublimē graduz crexerat: et in proprium populū et hereditatez elegerat: cui tot beneficia contulerat et sibi ducem et saluatorez et messiā pmiserat qui eā de hoc mūdo in celū transferret. Sed ipsa velut rebellis et ingrata nō solū ipsum negauit et repudiauit: Sed etiā crucifixit. Ideo christus post resurrectionē et ascensionez ipsam repudiauit et abdicauit et reprobauit et maledixit: et sterilem reddidit. Quia sanctuario et lege priuauit et regno et sacerdotio et hostia et sacrificio. Et synagoga repudiata ecclesiam ex gētilibus cōgregauit et sibi eaz desponsauit: et fecūdaz reddidit cū sibi legem euangelicā et sacramenta donauit. Ex qua copiaz filiorūz per sacramenta quotidie regenerat. Itaqz gentilitas que ante erat sterilis et pagana et exul extra domū et hereditatē dei. Nūc autē facta est spōsa xpi et mater multorū filiorūz et fecūda: et habitat in hereditate dei et domo que est ecclesia: hic per gratiā et in futuro per gloriaz. Ideo dicit dauid. dñs deus est oipotens et laudād' in celo et in terra et excelsus. Nā gētilitatē quōdam sterilem per conuersionez ad fidem factam fecundā matrez multorum filiorūz facit habitare in domo sua letantē: que est ecclesia abdicando et repudiando synagogaz: que ante erat sponsa et fecūda et hoc factū est ex eius superbia et ingratitudine. Nota q̄ dauid ex duobus concludit repudiationez synagoge et electionez ecclesie ex gentibus congregate. Primo exemplo electiōis angeli superbi et sublimatiōe hominis humilis succedētis in dignitatē. ¶ Secūdo per figurā anne que ante fuerat sterilis et postea facta est fecunda: cuiusq; proles. scz samuel successit in sacerdotiuz filijs heli reprobatis. Et hoc adducit dauid in similitudine verborū. Primo cū dicit. Suscitās

a terra inopem. Et hm eum subdit. Qui habitare facit sterilem in domo. de quo mysterio canticum cecinit anna. j. Regū. ij. ¶ Item hoc idē vaticinatus est Esa. liiij. dicens. Lauda sterilis que nō parturis &c. Quam prophetiam adducit apostolus ad Gala. iiij. ad probandum gentilitatē venturam ad gaudium et laudem dei. Et ideo dauid preuidens hoc ante Esa. in hoc psalmo excitat gentiles nouiter conuersos ad laudem dei dicens. Laudate pueri dominum: pro gratiarum actionibus. Ex supradictis in hoc psalmo possunt recolligi sex conclusiones.

¶ Prima conclusio: ꝙ nomen domini iesu fuit dilatatum inter omnes gentiles et cultus dei a solis ortu vsque ad occasum.

¶ Secunda conclusio. ꝙ cum deus sit excelsus tamen superbos despicit et humiles respicit et eligit.

¶ Tertia conclusio: ꝙ nunc deus in celo respexit humilia quando angelos superbos de celo deiecit. et obedientes elegit: et in gratia confirmauit.

¶ Quarta conclusio ꝙ tunc deus in terra respexit et inopem de terra suscitauit quando carnem suscepit et hominem de morte peccati liberauit.

¶ Quinta conclusio: ꝙ tunc pauperem de stercore erexit; quando inter principes populi sui collocauit reprobatis iudeis et gentiles de stercore et spurcitia idolorum retraxit et inter apostolos et angelos in celo collocauit.

¶ Sexta conclusio ꝙ christus tunc sterilem in domo tanquam matrem filiorum fecit habitare quando reprobata synagoga ex gentibus conuersis suam ecclesiam congregauit: et sic gentilitas que ante sterilis erat sine fructu facta est fecunda et mater multorum filiorum per christum.

obiectio

A ¶ Sed dubitaret forte aliquis quare dauid dicit. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini &c. Et postea subdit. Laudate nomen domini quoniam suauis est &c. quia videtur facere differentiam inter dominum et nomen domini et inter laudate dominum et laudate nomen domini.

Rñsio.

Ad quod respondetur ꝙ dauid hoc nō fecit absque grandi et profundo mysterio. Nam dictum est in prologo tractatu quarto in sacra scriptura frequenter memoratur deus et verus dominus et verbum dei: siue verbum domini. Et nomen dei siue nomen domini. Et dictum est ibi quomodo deus siue dominus quandoque sumitur essentialiter quod idem est ꝙ deus trinus et vnus vt ibi. In principio creauit deus celum et terram. Et quandoque sumitur personaliter pro persona patris vt ibi. Dominus dixit ad me filius meus es tu. Et quandoque sumitur pro persona filij vt Esa. xv. pater dicit ad filium. Tu es deus absconditus. ¶ Sed verbum dei: siue verbum domini semper sumitur pro persona filij: quod quidem verbum pater ab eterno dicendo produxit per quod ex tempore facta sunt omnia. Sed nomen domini idem est quod verbum incarnatum scilicet dominus noster iesus christus deus et homo messias in lege promissus. Nam inquantum verbum ab eterno explicat totam essentiam patris tanquam eius propria diffinitio vt ibi dictum est. Sed inquantum verbum incarnatum

de⁹ qūo ꝑt sumi ꝓ ꝑsona &c.

Verbum semper sumitur pro persona filij.

dicitur nomen dei: eo quod explicauit et notificauit mundo quatuor ineffabiles effectus dei: scilicet omnipotentiam per miracula et summam dei sapientiam per dationem legis: et sua predicatione et spiritussancti missione. Et notificauit summam iusticiam: in iudeorum et tyrannorum punitione. Sed magis illam notificabit in generali iudicio. vt frequenter dictum est. Propter ista ergo quatuor que christus mundo de patre notificauit Jesus christus dicitur nomē domini. Et ideo dixit ante suam passionem Johannes decimoseptimo. Pater manifestaui nomen tuum hominibus: vt ostenderet quod propter hoc venerat in mundum. Et hoc est nomen domini tetragrammaton quod in lege veteri quatuor literis scribebatur. scilicet yot. he. vau. he. Que quidem quattuor litere hoc nomen yohesua in hebreo sonant et reddunt. quod latine iesus declinatur quod hebrei propter naturam literarum adonay pronunciabant. Et sic hoc nomen iesus est illud nomen dei quod omnes patriarche et prophete fideles veteris testamenti scire desiderabant. Et hoc nomē iesus omnes inuocabant et in hoc omnes saluari expectabant. Ex quibus patet quod differentia est maxima inter istud nomen domini. Et nomina rerum creatarum. Nam omnia nomina rerum creatarum vel sunt mentalia: vel vocalia: vel scripta: et sic omnia sunt accidentia transitoria. Et ita sunt signa rerum que non sunt res quas significant et notificant. Nam hoc nomen homo dissillabum non est homo: sed significat hominem. Sed ipse dominus iesus christus est substantia et res realis et est ipse deus qui in mundo realiter per sua opera et effectus notificauit mundo nō quod christus sit pater: sed est eadem substantia diuina cum patre: et deus sicut pater: et vnus deus cū patre et spiritussancto. Et ideo quando in sacra scriptura memoratur nomen dei siue nomen domini non intelligitur hoc nomen deus habens duas syllabas breues quia vt sic nō est deus sed quoddam accidens. Sed intelligitur iesus christus saluator noster deus et homo qui notificauit mūdo summam dei omnipotentiam et sapientiā et misericordiam et iusticiā et voluntatem patris. Nā sicut verbum materiale induit vocem vel literam vt notificet intentionem. Ita verbum diuinum induit carnem vt nobis notificaret diuina mysteria. vt inquit Augustinus. Et sic patet quod omnia creata notificantur per nomina prime intentionis vel impositionis. Sed solus deus notificatur per nomen reale qui est iesus saluator noster verbum incarnatum qui non constituitur ex literis sed ex verbo in humanitate. Unde dictum est psal. liij. ꝙ verbum incarnatum est nomen quo deus pater nominat se. Iste ergo iesus saluator est illud nomē domini quod omnes sancti patres expectabant et inuocabant in veteri testamēto et in quo expectabant saluari. Unde hoc est nomē domini quod incepit inuocare enos Gen. iiij. Item hoc est nomē dñi quod inuocauit abraā: quādo edificauit altare dñi Gen. xij. et. xiij. Item hoc est nomen dñi quod inuocauit ysaac in altari edificato Gene.

Nomen dñi dicit verbū incarnatū &c.

xxvi. Item hoc nomē inuocauit iacob sup lapidē quē erexit in titulum Gen.xxviij. Itē hoc est nomē mirabile quod deus nō reuelauit visibiliter patribus veteris testamenti vsq ad incarnationē. Itē hoc est nomen dñi quod venit de longinquo Esa. xxx. Item hoc est nomen dñi de quo dicit Esa.xij. Haurite aquas de fontib⁹ saluatoris. Et dicetis in illa die confitemini dño: et inuocate nomē eius. Item hoc est nomen domini: et nomē dei iacob qđ dauid in toto isto libro psalmorum exhortatur inuocandum et laudandum sepe de quo precipue dicit in hoc psalmo. Laudate pueri dominum laudate nomen domini. Unde ly laudate dominum dicit deum in trinitate: et ly nomē domini: dicit verbum incarnatum. i. iesum christum saluatorē. Quasi dicat o gētiles conuersi ad fidem. Laudate dominū deum in trinitate perfecta. et laudate nomē domini scilicet iesum xpm deum et hominē verbū incarnatum. Sit etiā hoc nomē domini iesus laudabile per totum populum gentilem a solis ortu vsq ad occasum postq̄ iudei receperūt ipsum. Quasi dicat q nō sufficit ad veram et perfectā latriam solū adorare. et deū trinum et vnum colere: et laudare. Sed oportet iesum christum verbum incarnatū saluatorem colere et laudare: et cū ceteris articulis ad humanitatem pertinentibus credere.

¶ Ex supradictis patet q iudei non adorant: nec laudant: nec colunt deum. Probatur. Nam nō intendunt immo detestantur adorare deum trinum et vnum. Sed ille qui est verus deus creator omnium est trinus et vnus et nullus alius est ver⁹ deus vt frequenter probatum est per scripturam. Ergo nullum deum adorant: nec colunt. ¶ Item secundo sequitur q iudei non laudant immo semper blasphemant nomen domini in scriptura frequēter memoratum. Probatur. Nam iugiter blasphemant christum et nomen eius in suis synagogis et domibus in publico et in secreto. Sed iesus christus est illud nomen dei in scriptura frequenter memoratum. ergo continue blasphemant deum et nomen eius. Ideo sicut reprobati et maledicti de quibus dicit Esayas pmo. Blasphemauerunt sanctum israel. Et alienati sunt retrorsum. Item blasphemauerunt nomen meū quotidie. Et quia hoc nomen domini contempserunt iudei: ideo fuit dilatatum et veneratum per omnes gentes a solis ortu vsq ad occasum. Ideo dicitur. Malachie.i. A solis ortu vsq ad occasum: magnum est nomen meum in gentibus et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. Quia magnum est nomen meum in gentibus et vos polluistis illud etc. Preuidens ergo dauid in spiritu reprobationem iudeorum: eo quod contempserunt hoc nomen domini et blasphemant quotidie. Et preuidens conuersionē populi gentilis in quibus debebat hoc nomen iesus coli et laudari. Dicit laudate pueri dominum laudate nomen domini etc. Quasi dicat. Postq̄ iudei reprobati contempserunt deum trinum et vnum et iesum christum qui est nomen domini. ergo vos gentiles tanq̄ pueri nouiter conuersi laudate deum in trinitate: et vnitate: et verbum incarnatum quod est nomē domini scilicet iesum christum filium dei et deum et hominē. Ex quibus patet q semper in sacra scriptura per nomen domini intelligitur iesus christus dominus noster deus et homo messias in lege promissus. Sed miseri et ceci iudei hoc mysterium et sacramentum capere non possunt ex maledictiōe et cecitate eis inflicta: quia non fuit digni tanto beneficio: nec lumine illustrari.



In exitu israel de egypto domus Jacob de populo barbaro. Exo.xiij.

Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius. de cōse. dis.iij.c. reuera.

Mare vidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsum.

Montes exultauerunt vt arietes: et colles sicut agni ouium.

¶ Huic psalmo in hebreo nullus titulus preponitur. Propter qđ iudei dicūt q nō est ps distinct⁹ a precedēti. Sed hoc videtur falsum. Primo quia videtur materia specialis et distincta. Secūdo quia iste cōputatur psalmus.cxiij. fm Hieronymū et oēs catholicos. Unde licet nō explicet titulus: tñ manifeste videtur qđ sit alleluiaticus et q dauid fecit ipsum ad laudandū deū appropriatū in festo dedicationis tabernaculi et tēpli. In quo dd intendit agere grās: quia deus memor fuit nrī et bndixit nobis: et liberauit nos de captiuitate diabolica et de iugo idolorū. Et de persecutione tyrānoꝝ per xpm filiū suū sicut quondā liberauit israel de egypto. Et sic propositio pricipaliter intēdit agere gratias: quia xps redemit nos. et elegit nos in populū suū et hereditatē. Et hoc probat per tria mysteria tanq̄ per tres propōnes. ¶ Quarū prima est q solus pplus israel fuit electus ad laudandū deū ¶ Secūda q sola iudea et terra promissionis fuit dedicata et sanctificata tanq̄ proprius locus vbi deus colit. ¶ Tertia q solus deus israel et nullus alius est venerādus et colēdus. Ideo ps iste diuiditur in tres partes. Nā in prima probat simul primas duas ppositiōes. In scđa pbat tertiā. s. q sol⁹ de⁹ israel est colēd⁹. In tertia resumit pbationē scđe ppositiōis. s. q a solis filijs israel est de⁹ colēdus. scđa ibi. Deus aūt noster in celo. Tertia ibi. Nō mortui laudabūt. (Diuisio psalmi.) ¶ Quantū ergo ad pmā ponit pmas duas propositiōes. s. q sola terra iudee siue terra promissiōis est locus dedicatus ad cultū diuinū. (Prima.) Et solus populus israel est dedicatus ad colēdum deū. Et dicit q in exitu israel. i. cum populus israel exiret de egypto. s. de illo populo barbaro et extraneo: et rudi: et inhumano. Tunc facta est iudea sanctificatio eius: id est locus sanctificationis et dedicatus: et deputatus ad dei cultū et sanctificationē. Et hec est prima ppositio. Scđa vero q factus est israel potestas et possessio eius et pplš electus ad (Scđa.)

colendū deū. Et ideo dicit moyses pharaoni ex parte dei dimitte populum meū vt sacrificet mihi &c. Exodi. iiij. ¶ Item psalmo. ciiij. Dedit eis regiones gētiū vt custodiāt iustificationes eius &c. Et has propositiones probat dauid. s. q deus elegit hūc ppl'm quod apparet. Nā cū miraculis deduxit eū per desertū: & cū miraculis introduxit eū in terrā promissionis. Nā mare rubrū fugit in transitu eorū: & diuisum est in duodeciz partes. Ergo signuz est q deus elegit illū populū & dilexit ad cultum suū. Item iordanis conuersus est retrorsum in introitu terre promissionis & filij israel transierunt pede sicco. ergo signum est q deus elegit illam terram et locum ad cultum suum. Item quando ingressi sunt inuenerunt bona pascua in terra pingui et fecunda: et sicut agni ouium exultant sequentes matres per loca et montes pigues & vberes: ita filij israel exultauerunt per montes terre promissionis et occupantes montes pingues et ciuitates et opida et campos coagulatos et vberes: et trucidarunt: et eiecerunt chananeos a sedibus suis.

Exo. xij. **Quid est tibi mare quod fugisti: & tu iordanis q2 cōuersus es retrorsum.**

Montes exultastis sicut arietes: et

exo. xvij. Nūe. xx. **colles sicut agni ouium.**

A facie domini mota est terra a facie dei iacob.

Qui conuertit petrā in stagna aquarum: et rupem in fontes aquarum.

¶ Hic probat q hoc factuz est ex magno miraculo. Unde querit dauid vt probet propositiones o mare quid est tibi q fugisti. i. vnde euenit tibi cum sis res inanimata & sine sensu & cognitione q ita fugisti & fuisti diuisum in duas diuisiones & partes & dedisti locū vt transiret ille populus cuz hoc sit contra naturā tui. Et similiter o iordanis quid euenit tibi q in transitu eorum & introitu cōuersus es retrorsum contra naturā tuā. Et o vos montes quare exultastis vt arietes. Et vos colles quare exultastis sicut agni ouium recipientes illum populum: et abijcientes chananeos & ferezeos & cetera. Cuz i nobis essent ciuitates inexpugnabiles & opida. Quasi dicat: quo modo & qua potestate hoc potuit fieri. Respondet & soluit questionem dicēs. Quia supple a facie domini mota est terra. Non a facie deorum gentilium: sed a facie dei iacob: qui est verus deus. qui in nube precedebat illum. Et in archa sedebat super cherubin. Et sic omnia obediebant ei & cedebant. Nam in virtute dei moyses percussit mare cum virga & aque diuiserunt se obedientes et parentes creatori suo. Et sic factum est de conuersione iordanis retrorsum & de ruina murorum hierico et in victoria iosue contra omnes reges chanaan. Nam omnia prosternebantur: et cedebant et parebant presentie et potestati et voci dei existentis in archa. Qui etiam conuertit petras oreb in stagna aquarū. Exo. decimoseptimo Et postea rupem et silicem in fontes aquarū. Numeri. xx. Ex quo patet q omnia ista nō facta sunt in potestate hominū: sed in sola dei potestate qui elegerat illum populū et terram ad suum cultum sicut promiserat ipsi abraā: & ysaac: & iacob: nec fecit deus hoc propter merita illius populi qui multotiens deum prouocauerat ad iram in deserto. Sed deus hoc fecit: scilicet introduxit in terrā promissionis cum tot signis et miraculis propter solam misericordiam suam et veritatem: scilicet vt impleret promissum quod pollicitus fuerat ipsi abraā: et ysaac: et iacob: scilicet q daret illam terram filijs suis &c. Ideo sequitur.

Non nobis domine nō nobis: sed nomini tuo da gloriam. I. cxxvij

Super mia tua et veritate tua neq̄ dicant gentes vbi est deus eorum.

¶ Non nobis domine: sed nomini tuo da gloriā: idest ista potestas et gloria nō est tribuēda nobis sed nomini tuo. Nec dedisti nobis istā gloriam et possessionē propter nr̄a merita: sed hec fecisti misericordia tua et veritate tua: idest propter solam misericordiam tuam: et propter veritatem tuam: scilicet vt impleres quod permisisti patribus nostris: et sic maneres ver⁹ et non fallax. ne quādo. i. ne aliquando dicāt nec dicerent gentes. Ubi est deus eorū. Nam si non impleuisset promissa irridendo dixissent gentes: vbi est deus istorum hebreorum qui promisit eis terram et non dedit. Quasi dicant mendax et fallax est: quia sic eos decepit vel nullus est. ¶ Item si nō dedisses nobis victoriam: tunc gentiles dixissent. vbi est deus eorū qui non iuuat eos. quasi dicerent. Forsan dormit deus israel: quia non iuuat eos.

Deus autem noster in celo: oia quecunq3 voluit fecit. I. cxxiiij ca. sapi. xv. di. xx vi. q. iiij. c. sciēdū

Simulacra gentiū argentū & aurū opera manuum hominum.

Os habent et non loquētur: oculos habent et non videbunt. I. cxxiiij

Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt.

Manus habent et nō palpabūt: pedes habent et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

¶ In secunda parte probat tertiā probationē: scz q solus deus israel est colendus et nullus alius. Quā sic probat. Nā solus ille deus est colendus & adoratione latrie venerandus qui fecit quecunq3 voluit in celo et in terra. Sed solus deus israel est huiusmodi: et nullus alius. Quia dij gentiū nihil possunt facere cum nō sint res viue & animate: igitur sequitur hec sententia aduersum superiorem: scz ne quando dicant gentes vbi est deus eorum. Jō dicit dauid. Deus noster est colendus: et nō dij gētiū. q2 deus nr̄ est verus deus. Q2 quecunq3 voluit

fecit tam in celo quam in terra. Sed dij eorum nihil possunt facere cum sint statue et simulacra inanimata. Et primo probat primam partem scilicet quod dij gentium non sunt colendi cum non sint veri dij nec possint iuuare suos cultores. Dicit ergo primo quod dij gentium non sunt veri dij nec colendi nec possunt iuuare cultores suos. Probatur. Quia dij gentium sunt simulacra inanimata vel illa simulacra que gentes colunt vt deos: nil aliud sunt nisi aurum et argentum et opera manuum hominum vi uentium. Ergo quomodo possunt esse dij cum non viuant. Nam licet sint facta et fabricata ad similitudinem hominum viuentium: tamen non viuunt. Nam licet habeant os et aures .i. videantur habere os et oculos: tamen non loquentur neque videbunt vnquam. Et eodem modo habent aures et nares: tamen nunquam audient nec odorabunt. Et sic eodem modo habent manus et non palpabunt. Et habent pedes et non ambulabunt et videntur habere guttur: et tamen nunquam clamabunt quia in istis simulacris predicta organa non sunt vera: sed equiuoce dicta quia homo sculptus non est homo nisi equiuoce vt ait Aristo. ij. de anima. et in topicis. Et ideo sequitur.

xxxij.q.v. tiij. sicut sanctius. **Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.**

Similes inquit fiant. Nam sicut illa simulacra sunt quasi mortua et muta et sine sensu et motu et et cognitione: ita omnes gentiles qui ea faciunt et colunt et eis confidunt: sunt facti muti et sine sensu et intellectu: et ceci et mortui quia nullum bonum agere possunt. Et sicut illa simulacra sunt mortua et inanimata. Et per consequens non possunt iuuare cultores suos. Ita non possunt coli ab aliquo: nec qui colunt talia simulacra sunt digni et apti ad colendum deum quia nil colunt cum sint similes simulacris.

xv.q.v.iij. c. ad mensam. Ad Ro. viij. et de pe. di. ij. talibus. Et di. liij. si ex bono. **Domus israel sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est.**

Domus aaron sperauit in domino adiutor eorum et protector eorum est.

Qui timent dominum sperauerunt in domino adiutor eorum et protector eorum est.

Hic probat secundam partem propositionis .s. quod deus israel est verus deus. et per consequens colendus. Probatur quia iuuat cultores suos sperantes in se. Probatur. Nam primo liberauit israel ab omnibus periculis: eo quod sperauit in eo. secundo eum benedixit et multiplicauit. Primum probatur. Nam tota domus israel sperauit in domino quando exiuit de egypto et clamauit ad eum. Et tamen ipse adiutor eorum factus est in exitu egypti et protector eorum factus est per totum desertum et in terra promissionis. vt patet per singula. Item domus aaron sperauit in domino. cum datan. et abiron et chore fecerunt coniurationem contra eum. Tamen dominus adiutor eorum factus est cum combusti sunt. cel. Et aperta est terra et deglutiuit, alios seditiosos: vt patet numeri. xvi. Sed quia diceret aliquis. Et quare dominus non audiuit omnes filios israel: quia multi mortui sunt et trucidati in deserto vt illi qui adorarunt vitulum: illi qui iniciati sunt belfegor: et omnes qui egressi sunt de egypto a .xx. annis et supra quorum cadauera iacuerunt in deserto: quorum nullus intrauit terram promissionis nisi caleph et iosue. Et tamen omnes isti sperauerunt in domino: quia cum fiducia intrandi terram promissionis exierunt de egypto. et tamen deus non iuuit eos. Ad hoc respondet dauid quod isti non timuerunt deum quia rebelles fuerunt ideo non vere sperauerunt in eo. Ideo sequitur qui timent dominum: idest deus factus est adiutor omnium eorum qui timent deum et sperauerunt in eo quia tales liberauit.

Dominus memor fuit nostri: et benedixit nobis. Nu. xxiij. et xxiiij. xv. q. i. cap. firmissime

Benedixit domui israel: benedixit domui aaron.

Benedixit omnibus qui timent dominum pusillis cum maioribus.

Secundo probat quod non solum liberauit eos a periculis. Sed etiam benedixit et multiplicauit in possessionibus et bonis temporalibus et copia filiorum ideo ait. dominus memor fuit nostri ad implendum quod promisit patribus nostris et benedixit nobis dando nobis terram chanaan in possessionem: et multiplicando nos in magnum populum sicut promisit patri nostro Abraam: et Jacob dicens: benedicam semen tuum &c. Et sic benedixit domui israel dando terram promissam. Et benedixit domui aaron dando sacerdotium et iura leuitica scilicet decimas &c. Et benedixit omnibus qui timent dominum pusillis cum maioribus: non autem rebelles. et sic non solum benedixit vos in copia bonorum temporalium. Sed in copia filiorum. Ideo sequitur xxij.q.ij. c. si quelibet.

Adijciat dominus super vos: super vos et super filios vestros. Esa. lxiij. xxxij. q. iiij. recurrat.

Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram.

Celum celi domino: terram autem dedit filijs hominum.

Adijciat dominus: et adiecit numerum super vos et fecunditatem prolis et non solum super vos: sed super filios vestros super copiam generationis et fecunditatis prolis. Et vnde hoc et quia benedicti estis vos a domino qui fecit celum et terram. Quia colitis eum et non simulacra nec deos gentium. Ideo illi qui colunt eos sunt mortui et inepti ad laudandum deum. Nam ipsum celum celi scilicet empireum datum et factum est ipsi domino deo vt ibi habitatis videatur. Terram autem dedit filijs hominum. idest omnibus filijs Adam ad habitandum et laborandum tanquam viatoribus: et ideo resumit et concludit probationem et propositum proprie propositionis quod solus populus israel est electus

et dedicatus ad colendum et laudandum deum et non gentiles eo quod sunt mortui sicut dii eorum. et facti bestiales siue inepti et mortui in peccato. Ideo sequitur.

xxviij. q. j. oēs. §. ex his. et de pe. d. ij. infirmū fundamētū.

Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc et usque in seculum.

¶ Non ergo gentiles et peccatores qui sunt mortui et inepti ad bene agendū laudabunt te domine neque omnes qui descendunt in infernum. Cum potius blasphemēt pre dolore tormētorum. Sed nos qui viuimus in lege tua per gratiam benediximus tibi domino et laudamus et colimus. Ex hoc nunc et usque in seculum. Hic per gratiam et in futuro per gloriam amē. Sed quia iste psalmus nō est inanis nec sine sacramētis sicut et ceteri. Ideo videamus quēdā vult sensus spiritualis ipsius et quid in eo intellexit dauid de xpo et ecclesia. Unde aduertēdum quod dauid cōtemplādo in exitu israel de egypto et in trāsitu maris rubri et in miraculis factis in deserto. Et in conuersione iordanis retrorsum. quando ingressi sunt filij israel terrā promissiōis. Et in victorijs iosue quādo occupauit terrā Et diuisit eam filijs israel per tribus in possessionem electis gentibus etc. Tunc preuidit in spiritu mysterium aduētus christi in carnem. Et quomodo post passionē eduxit patres de lymbo inferni Et nos omnes de tenebris peccatorum. et quō infernus fugit a facie eius. et mare. i. persecutio tyrannorum fugit. et ecclesia fidelium qui populus dei introiuit per totum mundum propulsa idolatria: et quō solus populus xpianus colit verū deū et nullū alium. Et sic de hac materia prophetando fecit hunc psalmum vt cantaretur in die sabbati. Et in festo dedicationis tabernaculi et tēpli. C

¶ Ex quo patet quod dauid nō memorauit supradictas historias et mysteria tanquam principalem materiam huius psalmi: sed tanquam propositionem et parabolas ex quibus intendit elicere tres conclusiones euangelicas.

Nota. I

¶ Quarum prima est quod solus populus xpianus est redemptus et receptus ad colendum diuina.

¶ Secūda quod sola ecclesia est dedicata ad cultū dei.

¶ Tertia quod ille met deus qui liberauit israel de egypto ante incarnationem: ille idem incarnatus liberauit patres de lymbo et ecclesiam suā de captiuitate diaboli et per consequēs christus deus et homo est dominus in celo et in terra. Ideo est vere colendus cultu latrie. Probatur quod sola ecclesia christi successit illi populo. et dicta est iudea et israel et fuit figurata per omnia illa mysteria in cuius figura facta sunt omnia illa vt frequenter probatum est. ¶ Dicit ergo dauid. Ego supple vidi in spiritu quod sicut in exitu israel de egypto. scz domus iacob. idest cum israel. i. domus iacob exiret de egypto scilz de illo populo barbaro. Tunc facta est iudea sanctificatio eius etc. Ita quod christus qui figuratus est per moysen duxit sanctos patres de lymbo inferni et oēs nos de tenebris peccatorum. Tunc iudea. scilicz ecclesia que vere deum confitetur: facta est sanctificatio eius idest electa est a christo in sanctificationem et cultum verum dei. Et israel. scz populus christianus qui est verus israel quia vere et solus videt deum per fidem factus est potestas et possessio et exercitus et hereditas eius ad possidendum terram viuentium que est regnum celorum. Et tunc in aduentu eius mare et furia diaboli et tyrannorum fugit: quia potestas eius obtusa et comprehensa est. Et populus dei transiuit: et per aquas baptismales iordanis ingressus est ecclesiam per. xij. lapides qui sunt duodecim articuli fidei. Et sic letanter possidet eam hic per gratiam et in futuro per gloriam. A ¶ Unde nota quod per iordanem qui interpretatur recte descensus recte figuratur defluxus generis humani. Nam iordanis oritur et emanat et descendit a monte libano qui inter omnes montes sirie et assirie est felicior et amenior et fructuosior et congregatur ex duobus fontibus. Et factus magnus tendit et fluit inter palestinā et arabiam petream versus meridiem: et per vallem illustrem quasi semper inter montes: et facit mare Tiberiadis: et postea in angustum alueum reductus discurrit per vallem illustrem: et tendit usque ad mare mortuum in regionem sodomorum Et ibi submergitur in illo mari amarissimo et infructuoso et horribili. Per hoc figuratur genus humanum siue defluxus generis humani descendentis a primo homine Adam qui in illo amenissimo et felicissimo monte paradisi creatus est: siue in eo constitutus: qui quidem homo componitur ex duobus fontibus: scilicet ex corpore et anima: tamen quia deo inobediens fuit. Ideo a monte paradisi eiectus est. Et descēdens de mōte per vallem lachrymarum huius mundi discurrebat cum tota sua propagine: qui licz per loca amena flueret idest per delicias huius mundi que non sunt comparande delicijs paradisi a quo eiecti sunt tamen in finem omnes submerguntur in mare mortuum inferni amarissimum multiplicibus penis et tormentis. Sed veniens dominus noster Jesus in virtute sua. Non solum mare sed iordanis conuersus est retrorsum cū in eo composuit duodecim articulos fidei. Et nō intrauit mare mortuum: immo per ipsum transiuit populus christianus in istam ecclesiam per gratiam et in superiorem per gloriam. Et mare rubrum huius mundi quod omnes submergebat: et iordanis qui omnes ad mare mortuum deferebat facti sunt per quatuor permittentes non transire in patriam nobis promissam. In qua sicut agni ouium et arietes letemur pascentes in montibus et collibus ecclesiasticis pascua vberrima et saluberrima sacramentorum hic per gratiam et in futuro per gloriam. Ideo dauid contemplans huiusmodi mysteria interrogat mare rubrum et iordanem. et montes et colles dicens. Quid est tibi mare quod fugisti et tu iordanis etc. quasi dicat. Quomodo et in qua virtute permisisti trāsire illū pplm. i. quid significabāt ista mysteria? Et rndet spūssanctus per os dauid prophe-

Jordanis. figurat dfluxū generis hūani.

Nota.


tando aduentū xp̄i dicens. vis scire quid hoc significat. Quia a facie domini nostri iesu xp̄i q̄ est deus iacob messie in lege promissi mota est et mouebit tota terra. Nam in eius natiuitate oia regna mundi fuerunt mota: q2 flumen nili diuisum est in.vij. hostia ⁊ inundauit vltra solitū: ⁊ omnes dij ⁊ idola gentium clamarunt apud meotidas paludes ⁊ caspia regna regem pacis esse natum ⁊ templum pacis rome prostratum est: ⁊ stella preter solitum in oriente apparuit qui magos ad xp̄m perduxit ⁊ postea a facie eius mota est terra centralis inferni cum inde patres abstraxit: ⁊ magis mota est q̄n apostolos per mundum misit ⁊ mare tyrannorum fugit ⁊ cessit: ⁊ idolatria reiecta fides ⁊ ecclia mundum occupauit in virtute xp̄i. Nam sicut tunc tota terra mota est a facie domini qui portabatur in arca: ita tota terra gentilium mota est a facie domini iesu quod apostoli portabant in arca euangelica qui conuertit petram in stagna aquarū cū corpus suum lancea est perforatum et exiuit sanguis ⁊ aqua in remissionem peccatorum vnde sacramenta ecclesiastica virtutē sumpserunt. ¶ Itē cōuertit rupē in fontes aquarum cū misit spiritū in discipulos: ⁊ dedit eis septem dona spūssc̄ti ⁊c. Unde aliqui q̄ erant grossi ⁊ duri sicut rupis prorumperunt in fontes aquarū sapiētie dei ⁊ effuderūt per totū mundū. vnde haurimus aquas sapiētie legis euāgelice. Et ideo propheta apostrophat ad xp̄m petens ⁊ rogās vt ista cito impleantur: vt veniat sicuti promisit sanctis patriarchis: ⁊ deleat idola gentium ⁊ omnes veniant ad terrā promissam vere fidei: ⁊ in ipso benedicētur omnes gētes q2 hoc nō cedit p̄ricipaliter ad gloriā n̄ram s3 suā. Ideo subdit. o dn̄e iesu xp̄e non nobis. i. nō dicimus q̄ venias ex meritis nostris: quia nō meremur introire in gloriam. Sed da gloriam nomini tuo. i. vt omnes gētes seruiāt tibi. i. adorēt ⁊ colāt nomē tuum quod est iesus. i. colāt iesum xp̄m q̄ est nomē tuum. Et hoc fac super misericordia tua. i. propter misericordiā tuā ⁊ veritatē tuā vt impleas quod promisisti abrae. s3 in semine tuo benedicētur omnes gentes ergo fac q̄ hoc sit verum. Ne aliquando dicant gentes vbi est deus eorum iudeorum qui expectant messiam in eis promissum. Quia cum sis dominus hoc potes facere. Nā tu es deus in celo. Qui omnia quecunq̄ voluisti fecisti vsq̄ ad presens tempus. Nam tu de nihilo creasti celū ⁊ terram: ⁊ liberasti patres nostros ⁊ eiecisti gentes et punisti: et introduxisti eos in terrā promissam: que quidem mysteria significabant aduentum tuum: et ruinam idolatrie et electionem ecclesie: et hereditatem et possessionem ⁊ cetera. Ergo non permittas regnare idola gentiū et simulacra cū nō sint nisi argentū et aurum: ⁊ opera manuū hominum ergo omnes qui faciūt ea ⁊ qui cōfidūt in eis et nolunt conuerti fiant similes illis scilicet muti et sine sensu ⁊c. Haud sic de nobis qui sumus domus israel et vera ecclesia. Nam domus israel scilicet ecclesia fideliū sperauit in domino. Quia sicut ille pp̄ls sperauit in domino. ⁊ dn̄s adiutor eorū fuit eos a periculis temporalib⁹ liberādo. Ita pp̄ls xp̄ianus ⁊ ecclesia que sperauit i dn̄o liberabit ⁊ est liberata per xp̄m a morte peccati ⁊ periculis spūalibus p aduētum suū: ⁊ sicut tunc dn̄s memor fuit illius populi: ⁊ benedixit ei in terram promissā introducēdo ⁊ possessiones: ⁊ bona tēporalia cōferendo. Et benedixit domui aaron sacerdotiū ⁊ cetera iura leuitica largiēdo. Ita dedit xp̄s petro ⁊ successoribus suis episcopis et presbyteris ⁊ toti cetui apostolorum tradidit claues regni celorum et ecclesiasticam potestatem: et tam iura temporalia quam spiritualia. Et sic benedixit domui et cetui ministrorum ecclesie. Et vt breuiter omnes fideles comprehendantur. Dicit quod benedixit omnibus qui timent dominum pusillis cum maioribus scilicet paruis ⁊ magnis diuitib⁹ et pauperibus et simplicibus grecis et barbaris et latinis. Postq̄ venerunt ad fidem et deū timēt. Et quia ex paucis iudeis scilicet apostolis et discipulis icepit ecclesia. Sed postea creuit in magnum numerum ex gentibus per totum orbem. Ideo ait propheta. Adijciat dominus super vos. O apostoli et discipuli id est crescere vos faciat. ⁊ addat magnū numerum super vos: ⁊ super filios vestros ex gentibus ad fidē regeneratos. Et subdit. o fideles benedicti estis a domino qui fecit celum et terram. Ex quo cepistis baptismum: et non curatis habere regnum in terris: nec congregare bona mundana et temporalia: nec scandalizamini si homines praui et mundani abundant bonis temporalibus et conculcant et persequuntur iustos. Et vos estis inopes et pauperes et afflicti ab impijs. Nam in hoc mundo tantum habent felicitatem. Uestra autem merces in celo est. Nam deus pater dedit domino nostro iesu christo celū celi id est celum empireum in possessionem et habitationem eternam: vbi est summa et eterna ⁊ secura felicitas. Et hoc celum dedit pater filio pro se et suis fidelibus: terram autem istam inferiorē dedit filijs hominum scilicet terrenis et mundanis: cuius felicitas erit breuis et pena erit eterna. Nam licet videantur viuere tamen mortui sunt deo et priuati illa superiori vita eterna. Nam hic sunt mortui in suo peccato et in futuro per penas in inferno. Et ideo subdit propheta. non isti homines terreni qui sunt mortui in peccato laudabunt te o domine hic in hoc mundo: nec omnes qui descendunt in infernum laudabunt te: immo blasphemant hic peccando et ibi penas patiendo. sed nos qui viuimus hic per gratiam seruando legem euangelicam benedicimus domino ore et opere. Benedicimus dico. Ex hoc nunc idest iam incepimus ex hoc instanti. Ex hoc seculo viuendo per gratiam. Et vsq̄ in seculum aliud fruendo per gloriam. A ¶ Ex isto textu scilicet celum celi domino terram autem dedit filijs hominum. Dogmatizant magistri moderni iudeorum in synagogis suis quod homines post hanc vitam non ascendunt in celum: nec ascenderent post resurrectionem. Sed manebunt in terrestri paradiso cum Abraam: Isaac: et Iacob: et ibi erunt in perpetuum. Nam celum non est datum hominibus: sed domino deo. Terram autem dedit filijs hominum ad habitandum ⁊ manēdū.

Nota q̄ regna in xp̄i natiuitate ⁊c.

Contra h̄reticos q̄ dicunt hoies nō ascendere celū.

Unde iudei moderni non expectant gloriam in celo: sed in terra cum Abraam ysaac et Jacob scz in illa terra unde fuit eiectus Adam. habet enim pro inconuenienti quod homines possint ascendere in celum nec ibi manere cum sit contra naturam hominis. Sed quantum sit detestabilis ista doctrina et contra sacram scripturam de ipso manifestum est. Nam sicut non est inconueniens nec impossibile quod angeli deo rebelles a principio fuerint deiecti de celo non solum in facie terre: sed usque in profundum inferni ubi perpetuis cruciantur penis eternis. Ita non est inconueniens quod homines iusti et sancti qui non secundum carnem vixerunt et penitentiam de suis peccatis egerunt ascendant in celum et inter hierarchias angelorum collati sempiterno euo fruantur: ut dictum est psalmo precedenti. Nam licet hoc non conueniat nec debeatur hominibus per naturam: tamen datur eis per gratiam et merita passionis christi cuius membra sunt per baptismum et fidem effecti. Unde quando xps ascendit in altum celum in die ascensionis secum duxit captiuitatem sanctorum patrum scilicet. Adam: Abraam: ysaac et Jacob ut dictum est psal. lxvij. Et sic Abraam ysaac et Jacob non sunt in hac terra ut isti moderni iudei mentiuntur. Sed regnant in celo cum christo et cum filijs promissionis. Et ideo isti iudei carnales numquam ascendunt cum eis in celum sed in infernum perpetuo cruciandi descendunt. Jdeo dicit christus Matt. viij. Quod multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum Abraam: ysaac: et Jacob: in regno celorum. Filij autem regni mittentur in tenebras exteriores: ubi erit fletus et stridor dentium. Et ideo dauid notanter dixit. Celum celi domino id est quod deus pater dedit celum christo domino celi pro se et suis membris: quia omnes ascendemus cum capite nostro xpo. Sed terram dedit filijs hominum id est carnaliter: et secundum hominem viuentibus. Nam fideles iam non dicuntur filij hominum: sed hoc non possunt capere obcecati et obstinati iudei. Nam qui vult accipere repromissionem in celo cum Abraam: ysaac: et Jacob oportet quod ascendat cum christo capite nostro cum quo illi ascenderunt. Aliter nemo poterit ascendere nisi efficiatur membrum christi. Quia nemo ascendit in celum: nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Qui cum fuit exaltatus in celum et in crucem omnia sua membra traxit ad seipsum Johan. iij.

xv. di. ca sctā romana.



Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis mee.

Quia inclinauit aurem suam mihi: et in diebus meis inuocabo.

b. xvij. a vij. qō. j. aduersitas. Et xxiij. qō. iiij. c. vlt.

Circundederunt me dolores mortis et pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem et dolorem inueni: et nomen domini inuocaui.

¶ Titulus alleluia. Ex titulo apparet quod Dauid fecit hunc psalmum ad laudandum deum in festiuitatibus determinatis maxime in die pasche: eo quod agit gratias pro toto genere humano: quia fuit liberatum de captiuitate diaboli: et viuificatum a morte eterna: et constitutum in regione viuorum: idest in ecclesia christi viuendo per gratiam. Diuisio psalmi.
¶ Tria ergo facit. Nam primo proponit quod intendit narrando afflictiones in quibus erat positus iste homo mysticus. Secundo inuocat christum ut veniat in carnem ad liberandum ipsum. Tertio excitat animam suam ad penitentiam et fidem ad agendum gratias: secunda ibi. O domine libera animam meam: tertia ibi. Conuertere anima mea.
¶ Quantum ad primum est notandum secundum apostolum ad Ephesios primo. Et secundum Augustinum in sermone de apostolis. Quod deus prius dilexit nos affectu et effectu: quam nos diligeremus ipsum. Nam ipse ab eterno dilexit nos et elegit: et predestinauit antequam essemus. Et postea gratificauit nos in christo filio suo: et vocauit nos per ipsum ad fidem: et redemit nos antequam aliquid boni faceremus: et sic patet quod nos ex debito tenemur ipsum diligere et amare: quia per prius dilexit nos non solummodo in affectu: sed etiam in effectu conferendo talia beneficia. Et ideo Adam mysticus qui introducitur ad loquendum in hoc psalmo cum sua posteritate fidelium dicit: ego dilexi: idest teneor diligere dominum. Et ponitur preteritum pro futuro ratione certitudinis prophetie: ut dictum est pluries: et patet per litteram sequentem: idest diligam dominum: quoniam ipse dominus exaudiet vocem orationis mee factam per patriarchas et prophetas. Et diligam etiam ipsum: et teneor de debito ipsum semper diligere: eo quod inuoco ipsum. Primo ut veniat ad liberandum me. Et postquam liberauit me: inuoco cum agendo gratias: et bene cogor inuocare ipm ut veniat. Nam postquam fui eiectus a paradiso per peccatum circundederunt me dolores mortis. Quia fui afflictus in corpore multis infirmitatibus et miserijs. Et in anima fui fauciatus et vulneratus fomite concupiscentie propter quod sum pronus semper ad male agendum et cadendum: et impotens et fragilis ad bene operandum. Et sic pericula inferni inuenerunt me propter peccatum originale et actuale. Et sic pericula inferni inuenerunt me: quia cecidi in mortem perpetuam et eternam a qua non possum liberari nisi per christum. Et ideo nomen domini inuocaui per patriarchas et prophetas existens in tali tribulatione et dolore a principio casus mei usque ad christum: et ideo inuocaui nomen eius quod est iesus et saluator: quia nullum aliud nomen est sub celo in quo nos oporteat saluari: nisi in christo iesu quod est nomen tetragrammaton continens in se quattuor virtutes: scilicet omnipotentiam, sapientiam: misericordiam: et iustitiam: ut dictum est in prologo psalmi. viij. et cxij. De prius dilexit nos.

O domine libera animam meam misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur. De cōse. di. ij. itera. xxvij. ij. q. j. q̄ dignior

Custodiens paruulos dñs humiliatus sum et liberauit me.

¶ In hac scda parte pphēta in psona totius corporis mystici conuertitur ad xp̄m vt veniat ad liberandū ipm a supradictis penis et miserijs in q̄s incidit per pctm ⁊ dicit. O dñe iesu xp̄e libera animam meā a supradictis penis: q: tu es dñs quantum ad oīpotentiā. Et es misericors ⁊ iustus: q: h̄ cōtinet nomen tuum iesus quod est nomen tetragramatō. Et ideo tu solus potes me liberare: q: deus ethō ⁊ pphēta mutat psonam per semetipsum dicēs. Deus noster iesus xp̄s miserek̄ nobis: eo q̄ est misericors et iustus. Et est dñs custodiēs paruulos .i. hūiles ⁊ simplices. Quasi dicat volēdo seipsum ⁊ nos cōsolari iesus xp̄s dñs deus nr̄ miserebik̄ nr̄i: q: ipe est pr̄ ⁊ aduocat⁹ ⁊ tutor pauperū: ⁊ simpliciū ⁊ miseror̄: iō efficiamur paruuli per hūilitatē ⁊ fidē ⁊ miserebik̄ nr̄i: q: ego hūiliatus sum per fidem. ideo liberauit me per passionē suā et ecclesiastica sacramenta. Item humiliatus sum idest deiectus et punitus in hac valle miserie propter peccatum: tñ dominus iesus liberauit et redemit me in aduentu suo.

supra.lv di.ij.qd. vij.c.testes .§. xp̄s.de psc.d.ij. fucare.

Conuertere aīa mea in requiē tuam: q: dñs benefecit tibi.

Q: eripuit aīam meā de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu.

Placebo dño in regione viuorum.

¶ In hac tertia parte excitat aīam suā ad fidē xp̄i et ad agendū grās: ⁊ ad contēplationem pro beneficio redēptionis pfecte per xp̄m. vnde dicit. O aīa cōuertere in requiē tuā .i. ad statū grē a quo cecidisti per pctm̄: q: dñs iesus xp̄s bñfecit tibi te redimēdo per mortē et passionē. Q: eripuit animam meā de morte ad quā erat cōdēnata per peccatū. Et eripuit oculos meos a lachrymis ⁊ penis in q̄bus erā q: semp flebā casum meū ⁊ felicitatē quā pdiderā. Et eripuit ēt pedes meos a lapsu. Et dedit mihi grām ad resistendū tētatiōibus ne cadā in peccatū ⁊ sic sanauit vulnera mea: ⁊ viuificauit aīam meā a morte. Vñ q: ante eram mortuus per peccatū: nūc viuo per gratiam. Ideo humiliatus in regione viuor̄ que est ecclia: placebo dño: idest orationes mee: ⁊ bona opa erūt deo grata ⁊ accepta: q: extra ecclesiam nullus exaudik̄. Q: nō mortui laudabūt te dñe: neq3 oēs qui descēdunt in infernū: vt dictū est psal. precedenti. Sed nos q̄ viuimus in hac regione viuor̄ per gratiā ⁊ in futuro per gloriā placebimus dño: q: laudes nr̄e ⁊ orōnes erūt deo grate et accepte. Nota q̄ istum psal. cātat ecclesia in psona cuiuslibet defuncti existentis in purgatorio inquantum desiderat liberari p suffragia ecclie. vt requiescat ⁊ placeat deo in regiōe viuor̄ p gl̄iā. Et sic ēt tota ecclia cātat hunc psalmū anagogice in dieb⁹ ferialib⁹ inquātū petit liberari a vinculis ⁊ morte corpis hui⁹ ⁊ quiescere cū xp̄o in superna regione viuorum.



Redidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. ij.cor.iiij. ij.de pe. di.iij.c.si qui. Rom. iij. ⁊ d̄ psc.d.ij.c. literas.

Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax.

¶ Huic psalmo nullus titul⁹ ponitur in hebreo. Sed de se ostēdit q̄ est alleluiaticus eo q̄ agit grās de bñficijs receptis. ¶ Ad cuius intellectum est preaduertendū q̄ dauid primo⁹ fuit homo simplex ⁊ pastor ⁊ ignarus sicut dictū fuit psal. xxij. ⁊ lxxvij. Et sic absq3 litteris et scientia credebat per solam fidem ⁊ viuebat in fide ecclesie ẜm illū statum ⁊ confitebatur xp̄m futurū in sola fide parentum: sed quādo spiritus saulis transiuit in ipsum iam fuit magis illustratus: sed quādo dedit totū seipsum diuine cōtemplationi ⁊ rapiebak̄ in extasim ⁊ excessum mētis tūc in spū ⁊ lumine prophetico p̄uidit oīa futura mysteria de xp̄o ⁊ ecclia put erant figurata in lege moysi ⁊ in gestis patriarchar̄ ⁊ prophetar̄ qui ipsum precesserant ⁊ in gestis iosue ⁊ iudicū: in oībus aduersitatibus ⁊ psperitatibus suis: ⁊ sic in illa contēplatiōe ⁊ mentis cōcessu ⁊ extasi: in quā frequēter rapiebatur vidit māifeste q̄liter sola sacra scriptura ⁊ lex diuia erat vera eo q̄ erat a solo deo ipsi moysi ⁊ patriarchis ⁊ prophetis tradita. Et vidit quomō supstitio gentiū erat falsa. eo q̄ erat a diabolo ⁊ hoībus cōficta: q: sicut nullū est ens nisi pcedat a prima entitate. Ita nullū potest esse verum: nisi pcedat a prima veritate que est deus .s. verbū eternū filius pr̄is qui illuminauit mētes patriarchar̄ ⁊ pphetarū ⁊ reuelauit eis veritatem suā in sacra scriptura. Et sic supstitio gentiliū nullo mōpotuit esse vera postq̄ nō fuit a prima veritate reuelata: sed a diabolo ⁊ hoībus cōficta. Et sic vidit qualiter est oīs hō mēdax in verbis suis inquātū loquik̄ ex proprijs de rebus diuinis: nisi illustretur a spūsctō: ⁊ ideo sacerdotes ⁊ poete et nigromātici ⁊ magi gētiliū fuerūt mendaces in verbis et traditionibus suis: eo q̄ nō fuerūt illustrati a prima veritate: sed delusi a diabolo q̄ ab initio in veritate nō stetit s3 semper fuit mendax ⁊ pater eius. In eadem ⁊ multiplici extasi preuidit dd̄ in spū q̄liter filius dei q̄ est prima veritas qui locutus fuit moysi ⁊ patriarchis ⁊ pphetis vete. testa. erat vēturus in carnē et locuturus aplis simplicibus ⁊ illiteratis: q̄ quidē apl̄i primo debebāt simplr̄ credere xp̄o ⁊ seq̄ ipm sed post resurrectionem debebat mittere eis spm̄ sanctū ⁊ rapere eos in altiorē extasim ⁊ illustrare eorum mentes altiori lumine supra omnes patriarchas ⁊ prophetas vt intelligerent claro lumine oīa illa que sub figuris ⁊ enigmatibus preuiderunt prophete. Et preuidit etiam dauid qualiter isti apostoli ⁊ discipuli sic illustrati debebant dispergi per totum mundum ad predicandum veritatem euangelicam quam a christo acceperant et debebant eliminare et exterminare mendacium et falsam superstitionem quam diabolus seminauerat in populo gentili: et sic apostoli ⁊ martyres debebant edificare ecclesiam in populo gentili: Nota.

toto orbe diffusam et sanguine suo eam irrigare et confirmare: et in ea seipsos in hostiam et sacrificium deo offerre. Et sic patet qualiter apostoli simplices et ydiote primo simpliciter christo crediderunt: sed postea per receptionem spiritussancti in illa extasi rapti totam sacram scripturam in lumine euangelico intellexerunt. Et sic locuti sunt et predicauerunt euangelium per vniuersum orbem per quam predicationem totum mundum iugo christi subiecerunt propter quam fidem seipsos morti et martyrio in eadem ecclesia obtulerunt. omnia ergo ista preuidens dauid in spiritu et extasi sua fecit hunc psalmum in quo introducit ecclesiam apostolorum et omnium martyrum et doctorum et omnium fidelium loquentem et agentem christo gratias pro beneficio fidei et luminis euangelij recepti. In quo psalmo duo facit. Nam primo explicat beneficium receptum Secundo promittit se gratias acturum et sacrificium oblaturum pro tanto beneficio recepto. ibi. Quid retribuam domino. ¶ Quantum ergo ad primum dicit cetus apostolorum et discipulorum et totus homo mysticus. Ego quoque credidi iesu christo qui est prima veritas: et secutus sum ipsum et instruxit me primo in monte. Mat. v. Et ex consequenti in sua predicatione propter quod et propter quam simplicem veritatem locutus sum et predicaui legem euangelicam primo in sola terra promissionis quando misit me ad predicandum et baptizandum in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse venturus vt patet Luce. ix. et x. Unde debet sic ordinari ista litera. Ego nolui assentire mendacio scribarum et phariseorum: nec false superstitioni gentilium. autem pro sed humiliatus sum nimis: et captiuaui intellectum meum et credidi christum qui est prima veritas et propter quod et propter quam credulitatem et veritatem locutus sum et predicaui euangelium omni creature. D ¶ Et postea ego dixi in excessu et extasi idest cognoui in illa receptione spiritussancti qualiter sola lex diuina a spiritusancto illustrata et reuelata erat vera. et omnis alia doctrina erat falsa: quia omnis homo carnalis inquantum homo est mendax: et sic omnis doctrina eius est mendacium nisi a spiritusancto homini reueletur: quia tunc ille homo sic illustratus non est homo: sed deus per participationem. vt dictum est psalmo lxxxi. ¶ Ita etiam intelligentia et sententia potest incipere in secundo versu vt sit sensus. Ego in illo excessu meo et extasi illustratus in die Pentecostes dixi et cognoui qualiter omnis homo inquantum homo est mendax in propria scientia et doctrina nisi fuerit a deo qui est prima veritas illustratus: et sic noui qualiter doctrina scribarum et phariseorum erat mendax et falsa: eo quod non erat a deo sed ab eis propter lucrum suum conficta. et dixi et noui detestabilem superstitionem gentilium esse falsam: quia non erat a deo sed a diabolo et sacerdotibus et poetis eorum infecta et persuasa. Et ideo nolui credere nec assentire falso fermento scribarum et phariseorum: nec nephande superstitioni gentilium. autem pro sed sum humiliatus sum nimis et captiuaui intellectum meum et credidi christo qui est prima veritas et secutus sum ipsum propter quod ego locutus et confessus sum ipsum esse verum deum et messiam in lege promissum. et locutus sum et predicaui euangelium omni creature. Si ergo christus fecit mihi tantam gratiam pre ceteris: quid ergo retribuam domino pro omnibus et tantis beneficijs que christus retribuit mihi. Ista etiam sunt verba populi gentilis ad christum conuersi humiliauit seipsum et credidit christo et tamen illustratus cognoscens seipsum et falsam superstitionem in qua prius erat dixit in sua contemplatione veritatis: quod omnis homo carnalis est mendax in sua doctrina nisi fuerit a deo illustratus vt patet, Hieremie. xvi. vbi dicitur. Euntes ad te venient ab extremis terre et dicent vere mendacium possederunt patres nostri veritatem que eis non profuit etc. Que omnia fuerunt impleta in Augustino et Ambrosio et ceteris doctoribus et Martyribus conuersis ex populo gentili: qui non solum in predicationibus: sed etiam in disputationibus et scripturis detexerunt deceptionem et mendacium in quo laborabat totus ille populus ante suam conuersionem: vt ostendit Augustinus in decem primis libris de ciuitate dei. et Eusebius in libris de preparatione et veritate euangelica. et in triginta libris contra porphirium et hoc. idem Lactantius octo libris diuinarum institutionum. Et sic de multis qui omnes dixerunt in suo mentis excessu et contemplatione. et confessi sunt illam detestabilem superstitionem esse falsam et mendacem a diabolo et hominibus carnalibus confectam de quo quidem populo gentili post conuersionem et agnitionem veritatis fuerunt multi martyres et doctores et religiosi et heremite. Et sic obtulerunt seipsos in hostiam deo placentem pro christo et fide euangelica quam ante impugnauerant. ¶ Ex his patet quod nulla doctrina de rebus diuinis est vera: nisi illa que tradita est a spiritusancto per patriarchas et prophetas et apostolos et doctores in quibus locutus est spiritussanctus. Quia non erant illi qui loquebantur: sed spiritus patris qui loquebatur in eis. Ergo omnis homo de se semper est mendax. Quia omne verum a quocunque dicatur a spiritusancto est secundum Ambrosium. Et ideo nullus de se debet presumere nec affirmare aliquid sine autoritate sacre scripture secundum Dionysium et Augustinum in sermone de martyribus vbi declarat hunc versum. Et etiam ad hunc sermonem allegat apostolus hos versiculos. ij. ad Corinthios quarto.

Diuisio psalmi.

Doctrina non est vera nisi a spiritusancto detur.

Quid retribuam domino: pro omnibus que retribuit mihi.

Calicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. xv. q. i. c. reuertimini.

Uota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. i. eodem. et sap. ix. a.

¶ In hac secunda parte intendit agere gratias pro beneficijs receptis puta pro beneficio redemptio-

nis et electionis: quia elegit ipsum per fidem: sed quia est difficile ꝓ his deo satisfacere: ⁊ grãs sufficienter reddere: ideo ait. Quid retribuã domino et quã satisfactionẽ faciã pro his omnibusque retribuit mihi. Quia primo me de nihilo creauit: et in tanto honore in paradiso ꝑfecit: et post lapsuꝫ me proprio sanguine redemit. Et demuꝫ per gratiam et fidẽ vocauit et elegit. Et iudeis manẽtib⁹ cecis in ecclesia sua congregauit: et veram et sanã doctrinam docuit. Et fidem inspirauit per quam cum audacia predicaui: et locutus sum. Non sum ergo sufficiens pro tantis beneficijs satisfacere. Sed scio quid faciam. Nam cum bona temporalia nõ sufficiãt: dabo sibi qđ preciosius habeo: scilicet meipsum et vitam meam. Nam sicut ipse obtulit se pro me in ara crucis ad mortem: et bibit ꝓ me calicem passionis. Ita ego offeram meipsum et exponam me ad mortem pro ipso et defensione sui nominis et legis euangelice. Et sic calicem salutaris: scilicet passionis et mortis martyrij accipiam. Et nomẽ domini inuocabo: et cõfitebor coram hominibus. Nã quia video ꝙ nil est preciosius apud deũ: et in cõspectu domini ꝙ̃ mors sanctorum eius per martyrium. Ideo vota mea dño reddam: scꝫ meipsum offerã: et ad mortẽ ⁊ martyrium libenter exponam. Et nomẽ Jesu christi cõfitebor: nõ abscõse: sed coram omni populo eius: sicut ipse cõfessus est me in cruce corã hoib⁹: ⁊ mortuus est et passus est. Ita ego volo pro eo mori: q: scio ꝙ preciosa ⁊ magni precij est in ꝯspectu domini mors sanctorũ eius: per martyriuꝫ voluntariũ propter nomen eius. Quod quidem votũ factum a dauid in persona totius ecclesie fuit impletum in omnibus apostolis et martyribus: q̇ passi sunt pro christo: et calicem martyrij acceperunt: ⁊ etiã impletum est per Magdalenam: ⁊ athanasium ⁊ Ambrosium ⁊ Hylarium: ⁊ Hieronymum: ⁊ Augustinum qui pro christo persecutiones ⁊ labores sustulerunt: et seipsos ad labores et ꝑnitentiam exposuerunt: et totam vitam obtulerunt. Quia omnes isti ad mortem eiuslem seipsos pro christo obtulerunt quia si vita christiani scđm ecclesiã viuat martyriũ est vt inquit Augustin⁹. Nam nullus potest retribuere: nec satisfacere christo ꝓ tantis beneficijs receptis nisi per martyrium.

xxij.q.ij. cũ redẽptor.

O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus ⁊ filius ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen domini inuocabo.

supra eodem.

Vota mea domino reddã in ꝯspectu omnis populi eius: in atrijs domus domini in medio tui hierusalem.

¶ Sed conuersus in se dauid in persona ecclesie considerans ⁊ contemplãs magnitudinẽ: ⁊ immẽsitatem beneficiorum a xp̃o: et cõsiderãs paruitatem muneris nostri: videns ꝙ non est conueniens retributio: nec recompensatio nostra: nec equa cõmutatio. Et sic non satisfacimus: licet offeramus nosmetipsos ad mortẽ. Nam ipse dominus ⁊ innocens obtulit se pro nobis peccatoribus. Et sic obtulit infinitũ ⁊ mundũ pro finito ⁊ immundo. Et nos offerimus finitum et paruum. Itẽ nos sumus serui: et ipse dominus: ergo nõ est equa commutatio. Item ipse nos liberauit a captiuitate ⁊ morte eterna. Et nos per martyriũ solum reddimus vitam temporalẽ: ergo maior fuit damnatio ꝙ̃ sit retributio: et maius donũ ꝙ̃ munus. ¶ Item si nos damus nosmetipsos facimus quod debemus et tenemur. Nam ex debito seruus tenet̃ mori pro dño: et defendere nomen suũ. Ideo faciens hoc inutilis seruus est: q: facit quod debet: ⁊ nihil erogat de suo. Luc.xij. Itẽ magis est seruus ille q̃ est redẽptus ꝙ̃ ille qui solũ est iure belli captiuus et raptus. Et magis tenetur redemptori quam emptori siue pirate qui ipsum rapuit siue bellatori qui ip̃m iure belli acquisiuit quia iste violenter possidet: et ille libenter ⁊ gratanter. Ex quo sequitur: ꝙ licꝫ pro xp̃o nosmetipsos martyrio exponamus nõ eque satisfacimus: nec equale mun⁹ retribuimus: q: nihil nostri offerimus: q: iam serui eius sumus: ⁊ facimus qđ tenemur. Ideo subdit. O dñe licꝫ accipiã calicẽ martyrij pro te nõ satisfacio: nec retribuo equale munus dono recepto: quia nihil offero de meo. Nam ego sum iam seruus tuus in persona creatus ⁊ redẽptus qđ fortius est filius ancille tue: scilicꝫ nature humane primo captiue: ⁊ postea redẽpte: ergo nõ solum sum seruus in persona: sed etiã in natura. Naꝫ magis captiuus est ille qui est captiuus ⁊ filius ancille ⁊ captiue: ꝙ̃ ille qui solũ est captiuus et filius libere: sicut est ille qui est raptus a pirata: cui⁹ mater est libera in ciuitate sua: licet iste seruiat in domo domini sui qui rapuit eum. Nos autẽ non sumus serui a fortuna sicut est raptus a pirata vel capt⁹ in bello. Sed eramus serui natura: ⁊ filij ire ⁊ vindicte: a qua seruitute tu christe nos liberasti. Et sic sum nunc filius ecclesie que est ancilla tua a captiuitate redẽpta: ex quibus patꝫ ꝙ in exponendo me morti: nihil do de meo: immo nõ retribuo equum munus. Nam tu me a captiuitate liberasti: ⁊ dirupisti vincula mea per mortem et passionẽ ⁊ resurrectionẽ: q̇bus vinculis tenebar vict⁹: et captiuus in potestate peccati: ergo iam sum seru⁹ tuus. Si ergo non possuꝫ retribuere equale munus: eo qđ sum seruus: et tu dirupisti vincula captiuitatis et peccati mei. Scio quid faciã: offerã enim maius munus ⁊ sacrificiũ qđ nõ est meũ: sed tuũ qđ est bonum de ope opato. Et iđ tibi sacrificabo hostiaꝫ laudis ⁊ de se laudabilẽ ⁊ bonã qđ est sacr̃m eucharistie: in quo offert̃ xp̃s filius tuus. O pr̃ qđ sacrificiũ non potes refutare: cũ sit preciũ infinitum tibi acceptabile agnus sine macula. Secundo vere nomẽ dñi inuocabo petendo salutẽ redẽptionis. Nam offerẽdo illud sacrificiũ et hostiam participamus xp̃i passionẽ: ⁊ redẽptionẽ: et salutẽ. Quia in memoriã eius passionis celebramus. Istam ergo hostiã sacrificabo tibi quotidie. Et sic reddaꝫ ista vota mea domino in cõspectu toti⁹ ppl̃i xp̃iani. Et hoc sacrificiũ nõ offerã in plateis sicut sa-

not. quõ sum⁹ xp̃i serui.

crificiũ martyrij quod fiebat in plateis. Sed hoc sacrificium eucharistie offerã in atrijs domus domini. idest in ecclesijs sicut sacrificiũ dedicatum ꝛ in medio tui o hierlm: idest o ecclia xpi. Quasi dicat in ecclesia ꝛ templo offerã: ꝛ frequentabo quotidie hoc sacramentũ ꝛ hoc sacrificiũ de se laudabile ꝛ acceptabile retribuã deo pro beneficijs acceptis postꝙ meum nõ est sufficiens. ¶ Sed est aduertendũ ꝙ etiã totus iste psalmus potest esse vox christi: qui postꝙ vidit omnes esse peccatores preter seipsum. Ideo solus ipse fuit sufficiens sacrificium ad satisfaciendũ pro toto genere humano Et ideo obediens patri vsqȝ ad mortẽ obtulit seipsum pro nobis sicut dictũ est psal. xxxix. Ideo dicit hic. Ego credidi: idest obediui patri meo. Nã credere idem est quod obedire. Nam quia pater meus voluit vt ego paterer pro omnibus. Ideo propter quod locutus sum manifestando suaȝ voluntatem hominibus: et dando legem euangelicam. Et exinde humiliatus sum nimis: idest valde: quia vsqȝ ad mortem crucis fui obediens ꝛ passus sum pro oĩbus. Et hoc feci: quia nullus alius erat sufficiens ad liberandũ genus humanũ cum oẽs essent petõres: qr ego dixi. i. cognoui ꝙ oĩs homo erat mẽdax et peccator. Quia oẽs in adam peccauerũt ꝛ declinauerũt a via veritatis. Et ideo quãdo ego vidi ꝙ nullum aliud sacrificiũ erat acceptabile apud deũ. Tunc dixit. ecce venio ad offerendum meipsum pro sacrificio. Quid ergo retribuam dño. Quasi xp̃s dicat inquantum hõ. Si pater tantũ exaltauit me: vt verbo suo me personaliter vniret: et agnũ sine macula ꝛ caput ecclesie me constitueret: et ab eterno me vt facerẽ voluntatem suã predestinauerit. Et in capite libri me scripserit. Quid ergo faciã pro his oĩbus q̃ retribuit mihi. Scio q̃d faciã: qr obediẽs patri accipiã calicẽ salutaris passionis. Et nomẽ dñi inuocabo: ꝛ intercessor ero ꝛ mediator inter patrẽ meũ ꝛ genꝰ humanũ. Et reddã vota mea dño patri meo: quia in ara crucis me offeraȝ in sacrificiũ coram oĩ pplo eius in ciuitate hierusalẽ. Et hoc faciã quia preciosa est: et sacrificiũ valde acceptabile in conspectu domini mors sanctoꝝ eius. Quia mors cuiuscũqȝ iusti est valde acceptabilis apud deũ. Quãtomagis mors xp̃i agni sine macula q̃ est iustus iustificans oẽs ꝛ sufficiẽs ad satisfaciendũ pro oĩbꝰ sanctis sanctorũ. O dñe pater ego istud sacrificiũ offerã. Primo quia sum seruus tuus ꝛ obediens inquantũ me creasti ꝛ p̄destinasti. Sum etiã seruus tuus vere ꝛ obediẽs: ꝛ humilis inquantũ sum filꝰ virginis marie ancille tue: ex qua formã serui accepi. cuius humilitatẽ sup oẽs mulieres respexisti Et sic oĩbus modis sum tibi seruus et obediẽs: et sic teneor tuã volũtatẽ adimplere ꝛ mortẽ subire. ¶ Secũdo. Quia dirupisti vincula mea. s. mẽbrorum meorũ remisisti ꝛ meã matrẽ tuã ab oĩ pctõ preseruasti: qr nõ fui captus in reticulo pctõrũ in quo oẽs ceciderũt. Ideo tibi sacrificabo hostiam laudis: idest meipm hostiã acceptabilẽ in ara crucis. Et nomẽ dñi p omnibus inuocabo. Et iterũ vota mea ad dñiȝ reddã. i. sacramentũ eucharistie quotidie offerendũ instituã in cõspectu domini ꝛ hoc nõ in platea: sȝ in tẽplo: ꝛ in atrijs tuis: o hierusalẽ: scȝ in locis dedicatis ꝛ cõsecratis. Et hoc dicit xp̃s. quia primũ sacrificiũ: scȝ mors ꝛ passio fuit factũ corã omni populo. Sed scd̃m sacrificiũ scȝ eucharistie nõ offertur nisi in ecclesijs ad ministranda sacramẽta dedicatis. ¶ Et sic ptȝ quomodo totus iste psalmus põt esse vox ecclesie: vt patȝ scd̃m primã expositionẽ. Et etiã põt esse vox christi: vt patet per scd̃am expositionẽ: quia põt exponi in persona ecclesie ꝛ in persona christi per se.

Expositio alia.



Laudate dominuȝ omnes gentes: laudate eũ omnes populi. Quoniam cõfirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum.

xcij. d. c. J in glosa Ro. xv. c xxix. di. ca. dias cont.

¶ Titulus alleluia. Notandũ ꝙ dauid cõtẽplãs in promissiõe facta ipsi abrae. Gene. xxij. scȝ in semine tuo benedicentur omnes gentes: ꝛ in benedictione iude facta a Jacob Gene. xlviij. vbi dicit. Non auferet̃ sceptrum de iuda donec veniat qui mittẽdus est: scilicet messias christus. Et ipse erit expectatio gentium ꝛc. Per hoc preuidit dauid in spiritu qualiter ecclesia erat ꝯgreganda ex gentilibus ad fidẽ christi conuersis. Et ꝙ gẽtiles qui ante idola colebãt relicta idolatria debebãt christum colere ꝛ laudare. Ideo fecit hunc psalmum: qui licet sit paruus in verbis: tamen cõprehendit totam sacrã scripturã: ꝛ presupponit eam in sententia: in quo ꝓphetando inuitat totũ populũ gẽtilem ad laudandum deum. Et ad cultum vnius dei. Et ad agendum gratias pro beneficijs receptis pro ꝓmissione copleta per aduentum christi Et dicit. O omnes gentes a solis ortu vsqȝ ad occasum. Laudate dominum deum trinum et vnum relicta omni idolatria. Et vos oẽs populi tam gentilium ꝙ iudeorũ: laudate et colite eum ꝛ agite deo gratias: quoniam per aduẽtum christi filij eius confirmata est super nos misericordia eius: quia venit ad miserendum nobis per mortem et passionem. Et sic misericordia nobis ꝓmissa de redẽptione vniuersali confirmata est et completa per christum. Nam quod deus promisit abrae dicens. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et illud quod predixit Jacob. Ipse erit expectatio gentium. Et quod promisit moysi. Prophetã suscitabo de medio fratrum tuorum. Omnia ista promissa confirmata et impleta sunt in aduentu christi super nos: et sic veritas dñi manet in eternum immobilis. Nam quod promisit ꝛ figurauit in vete. testa. totum est verificatum in christo. Et deus manet verus in eternum: ꝛ nõ fallax. Laudate ergo eũ pro tãto beneficio recepto ꝛc. Veritas ergo eius manet in eternum postꝙ adimpleuit q̃d promisit. Et sic lex eius manet vera in eternũ. Itẽ christus qui est veritas patris: et est veritas et finis totius legis in quo est completa lex: ipse manet in eternũ ꝛc. D ¶ Unde nota ꝙ duo fecit pa

Pt'i miss
nõe filij
duo, fe/
cit.

ter in mittendo filiū. Nā primo cōfirmauit miaz patribus ve. te. promissam. scdo verificauit omēs scripturas. s. legē & prophetas: q2 vnū iota nō fuit ptermissuz quin per xpm fuerit impletū. Quia ad hoc venit xps vt testimoniū pbiberet veritati scripturaz. et sic veritas euangelica quā xps docuit & impleuit manet ineternum. Qr post legē euāgelicaz non succedet alia. ideo pphēta inuitat oēs gentes & populos vt laudēt deū patrē in filio. & filiuz in patre: eo φ cōfirmauit & ipleuit miaz mūdo promissaz. Et verificauit oēs scripturas in aduentu filij sui. Tūc em̄ pactū est confirmatū quādo est cōpletum & ad effectuz deductū. Et quis dr verax qui implet qd promisit. Et ideo mia dñi pmissa patriarchis & pphetis fuit sup nos confirmata in passione dñi iesu xpi. Et veritas dñi manet cōcussa & inuiolata ineternū in quantum tota scriptura ve. te. fuit in xpo. & per xpm verificata. Ideo dicit Ioh. j. Lex per moysen data est: grā autem et veritas per xpm facta est.

supra. c. xliij. & cv. & cvj. & j cxxv.



Onfitemini dño qm bonus: qm in seculum misericordia eius.

¶ Titulus alla. Ex hoc apparet φ dd fecit hūc psal. ad laudādū dñm. Sz de materia huius psal. dicūt hebrei moderni φ dd fecit hunc psal. pro gratiarū actione: q2 ipse fuit liberatus de psecutiōe saulis. Et q2 ipe liberauit ppl̄m de manu gentiliū circūstantiū. Et sic exponūt vsq3 ad illam partem. Aperite mihi portas iusticie. Et ab illo loco vsq3 ad finē dicunt qd dauid inducit populum ad laudem dei et gratiarum actiones pro edificatione templi. Et sic dicunt φ dd fecit ipm vt cātaret in dedicatōe tēpli. Et sic applicāt primā ptem ad liberationē dd: et secundam ad edificationez tēpli. Sed omnes isti manifeste se fallūt: q2 nec liberatio dauid: nec edificatio tēpli salomōis materialis potest adequari huic psal. in quo dicitur. Quoniam in eternum misericordia eius: quia nec liberatio dauid fuit eterna: nec templum salomonis fuit eternum. vt patet. Ergo loquitur hic de aliqua liberatione & redemptione eterna: et de aliqua edificatione tēpli spiritualis et eterni. ¶ Ad cuius intelligentiā est aduertendum sicut sepius dictum est φ omnia mysteria dauid a principio quo fuit vnctus p samuelem dum custodiebat oues vsq3 ad finem vite sue fuerunt figura christi vel ecclesie. In quibus tanq̄ in speculo preuidit omnia mysteria christi et ecclesie: vt dictum est. Et idem preuidit in exemplari seu descriptione sibi tradita a spiritusancto primo Para. xxix. Et ideo licet literaliter aliquo modo iste psal. possit applicari ipsi dauid: inquantum in predictis persecutionibus preuidit mysteria futura. Tamen talis intelligentia non esset propria et adequata: nec esset sistendum in ea. Sz est sequenda et continuanda intelligentia primaria et prophetica ad quam et de qua dauid principaliter et literaliter fecit hunc psal. scz de redēptione vniuersali facta per christum. Et de edificatione et prosperitate ecclesie eius. ¶ Est ergo dicendum quod propheta dauid in hoc psalmo loquitur prophetice ad literam de xpo redemptore generis humani: et edificatore ecclesie militātis: qui intelligitur per lapidem quem reprobauerunt edificantes. Et hanc sententiam et intelligētiam confirmat saluator Mathei. xxj. cum dixit phariseis de seipso. nunq̄ legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt edificantes &c. Hoc idem confirmat beatus petrus Actuum. iiij. Allegando hanc scripturam esse dictam de christo. Cum his etiam concordat Rab. salo. qui glosans illud Michee. v. Et tu bethleez effrata paruulus es in milibus iuda. Ex te mihi egredietur q̄ sit dominator in israel &c. quod exponens dicit. Ex te mihi egredietur messias filius dauid sicut ipse dicit psal. cxvij. Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli. Ex quibus verbis patet quod tria concedit iste hebreus. ¶ Primo quod dd fecit istū psal. Secundo quod fecit ipsum de christo. Tertio concedit qd christus ante erat reprobandus per sacerdotes q̄ regnaturus et glorificandus quemadmodū scripserunt euangeliste: prout magis patebit suo loco. ¶ Duo ergo facit dauid in hoc psalmo in persona corporis mystici. Nam primo inuitat omnes status fidelium ad laudandum deum. quado receperunt christum in suo aduentu: & ad agendū gratias pro beneficio redēptionis facte per christum. In secunda parte introducit populum gentilem petentez simul incorporari et recipi in ecclesia cum conuersis de iudaismo vt ex vtroq3 populo fiat vnus vno lapide angulari connexus: ibi. Aperite mihi portas iusticie. Naz primo inuitat omnes fideles ad laudandum deum de sua infinita mia. Secūdo enumerat beneficia collata ex dei mia: ibi. De tribulatione mea. ¶ Quantuz ergo ad primum dicit. O vos omnes fideles. Confitemini domino: confessione laudis. dantes laudes deo quoniam bonus est. i. quomodo est bon⁹ et quomodo misericordia eius est stabilis & firma et eterna: et ineternum magnificāda quasi dicat. Confitēdo & laudādo annūciate oia beneficia q̄ sua mia & bonitate contulit nobis.

Diuisio psalmi.

Dicat nūc israel qm bonus: qm in seculum mia eius.

Judith. xiij. cap. xcij. d. c legim⁹. et. j. q. j. multe.

Dicat nunc domus aaron: qm in seculum mia eius.

Dicant nūc qui timent dñm: qm in seculum mia eius.

¶ Ad cuius intelligentiā est notandū sicut frequēter dictū est: qd propheta dauid q̄ fecit istū psal. vt cantaretur in festiuitatibus: maxime in dedicatione templi. Primo inuitat oēs status fidelium illius temporis: vt cātarēt istū psal. in tēplo. Sed q2 primo & principal'r intēdit tempus & statū nr̄e redemptionis et gratie. Ideo maxime inuitat ad laudandum deū fideles noui testamēti qui receperūt beneficiū redēptiōis in tpe suo. Et ideo p

tres status hic noiatos nō solummodo intelligit illos tres status veteris testamenti qui expectabant christum. Sed etiam intendit tres status novi testamenti, qui successerunt illis tribus statib⁹ et receperunt christum in suo tempore. Unde sicut totus populus christian⁹ dr̄ domus israel ſm spiritū ⁊ promissionē. Ita similiter status sacerdotum novi testamenti dicitur domus aaron: eo φ ad eos est translatum sacerdotium aaron ſm veritatem. Nam sacramenta que illi ministrabant in figura: nos ministramus in re. Et ideo per domum aaron intelligit cetum et statum ecclesiasticum novi testamenti. Et per domum israel intelligit omnes fideles christum recipientes et videntes deum: et per eos qui timent dominum intelligit iustos qui servant precepta et mandata dei.

Ecclia est dom⁹ israel.

Tota ergo ecclesia christi dicitur domus israel inquantum videt deum per fidem et totus status ecclesiasticorum dicitur domus aaron inquantum successerunt in sacerdotium et ministrāt sacramēta ecclesiastica. Sed soli iusti dicuntur qui timēt dominū: eo φ servant precepta dei et mandata. Nam multi vident deum per fidem: et multi ministrant ecclesiastica sacramenta et vivunt in statu ecclesiastico qui non timent dominū: eo φ nō servant eius mandata et precepta. Et ideo non sunt iusti. Nā qui timet dominū in mandatis eius cupit nimis. vt dictum est psal. cxj. Itē multi confitētur se nosse deū: factis aūt negāt eo φ sunt reprobi ad omne opus bonum. ad Titum. j. c. Item per eos qui timent dominū possunt intelligi conversi de gentilitate: hos ergo supradictos status invitat propheta ad confitendū dn̄o. Et primo invitat oēs fideles: tam novi φ̄ veteris testamenti dicens. Dicit tunc israel: idest confiteantur oēs fideles per fidē christū videntes tam novi φ̄ veteris testamenti. Quoniā dn̄s est bonus et ineternū magnificanda misericordia eius. Et dicat nunc etiam domus aaron: idest status sacerdotalis: taz novi φ̄ veteris testamēti: qm̄ dn̄s est bonus: ⁊ mīa eius durabit: ⁊ est magnificanda ineternū: eo qđ eius effectus nostre redēptionis est magnificus ⁊ eternus. Item dicāt nunc qui timent dominum. i. oēs iusti qui ex timore dn̄i filiali et casto servāt eius mandata qm̄ ineternū mīa eius: idest qm̄ beneficia nobis collata et sua mīa sūt magnifica et eterna scʒ mysteriū incarnationis: ⁊ redemptiōis et resurrectionis ⁊ nostre glorificationis. Nā oīa ista mysteria sunt ineternū duratura ⁊ magnificāda. A ¶ Ex supradictis ptʒ φ sicut vna est ecclesia veteris ⁊ novi testamēti quātū ad fundamētuʒ fidei xp̄i: eo φ vna est fides oīm. Ita est vna dom⁹ israel: et vna domus aaron novi ac veteris testa. rōne fidei xp̄i ſm istū modū loquēdi. Nam qđ illi tractabāt in figura: nos tractamus in re ⁊ veritate vt dictū est. Sʒ est differētia φ nos sum⁹ filij israel ſm pmissionē et veritatē promissaʒ. iusti aūt ⁊ fideles illius tēporis erāt filij ſm carnē ⁊ ēt ſm pmissionē inquātū expectabāt salutare p xp̄m futurū. Et sic vivebāt in fide xp̄i futuri: quē iā recepimus. Et sic est dicēdū de domo aaron: ⁊ de timentibus deū. Et ēt est dicēdū φ p ly q̄ timet dn̄m. dō intelligit pp̄lm gentilē quē invitat vt veniat ad confitendū xp̄o in suo adventu. Quia christus est lapis angularis cōiūgēs duos parietes. i. vtrūq3 populum. s. iudaicum et gentilē vt infra patebit.

De tribulatiōe invocavi dn̄m: ⁊ exaudivit me in latitudine dominus.

j. p. xix. iudic. vj.

¶ Hic enumerat iste homo mysticus tribulatiōes de quibus liberavit ipm̄ xp̄s in nomine suo quod est iesus. Unde dō in hac parte intendit cōmēdare hoc nomē iesus in cuius virtute semper iste hō mysticus fuit liberatus: qđ quidē nomē. iesus sonāt ille quatuor littere posite in illo nomine adonay vt dictū est psalmo. viij. Et ideo iste hō enumerat tribulatiōes de quibus fuit liberat⁹ in virtute nominis iesu. Unde fideles veteris testamenti invocabāt eundem christum quem nos invocamus. Sed illi invocabāt ipsuʒ sub nomine adonay. Nos vero sub nomine iesu: quod per illas q̄tuor literas importatur. ¶ Ad cuius intelligentiā est notandum sicut sepius dictum est quod iste hō multipliciter fuit afflictus. Uno modo in anima per peccatum et culpam. Alio modo in corpore. Et etiam dupliciter fuit in corpore afflictus. vno modo interius per concupiscentiam et infirmitatem. Alio modo exterius per inimicos ⁊ infideles et sic fuit afflictus per diabolum interius in anima et corpore: et per membra diaboli exterius. A quibus fuit afflictus semper ille populus vsq3 ad christum. Et exinde vsq3 ad iudicium. Unde ipse christus multotiens liberavit istum populum a tribulationibus exterioribus. Et hoc in vtroq3 testamento vt patet per totum discursum sacre scripture. Sed principaliter christus liberavit fideles in anima de potestate diaboli: per suā mortem passionē et resurrectionē. Et ideo propheta in hoc loco de omnibus his tribulationibus taʒ interioribus φ̄ exterioribus in persona totius hominis mystici confitetur se esse liberatum p christum. Unde dicit de tribulatione tam corporis φ̄ anime invocavi dominuʒ: et tamen domin⁹ exaudivit me in latitudine: idest large et copiose: et abundanter. Primo potest hoc dicere adam q̄ primo fuit positus in tribulatione cum toto cetu patriarcharum et prophetarum scilicet in carcere inferni: et tamen dominus exaudivit eum quando abstraxit omnes de limbo et arcto carcere inferni Et eduxit eos in latitudinem et requiem glorie. Item populus israel invocavit dominum de tribulatione egypti et dominus exaudivit eū ⁊ eduxit ipsum in latitudinem et libertatē per moysen famulum suum. Et collocavit ipsum in terra promissionis per Josue. Item multotiens invocavit dominū ille populus sub iudicibus: ⁊ tamen semper fuit exauditus et liberatus per ipsum david de servitute philistinorum quando occidit Goliā Item ipse dō qui fuit figura christi ⁊ ecclesie multotiens de tribulatione invocavit dn̄m in psecutione saulis ⁊ absalonis. Et qn̄ numeravit pp̄lm de tribulatiōe pestilētie. Et tn̄ semper fuit exau-

Homo dupliciter afflictus.

ditus et liberatus. Et eodē modo inuocauit dñm ezechias cōtra sennacherib: dū esset in obsidione et tamē exaudiuit eum dñs: et liberauit eum: quia in vna nocte angelus dñi occidit centū et octoginta quinq; milia. Et sic etiā populus fuit liberatus de captiuitate babylonis. Dum clamarēt ad dominū ezechiel: et agge⁹: zacharias et esdras. Itē fuit liberatus etiā ille populus: et exauditus tempore machabeorum. Sed primo et principaliter fuit exauditus zacharias et Symeon: et ceteri iusti quia assidue inuocabant dominū: vt veniret ad redimendū genus humanū de tribulatione peccati et captiuitate diaboli. Unde symeon qui expectabat redemptionē israel accepit responsum a spiritusancto nō visurum se mortem: nisi prius videret christum domini. Et eodem modo fuit exauditus zacharias et anna prophetissa: vt patz Luce.i. Et sic de quolibet istorū in persona cuiuslibet iusti vete. testa. dicit propheta. De tribulatiōe inuocaui dñm et exaudiuit me in latitudine dominus: idest late et abundanter exaudiuit me. Et subdit.

Ad heb. xiij. a. xd v. d. c. ecce. et xlij. q. i. c. bis ita.

Dominus mihi adiutor: nō timebo quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor: et ego despiciam inimicos meos.

¶ In persona totius ecclesie xp̄i dicit etiā eadem verba: quia fuit liberata de tribulatione et persecutione tyrannorū: et de spurcitia idolorū tempore Constantini: et de prauitate multorū hereticorū tempore Augustini et aliorū doctorū. Et ideo dicit. dominus deus meus iesus christus fuit mihi adiutor in omnibus his tribulatiōibus. Et ideo nō timebo quid faciat mihi hō infidelis aut hereticus. Et etiā mihi dñs adiutor: et ego despiciam inimicos meos: tam iudeos q̄ gentiles q̄ hereticos. Nā iudeos vidi destructos per Titū et Romanos: et gētiles subieci iugo christi: et hereticos superaui et conuici. Ideo cognosco et cōfitebor q̄.

Eccla. xxxiij. d pe. d. iiij si ex bono.

Bonum est confidere in domino: q̄ confidere in homine.

Bonum est sperare in domino: q̄ sperare in principibus.

Et. xi. q. iij. ad mē sam.

Oēs gētes circuierūt me: et in nomine domini: q2 vltus sum in eos.

Circūdantes circūdederunt me: et in noie domini: q2 vltus sum in eos.

xxiij. q. i. c. noli.

Circūdederūt me sicut apes: et exarserunt sicut ignis in spinis: et in noie domini: quia vltus sum in eos.

Impulsus euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me.

de pe. d iiij. post q̄ ascendit. i gl.

¶ Bonū. i. melius est cōfidere in dño: q̄ cōfidere in hoie: idest in viribus hominis alicuius. Et bonū idest melius est sperare: idest ponere spem suā in domino: q̄ sperare in principibus. Quod probo. Nam omnes gentes circundederunt me: et afflixerunt volentes me totaliter delere: tam in primo q̄ in secundo testamento. Sed in nomine domini Jesu vltus sum in eos: idest vindicaui me de ipsis: quasi dicat. Et in nomine domini inuocaui. quia vltus sum in eos: quia eos mihi subieci iugo christi. Et semper p nomē domini intelligit hoc nomen iesus: in cuius virtute semper fuit liberat⁹ et victor. Nam in ly ponitur nomen quattuor litterarum quod sonat hoc nomen Jesus: vt dictum est psalmo. viij. et in prologo: quia Jesus est nomē salutis et omnipotentie. ¶ Item diaboli circūdantes circūdederunt me persequentes apostolos et discipulos. Et in nomine domini inuocaui: supple quia vltus sum in eos superando et vincendo. ¶ Item heretici circundederunt me sicut apes figētes spicula venenose heresis sue. Et exarserunt in spinis. Et tamen in nomine domini inuocaui: quia vltus sum in eos: idest vindicaui me de ipsis occidendo in eis errorem: et suscitando fidem. Et quosdam etiā totaliter confundēdo et ab ecclesia exterminādo. Unde ab ipsis impulsus sum: et euersus vt totaliter caderem. Nam tyranni persequebantur me per ciuitates et mōtes. Sed dominus suscepit me tempore Constantini: et non permisit me totaliter deleri. ¶ Impulsus sum a diabolo vt caderem et peccarē in adam. Sed dñs iesus xp̄s suscepit me in cruce: et ipse fuit fortitudo mea et laus mea: et semper laudabo eū: quia factus est mihi in salutē. Nam iesus idem est q̄ saluator: id factus est mihi in salutē: q2 saluauit per suā mortem et passionē. Unde nota q̄ iste homo fuit impulsus a diabolo in paradiso terrestri: et luctatus est cū eo: et eiecit ipsum in terram: quia descendens iste homo ab hierusalē in hierico incidit in latrones: qui expoliauerūt eū oībus bonis gratuitis. Et insuper vulnerauerūt et sauciauerūt eū in anima et corpore: et semiuiuo relicto abierūt: vt habetur Luce. x. Sz venit ille samaritanus xp̄s qui motus mia: alligauit vulnera eius infundens oleū et vinum: et imposuit illū super humerū eius: et sic sanauit eum: et liberauit a miseria: vt p3 Luce. x. Et hoc est q̄ dicit hic in versiculo: euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me.

Exo. xv. a. esaie xij a. de pe. d. i. §. econtrario.

Fortitudo mea et laus mea dominus et factus est mihi in salutem.

Uox exultationis et salutis: in tabernaculis iustorum

Dextera domini fecit virtutē: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.

¶ Quasi dicat dñs iesus xp̄s suscepit me in humeris suis: et ipse fuit tota fortitudo mea diabolum superādo. Et sic erit laus mea: q2 teneor ipm laudare. q2 factus est mihi in salutē. i. factus est saluator et redēptor meus. Et ideo erit semper vox exultatiōis et salutis in tabernaculis. i. i ecclesia iustorum et fideliū agendo grās pro bñficio redēptionis. Et cōfitēdo quō dextera dñi qui est christ⁹ fe

est virtutẽ debellando & superando diabolum. Et quod dextera dñi qui est xps exaltauit me de morte ad vitã. Et de captiuitate in libertatẽ. Et exaltauit me per gratiã in hoc seculo: & per gloriã in altero. ¶ Item dextera domini fecit virtutem iudeos confundẽdo & destruendo: et gentiles subijciendo & idola delendo: & diabolũ foras eijciendo. Vñ dictum est in prologo q sicut iesus dr nomẽ dñi: ita etiã dicit dextera dñi: qr per xpm exercet deus suã virtutẽ. Et idõ propter oĩa ista tria q fecit xps qui est dextera dñi: ipse erit laus mea. Et erit semper vox exultationis & salutis in eccl'ia iustorum. D

¶ Tripliciter ergo imo multipliciter dextera dñi qui est xps fecit virtutẽ et ostendit suã oĩpotentiã et diuinitatẽ. Nam primo fecit virtutẽ in sua natiuitate per multa signa & pdigia: vt dictũ est superius. Itẽ fecit virtutẽ infirmos sanãdo: mortuos suscitãdo: et mari & ventis imperãdo: & diabolum in cruce debellãdo & in infernũ detrudẽdo & infernum expoliando. Scdo fecit virtutẽ qñ hoiem defectum et sauciatũ sanauit & releuauit: & per gratiam et gloriã exaltauit. Tertio fecit virtutem post suam ascensionẽ quãdo omnes inimicos tam iudeos q gentiles sub pedibus subiecit: & diabolũ extra mundũ eiecit prout dictũ est psal. cix. & ideo iste homo a morte eterna per dexterã christi liberatus agendo gratias dicit.

xiiij.q.i. his ita. **Non moriar sed viuam: et narrabo opera domini.**

¶ Non moriar morte eterna: sed viuam per gratiã Quia christus per mortem suam temporalem liberauit me a morte eterna. Et ideo viuã per gratiam et narrabo opera domini.

v.q.v.nõ ois. r. vij.qd.j. suggestum. **Castigans castigauit me dominus: et morti non tradidit me.**

¶ Dñs misericors castigãs multotiẽs castigauit me per persecutiones temporales in vtroq testamento. Sed morti nõ tradidit me. quia nec me voluit totaliter delere: nec in morte peccati relinquere. Sed per suã passionem redimere a pctõ: & per suã miam de persecutionibus temporalibus liberare. Ex supradictis patet q in tota parte supradicta maxime commendatur virtus nominis iesu qui est nomen dei et virtus et dextera dei.

xxiiij.q.i alien'. r c.qcuq. **Aperite mihi portas iusticie & ingressus in eas cõfitebor dño: hec porta domini iusti intrabunt in eam.**

Confitebor tibi qñ exaudisti me: et factus es mihi in salutem.

Mat. xxij.d. **Lapidem quem reprobauerunt edificãtes hic factus ẽ in caput anguli**

De cõse. dist.ij. c. quid sit sanguis **A domino factum est istud: et ẽ mirabile in oculis nostris.**

¶ Hec est scda pars principalis et est vox ppli gẽtilis directa ad apostolos & ceteros de iudaismo qui ceperãt fidẽ xpi. Et ideo tria facit in hac parte. Nam primo introducit populũ gentilẽ petentem recipi ad fidẽ xpi. secũdo ponit responsionem apostolorũ recipientiũ populũ gentilẽ. tertio ponitur confessio vere fidei ipsius ppli gentilis iam conuersi. secunda ibi. Benediximus vobis. tertia ibi. Deus meus es tu. ¶ Quantũ ad primũ est notandum q christus per se vocauit primo populum iudeorũ ad fidem. Sed ex iudeis pauci conuersi sunt: et tamẽ fides fuit predicãda iudeis. Sed qr maior pars iudeorũ se fecit indignam. Ideo xpus misit apostolos suos per vniuersum mundũ: vt vocarent gentiles ad fidẽ postq iudei se fecerãt indignos. Et sic patet q gentiles recepti sunt ad fidem loco iudeorũ: vt ptz per totũ discursum eple ad Romanos. Hoc ergo preuidẽs ppheta in spiritu introducit populũ gentilẽ: petentẽ recipi ad fidem et sociari cum apostolis & fidelib'. Ideo in persona gentiliũ dicit. O vos apostoli qui primo recepistis fidẽ et facti estis successores christi.

¶ Aperite mihi portas iustitie: idest conferte mihi sacramẽta ecclesie: et date mihi baptismum qui tollit peccatũ: & aperit portas celi & ecclesie. Nam sacramẽta dicũtur porte iustitie: eo q per ipa intramus ecclesiã: & iustificamur a peccato: & gratificamur ad ecclesiã. Aperite ergo mihi istas portas iustitie: vt intrem ecclesiã: & cõfitebor dño simul vobiscũ profitẽdo christũ esse verũ deum & hominẽ & messiã in lege promissum. Quia hec scz lex euãgelica: siue etiam ecclesiastica sacramẽta sunt porta domini: et soli iusti intrabunt in eam: quia nullus potest iustificari: nisi introierit ecclesiã per portã baptismalẽ: & sic ingressus cõfitebor domino. Itẽ hec porta: scz christus est porta domini: qr ipse est ostiũ per qd intrãt in ouile ouiũ ecclesie: vt ipse ait Joh. x. et per ipsum itur ad patrẽ. Et cũ ingressus fuero per istã portã. Cõfitebor tibi quoniã exaudisti me mihi aperiẽdo. Et quod factus est mihi in salutẽ me redimẽdo: et per tua ecclesiastica sacramenta sanando. Et sic cõfitebor te esse verũ redemptorem et messiam. Et vos apostoli aperite mihi istas portas iustitie: et efficiamur simul vnus populus in vno christo iesu cõiunctus. Quoniam hic est ille lapis quẽ reprobauerũt edificãtes: & ideo factus est in caput anguli: cõiungens duos parietes. i. duos populos: scz gentilẽ & iudaicũ sub vna fide et vno baptismo i eadẽ eccl'ia infra easdẽ portas et eadẽ sacramẽta. Quia a deo factũ est istud et est mirabile in oculis nostris. Itẽ cum hoc concordat illud Esaie liiij. Ecce accola veniet qui nõ erat mecũ aduena quondã tuus adiungetur tibi. Itẽ zacharie. viij. Hec dicit dñs exercituũ: in diebus illis cõprehendẽt decẽ hoies ex oib' linguis gentiũ fimbriã viri iudei dicẽtes: ibimus vobiscũ Audiuimus enim quoniã deus vobiscũ est. ¶ Sed hic possunt esse quinq dubia. ¶ Primũ erit quare pppheta appellat xpm et ecclesiastica sacramẽta portas iustitie siue portã dñi. ¶ Secũdo quare vocat xpm lapidẽ. ¶ Tertio qui sunt illi edificãtes a quibus reprobat' est iste lapis. ¶ Quarto quomodo iste lapis fact' est in caput anguli. ¶ Quinto quod hoc fuit mirabile in oculis nostris: & a solo dño factum est. ¶ Quantũ ad primũ est dicendum q propheta dauid in hoc loco recurrit ad visionem quã

Christus porta est

Dubia.

Quare xps & sacramen-

vidit Jacob Ge. xxviij. qn fugiebat in mesopota-
miam. Nam cū fuit in illo loco vbi mō est hierlm
post solis occasum tulit vnū de lapidibus ⁊ sup-
posuit capiti suo et dormiuit in eodē loco. Et vi-
dit in somnis scalā stantē sup terrā ⁊ cacumē illi⁹
tangens celū ⁊ angelos ascēdētes et descendētes
per eā. Et vidit dñm innixū scale dicentē sibi ego
sum dñs de⁹ Abrahā et dabo tibi terrā in qua dor-
mis et semini tuo. Eritq; semē tuū quasi puluis
terre: dilataberis ad orientem ⁊ occidētē et septen
trionē et meridiem. ⁊ bñdicētur in te et semine tuo
cuncte trib⁹ terre. Cūq; euigilasset Jacob de som
no ait. Uere dñs est in loco isto et nō est hic aliud
nisi domus dei et porta celi. Surgēs ergo Jacob
mane tulit lapidē quē supposuerat capiti suo et
erexit in titulū fundens oleū desuper. Et vocauit
nomen vrbis betel. In ista visiōe preuidit ipse Ja
cob et iam magis clare et distincte ipse dauid p-
uidit totū mysteriū incarnatiōis et nostre redem
ptionis et ecclesie edificationis et dilatationis.
Nā p hoc q dormiuit supra lapidē siue per illum
lapidē supra quē dormiuit puidit in spū qualiter
xps et de⁹ ⁊ hō debebat esse ille lapis firmissim⁹.
sup quem tota ecclia erat edificanda. Et iō erexit
eū in titulū preuidens qualiter debebat in cruce
leuari ⁊ ab oībus venerari. Et effudit oleū desup
figurando q ab eo debebant sumere virtutes oīa
ecclesiastica sacramenta et in eo debebant funda
ri. Et per hoc q vidit scalam in terra tangentem
celum et deū innixum scale preuidit qualiter xps
debebat nos in celū introducere. Et ideo voca-
uit illam scalam sacramētorum portā celi. Et sic
tam xps q ecclesiastica sacramenta et lex euange
lica dicuntur porte siue porta celi. inquantū per
illam introducimur in celū et in istam ecclesiam
militantem per gratiā. Et dicūtur iusticie inquā-
tum per illā iustificamur. Et p hoc preuidit q si-
cut Jacob dormiuit supra illum lapidem ita oēs
filij Jacob sm promissionem debebant dormire ⁊
fundari supra petrā qui est christus. Et p hoc qd
dicit. In semine tuo benedicentur cūcte tribus. i.
generationes terre preuidit in spiritu qualiter to
tus populus gentilis erat in christo p baptismū
et cetera sacramenta benedicēdus. Et per hoc q
dicit: dilataberis ad orientem et occidentem ⁊c.
Preuidit qualiter totus populus gentilis debe-
bat effici semen iacob et israel per spiritualē gña
tionem et promissionem. Et sic debebat possidere
hereditatem et terrā viuentiū simul cum abraam
isaac et iacob ⁊ cū apostolis. Hoc ergo preuidēs
dauid in spū in psona ppli gentilis dicit ad apo
stolos et discipulos successores xpi. Aperite mihi
portas iusticie et introducite me in ecclesiam per
ecclesiastica sacra: et facite me semen iacob per
spūalem regñationē q: ita est mihi pmissa heredi
tas xpi sicut ⁊ vobis. Quī hec est porta dñi qua vi
dit iacob et appellauit portam celi: et fundate me
supra illā petrā: et sup illū lapidē sup quē dormi-
uit iacob. Quia ita dormiuit sup eū p me sicut
p vobis. Et ille lapis ita dz esse caput meū sicut
caput vestrū: vt oēs sim⁹ vnū corp⁹ in vno capite
¶ Ad scdm est dicendū q xpus multipliciter dz la

et dicun tur por- ta.

pis et figurat per lapidē in sacra scriptura ve. te.
Nā primo dz lapis capitalis et fundamētalis. Et
sic puidit ipsum iacob in visione supradicta. Nam
inquantū dormiuit sup eū et iposuit caput super
eū preuidit qualr xps debebat esse caput toti⁹ ec-
clesie. Et sic dz lapis capitalis. Scdo inquantum
erexit eū in titulū dz lapis refugij. vt dictū ē psal.
xc. Tertio lapis offensionis et petra scandali rō-
ne iudeorū et hereticorū inquantū iudei et heretici
ei offenderunt eum et scandalizati sunt nō credē
tes nec recipientes eū. Et sic ceciderunt in cecita-
tem et obstinationē. Et sic Esaias vocat ipsum la
pidem offensionis et petrā scandali in. viij. capi-
tulo. Itē quarto daniel. ij. c. vocat ipsum lapidem
cōtritionis et cōminutiōis inquantū cōtriuit oīa
regna mundi et cōminuit oīa idola gētiliū. Moy-
ses aūt aliqñ vocat ipsum lapidem reprobatiōis
et cōtradictionis. Numeri. xx. eo q filij israel non
crediderūt q moyses ex illo lapide posset aquā edu
cere et tñ moyses i virtute diuina pcussiōe virge eie
cit aquā de petra vnde bibit totus pplīs per quā
petrā figuratus fuit xps ex cuius latere percusso
exiuit sanguis ⁊ aqua copiosissima in remissionē
oīm peccatorū. Sexto aūt dauid vocat ipsum in
hoc loco. Lapidem angularem inquantū in eo cō-
iuncti fuerunt duo ppli. Et sic xpus a proprietate
vere dz lapis pter sex mysteria supradicta vt ma
gis patebit. ¶ Ad tertiū est dicendū q doctores ⁊
prelati ecclesie dicuntur edificatores. Nam sicut
edificator adaptat lapides ⁊ ordinat: ⁊ ex his cō-
struit parietes. Ita doctores ⁊ plati ecclesie ex aucto
ritatibus sacre scripture conficiunt sermones ad
pplm vt edificent populū supra petrā qui est xps
Et ita euangeliste et apostoli edificarūt ecclesiam
ex dictis sacre scripture tanq ex lapidibus. Et
ita videmus q euāgeliste in cōstructione et edifi-
catione euangelij adducebant et allegabāt dicta
pphetarū et mysteria sacre scripture que fuerāt
facta in figura xpi. Et ita beatus petr⁹ per dicta
pphetarū pbauit xpm esse verū messiā in lege p
missum. Et sic fuit verus edificator. Sed opposi-
tum fecerūt sacerdotes et scribe ⁊ pharisei: qui de
bebant instruere pplm. Et edificare in fide christi
et recipere eū et ostendere pplo ipsum verum esse
messiā postq videbant in eo impleri oīa q de mes
sia scripta erant in ve. te. Et tñ ipsi primo negaue-
runt ipm ante pylatū dicentes nō habemus regē
nisi cesarē: et reprobauerunt ipsum ante pplm p-
uertentes sacras scripturas nō esse de eo dictas.
Et iō hoc preuidens dauid dicit hic. Lapidē quē
reprobauerūt edificantes. i. scribe et pharisei. Et
sic dicendū q scribe et pharisei sedentes in cathe
dra moysi q erant positi ad edificandū et instruē
dum pplm in via et doctrina reprobauerūt istum
lapidē: qñ xpm negauerunt et ad mortē destina-
uerūt. Et scripturas que de eo erant peruerterūt.
¶ Ad quartum est dicendū q xps tripliciter dz la-
pis factus in caput anguli. Primo inquantum in
xpo coniūguntr due nature hūana. s. et diuina sub
vna psona. Secūdo inquātū in eo cōiunguntr due
leges noua. s. et vetus. Tertio inquantū in eo fue
runt coniuncti duo populi iudaicus. s. ⁊ gentilis.

xps quare dicit lapis.

Prelati doctores dñr edifica- tores.

xpus lapis fa- ctus in caput anguli.

Unde xp̄s per quādaʒ similitudinē dicitur lapis
angularis. Nam sicut lapis vnus et idē existēs in
angulo contūgit duos parietes. Ita vna persona
xp̄i existēs vna cōiungit duas naturas in vnitate
suppositi. Et ita vnus xp̄s cōiungit duos pplos
ex duobus faciens vnū sub vno capite. Iteʒ sicut
lapis angularis existēs vn⁹ est finis vni⁹ parietis
et pncipium alterius. Ita xp̄s fuit finis totius le-
gis veteris. qꝛ oia que scripta vel dicta sunt in le
ge veteri figurabant vel prenūciabant xp̄m: et oia
impleta sunt in xp̄o. Et sic xp̄s tanq̄ finis ultius le
gis cepit circūcisionē et comedit agnū pascalē vt
daret finē illi legi. et fuit pncipiū legis no. Quia
vt principium legis euangelice cepit baptismū ꝛ
instituit sacramentum eucharistie vt daret princi
piuʒ legi noue. Et sic ipleret oia que scripta sunt
in lege veteri et vt morerentur simul et extinguerē
tur oēs figure et oia cerimonialia et figuralia vo
luit mori et voluit resurgere vt veritas figurarum
oim cuʒ eo resurgerent. Et sic fuit lapis angularis
coniungens et cōtinuans istas duas leges vt di-
ctū est. Et sic ex duabus legib⁹ fecit vnā qꝛ prete-
rit vmbra et māsit veritas. Iteʒ tertio sicut lapis
angularis manens vnus cōiungit duos parietes
et est caput vtriusq̄ parietis: ita xp̄s manens vn⁹
cōiūgit duos pplos iudaicū. s. ꝛ gentilē et factus
est vnū tantū caput vtriusq̄ ppli et per cōsequēs
ex duobus pplis factus est vnus pplus rōne vni⁹
capitis. Ad cuius intelligentiā est notandū vt di
ctū est psalmo. c. Qꝛ eccl'ia dei toto orbe diffusa
nō est cōstructa ex lapidib⁹ mortuis aut inaiatis
sed ex lapidibus viuis ex vtroq̄ pplo excisis. Nā
xp̄s q̄ est lapis angularis prio excidit et quadra-
uit et poliuit lapides de iudaismo. s. aplos et di-
scipulos. et hos sibi in parietē cōiunxit. Et sic fa-
ctus est lapis capitalis vni⁹ parietis tantum: sed
postea excidit alios lapides de pplo gentili et iū
xit sibi et cōstruxit aliū parietē ex alio latere. Et sic
ex lapide capitali factus est lapis āgularis et ca
put duorū parietū. Et sic xp̄s dr̄ lapis fact⁹ in ca-
put āguli duoꝝ pplorū siue parietū cōstructoꝝ ex
lapidib⁹ viuis. De qb⁹ lapidib⁹ dr̄ psal. ci. Qm̄
placuerūt seruis tuis lapides ei⁹ ꝛc. Itē zacha. ix.
Et saluauit eos dn̄s deus eorū in die illa vt gre-
gem ppli sui. Quia lapides sancti eleuabant su-
per terram eius. Ex supradictis pꝫ q̄ ois lapis
angularis est capitalis sed econuerso. xp̄us ergo
simul est lapis capitalis et angularis toti⁹ eccle
sie ex duobus populis cōgregate. Et oēs fideles
sunt lapides viui ex duobus pplis excisi per fideʒ
euangelicā et quadrati et politi p baptismū ꝛ pe
nitentiam et. tūsi et malleati per martyriū. et hoc
modo sunt coaptati et iuncti lapidi āgulari xp̄o
iesu. Hoc ergo preuidens dauid in spū dicit. La-
pidem quē reprobauerunt edificātes hic fact⁹ est
in caput anguli. ¶ Ad quintū est dicendū q̄ si cōsi
deramus istas tres coniunctiones in isto lapide
angulari factas de necessitate habemus confite
ri q̄ non potuerunt fieri nisi a deo qꝛ tales coniū-
ctiōes sunt supra naturā. Nā cōiunctio duarū na
turarū in xp̄o sub vna psona a solo dn̄o facta est.
Et nō solūmodo est mirabilis supra hūanā natu
ram. Sed est incomprehensibilis ab omni intelle
ctu creato. Itē q̄ xp̄s impleuerit in se totam legeʒ
veterē: ꝛ abstulerit peccatum de mundo: et vicerit
diabolū et liberauerit genus humanū. et institue
rit ecclesiastica sacra: et resurrexerit et verificaue-
rit in se oia que erant scripta in ve. test. a solo dn̄o
factum est ꝛ est mirabile in oculis nostris. Item q̄
totus pplus gentilis et oēs reges terre qui ante p
pter idola persequebantur pplm dei: et persequē
bantur xp̄ianos q̄ postea ppter xp̄m cōminuerēt
et delerent oia idola et subiugarētur iugo xp̄i. Et
adorarent xp̄m queʒ ante blasphemabāt et vene-
rarentur prelatos ꝛ xp̄ianos quos āte psequebā
tur et duodecim pauperes subiugauerunt totum
orbē iugo xp̄i. Et q̄ ex gentibus et iudeis cōuersis
fieret vn⁹ pplus xp̄ianus. Hoc totū nō potuit fieri
ab aliquo hoie. Sed a dn̄o factū est illud et est mi
rabile in oculis nostris. Tota ergo intelligentia
istorum quatuor versuū stat in hoc qꝛ populus gē
tilis introduct⁹ ad loquendū dicit ad aplos. Ape
rite mihi portas iusticie et recipite me ad societa
tem et fidem vestrā vt efficiar vnus pplus simul vo
biscū: et confitebor simul vobiscum vnū redēpto
rem et saluatoreʒ xp̄m. Nā postq̄ iudei obstinati
reprobauerūt eū. Ipse vero factus est in caput an
guli cōiungēs duos pplos in vnū ex nobis et vo
bis qꝺ mysteriū a dn̄o factū est et est mirabile in
oculis nr̄is. Et ad hūc intellectū allegauit hanc
litam saluator Mat. xxi. Naʒ postq̄ vidit iudeos
obstinatos cōtra eū et obcecatos ꝛ q̄ negabāt eū.
Idō p parabolā de agricultorib⁹ q̄ occiderūt filiū
patrisfamilias p̄dixit dānationē et reprobationē
eorū. Et subdit. Nūq̄ legistis. Qꝛ lapideʒ quē re-
probauerūt edificātes hic factus est in caput an
guli ꝛc. Quasi dicat. vos reprobastis me cū mani
feste cognoscatis me esse messiā ppter maliciā ve
strā. Sed ego reprobo vos ꝛ hereditatem q̄ vobis
debebatur dabo pplo gentili ꝛ cōiūgaʒ ipm cum
paucis cōuersis de iudaismo. Et sic efficiar. lapis
āgularis cōiūgēs istos duos pplos vobis manē
tibus reprobatis et obstinatis. Et idō subdit xp̄us
ad maiorē dānationē iudeorū. Et q̄ ceciderit sup
lapidē istū cōfringetē. sup quē vo ceciderit cōteret
eū. Et sic in illo loco xp̄s nō solūmō se dicit lapi-
dem angularē sed etiā lapidē offensionis ꝛ scā da
li Esa. viij. Et etiā se lapidē cōtritiōis Daniel. ij.
vt dictū est supra. De hoc ēt lapide āgulari dicit
apls ad Ephe. ij. Ipo summo lapide āgulari xp̄o
iesu in quo crescit ois edificatio cōstructa in quo
vos coedificamini in habitaculū dei in spūsctō.
Sꝫ de hoc lapide āgulari dicit magister in histo
rijs q̄ edificatores tēpli salomonis multotiēs ce
perūt vnū lapidē q̄ nūq̄ potuit adaptari nec ordi
nari in parietibus tēpli. Et sic pieceerunt eū et re-
probauerūt. Sed postea ille lapis fuit resumpt⁹
et positus in caput cuiusdam anguli templi. Et
fuit ita aptus illi loco ac si p illo loco esset ad p-
positū factus qꝺ fuit mirabile in oculis edifica-
torū. Et de illo lapide dicūt q̄dā iudei q̄ dicit da
uid. Lapidē quē reprobauerūt ꝛc. Magister histo
riarū dicit q̄ ille lapis fuit figura xp̄i qui primo
reprobatus est a phariseis et sacerdotibus sed

Quomō hoc fuit mirabi-le in ocu-lis nostris.

postea receptus a gentibus: factus est in caput anguli duorū vt dictū est. Quā figurā ꝓuidēs dauid in illo lapide ꝓdixit de xp̄o in hoc psal. Lapidem quē reprobauerunt. Sed de illo lapide posset esse
Dubiū. dubium. Nam templū salomonis fuit edificatum post mortē dauid ergo dauid nō potuit videre illū lapidē quē edificatores reprobauerūt. Sed ad hoc posset responderi ꝙ dauid ante mortē suam
Rn̄sio. fecit incidi lapides ⁊ ligna ⁊ conduxit latomos ad polīendos ⁊ quadrādos lapides et sic dimisit lapides iā quadratos et politos vt habetur p̄rio Paralipo.xxij. Et sic potuit videre illū lapidem p̄rio reprobatū et postea ad angulū adaptatū in quo potuit ꝓuidere figurā de ipso xp̄o. Et ideo dicit in hoc psalmo. Lapidē quem reprobauerūt ⁊c. Quomōcunqȝ sit dauid in hoc psalmo: per istū lapidē angularem intelligit xp̄m et loquitur ad litteram de xp̄o. Nā a dn̄o factū est istud scilicet ꝙ iste lapis q̄ est christus p̄rio sit excisus de mōte sine manibus id est natus est de maria virgine sine patre carnali. Et sic rex et sacerdos deus et homo incarnatus et mortu⁹ et resurrexit: et iste lapis sit fundamentalis in quo fundatur tota ecclesia. Et sit capitalis et titularis in quem omnes tendunt ⁊ vnctus tanq̄ rex et sacerdos. Et sit lapis tentationis et contradictionis cui multi contradixerunt. Et sit lapis offensionis et petra scandali ꝙ sit reprobatus a iudeis et postea factus in caput anguli coniungens vtramqȝ legem et coniungens duos populos vt dictum est. Et quod iste lapis creuerit in montem magnum et contriuerit et subiecerit omnia regna mundi. Totum hoc a solo domino factū est super omnem naturam et facultatem: et est mirabile in oculis nostris. et hec est intentio prophete. dicit enim dauid istum lapidem christum reprobatum per infidelitatem iudeorum: sed recipiendum et collocandum in caput anguli per fidem apostolorum et gentilium. Et hoc potuit preuidere dauid in spiritu in descriptione tabernaculi sibi a deo tradita aut per illum lapidem artificialem et na-
lxxv.dis. turalem de quo dictum est.

ꝙ dic. Hec est dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea.

¶ Ad cuius intelligentiam est notandum ꝙ sicut absentia solis materialis causat noctem et presentia eiusdem causat diem quia dies materialis nihil aliud est nisi latio solis super terram. Ita pariter totum tempus ab adam vsqȝ ad christum dictum est nox per absentiam christi. Et etiam tota lex vetus dicta est nox quia omnia contingebant illis in vmbra et figura. Sed cum ortus est christus sol iusticie factus est dies super vniuersam terram et que omnino erant occulta sub vmbra et figura apparuerunt manifesta inquantū fuerunt impleta in christo. Et maxime apparuerunt in luce manifesta post resurrectionem. D
Itẽ ibidẽ ait saluator q̃ oportet semꝑ orare ne in
tremus in tẽptationẽ. Matthei. xxvi. Hoc idẽ Ja
cobi primo. Qui vult sapientiã postulet a deo: qr
humilib' dat gratiã: et supbis resistit. Quia oẽ da
tum optimũ desursum est. L ¶ Decima conclu
sio q̃ licet absq̃ gratia christi nemo possit imple
re diuina precepta: nec vitare peccatum: tamẽ om
nes obligamur ad seruandũ diuina precepta ⁊ vi
tare peccatũ: ⁊ agere opera misericordie: nec est in — Obligamur seruare precepta.
conueniẽs q̃ quis obliget̃ ad sibi impossibile in
casu. Pria pa ꝓbat̃. Nã in vtroq̃ testamẽto obli
gamur ad seruãdum mãdata: vt patꝫ Mat. xix. et
Luc x. Et etiã obligamur ad opa mĩe. Mat. xxv.
Secũda pars probat̃. Nam impedimentũ perpe
tratum: licet tollat possibilitatẽ: tñ nõ tollit obli
gationem debiti: exempli gratia. Nã homicida
semper obligatur ad restituendũ hominẽ viuum.
Sed hoc est impossibile. Item latro qui destruxit
omnia que furatus fuerat semper obligatur ad re
stitutionẽ totius ⁊ dãni: tamẽ hoc est ipsi impossi
bile. Itẽ ebrius tenetur seruare leges ⁊ vitare omne
ne malũ: dum est ebrius: et tamẽ hoc est ei ĩpossibi
le. Et tñ nõ excusat̃ quin puniatur de quocũq̃ cri
mine cõmisso durãte ebrietate immo duplici pe
na est plectẽdus. iij. Ethico. Ita ergo pari rõne: qr
ista corruptio ⁊ cõcupiscẽtia mala fuit ab adã no
bis perpetrata per quã sumus inepti ad malũ vi
tandũ ⁊ bene agendũ: ideo non excusat nos quin
obligemur ad seruãda mãdata: ⁊ vitanduꝫ omne
peccatũ et ad recuperandã libertatẽ quam perdi
dimus in adam. ¶ Unde est aduertendũ q̃ ad tria — Ad tria ĩpossibilia obligamur.
nobis impossibilia impedita per peccatũ sumus
obligati. Primo ad credẽdum que nõ videm': nec
possumus naturali ratione cõprehẽdere. Secũdo
ad agẽdum et operandũ qḋ nõ possumus facere.
Itẽ ad sperandũ que nõ tenem': nec ex nostris viri
bus possemus acquirere sine gratia dei. Et ideo
manifeste pꝫ q̃ virtutes theologales collate sunt
in supplementum iustitie originalis ⁊ premiorũ
eius. Nam iste virtutes iustificant nos in supple
mentum illius originalis iustitie. Non ergo mire
tur pelagius, ⁊ quicunq̃ alius si obligamur ad ea
que sunt nobis impossibilia postq̃ impedimentũ

Nō est i possibi/le simpliciter precepta seruare.

fuit a primis parētib⁹ nobis ppetratum:nec hoc est incōueniēs. ¶ Undecima pctō q̄ lʒ obseruātia diuinoꝝ preceptorū sit impossibilis quo ad nos ex pprijs viribus post lapsum: tamen non est impossibilis simplr. Prima vero pars est probata p iam dicta. Secunda probatur qꝛ talis obseruantia est nobis possibilis per auxiliū gratie xp̄i: qḋ quidē auxilium nobis nō negatur si cū pseuerantia petimus sicut dictum est: ergo non est impossibile simpliciter: lʒ sit impossibile ſm quid: ꝛ quo ad nos. Ideo nō est inconueniēs q̄ obligemur ad aliquod impossibile quo ad nos: postq̄ nō sit simpliciter impossibile. Item lʒ sit obseruantia impossibilis quo ad nos sine gratia: tamē est nobis possibis petitio huius gratie que nobis non negatur si instanter et perseueranter petimus: vt ait saluator. Petite et accipietis et pulsanti aperiet: et omni petenti dabitur. Ideo ait Augustinus cōtra donatistas: q̄ christus nō dānat pctōreʒ: quia peccauit: sed quia non currit ad medicum: q̄ aūt sit impossibile aliquem saluari absq̄ auxilio dei ptʒ Mat.xix. quando dixit petrus et discipuli: qs poterit saluus esse? Respondit iesus. Apud homines hoc impossibile est. Apud deum aūt oīa possibilia sunt. Ex quo ptʒ q̄ licet sit impossibile hominem bene operari sine gratia: tamen possibile est vt petat gratiam per quam potest bene operari: ꝛ malum vitare. Et ideo peccatum semper imputatur homini postq̄ potest facere quod in se est gratiam petendo. et gratie oblate non resistendo ex quo patet q̄ ex tali impossibilitate nullus habet ius querele. ¶ Differt ergo positio Augustini catholica ab impietate Manicheorum: quia illi ponebant essentiam et substantiam hominis naturaliter et substantialiter malum a principe tenebrarum de sua mala substantia creataʒ: et ideo nullo modo poterat vitare peccatum. Sed Aug. dicit omnem naturam et substantiam a deo naturaliter et substantialiter bonam creatam. Sed in carne hominis propter peccatum primorum parentum malam concupiscentiam et morbum inflictum. Cuius morbo et concupiscentia caro hoīs taliter fuit corrupta: ꝛ liberū arbitriū taliter claudicatum q̄ ex proprijs viribus non potest vitare peccatum: sed adiutuʒ p grām nō solū pōt vitare peccatū: sed etiam implere diuina precepta: et agere omne bonum. Differt etiā positio Augusti. a praua heresi pelagianorum. Nam illi dicebant mortem et libidinem esse homini naturalem. Et voluntatem hominis esse ita liberam vt possit vitare omne malum: ꝛ implere diuina precepta de se si velit: et agere bonum. Augustinus auteʒ dicit mortem ꝛ cōcupiscentiam siue libidinē nō esse naturalem: nec creatā cū homine. Sed inflictā nature in penam peccati. quā cōcupiscentiā inimicus diabolus in bona natura quasi ʒiʒaniā inter bonum triticū seminauit. Et ideo naturā nostrā corruptā tali cōcupiscentia ex proprijs viribus non posse vitare petm̄: nec implere precepta absq̄ diuina gratia preueniente ꝛ adueniente: eo modo quo dictum est. Tertio modo positio Augusti. catholica differt a detestabili excusatiōe spurcitia

Nota.

iudeorum sarracenorum: ꝛ quorundā maloꝝ christianorum qui dicunt simplicem fornicationem ꝛ oēm actum venereū nō esse petm̄: eo q̄ inducit hominē a natura postq̄ nō sit cū adulterio. Aug. aūt dicit Concupiscentiam ꝛ libidinē nō esse a natura: sed inflictā ex pctō. Et ideo non inducit hoieʒ ad actū venereū a natura: lʒ ex corruptione. Et qꝛ inflicta in penam peccati. Ideo non potest ordinate exercere actum venereū nisi cum feditate et peccato. Unde sicut sola gratia baptismalis excusat vt habitus concupiscentie non imputetur ad peccatum originale. Ita sola gratia sacramenti matrimonij excusat vt actus concupiscentie libidinosus non imputetur ad mortale. Nam ideo illa concupiscentia dicitur semen et fomes peccati eo q̄ per consensum deliberatum causat peccatū mortale in voluntate. Item quia actus venereus non fuit a deo ordinatus: nec concessus nisi solis in matrimonio coniugatis. Ideo sine peccato nō potest aliter exerceri: quia iam deuiat a diuina ordinatione et mandato. ¶ Ex supradictis ergo patet q̄ licet homo fuerit creatus a deo naturaliter bonus: tamen quia in penaʒ peccati natura eius fuit ex concupiscentia corrupta. Ideo sine gratia dei nec potest de se vitare peccatuʒ: nec agere bonum. Sed hoc magis etiam patebit psal. cxviij. Et per hoc patet responsio ad argumenta hereticorum. Ex omnibus supradictis patet veritas dictorum Augu. scilicet q̄ absq̄ peccato non est preceptorū transgressio: nec sine gratia christi est eoꝝ adimpletio. Item q̄ sine gratia nemo potest vitare peccatum: nec resistere concupiscentie et pugne nec agere bonum quod accidit ex corruptione nature et penali illius primi condēnatione peccati. Et hoc ptʒ manifeste ex sententia saluatoris Lu. x. Nam ille homo qui descendebat ab hierusalem in hierico incidit in latrones qui non soluʒ expoliauerunt eum bonis gratuitis et illa originali iusticia. Sed etiam vulnerauerunt euʒ et plagis impositis semiuiuo relicto abierunt. Qui iacens in via nec ex pprijs viribus poterat surgere: nec ambulare: nec potuit ipsum eleuare sacerdos: nec leuita. Sed solus christus samaritan⁹. Qui eleuās eum imposuit supra humeros suos et recommisit ipsum stabulario cui tradidit duos denarios pro cura huius infirmi: scilicet denarium gratie sacramentorum ad sananda vulnera. Et denariū doctrine sacre scripture et legis euāgelice ad nutritionem et refectionem spiritualem. ¶ Ex quib⁹ patet q̄ homo in adam sauciatus: nec potest surgere a peccato: nec ābulare: nec pegrinari per obseruantiam legis: nisi per gratiam christi eleuet ꝛ adiuuetur. Iste ergo homo sic sauciatus et vulneratus: et paralyticus: et in libero arbitrio claudicatus: loquitur in hoc psalmo peregrinando ad christum per viam legis diuine: qui semper petit iuuari per gratiam christi et dirigi in hac peregrinatione ne deuiet a rectitudine legis: nec declinet ad dextram nec ad sinistram. Unde aliquādo petit eleuari ad credendum per fidē articulorum. Aliquando petit adiuuari per charitatem ad obseruantiā preceptoꝝ. Aliqn̄ petit dirigi per spem

Hō descendebat ab hierl'm i hierico

promissorum bonorum. Et aliquando petit sanari per medicinam sacramentorum. Aliquando roborari per gratiam donorum spiritussancti cõtra hostes impugnatores. Unde si iste homo cognosceret ꝙ ex proprijs viribus absq; alio auxilio posset recto tramite hanc viam incedere ꝛ pagrare: ꝛ iustificationem legis adimplere non diceret. iustificationes tuas custodiam non me derelinquas vsq;quaq;. Et nõ totiẽs auxiliũ et gratiam peteret. Item si iste homo cognosceret se eẽ liberum et sanum et non sauciatum veneno concupiscentie: non diceret totiens. Domine viuifica me secundum verbum tuum. Et aufer a me opprobrium et contemptum. Item si iste homo non crederet nec speraret posse consequi gratiam ad resistendum carni: et hostibus visibilibus et inuisibilibus. Sicut dicebat manicheus: non perseueraret instanter gratiam petere. Item si iste homo non crederet omnem fornicationem et concupiscentiam carnis esse damnabilem: non diceret in hoc psalmo. cõfige timore tuo carnes meas a iudicijs enim tuis timui. Item si non crederet concupiscentiam et ambitionem honorum: et omnez superbiam esse peccatum non diceret. Auerte oculos meos: ne videant vanitatem. Ex quibus patet quod solus iste psal. eliminat et extinguit supradictos tres errores et tres hereses et om̃e peccatum: immo eliminat et heresim donatianorum dicentium penitentiam et remissionẽ esse impossibilem post lapsuz: eo quod charitas semel amissa non poterat recuperari: quoruz impietatem exterminat tota sacra scriptura: et maxime psal. quinquagesimus. A ¶ Nam sicut charitas semel acquisita et adepta potest perdi per peccatum: ita eadem charitas semel deperdita potest per gratiam recuperari vnde licet talis gratia et charitas non possit in nobis recuperari per motũ agẽtis naturalis: tamen acquiritur per creationem ꝛ illustrationem spiritussancti. Et sic licet non recuperetur eadem charitas et gratia numero: tamen recuperatur eadem in specie. Item licet talis gratia et charitas non possit a nobis dari et creari: tamen põt a nobis desiderari ꝛ peti ꝛ postulari. Et possumus adhibere conatũ ꝛ nos ad talẽ gratiam a deo recipiendã preparare. Unde d: Jacobi. i. ꝙ si quis indiget sapiẽtia postulet a deo qui dat omnibus affluẽter: ꝛ dabit ei ꝛc. Unde si gratia et charitas semel habita non posset perdi per peccatuz sicut dicebat Jouinianus nõ diceret dd̃ in hoc psal. In corde meo abscõdi eloquia tua: vt non peccem tibi. Itẽ si charitas et gratia semel ꝑdita nõ posset recuperari petendo et orando sicut dicebant Donatiani: non peteret dd̃ a peccato ꝑ grãm viuificari dicens: viuifica me ſm verbũ tuũ Unde iste hõ mysticus semper petit a deo in hac via per gratiam dirigi. Et si aliquando deuiauerit per peccatum semper petit per gratiam viuificari et in viam salutis reduci vt patet per totũ discursum huius psal. ꝛ multoꝝ alioꝝ. Et ideo rogo om̃es fratres meos catholicos christianos ꝛ maxime ecclesiasticos ꝛ religiosos: qui quotidie recitant hunc psal. in ecclesia: vt attendant ꝛ contemplentur cum affectu sententiam: et veram intelligentiam huius psalmi: quoniaz docet fugere omne peccatum et omnem heresim eliminat et confundit. Et docet sequi et amplecti omnem virtutẽ et contemnere omnia ista temporalia. Et appetere vera bona spiritualia gratie et glorie. Et ideo ecclesia spiritusancto illustrata et directa benemerito ordinauit vt quotidie per octonarios recitetur in horis canonicis diurnis: eo ꝙ cuz hoc psal. continue pugnamus contra diabolum et mũduz et carnem: vt magis patebit. Redeamus ergo ad continuandam expositionem huius psalmi simpliciter et liberaliter. Nam qui cupit ad altiorem intelligentiam huius psalmi conscendere pergat ad beatum Ambrosium et Augustinum: quia ibi videbit et colliget copiosum ꝛ immensum thesaurum exhaustum et effosum ab isto psalmo tantum hic videat literalem et superficialem expositionez: vt facilius capiat intelligentiam illorum qui spiritusancto fuerunt illustrati.

Nota.

In quo corrigit adolescentior viam suã: in custodiendo sermones tuos.

Beth. De pe. di. iiij. c. gratia. i glo. et c. placuit.

¶ In hoc secundo octonario preponitur litera Beth: que interpretatur domus: eo quod iste peregrinus loquitur de doctrina domestica ipsius adolescentis. D ¶ Ad cuius intelligentiam est notandum ſm apostolum primo ad Corinthios decimotertio. et ad Galatas tertio et quarto. Qd̃ iste peregrinus siue homo mysticus discurrens ꝑ omnes etates: quasi per vigintiduas dietas ab Adam vsq; ad secundum aduentum christi: in q̃libet etate cepit aliquam perfectionem: sed maxime in sua pueritia aut adolescentia: et iuuentute que fuit ab Adam vsq; ad christum semper abiecit et euacuauit imperfectiones. Nam indiguit lege ad reprimendas passiones eius: et ad reprimẽdum aliquo modo peccatum. Et sic in Adam et Noe cepit legem nature. quasi in sua infantia et pueritia. Sed in sua adolescentia accepit circumcisionem in Abraam ad amputandam concupiscentiam carnis in remedium originalis peccati. Sed postea in sua iuuentute accepit. Dxiij. precepta partim negatiua et partim affirmatiua in ipso Moyse ad compellendas passiones ꝛ comprimendos motus illicitos: et ad ordinandã vitã erga deum et proximum: vt occupatus circa talia legalia non declinaret ad idolatriam. Et sic ꝑ legez iste peregrinatus est vsq; ad christũ ab imperfecto ad perfectum: in quo accepit legem euangelicam iustificantem ad vitam eternam. Et per se sanantem ab omni vulnere peccati: et sic incepit ꝑficere. Nam in lege veteri nõ proprie proficiebat sed incipiebat inquantũ retrahebat a malo ꝛ prohibebat actum. Sed iste homo postq; fuit in statu euangelico successiue recepit multas perfectiones vsquequo peruenit ad statum perfectorum post tempora Constantini: quia tunc in ecclesia habuit multitudinem doctorum qui declararunt vtrunq; testamentum. Et sic dum ecclesia fuit in perfecto esse habuit copiam virorum perfectorum religiosorum ꝛ anachoritarum in egy-

pto et mesopotamia et armenia: et per oēs partes mundi. Ex quibus patet ꝙ iste homo semper processit ad magis perfectū in isto itinere ⁊ peregrinatione. B ¶ Secundo est notanduʒ ꝙ tres gradus sunt viatorum in hac ecclesia militante. Nam quidā dicuntur incipientes: puta illi qui cōtinue certant ⁊ pugnant contra vitia in principio sue conuersionis et penitentie. Secundus gradus est ipsorum proficientiuʒ qui peracta penitentia iam proficiunt in bonis operibus erga deū ⁊ proximū. Tertius est gradus perfectorū: puta illorū qui totaliter mundū reliquerunt et separati a populis viuunt in sola vita contēplatiua: sicut anachorite ⁊ viri religiosi in heremo viuentes. ¶ Tertio est notandū ꝙ in ecclesia dei tres sunt status vite fidelium. Nam quidam viuūt in vita actiua: puta viri vxorati viuētes in honesto coniugio: ⁊ ceteri artifices viuentes scđm legem dei. Alij autem viuunt in vita ministratiua sicut sunt ministri ⁊ p̄lati ecclesie qui partim viuunt in vita contēplatiua: et partim in actiua: eo ꝙ habent ministrare sacramenta: et docere ⁊ regere populuʒ dei in spiritualibꝰ. Tertius status est ipsorū pure contēplatiuorum et perfectorum: de quibus supradictuʒ est.

tres gradus viatoruʒ in ecclesia.

L ¶ Et ideo iste psalmus quadrupliciter consueuit exponi per sacros doctores ipsiꝰ ecclesie. Uno modo principaliter pro ipso homine mystico qui peregrinatur ab Adā vsqȝ ad fineʒ mundi. vt dictū est. Scđo modo de quolibet hoīe particulari qui peregrinatur ab adolescētia vsqȝ ad finē vite sue: prout petit dirigi per legem dominij in sua peregrinatione. Tertio modo potest exponi pro tribꝰ gradibus viatorū: scʒ incipientiū proficientiuʒ et perfectorum. Quarto modo potest exponi de tribus statibus fideliū ecclesie: scʒ de actiuis ⁊ ministris ⁊ contēplatiuis siue de peregrino. Ideo melius est ꝙ primo ⁊ principaliter exponat iste psalmus de isto peregrino: et homine mystico qui fuit incipiens: et proficiens: ⁊ perfectus: ⁊ actiuus: et minister: ⁊ contēplatiuus. Et discurrit per omnes status et etates: q: oīa continet in se cū sit totum corpus ecclesiasticū. Et ideo iste peregrinus sicut in se continet omnes istos status ⁊ gradus et etates. Ideo pro omnibus loquitur in isto psalmo: et semper petit dirigi in hac peregrinatiōe. Nā quādoqȝ petit dirigi ⁊ adiuuari in sua adolescentia: quandoqȝ in sua iuuētute: et quādoqȝ in sua virilitate: et quandoqȝ in senectute: ⁊ quandoqȝ petit dirigi in incipientibus: quādoqȝ in ꝓficientibus et quādoqȝ in perfectis: et quādoqȝ petit dirigi in rebus agibilibus: vt cum dicit. Ne repellas me a mandatis tuis. Et quādoqȝ in credibilibus ⁊ rebꝰ speculatiuis: quādo dicit. Reuela oculos et considerabo mirabilia de lege tua. Quādoqȝ petit celestia ⁊ esse cum christo: vt quādo dicit. Quere seruū tuum domine ⁊c. Et sic psalmus iste est prophetiçus et moralis ⁊ anagogicꝰ. Et ideo oportet ꝙ ꝑ omnem sensum exponatur simul. Duo ergo facit dauid in persona huius peregrini in hoc psalmo Nam primo petit dirigi in sua adolescentia ⁊ iuuentute per legem veterem. Secundo petit dirigi et iustificari et proficere in sua virilitate per legeʒ

quadruplex responsio.

euangelicam: ibi. Legem pone mihi domine.

¶ Quantum ergo ad primum iste peregrinus in persona sui: et omnium incipientiū petit vt reprimantur sue passiones et motus illiciti per legem dei in sua adolescentia: et sic conuersus ad deum dicit. In quo corrigit viam suaʒ, ipse adolescētior idest iuuenis. i. quomodo corriget et reprimet passiones impellentes ipsum ad malum in adolescētia ⁊ iuuentute sua. Et respondet dicens. ipsemet in custodiendo sermones tuos: et obseruando legem tuam. q. d. in qua corrigit adolescentior viaʒ suam nisi supple custodiēdo sermones tuos: ⁊ seruando legem tuam. Et potest etiam talis responsio esse ipsius spiritussancti. Unde interrogat iste homo: in quo corrigit adolescētior ⁊c. Et respondet spiritussanctus in custodiēdo ⁊c. Et ideo ipse homo mysticus subdit dicens.

In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis.

De pñe. di. iiij. c. placuit.

¶ Unde est aduertendū ꝙ quattuor sunt necessaria: si quis vult obseruare et custodire sermōes domini. Primo perscrutari et exquirere legem eius. Secundo reponere eam in alta memoria. Tertio delectari in eius studio. Quarto exerceri in operationibus eius. Dicit ergo ꝙ iuuenis corrigit viaʒ suā in custodiēdo sermones tuos. Ideo i toto corde meo exquisiui te vt cognoscerē. Et exquisiui legem tuā: que docet cognoscere te per beneficia nobis collata. Idō rogo vt nō repellas me a mandatis tuis: quia eis volo inherere ⁊ obedire.

In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.

De pñe. dist. iiij. c. vlti.

¶ In corde meo ⁊ volūtate abscōdi ⁊ alta mēte reposui: et celaui: et impressi eloquia: et mandata: et pcepta tua vt nō peccem tibi. ¶ Nota ꝙ intantū timet iterū cadere ꝙ impressit eloquia ⁊ precepta dei in corde ne iterū peccet. Ideo subdit.

Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.

lvi. di. x. domin⁹

¶ Et ideo tu qui es benedictus et benignus doce me iustificationes tuas. Et ostēde mihi per leges quomodo possim meritorie operari: ⁊ a malis ⁊ peccatis declinare. Quia ad hoc indigeo auxilio ⁊ gratia tua. Nam ex parte mei adhibeo conatum.

In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris mei.

viij. q. j. olim. ⁊ c i scriptis.

¶ Ergo postꝙ̄ alijs predicaui legem da mihi graciam vt faciā opera legis ne cum ceteris predicauero reprobꝰ efficiar. Uel hic forsan ponitur preteritum pro futuro. quasi dicat. Si tu docueris me iustificationes tuas: ego pronunciabo ceteris et predicabo omnia iudicia oris tui: idest totam legem tuam. Et sequitur.

In via testimoniorū tuorū delectatus sum: sicut in omnibus diuitijs.

Beth.

In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias meas.

xxviij. d. c. oēs.

¶ In via testimoniorū.i.in studio ꝛ obseruātia legis tue habituatus ꝛ delectatus sum ꝛ delector sicut delectaꝛ:supple auarus in oib⁹ diuitijs suis multo labore cōgregatis. Naꝫ oēs diuitias tpales in cōparatiōe legis tue:nil esse dixi. Sapiē.vij Et ideo vt acquirā habit⁹ v̄tutis ad reprimēdas passiōes adolescētie ꝛ iuuētutis cōsiderabo vias tuas. Considerabo opa Abraā ꝛ Jsaac ꝛ Jacob:ꝛ ceterorū sanctorū ꝛ imitādo eos exercebor in mādatis tuis:quia ex frequētatione ꝛ exercitio opationū gn̄atur habitus q̄ facit hoīem opari cū delectatione. Et talis operatio est virtuosa ꝛ laudabilis ꝛ meritoria. Et sic sequitur.

Depe.d ij.s. opponitur

In iustificationib⁹ tuis meditabor non obliuiscar sermones tuos.

¶ Quia nō solū faciā habitum moralē in appetitu sensitiuo:sed etiā habitū cognitiuū in intellectu ꝛ memoria. ¶ Est aūt valde aduertendū ꝙ dauid in hoc psal.xv.nominib⁹ appellat legē dei: et hoc ꝑm diuersos modos significandi. Nā inquātum est a deo dicitꝛ lex domini:ꝛ inquantū per angelos et multos testes multotiēs testificata ꝛ examinata:dicitur testimoniū dn̄i maxie inquantum data est in testimoniū ꝛ fedus. Jtem inquantū est prolata ab ore dei dicitꝛ verbū ꝛ eloquiuꝫ ꝛ sermo dei qḋ maxime cōpetit legi euāgelice: que immediate a christo est ꝓlata. Jtem inquantū ducit ad christū ꝛ vitā eternaꝫ dicitꝛ via et semita ꝛ iter. Et inquantū ꝓhibet omne vitiū dicitur ꝑceptū. Sed inquantū mandat ꝛ iubet fieri omnē virtuteꝫ que est mensura oīum humanarū operationū dicitur iustitia:ꝛ eius operatio dicitꝛ iudicium ꝛ iustificatio.inquantū nō deuiat a diuina voluntate et per eandē rationē dicitur equitas inquātum adequatꝛ diuine voluntati. Jtē dicitur veritas inquantū est verificata tota in xp̄o et ecclesia:vt sepius dictum est. Dicitur etiam lex diuina veritas inquantū cōformis ꝛ adequata diuine volūtati. Nā sicut i speculabilibus intellect⁹ siue oratio dicitur vera vel falsa inquantū adequatur rebus:quia ex eo ꝙ res est vel nō est oratio dicitur vera vel falsa:ita ꝑ oppositū in agibilibus et factibilibus res dicuntur vere inquantū assimilātur ꝛ adequantur recte rationi et arti. Cū ergo diuina voluntas sit recta ratio et mensura oīum actuū humanorū: iō diuina lex dicitꝛ cōiter veritas in sacra scriptura:ꝛ sic idē est qḋ iustitia. Et ideo in hoc psal. Et in ceteris sepe veritas sumitur pro ipsa iustitia.

Lex dei ꝫ multis nominibus.

Gimel. De pse. di.iiij.c. vltimo.

Retribue seruo tuo viuifica me:ꝛ custodiam sermones tuos.

¶ In hoc tertio octonario ꝑponitur lr̄a gimel que interpretaꝛ plenitudo siue retributio:eo ꝙ iste peregrin⁹ in hoc octonario petit sibi retribui oīa bona que perdiderat per peccatū. Ad cuius intelligētiam est notandū:vt ait saluator Lu.x.ꝙ iste peregrinus cum descēdit a hierl̄m in hiericō nō solum modo fuit spoliatus bonis gratuitis:sed etiā plagis impositis fuit multipliciter vulnerat⁹ ꝛ mortificatus ꝛ quasi semiuiu⁹ relict⁹. Unde fuit spoliatus iustitia originali ꝛ oibus premijs eius qꝛ pdidit immortalitatē et locū ꝛ scientiā et obedientiā animaliū:et sic fuit factus ignorās ꝛ exul ꝛ miser. Et vltra hoc fuit taliter vulneratus et sauciat⁹ in appetitu sensitiuo ꝙ nō pōt resistere carni nec mūdo:nec diabolo:nec potest implere precepta dei: nisi fuerit adiutus ꝛ viuificatus per gratiā. Unde licet videatur viuus quo ad operationem naturalium:tamen est mortuus quo ad operationem virtutum et rerum spiritualiū:et sic non potest implere precepta nec legem dei:et ideo non potest bene opari nisi restituatur ipsi originalis iustitia quaꝫ perdidit vel aliquid loco eius: puta iustitia fidei per gratiaꝫ. Et hoc petit in hoc octonario. Dicit ergo iste homo afflictus ꝛ mortificatus et mulctatus. O domine retribue mihi seruo tuo per gratiā oīa illa bona que abstulisti mihi propter culpā et ingratitudinē meam:qꝛ taliter maneo mortificatus et debilitat⁹ in carne et appetitu ꝙ nō possum vitare malum nec agere bonū:nec implere diuina precepta:ergo viuifica me per gratiā preuenientē ꝛ cooperantē:vt custodiā sermones tuos.i. vt legem et precepta tua possim seruare ꝛ adimplere. Jtem quia etiam fui vulneratus et obcecatus in intellectu per ignorantiam. Jdeo.

Reuela oculos meos:et considerabo mirabilia de lege tua.

De pse.d iiij. cap. placuit.

¶ Reuela oculos meos.i.remoue velum ignorantie ab oculis meis.ꝛ tūc cōsiderabo mirabilia de lege tua ponēdo differentiā inter bonū et malum remoto peruerso iudicio:et tunc vere iudicabo nō solūmodo de agēdis:sed etiā de credēdis ꝛ sperādis:quia hucusqꝫ ex vitio ignorātie iudicabā bonum malum:ꝛ malum bonuꝫ. Remoue ergo a me hanc peruersitateꝫ iudicij illuminādo partem rationalē ne passiones impediant rationē:que infirmitas rationis fuit mihi data in penā peccati qn̄ fui expulsus a paradiso:ꝛ factus sum peregrinus in hac lachrimarū valle. Jdeo sequitur.

Jncola ego sum in terra: nō abscondas a me mandata tua.

ij.cor.v.

¶ Jdest peregrinus et exul factus sum in terra: iō nō abscōdas a me mādata tua ꝑ ignorātiam:sed fac ea mihi nota per gratiā. Unī lr̄a Hiero.hꝫ. Peregrin⁹ ego in terra. Ex hoc demōstrat ꝙ oīa mala que habet iste peregrin⁹ sunt sibi inflicta ex pena peccati vel in penā peccati qn̄ fuit expulsus. Sed qꝛ in supradicto exilio iste hō nō solū fuit punitus in intellectu ꝛ rōne per ignorantiā: sꝫ etiaꝫ in volūtate ꝛ appetitu:qꝛ perdita iustitia originali fuit voluntas peruersa in suo actu q̄si ligata ad nutum sensualitatis.intantū ꝙ licꝫ per legem dei cognoscat bonū:tamē stimulata lege mēbrorū sequitur malū. Et sic iste homo inuenit legē carnis in mēbris suis repugnantē legi mentis ꝛ captiuātem spm̄ in lege peccati:iō iste paup hō inspiciēs ad legē dei:cupit liberari:sed stimulat⁹ lege membrorū loquitur passiones. Et sic dolet: vnde simul cupit liberari et obtinere finem bonuꝫ.sed sequitꝛ desideriū passionū. B ¶ Unī differētia est inter cupere ꝛ desiderare. Nā cupere est finem appetere.

Sed desiderare est conatuz apponere ad ea q sunt ad finē. Vñ attritus cupit felicitatē et nō peruenire ad penas debitas ex pctō. Sz nō vult dimittere illud qd inducit pctm̄.s.rez ablatā aut mulierē aut vindictā et sic nō facit pniam per quā dz cōsequi finē prio cupitū. Et sic talis cupit desiderare sed impeditur conatus eius p passionē. Et iō iste peregrinus sic ligat' lege mēbroꝝ dicit.

viij.q.j. olim ꝛc. i scripturis.

Concupiuit aia mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

¶ Idest facere opa iusta fm leges in omni tpe qd nō fit sine colluctatione carnis aduersus spiritū. ¶ Est aūt aduertendū q in hoc versiculo implicantur et latent due magne difficultates. Et hoc apparet in diuersitate translationū. Nā vbi nostra trāslatio dicit. L cōcupiuit aia mea desiderare iustificationes tuas in oi tpe. Translatio Hierony. hz. Frāgit se aia mea desiderare ꝛc. Itē alia translatio hz cōterit aia mea desiderando iustificationes tuas. Item alia translatio hz. Tabescit aia mea desiderando iustificationes tuas ꝛc. Et ideo augusti. fm primā translationez dicit: q iste non dixit aia mea desiderauit. sed concupiuit aia mea desiderare. qz qñq videmus q vtiles sunt iustificationes dei.i.opa iusticie: sed ex infirmitate aliqñ nō desideramus. Et iō iste cōcupiscebat desiderare iustificationes dei ostēdens quib' quasi gradibus ad eas perueniat. Prim' eñ est vt videatur q sunt vtiles et honeste. Deinde vt earū desideriū cōcupiscat. postremo vt perficiēte lumine atq sanitate delectet earuz operatio ꝛc. Ista aūt verba Aug. lz sint subtilissima et bene ad ppositum lr: tn̄ nō explicāt totā sniaz nec explent oēs difficultates implicatas in hoc vsiculo. Naz alie translationes nō solū videntur explicare infirmitatem nostrā ad desiderandas iustificationes dei sed etiam explicant conatū et diligentiā quā debemus apponere et adhibere in desiderando siue cū desiderio ad consequēdas iustificationes dei. i.ad operandū fm iusticiam: et vt iustificemur in operādo qz nō sufficit desiderare iustificari sz apponere totū conatū et diligentiā ad iustificandū vt hō iustificetur. Ad cuius intellectū est aduertēdum q lz Aug. in hoc loco totaliter non explicet nec soluat totam difficultatem et intelligētiā huius versiculi: tn̄ ex dictis ei' in plerisq locis pōt haberi eius declaratio vt patebit. Vñ est prio notādū q cū tota iusticia hois cōsistat in declinādo a malo et faciendo bonū et operādo fm legē dei ꝛ viuendo sine macula vt dictū est psal.xiij. q nō oē desideriū declinandi a malo et faciendi bonū iustificat hoiem nā quis pōt qñq desiderare iustificari puta exire a pctō sed non querit mediū nec conatur agere pniam nec cōfiteri sine qua nō pōt exire a pctō ergo non iustificatur in tali simplici desiderio ergo opz vt qrat mediū et agat pniam ad hoc q cōsequat veniaz et iustificetur qz voluntas et desideriū est finis. sed psiliū et psultatio est de his que sunt ad finez.iij. Ethicoꝝ. Et ideo ad hoc q qs iustificetur nō sufficit dsiderare iusticiā sed opz apponere ꝛ adhibere totū conatum et diligentiam ad cōsequendā iusticiaz declinando a malo et faciendo bonū. Et iō in sacra scriptura vbicūq geminat aliqd vocabulum semp denotatur aliqs conatus vt psal.xxxix.dr. Expectans expectaui. qz cū toto affectu et conatu expectaui. nō solū desiderando finē. sed querēdo mediū. ad consequendū rē expectatā. Item Mat.xxvj. dicit saluator. desiderio desideraui hoc pasca manducare vobiscū anteq patiar. i.cū toto conatu et affectu desideraui viā perueniendi querēdo. qz volūtarie puenit xps ad passionē et preparauit oia necessaria ꝛc. Ita ergo pariter dd in hoc loco sciēs q per solū simplex desideriū declinandi a malo et faciēdi bonū nō poterat iustificari nisi apponeret totū conatū ꝛ affectum cū tali desiderio denotādo affectum et conatū dicit cōcupiuit aia mea desiderare iustificationes tuas in oi tpe. ōndit eñ et notificat desideriū suū esse cū toto conatu p duo verba quasi idē significantia. s. cōcupiscere et desiderare. q.di. q cū toto conatu et affectu desideraui iustificatiōes tuas. Itē nō dixit feci iustificatiōes tuas. sed aia mea cōcupiuit desiderare. i. totū conatum adhibuit. qz ex infirmitate nō semp est in nostra ptāte implere diuina precepta sine gratia vt supra dictū est. Et iō multotiens quis nō valēs adimplere diuina precepta in effectu maxime affirmatiua ppter aliquē dfectū iustificatur tn̄ per solum desideriū et affectū postq adhibeat totuz conatū. Nam pctōr non habēs copiā sacerdotis nec locum nec tps cōfitendi ex solo desiderio cuz cōtritione fit dignus venia et iustificat. vt inquit Aug. in lib. de pnia: vt magis patebit. L ¶ Ergo p hoc soluitur instantia quā faciebat Porphirius ptra legē euāgelicā dicēs ipsam esse iniustā et cassam et vanā eo q pcepit impossibilia. Et p pñs dicit q nō: oēs poterāt nec pnt in ea iustificari. Nā lex euangelica precipit reddit oē debitum vsq ad vltimum quadrantē hoc aūt qñq est impossibile ppter defectū rei si fur destruxit oia que furatus fuerat aut si qs nō hz vñ reddat que mutuo accepit igit semp manet iniustus. Itē lex euāgelica precepit adimplere oia opera mie. Et hoc sub cōminatione ignis eterni Mat.xxv. Sed hoc qñq est impossibile: qz infirmus nō pōt visitare nec seruire alteri infirmo nec paup subuenire alteri pauperi ppter defectū ꝛc. Et sic ptz q impossibile est omnē hoiem semp et in oi loco et tēpore et in oi statu implere euangelica precepta. Sz in oppositū est saluator Mat.xj. dicens. Venite ad me oēs qui laboratis: iugum eñ meum suaue est et onus meū leue ꝛc. D ¶ Et ideo ad rñsionē huius est dicendum q iste apostata nō bn̄ cōtemplatus est legē euāgelicā et iusticiā eius nā lz pcepta negatiua semp et vbiq obligent hoiem quo ad effectuz tn̄ precepta affirmatiua lz semp obligēt quo ad effectū nō tn̄ semp obligāt quo ad affectū ppter supradictū defectū. Et sic i tali casu iustificatur hō per solū desideriū et affectum postq adhibeatur totus conatus vt dictū est. Et hoc ostēdit saluator Mat.xviij. de illo qui debebat.x.M talentoꝛū qui nō habens vnde redderet pcidens in terram dicebat patiētiā habe in me. ꝛ oia red-

Declinare a malo et facere bonū est hois iusticia.

Augu. 3 porphirium.

dam tibi. cui dñs dimisit oē debitū videns solū cius affectum. Item Luce. vij. ille fenerator dimisit debitum duobus debitoribus nō habentibus vnde redderet. Ex quo pꝫ ꝙ deus nō semꝑ respicit nec querit effectum sed in casu acceptat solū affectum cū toto conatu. et sic iustificatur hō per solū affectū in tali casu. Et ideo saluator Mat. v nō dixit: beati qui faciunt iusticiā sed bti qui esuriunt et sitiunt iusticiā qm̄ ipsi saturabūtur ꝛc. ¶ Ad cuius intellectū est notandū ꝙ ista se habēt per ordinē. s. desiderare et esurire siue sitire ꝛ facere. Vñ desiderare idē est qd̄ aliqd cupere vl' appetere: sed esurire vel sitire idē est qd̄ cū toto affectu et conatu talē rē desiderare. i. cū tali desiderio ad cōsequendā rem desideratā totū conatum apponere. Facere aūt est rē desideratā per effectum adimplere. Et sic qs pōt desiderare aliquā rē qui tñ nō esurit eam qꝛ nō apponit vires nec conatū nec querit mediū ad cōsequendā eā: vt aliquis desiderat comedere pauonē aut caponē ꝛ hꝫ facultatem emendi: sed ex auaricia nō emit. Et sic desiderat bibere nectar: sed ex auaricia non emit. Ex quo pꝫ ꝙ talis nec esurit pauonē nec sitit nectar: qꝛ si esuriret et sitiret totū conatū apponeret ad emendū sicut qn̄ qs esurit cibū vel sitit potū simpliciter totū conatū apponit ad querēdū cibum et potū nec patitur moras qn comedat et bibat si hꝫ cibū ꝛ potū presentē: ita ergo pariter multi desiderant restituere rē ablatā et habēt vñ reddant: sed ꝓpter auariciā nō reddūt. Et multi desiderāt facere elemosynā et habēt vnde faciāt: sed ex auaricia nō faciūt ne eis deficiat in futurū. Itē multi pctōres desiderant facere pniam et iustificari formidine pene future: sed nō faciunt ne dimittāt rē amatā aut nō remittant iniuriā. Et id est signū ꝙ lꝫ tales desiderent iusticiā tñ non esuriūt nec sitiunt iusticiā: qꝛ nō apponūt totū conatū nec querūt mediū per qd̄ iustificent: nec faciūt qd̄ in eis est postꝗ̄ habent tps et locū et copiā rei. Et ideo solū desideriū non pōt eos iustificare: sed si tales apponerent totū conatū cū desiderio: tunc diceretur esurire ꝛ sitire iusticiā. Et si in tali desiderio ꝛ esurie deficeret locus aut res familiaris aut tēpus adimplendi per effectū tunc solū desideriū ꝛ esuries et sitis iusticie iustificaret eos. Et ideo nō dixit saluator: beati qui faciunt iusticiā: qꝛ hō qnqꝫ est impossibile ꝓpter defectū loci et tēporis aut rei familiaris aut conditionis et status et fortune: sed dixit. beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam ꝛc. qꝛ vnicuiqꝫ possibile est cū auxilio gratie qꝛ talis elemosyna nō datur de cellario sed ex affectu et conatu voluntatis vt inquit Aug. in serm̄ de de martyribus. Et ideo xp̄s nō semꝑ querit ab hoībus effectū iusticie: sed affectū et esuriem et sitim iusticie et talis affect' et esuries et sitis iustificādi consistit in ꝑtāte ꝛ actu voluntatis lꝫ semꝑ cū gratia preueniēte et coadiuuāte vt dictum est supra. hoc ergo voluit dicere dauid cū dixit concupiuit aīa mea desiderare iustificatiōes tuas. i. esuriuit et sitiuit aīa mea iustificatiōes tuas. i. cū toto conatu desiderauit iustificari ꝛc. Vñ videns dd̄ qd̄ nō semꝑ poterat iustificari et complere precepta oīa per effectum ad minus per affectū et esuriē et sitim iusticie petit iustificari esuriendo ꝛ sitiendo iusticiā et esuriē ꝛ sitit adimplere diuina ꝑcepta vt per talē esuriē et sitim iustificetur. Et ideo addidit in oī tēpore: qꝛ oīs hō pōt esurire et sitire iusticiā et adimplere diuina ꝑcepta et facere pniaꝫ in omni tpe et loco et statu: et hoc in affectu lꝫ nō semꝑ in effectu: vt dictū est. D ¶ Per supradicta pꝫ responsio ad argumenta Porphirij: qꝛ precepta affirmatiua nō obligant hoiem semꝑ et pro semper quo ad effectum in casibus predictis: sed semꝑ et pro semꝑ obligāt hoiem quo ad effectū et esuriem et sitim iusticie quia in casu per solum affectum et esuriē et sitim iustificandi iustificatur homo. Et ideo videns se nō semꝑ valere iustificari affectu ꝓpter infirmitatē et corruptionē nature aut ꝓpter supradicta impedimēta petit iustificari in affectu et esurit iustificari in oī tempore: ideo ait. concupiuit siue frāgit se anima mea desiderare iustificationes tuas. i. cū toto conatu desiderauit et esuriuit iustificationes tuas nō ad tempus sed in omni tempore et in omni loco et statu. Qua si dicat: esuriuit et sitiuit aīa mea iustificari precepta et mandata. scꝫ tua seruando in omni tempore qꝛ in hoc consistit tota iusticia hominis. scꝫ vt esuriat et sitiat iusticiam eo modo quo dictum est qꝛ vt sic mereꝝ saturari fruitiōe celesti Mat. v. qꝛ ex sola esurie et siti iusticie mereretur saturari premio eterno qꝛ deus nō querit nisi cor firmū Prouerbiorū. xxiij. Fili da mihi cor tuum. Et volens iste homo assignare causam ꝛ tempus et locū sue infirmitatis et infortunij. Dicit.

Nota ꝙ esurire ꝛc.

Precepta affirmatiua quo modo obligāt.

Increpasti superbos: maledicti qui declināt a mandatis tuis.

¶ O dñe ego incurri et assecutus sum istā maledictionē et infirmitatē iusto tuo iudicio qn̄ eiectus sum a paradiso ex pctō parentū meoꝝ. Nam tūc increpasti parentes meos supbos et igratos qn̄ dixisti ipi Ade. Maledicta terra in opere tuo. Et ideo maledicti sunt oēs qui declinant a mādatis tuis. Et sic primo fuit maledictus diabol'. qꝛ ex superbia et ingratitudie et rebellione declinauit in celo. Scd̄o declinauit a mandatis tuis adam cum vxore sua. Et sic increpasti eos ꝛ relegasti in valle lachrymarū ꝛ miserie. Et sic dclinauit a mādatis tuis cayn. Et ideo increpasti eū et piecisti a facie tua vt ambularet per terrā ꝓfugus ꝛ stupidus et tremulus in maledictionē homicidij. Et sic oēs qui declinauerunt a mandatis tuis et declinant sunt maledicti propter superbiam et rebellionem. et cōdemnati ad penā eternaꝫ nisi per obedientiā ꝛ hūilitatē redeāt ad obseruanda mādata tua. Dicit ergo iste peregrin'. o. dñe qꝛ tu increpasti ꝛ punisti superbos parentes meos. eo ꝙ declinauerunt a mandatis tuis. Ideo ego descēdens ab illis primis parentib' superbis ꝛ sic maledictis. i. illā sententiā ꝛ maledictionē incurrentibus ideo ego iure hereditario traxi illā sententiā ꝛ maledictionē ꝛ legē mēbrorū et corruptionē nature. Et sic datus sum in opprobium et contemptum et seruitutem carnis et peccati. Igitur.

xxij. q. ij. si quilibet et. xliiij. distin. c. adam.

Aufer a me opprobrium et cōtemptū quia testimonia tua exquisiui.

De pe. d.v.c.cō sideret.

¶ Aufer a me per grām hoc opprobriū et cōtemptum et maledictionem quia nullus potest me liberare ab hmōi lege et miseria corporis huius nisi grā xpi. Et dū fuero liberatus testimonia tua exquiram et sic ponitur preteritum pro futuro. Explicat qd̄ est opprobriū q̄s ɔtēptus eius et est triplex. Nā per talem sententiā et maledictionē fuit iste hō; addictus triplici seruituti: ꝛ factus seruus tribus dn̄is mundo et carni et diabolo. Nā homo q̄ constitutus fuerat dominus istorū; factus est seruus eoꝝ. Nā p iusticiā originalē corp⁹ et caro erat subiecta aīe. sensualitas rōni et totus mūd⁹ et oēs creature elemētales erāt facte ad seruitutē hoīs sicut dictū est Gen. j. Dn̄amini pisciū, ꝛ volatiliū ꝛc. Et etiā erat data tāta libertas ꝛ fortitudo q̄ poterat nō solū resistere sed etiā dn̄ari diabolo ꝛ fugere eū. Sed propter pctm̄ oēs isti. s. mūdus caro et diabolus q̄ erāt serui ipsius hominis facti sunt eius domini et principes eius trahētes homines quo volunt. Et homo factus est seruus eorum. A quo eñ quis deuictus est illi seru⁹ addictus est. ij. Petri. ij. Et isti tres principes sedent: loquuntur ꝛ vexant istum pauperem hominem et accusant et exercent. Et ideo dicit.

xxj. q. ij. visis. iij. qō. j. nulli.

Etenim sederūt pricipes: ꝛ aduersuz me loquebant: seruus aūt tu⁹ exercebatur in iustificationibus tuis.

¶ Etenī id est certe principes. s. diabolus et mundus sederunt extra alliciendo et cōcupiscētia ꝛ lex fomitis in mēbris stimulando omnes isti sederūt ꝛ aduersum me loquebantur quia semper me accusant postq̄ vicerunt me. Et sic seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus contra istos tres hostes et principes pugnando no trangresdiar iustificationes et precepta tua. Sed in omnib⁹ his nemo est adiutor nisi frequens meditatio et obseruantia legis tue que docet resistere carni ꝛ mundo et diabolo. Ideo sequitur.

xxj. q. ij. c. pphetauit.

Nā ꝛ testimonia tua meditatio mea est ꝛ cōsiliū meū iustificationes tue.

¶ Quasi dicat cum his armis victor existam. Nota quod illi principes |qui sederunt et locuti sunt aduersum istum hominem mysticum| intelligūtur etiam principes paganorū: sed Pharao et Nabuchodonosor: et Anthiochus et ceteri qui vexarunt ꝛ afflixerunt ꝛ exercitauerūt populū dei. Item isti principes primo intelliguntur diaboli: et ex consequenti membra eius: puta tyranni et impij qui agunt vt moti et impulsi a diabolo qui est caput eorum vt dictū est in prologo tractatu tertio in octaua regula de intelligentia sacre scripture. Nam sicut christus prius passus est in se a iudeis: ꝛ post ea passus est in membris a iudeis et tyrannis et hereticis: ita diabolus prius per se dat pcussiōes fidelibus tentando ꝛc. Et postea persequitur eos per membra sua impellendo malos vt persequantur bonos. vt ait. Augustinus.

Adhesit pauimēto anima mea: viuifica me secundum verbum tuum. Deleth. de pe. di. v. §. j. circa principium.

Uias meas annunciaui et exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

Uiam iustificationuz tuaruz instrue me: ꝛ exercebor in mirabilibus tuis.

¶ In hoc quarto octonario petit alienari a grauitate ꝛ pondere ꝛ defectibus quos anima trahit a corpore in penaz peccati. Et petit recuperare bona que perdidit scilicet agilitatē libertatē ꝛ facilitatē ad bene operādū. Et immortalitatē ꝛ impassibilitatē. Nā licet anima nō moriatur tamē dolet ꝛ aggrauat̄ ppter societatē corpis: ꝛ sic debilitata dr̄ quasi mortificata: idō petit viuificari ab huiusmodi mortificatione ꝛ dormitione: et fortificari a tali debilitatiōe ꝛ hoc per legē diuinam ꝛ grām. Dicit ergo: o dn̄e viuifica me s̄m v̄bū tuū ꝛ p legē ꝛ sacra legis tue qm̄ aīa mea adhesit isti graui corpori qd̄ est quoddam pauimentū terrenū cōculcatuz ꝛ subiectū tot passionibus ꝛ defectibus a quo aīa grauat̄ ex inhesione ꝛ cōiunctiōe et consortio eius q: cōicat cū corpore in dolorib⁹ ꝛ passionib⁹. Et ideo viuifica me secūdū v̄bū tuū id est s̄z' pmissum tuū sicut pmisisti abrae: isaac: ꝛ iacob. Quorū semez pmisisti benedicere. i. ab hmōi maledictionibus absoluere nō solū filios secūdū carnez s̄z et secūdū spm̄. i. oēs gentes. Ego enim annunciaui tibi vias. s. opationes meas et processum vite mee ꝛ pctā mea et desideria: et tu exaudisti. Ideo doce me iustificationes tuas: et instrue me viā iustificationū tuarū et exercebor in iustificationibus tuis: legē et mandata adimplēdo. Ubi aduertēdū est q̄ iste hō mystic⁹ qn̄q3 loq̄t de p̄terito dicēs se exercitatū in lege ratiōe abrae: ysaac: et iacob ꝛ alioꝝ p̄teritorū patrū q̄ obseruauerunt precepta dn̄i. Et qn̄q3 rogat et petit excitari a dormitione et pigritia bene agendi: et fortificari a debilitate quā anima trahit a corpore: vt sine difficultate possit implere mandata et legem dei. et dicit.

Dormitauit anima mea pre tedio: cōfirma me in verbis tuis. xlv. d. cabic eius. ij. q. ij. dicitur.

Uiam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei.

Uiam veritatis elegi: iudicia tua nō sum oblitus.

¶ O domine aīa mea dormitauit ꝛ debilis ꝛ pigra facta est ad bn̄ agēdū: et timida ad difficilia tolerāda et hoc p̄ tedio et grauitate corpis. Idō confirma ꝛ fortifica me in v̄bis tuis ꝛ in lege quā verbis tuis tulisti. Et amoue a me viā ꝛ inclinationē iniquitatis: q: semp inclinatio mea est itaq3 viā iniq̄tatis: ꝛ semp tēdit ad pctm̄. Item lex mēbrorū dr̄ via iniquitatis: q: est vestigiū pcti p̄mi parētis in nobis inflictū ꝛ impressum idō postq̄ lex mēbrorū ita vexat me: tu de lege tua ꝛ s̄m legē tuā miserere

mei. Nā lex tua destruit legem pctī ad Roma. vij. Vñ dimissa via iniqtatis ₇ lege pctī elegi viaȝ veritatis: q₂ iudicia tua non sum oblitus immo.

xxij. q. ij. c. fidelibȝ. et. xxiij. q. iiij. ca. displicet.

Adhesi testimonijs tuis domine noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum.

¶ Ipsam legem tuam in monte habui: ₇ ego opere seruaui in patriarchis ₇ ꝓphetis ₇ iustis viris et adhesi testimonijs tuis legem seruando. idō noli me confundere. i. ſm legem peccati ₇ ꝯfusionis iudicare et punire: quia viā mandatoꝝ tuoꝝ cucurri ſm legem viuendo et ambulando cū dilatasti cor meum tua gratia et auxilio. Nam aliter non potuisseȝ percurrere nec adimplere viam mandatoꝝ cum via que ducit ad vitam sit arcta et difficilis. Sed tu dilatasti cor meum et fortificasti per gratiam tuam. Et sic via que erat difficilis et arcta facta est mihi facilis et lata. Quia nihil est difficile amanti quia vires quas imperitia denegat charitas administrat secundum Gregorium omelia xij. ℒ ¶ Duo enim sunt que faciunt opus facile. Primo affectus operantis. Secundo precium rei adipiscende. Cum ergo in principio huius psalmi sit promissa beatitudo q̄ est bonū per se sufficiens ambulantibus sine macula in lege dñi. vt possint consequi beatitudinem promissam. Iteȝ quia iste peregrinus cōsiderauit se vltra quattuor. M. annorū peregrinatum fuisse per legem veterē querendo xp̄m saluatorem et redēptorē et noue legis latorē omnibus patriarchis et ꝓphetis in lege ꝓmissum ideo ait. O domine ego iaȝ adhesi testimonijs tuis legeȝ tuam seruando: ergo veni ad saluandum me quia iam tempus est et noli me confundere nec frustrare in desiderijs et spe mea. Nam si tu non veneris: ego manerem confusus et irrisus et subsannatus apud alias gñationes: que dicunt et improperant mihi tarditateȝ tuam et dilationem tui aduentus: immo dicunt: quia frustra expecto aduentum tuum vt liberes me de manu eorum. Ergo veni quia iam satis cucurri et peregrinaui viam mandatorum tuorum per. iiij. M. annorum Cum tu dilatasti. i. dilatando aduentū tuum cōfortasti cor meum sub spe veniendi. Unde ista verba dicit ꝓpheta in persona zacharie ₇ Simeonis et aliorū sanctorū patrū qui fuerūt ꝓpe aduentum xp̄i. Qui maiori desiderio ip̄m ꝓpetebant: vt patet luce. j. et. ij. Et ideo iste octonarius potest eis applicari. s. ꝙ Simeon fractus longa expectatione xp̄i dicat cū ceteris sanctis sui tēporis. O dñe iesu aīa mea adhesit pauimēto q̄a continue eram ꝓstratus ad faciē meā ad pauimētum terre rogādo vt acceleres aduentū tuum. Ergo viuifica me per verbum tuum incarnatū: siue ſm verbū ₇ promissionem tuam. Quia a te expecto viuificari a morte ₇c. Q: anima mea dormitauit iā stupida ₇ mortificata pre tedio tā lōge expectationis ₇ dilationis tui aduētus. Ergo confirma me in verbis tuis id est fac vt sim firmus in tuis promissis ₇ non habeā desperare nec deficere: sed sis verax in promissis. Nam quādo ipleueris qđ promisisti: tunc ero confirmatus in verbis tuis. Ergo veni ₇ viam iniquitatis amoue a me ꝑ me patiēdo ₇ me instruendo. Et miserere mei de lege tua. i. de mandatis et documētis et sacramētis legis tue. ℒ ¶ Nota ꝙ iste peregrinus ab exilio et exitu paradisi vsq₃ ad christum: compleuit quattuor cursus siue status significatos per quattuor litteras peragratas. s. alef. bet. gimel. deleth. Nam per alef significatus fuit cursus nature. Et per bet cursus circūcisiōis Et per gimel lex mosi. Et per delet cursus ꝓphetarum. Et sic ambulauit ab adam vsq₃ ad abrahaȝ per cursuȝ legis nature. Et ab abraā vsq₃ ad moysen ambulauit per litteram bet: idest per circūcisionem. Et a moyse vsq₃ ad dauid ambulauit per litteram gimel: idest per legem scriptam. Et a dauid vsq₃ ad xp̄m ambulauit per delet: idest per statum ꝓphetarū. A christo aūt vsq₃ ad diem iudicij ambulat: per. xviij. litteras: scȝ ab ipsa lr̄a he vsq₃ ad thau. Vñ ista littera he significat esse: siue vitā Et thau significat signū ad denotandū ꝙ semper ambulat in lege vite vsq₃quo perueniat ad signuȝ et vltimū terminū: que est vita eterna: ad quā dirigimus totum discursum nostrū: ₇ oēs operatiōes nostras: vbi erit finis nostri cursus ₇ peregrinatio nis: vt vbi erit quies et beatitudo nostra. Sexdecim aūt littere que sunt inter he et thau: per quas ambulat iste peregrinus vsq₃ ad iudicium sunt sex decim varie persecutiones et asperitates quas ecclesia passura est vsq₃ ad antixp̄m. Et ideo postq̄ iste peregrinus peragrauit supradictos quattuor status: scȝ legis nature ₇ circūcisionis ₇ legis scripte ₇ ꝓphetarū iam querit ₇ petit statū legis euāgelice: ₇ viuificantis ad vitā eternam per gratiaȝ in sequentibus decem octo octonarijs.

adā seu hō fecit q̄ttuor cursus.

Legē pone mihi dñe viā iustificationū tuarum: et exquiraȝ eam semper. Da mihi intellectū et scrutabor legē tuā custodiā illaȝ in toto corde meo.

De. dis. j. ca. omnes leges. i gl. ₇. vj. d. c. testamētum.

¶ In hoc quinto octonario preponitur littera he Unde postq̄ iste peregrinus peregrinatus est ab adam vsq₃ ad xp̄m per quattuor milia annoruȝ et peragrauit totam legē moysi. Et vidit ꝙ in ea nō potuit iustificari nec proficere: nec per eam recuperare beatitudinem quam perdiderat: ideo petit a christo legem euangelicam in qua credit iustificari et recuperare felicitatem regni celoruȝ quā per peccatum perdiderat: et ideo duo facit. Nam primo petit perfici per legem in se. Secundo petit dirigi et adiuuari per eam cōtra persecutores. Ibi defecit in salutare. ℒ ¶ Ad primū notandū ꝙ lex euangelica tripliciter iustificat: ₇ facit hominem dignū vita eterna. Primo per fidem inquantum credit iesum christum esse verum deum et hominem et redēptorem totius humani messiam in lege promissum. Secundo iustificat per charitatē perfectā erga deū ₇ ꝓximū. Tertio ꝑ spem inq̄tū cōtemptis reb' terrenis ponit ₇ cōstituit finē suū in celestib' a xp̄o ꝓmissis. Et sic nō operatur ꝓpter aliqđ premiū temporale: sed propter vitam eternam

lex facit hoīeȝ dignum vita eterna.

Duo faciūt op' facile.

nam pmissam. Tria ergo facit. Nā p̄rio petit iustificari per fidē euangelicā ⁊ ecclesiastica sacra. scdo p spē ⁊ charitatez. tertio agit gratias se per euāgelicā legē fuisse iustificatū. scda ibi. memor esto. tertia ibi. Bonitatē fecisti. In qbus trib⁹ ptibus cōtinent sex octonarij quorū p̄rim⁹ scribit p he qd significat ista. secūdus p tau qd significat in ipsa. In tertio octonario ponit zayn. qd significat viuit. in quarto preponitur thet qd significat viuens. q.d. q in ista lege euangelica: et p istā viuit ois viuens per grām. Et qd ista lex euangelica iustificat ad vitā eternā: vt pz p totū discursuz eple ad Romanos. ⁊ ad Gala. ⁊ ad Hebreos. Qd videns iste pegrinus dicit ad xpm. O dñe postq̄ tantū laboraui in le.ve. ⁊ per ipsam nō possum iustificari ⁊ peruenire ad verā btitudinē: nec ita psici vt reddar sine macula. Ergo pone et fer et statue ⁊ pmulga mihi legē nouā scz euangelicā. scz viā iustificationū tuarū. q: ipsa est via ad iustificandū hoiem et reddendum ipsum dignū eterna btitudine. Et cū dederis mihi ego exquirā eā semper corde et opere. Sed q: tali legi nō poterō adherere firmiter nisi per donū intellect⁹. idō da mihi intellectū per fidē ⁊ scrutabor legē tuam et custodiā illā in toto corde meo. Q: si bene credidero et bene intellexero legē bene seruabo ⁊ custodiā eā. Et notanter dicit. Custodiam illaz in toto corde meo: ad differentiam legis ve. que non phibebat animū: sed manū et actū: sed lex euangelica nō solūmodo iustificat actū: sed et cor ⁊ ppositū et voluntatem: vt patet Mat.v. Et ideo sequitur.

d.lvj.ca. nasci. et viij.qd.j c.sciēdū

Deduc me in semita mandatorū tuorum quia ipsam volui.

¶ Idest toto corde desideraui: quasi dicat. Ego bene vellem ire in semita mandatorū sed nō possum meis viribus nisi tu duxeris me. Sed q: habeo appetitū puersuz ad malū: vt dctm̄ est. Ideo.

Inclina cor meuz in testimonia tua et non in auariciam.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

xv.q j.s. et volun tate.

Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.

xxiij. di. his. xxij. q.v nec solo.

¶ Inclina cor meū in testimonia tua ⁊ nō iclines i. inclinare pmittas in auariciā. Itē q: nō solū appetitus meus est peruersus in auariciā: sz etiā in superbiā et vanitatē et appetitū dñandi. Idō auerte oculos meos ne videant hanc vanitatem ambitionis. Sed viuifica et rectifica me in via et lege tua. Et statue mihi seruo tuo et imprime eloquiū scz legem tuā a te pbatā in timore tuo. q.d. Confirma me in timore tuo filiali per legē tuā que dicit. Dñm deū tuū timebis ⁊c. Me si fuero statutus et cōfirmatus in tuo timore tunc abijciā oēm concupiscentiā carnis et oēm superbiā et auariciam que regnant in mundo et impediunt homines ad seruandam et custodiendam legem. Et non solū me custodias a supradictis: sed etiam.

Amputa opprobriū meū quod suspicatus sum: q: iudicia tua iocunda.

De pe.d j.c.alij ecōtra.

¶ Amputa et aufer pctm̄ et opprobriū qd suspicatus sum. i. per quod suspicor et vereor apparere ante hoies. Et suspicor et vereor penā eternaz per qd sum mortu⁹ ⁊ priuor vita eterna. Ergo amputa et aufer hoc opprobriū per sacra legis tue que purgant et delent pctm̄. q: iudicia dei sunt iocūda. Quasi.d. Ego pen pctm̄. ⁊ culpā q̄ dr opprobriū: et maledictio suspicabar ⁊ verebar venire in tristes et crudeles penas. Sed tu amputa hoc opprobriū p iusticiā tuā. s. p tuā legē iustificātē ⁊ per sacra q̄ sunt iocūda ⁊ salubria. Et ponuntur hec iudicia p sacramentis legis: nā per sacramenta xps mutat iudiciū. q: pctōrem qui iudicatus erat ad mortē reuocat ad vitā satisfaciēdo p eo dando preciū sanguinis: idō vocat talia iudicia iocunda: q: viuificat hoiem. et de morte ad vitam reuocant. et cōmutant. Ideo sequitur.

xxij.q.ij. si quibet.

Ecce cōcupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.

¶ Ecce. i. ppter hoc: cōcupiui mādata tua. i. legē tuam euāgelicā: ideo in equitate tua viuifica me. nō in mea equitate siue iusticia: sz in tua. Et exaudi me in tua iusticia. et non in mea. que nulla est. Ideo nō intres in iudicium cū seruo tuo. Sed viuifica me in tua iusticia et lege sacramentorū: que hz vim viuificatiuā et sanatiuā et amputatiuam pctōrū et vitiorū et opprobriorū. Petit ergo iste bonus hō legē euangelicā q̄ hz vim viuificatiuā et sanatiuā: et inclinat cor ad largitatē et deuiat ad auariciā ⁊c. Est ergo lex euāgelica viuificatiua intelligentie largitiua. in viam dei deductiua. ad bonum et miam: ab auaricia et vanitate supbie auersiua. in timore dei confirmatiua. opprobrij amputatiua et in ipsa eqtate et iusticia renouatiua et. iustificatiua. q̄ sūt septē fruct⁹ ⁊ pprietates fidei siue legis euangelice per fidē. P̄rio ergo iste petit legē euāgelicā in cōi ad iustificanduz. Et in speciali petit intelligere eā per fidē siue petit fidem ad intelligendā legē ⁊ perscrutandā. Ex cui⁹ intellectu colligūtur supradicti septez fructus ex lege euangelica. Unde nota q lex euangelica nō solum abstulit opprobriū peccati. sed etiā opprobriū et iugū le.ve. et onus importabile. Cū ergo dauid preuidisset in spū ab vtroq; opprobrio nō aliter q per legē euāgelicā fore se absoluendū. idō petit eā. ⁊ petit tale opprobriū a se auferri. Itē in le.ve.te. multa tolerabant et concedebant ppter duricie illius ppli q̄ sunt opprobriosa. puta vsura: auaricia: liber repudij ⁊c. Que oia abijcit lex euangelica q̄ nō cōtinet nisi precepta suauia ⁊ iocūda et portabilia. Ideo hanc petit dauid et dicetis. In hoc octonario ptz pfectio et supeminentia legis euangelice supra legē ve. Nam ista iustificat totum hominem interius et exterius et quo ad voluntatē et factum et quo ad deuz et primuz et prohibet omnez auariciam et vsuram: non solum cū suis: sed etiā cū extraneis: qd non faciebat lex vet⁹. Ex supradictis etiā ptz q alia lex erat

tudo. Ex quo sequitur ꝙ latior et maioris ambi tus est fides ꝙ charitas: et charitas ꝙ spes. Nam plura credimus ꝙ diligimus. Naz nos credimus bona ⁊ mala in lege memorata scilicet deum esse summum bonum et oĩpotentẽ creatorẽ celi ⁊ terre et diabolũ cecidisse in eternũ puniẽduz et infideles et legis transgressores impenitentes in eternum cruciãdos: ⁊ tamẽ ex charitate nõ diligimus nisi deum ⁊ proximũ. Itẽ diligimus deũ et primũ ⁊ tñ nõ ponimus spẽ ⁊ finẽ nostrũ nisi in solo deo ⁊ vera beatitudine. A ¶ Item sequitur ꝙ diffinitio spei q̃ datur a magr̃o nõ est sufficiens nec eua cuat nr̃m ꝓpositũ spei cũ dicit. Dõ spes est expectatio future beatitudinis ex gratia ⁊ meritis precedẽtibus. Nã habitus infusus spei non sequitur meritũ immo ꝑcedit: immo est causa merẽdi quia intantũ meretur quis inquantũ opaꝛ ꝑ spez rõne summi boni q2 si spes nõ subleuaret ad operãdũ ꝓpter solũ deũ operator nõ mereretur. Naz sicut actus moralis non est dign⁹ laude nisi proueniat ex habitu morali: ita operatio nõ ẽ meritoria beatitudinis nisi proueniat ab habitu theologico. s. fide spe ⁊ charitate. Qui quidẽ habitus semꝑ est iũctus ⁊ inseparabilis a gratia gratificãte. Jdõ act⁹ spei nõ est proprie expectare sed sperare quod idẽ est quod vltimatum finez in deo constituere. Et ex hoc sequitur meritũ iustificãs ⁊ dignificãs hominẽ ad beatitudinem eternã consequendã. Ideo dd cupiẽs perfici ⁊ iustificari ⁊ subleuari ꝑ spẽ ad cõstituẽdum finẽ suũ in solo deo petit xp̃m in lege ꝓmissum qui erat legẽ euãgelicam laturus qui per spẽ cũ fide ⁊ charitate nos erat iustificaturus. Itẽ anagogice petit etiã beatitudinẽ ꝓmissam quam per spẽ sumus assecuturi ⁊ ideo dicit in ꝑsona totius corporis mystici. O domine mitte filiũ tuũ ⁊ memor esto verbi. s. promissionis tue facte seruo tuo abrae cũ dixisti. in semine tuo benedicẽtur omnes gẽtes. Et dixisti per os iacob. Nõ auferet sceptrũ de iuda ⁊c. Itẽ da mihi beatitudinẽ quã promisisti oli abrae ⁊ semini eius cũ dixisti. Gen. xv. Suspice celum ⁊ numera stellas ⁊c. ⁊ sic erit semẽ tuuz. q. d. Sicut stelle sunt in magno numero fixe in celo stellato sic erit semẽ tuũ ⁊ filij ꝓmissionis in celo empyreo collocati in quo verbo ⁊ promisso spẽ dedisti mihi seruo tuo quam spẽ ego statui finem meũ vltimatũ in illa promissa beatitudine. Ueniat ergo messias q per fidem ⁊ spẽ ⁊ charitatem mihi est daturus hãc beatitudinem. Itẽ esto memor verbi tui quod dixisti in pricipio quãdo me de paradiso eiecisti ⁊ in hãc ꝑegrinationẽ misisti. s. ꝙ mitteres filiũ tuũ in carnem de mea progenie vt redimeret me ⁊ reduceret in beatitudinem amissam: in quo verbo ⁊ promissione dedisti spem mihi seruo tuo sub qua spe ego peregrinor in hac via: ergo mitte ipsum primo in carnem et postea in gloriam.

Nota d diffinitiõne spei.

Hec me consolata est in humilitate mea q2 eloquiũ tuũ viuificauit me.

j. q. j. ca. interrogo. iglo.

¶ Hic assignat effectus ⁊ fruct⁹ ⁊ ꝑfect⁹ spei. Nã primo ꝯsolatꝛ ꝓpter ꝑmiũ ꝓmissũ. Scḋo fortificat contra impedimenta. Tertio pellit timorẽ ⁊ defectum. Quarto letatur in aduersis ⁊ excitatur in eis. Quinto cum patientia et equanimitate tolerat moram finis consequendi: ideo in hoc septimo octonario memorat primos quinqꝫ fructus ipsius spei in sequenti vero ibi. Portio mea memorat sextum fructum. Dicit ergo primo. Hec scilicet virtus spei consolata est me in humilitate ⁊ persecutione mea. Quia semper consolatur in aduersitate: eo quod offert precium finis ante oculos: et sic reddit laborem facilem. Ideo sequitur. Quia eloquium scilicet promissium tuum viuificauit me dando vires in aduersis.

Superbi inique agebant vsqꝫquaqꝫ a lege autem tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: et consolatus sum.

iiij. q. j. c. vlt. ⁊ xix. d. c. i memoriaz.

¶ Item dedit mihi spes fortitudinem contra superbos sequentes me. Nam cum superbi agebãt inique vsquequaqꝫ id est aliquãdo vel semper tũc in virtute spei a lege tua non declinaui id est licet superbi semper agerent inique contra me: tamen de lege tua non declinaui. Et quare non declinaui a lege tua: quia memor fui iudiciorum tuorũ a seculo id est que a principio vsqꝫ nũc fecisti. Naz licet ad tempus permiseris iustos vexari a malis tamẽ in fine liberasti eos sperãtes in te: et punisti persequentes eos sicut patet de pharaone sennacherib et nabuchodonosor et antiocho. Et cum tali spe consolatus sum.

Defectio tenuit me pro peccatorib⁹ derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuam. Hec facta est mihi quia iustificationes tuas exquisiui.

Saen. xx. q. vi. c. vlti.

xvj. q. ij. post me.

¶ Item spes dedit mihi tertium fructum qui est gloriari in aduersis ⁊ mittere foras timorem. Naz defectio ⁊ timor mortis tenuit me aliqñ pro peccatoribus derelinquentibus legem tuã. qui mihi mortẽ comminabantur. Sed propter spem cantabiles mihi erant iustificationes tue. id est cum alacritate considerabam legem tuam: vbi precipis ⁊ dicis. ꝙ beati qui persecutionem patiuntꝛ ꝓpter iusticiam ⁊ ꝙ merces eorũ copiosa est in celis. Et ideo ista lex erat mihi cantabilis ⁊ ꝯstabilis i hoc loco peregrinationis mee: scilicet in hac vita ⁊ in hoc tempore persecutionis. Et sic memor fui nominis tui in nocte aduersitatis ⁊ persecutionis fidelium et malorum: et cum spe custodiui legem tuam. Et hec nox et persecutio siue aduersitas facta ⁊ data est mihi a tyrãnis ⁊ infidelibus seu prauis hominibus: eo ꝙ iustificationes tuas exquisiui: id est q2 viuebam iuste ſm legem tuam: ⁊ etiam dissimilis vite ⁊ moribus eorum etiam quia confitebar xp̃m corã hoĩbus ⁊ defendebã leges eius: tã

inferebant mihi vexationes ⁊ tormēta. Sed in virtute spei omnia tolerabaꝫ. Unde cantabiles erāt iustificationes ⁊ precepta dei aplis quādo ibant gaudentes a conspectu cōsilij ⁊ se dignos reputabant pro nomīe. Jesu a iudeis ⁊ ceteris contumeliam pati. Quia tunc cantabant ⁊ predicabant legem ⁊ ꝑcepta xp̄i dicentes. Obedire oportet deo magis ꝙ̄ hominibus. Actu. iiij. Item precepta veteris legis fuerunt onerosa et flebilia vsꝗ ad xp̄ꝫ: sed precepta et iustificationes legis euangelice

Heb. sunt cantabiles id est delectabiles, ⁊ faciles et sua

xxiii. q. j. ues fidelibus christianis.

ca. sūma **Portio mea domine: dixi custodire legem tuam.**

¶ In hoc octauo octonario ponit quartum effectum siue fructum spei qui est cum patientia tolerare longitudinem ⁊ moram beatitudinis promisse. Nam spes patientiam operatur. vt ait Jacob᷒ ca. j. Dicit ergo. O dn̄e quia est portio mea et hereditas mihi promissa. ideo dixi. i. statui cū patien

xxiiij. q. tia ⁊ longanimitate custodire legē tuam.

j. c. odi. **Deprecatus sum faciē tuā in toto cor**

⁊ xxiij. q. **de meo: miserere mei ſm eloquiū tuū.**

v. scptū. **Cogitaui vias meas: et conuerti pedes meos in testimonia tua.**

¶ Et non diffidens de ꝑmisso lꝫ differatur deprecatus suꝫ faciē tuā in toto corde meo sine intermissione non auferas ꝑmissum: idō miserere mei btitudinē cōferēdo ſm eloquiū ⁊ ꝑmissuꝫ tuū: qꝛ ꝓpter hoc cogitaui dirigere vias meas ad te ⁊ conuerti pedes meos. i. opationes meas in testimonia tua id est direxi opera mea ad te tanꝙ̄ in finē vltima

xlv. d. ca tum qui est tertius effectus ⁊ proprietas spei.

due. ⁊ xv **Paratus sum et non sum turbatus:**

q. vj. c. j. **vt custodiam mandata tua.**

¶ Et idō lꝫ differat̄ mihi premiū: tn̄ paratus sum ⁊ nō suꝫ turbat᷒ nec desꝑaui vt custodiaꝫ mandata tua: immo cū patiētia spero ⁊ tolero morā ⁊ nō de

di. xci. c. sisto laborare ⁊ custodire ⁊ obseruare legem tuam.

p̄sbyter. **Funes peccatorū circūplexi sunt me**

extra de **et legem tuam non sum oblitus.**

cele. miss **Media nocte surgebā ad cōfitenduꝫ**

sa. c. j. **tibi sup iudicia iustificationis tue.**

¶ Item licet funes ⁊ laquei peccatorū, ⁊ vitiorū et tentationum siue ꝑsecutiones hominuꝫ pctōrum circunplexi sunt ⁊ circūdederunt me. Et tamē legem tuā non sum oblitus postꝙ̄ sum per spē subleuatus ⁊ radicat᷒ ore ⁊ opere obseruādo rōne ꝓmisse btitudinis. Et sic i cōtinua orōne perseuerādo media nocte surgebam ad confitendū tibi matutina officia celebrando: ⁊ ibi in officio nocturno recitabam iudicia iusticie tue legendo gesta no. et

xv. q. j. c. ve. te. vbi scribuntur ⁊ leguntur iudicia tue iusticie

firmissi scilicet miracula et punitio malorū ⁊ p̄mia bonoꝝ

me. i gl. q̄ sunt iudicia iusticie tue in vtroꝗ testō contenta.

Particeps ego sum omnium timentium te: et custodientium mādata tua.

¶ Et iam sic legēdo: ⁊ imitādo opa iustorū ⁊ vitādo iniquitates prauoꝝ fact᷒ sum particeps oīm timētium te: et custodientiū legeꝫ tuā. Tota lex eīn tua cōsistit in duobus: scꝫ in declinādo a malo ꝓpter timorē pene. Et in faciēdo bonū ⁊ custodiēdo legē ꝓpter spem beatitudinis: idō ꝑ spem nō sum fact᷒ particeps malorū: nec simul: sed timentiū ⁊ custodientiū legē tuam ꝓpter spem: nam mandata tua iubent bene agere ꝓpter spem: sed precepta prohibent malum fieri propter timorē pene.

Misericordia tua domīe plena est terra: iustificationes tuas doce me. Supra xxxij. a.

¶ Cōcludit ergo dicens. O dn̄e iesu xp̄e, qꝛ ꝑ aduentū tuū ⁊ dationē legis euāgelice plena est terra mīa tua. Qꝛ omni volēti et pulsanti facis miaꝫ per sacr̄a ecclesiastica remittēdo culpā ⁊ largiēdo gratiā in p̄senti ⁊ beatitudinē in futuro in virtute spei que p̄supponit fidē ⁊ charitateꝫ affectiuā: idō iustificatiōes tuas doce me: vt possim ꝯsequi beatitudinem. Sunt ergo fructus, spei consolatio siue gaudiū in eternū: vigor et audacia contra superbos: pulsio timoris: et supplementū defectus: leticia in persecutionib᷒: aggressus terribiliū: exercitium in aduersis dirigere opera in deum: patienter tolerare morā: statuere finem in deo: continua deprecatio: participatio iustorum. His fructibus acquirit̄ beatitudo: ⁊ hos petit iste homo in duobus octonarijs supradictis: et hos fruct᷒ spei enumerat apostolus ad Gal. v. licꝫ sub alio ordine et vocabulis et vocat eos fructus spiritus ⁊c. Benemerito ergo isti octonarij supradicti scribūtur per ordinē in principio cuiuslibet versus his litteris hebreis: scꝫ heā interpretatur vita: vau que interp̄tat̄ in ipsa. zay que interpretat̄ viuit. et heth que interpretat̄ viuēs: quasi dicat. ꝙ in ipsa scꝫ fide: ⁊ in ipsa: scilicet spe viuit omnis viuens in gratia: idest in vita spirituali.

Teth.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum tuum.

Bonitatem et disciplinā et sciam doce me: quia mandatis tuis credidi. xj. d. ca. nolite. v

Priusꝙ̄ hūiliarer ego deliqui: ꝓpter ea eloquium tuum custodiui. iij. q. j. in scriptu ris.

¶ Hic petit perfici ⁊ iustificari per charitatē euāgelicā. Et ideo iste nonus octonari᷒ scribitur per litterā teth qđ signat bonū. Et sequēs octonari᷒ scribit̄ per lr̄am yot: qđ signat principiū. q. d. charitas euangelica de qua agit̄ in his duob᷒ octonarijs est bonū ⁊ optimū principiū oīs meritorie

Charitas euāgelica differt a legali. opatiōis. A ¶ Ad cuius intelligentiā est notādū ꝙ in hoc differt charitas euangelica a charitate legali. Nam illa p̄cipiebat diligi amicuꝫ: et permittebat haberi odio inimicuꝫ. Sed ex charitate euangelica precipimur diligere amicum: ⁊ orare pro inimicis: et benefacere eis qui oderunt nos. Et per cōsequēs precipit diligere vtrūꝗ. s. amicū ꝓpter nos: ⁊ vtrūꝗ ꝓpter deū. Ex quo ptꝫ ꝙ so

la charitas euangelica reddit hominem bonū:eo φ iustificat voluntatem et per consequens totum hominem. Unde sicut homo dicitur verus per fidē et rectus per spem inquantū intēdit verū et rectū ⁊ bonū finē:ita dr bonus per charitatē que pficit et eleuat voluntatē ad bn operandū. Nā hō dicitur bonus moralr ⁊ meritorie a bonitate volūtatis Et ideo iste pegrinus in hoc octonario petit iustificari p charitatē euāgelicā. Et in sequēti octonario petit in ea pfirmari ibi manus tue. ¶ Quantū ergo ad primū dicit. O dñe tu fecisti bonitatē cū seruo tuo cōferēdo ei euāgelicā charitatē ⁊ faciēdo ipsum bonū per eā fm verbū ⁊ pmissum tuū: qr pmisisti per hieremiā ⁊ alios pphetas dare legem scriptā in cordibus hoim.i. iustificantem ⁊ pficientē corda hoim. Et nota φ hic ponit preteritum indicatiui pro impatiuo:siue optatiuo.i. fac bonitatē cū seruo tuo cōferendo ei charitatē euāgelicā que reddit et facit hoiem bonū totaliter et perfecte. Et ideo sequitur. bonitatē ⁊ disciplinā et scientiam doce me.i. vt sciā in quo cōsistit vera disciplina que est charitas et sciētia disciplinabilis ad recipiendū ⁊ obseruandū precepta charitatis:ideo sequitur. Qr mādatis tuis credidi. Quasi dicat. Da mihi charitatē ⁊ disciplinā:vt serues mandata tua:qr eis credere intendo. Nā talia mādata et precepta data sunt mihi ad cohibendum pctm. Nā priusq̄ hūiliarer.i. priusq̄ punirer ego deliqui mandata ⁊ precepta tua trāsgrediendo siue preuaricando ⁊ propterea eloquium tuum custodiui:idest custodire intendo ne iterum incidam in talem sententiam.

De pe. di.i. serpēs. iij. q.i. nulli dubium **Bonus es tu:⁊ in bonitate tua doce me iustificationes tuas.**

Multiplicata est sup me iniquitas supborū ego autē in toto corde meo scrutabor mandata tua.

xij. qō.i. discas. **Coagulatum est sicut lac cor eorum ego vero legē tuam meditatus sum.**

¶ Ergo postq̄ bonus es tu per amorē ⁊ dilectionē essentialr:ideo doce me iustificatiōes tuas in bonitate tua. Et hoc ad pferēdos incursus superborum iudeorū qui noluerūt venire ad fidē euāgelicā ⁊ charitatē:sz māserūt in sua obstinatiōe. Unde qr ego secutus sum fidē euāgelicā multiplicata ē super me iniquitas supborū obstinatorū iudeorū. Ego nō timebo eos:imo in toto corde meo scrutabor mādata tua in lege euāgelica contenta. Et seruabo ea:⁊ per ρhs orabo pro eis vt cōuertantur. Qz coagulatū ⁊ obduratū est cor eorū sicut lac qd cōgelatur in caseum:⁊ sic manēt obstinati ⁊ ceci ⁊ indurati. Ego vero legē tuā meditatus sum:in ea die ac nocte contemplando.

vij. q.ij. c.aduersitas.xxj qō. viij. c.viij. **Bonū mihi quia humiliasti me:vt discam iustificationes tuas.**

Bonum mihi lex oris tui super milia auri et argenti.

¶ Bonū ergo fuit mihi:qr hūiliasti me ad credēdū:vt discā iustificatiōes tuas ⁊ euāgelicas operatiōes. Itē lex euāgelica oris tui fuit mihi bonū.i. multo melius sup milia talēta auri ⁊ argēti. Quasi dicat. Ad cuius preciū reputo intelligere ⁊ seruare legē euāgelicā que data est ab ore tuo φ oia pōdera auri ⁊ argēti. Un̄ nota φ lex vetus continet legē moysi ⁊ pphetas. Un̄ tam doctrina moysi φ prophetarum est reuelata per angelos:sz lex moysi tradita est mō obscuro sub quibusdā velaminib⁹:doctrina vero pphetarū reuelata est magis clare. Et ideo per argentū intelligit pphetalegē moysi:⁊ per aurū intelligit doctrinā pphetarū. Sed qr lex euangelica tradita est nobis immediate ab ore xpi qui est verus deus:ideo est melior absq̄ cōparatione φ lex moysi ⁊ doctrina pphetarum. Et iō dicit dd. O xpe bonum mihi lex oris tui.i. melior est mihi lex euāgelica oris tui sup milia auri ⁊ argenti.i. φ mille leges moysi ⁊ prophetarū. Et hoc multiplici rōne. Primo rōne dignitatis:qr tuo ore immediate plata ⁊ predicata:et in cordibus hoim scripta. Scdo:qr liberat a iugo seruitatis veteris legis. Tertio qr iustificat ⁊ mūdificat a pctō. Quarto:qr reddit hominem bonū eo φ nō solūmodo iustificat actū:sed etiam ppositum ⁊ voluntatem. Quinto qr gratificat ad vitā eternā:ergo nulla alia doctrina:nec lex est ipsi cōparanda. Ergo melior est mihi lex oris tui euāgelica super milia auri et argenti veteris legis post φ illa nō poterat me iustificare.

Manus tue fecerunt me ⁊ plasmauerunt me:da mihi intellectum vt discam mandata tua. Job .x.b xlvij. di. c.oēs.

¶ In hoc decimo octonario petit confirmari in fide:spe:⁊ charitate per grā ⁊ intm perfici:.vt reddatur immaculatus ⁊ aptus ad btitudinē pmissam. B ¶ Un̄ est notādū fm Aug. in libro de libero arbitrio φ duplex est gratia vna preueniens bonā volūtatē:et alia subseqns. Illa grā pueniēs precedit humilitatē:qr humiliat hominē ad audiendā legē dei. Ex cuius auditu sequitur fides ⁊ credit homo. Ex fide sequitur charitas et ex charitate effectiua sequitur spes ⁊ ex hac sequitur charitas q̄ per fidē ⁊ spē incipit operari:sz ista nō potest operari nisi per gratiam subsequentem ⁊ ideo gratia subsequens est triplex fm eundem Aug. Nā quedā dr incipiēs: alia proficiens: alia perficiēs. Nā licet quis per gratiam preueniatur ⁊ illa nō subsequatur nunq̄ incipit. Et licet incipiat per gratiam subsequentem et illa gratia non prosequatur:licz deficiat post inceptum nunq̄ homo proficiet:et si in proficiendo deficiat nunq̄ perficiet. Est ergo necessaria homini ad consequendam beatitudinem gratia preueniens et incipiens:et proficiēs et perficiens. Unde Augu. vbi supra cooperando deus in nobis perficit quod cooperando incipit Gratia autem incipiens et proficiens bene conceditur φ est eadē et gratificat nisi φ habet suos gradus. Sed dubitant aliqui de grā perueniente et mouente ad credendum si est eadem cum ope Duplex gratia.

ratione. Sed non est dubium quin humilis sit cómes cum omni gratia. Nã gratia preueniens primo mouet ad humilitatem vt audiat legem ꝛ disciplinam vt dictuꝫ est. Ex qua sequitur fides. Et sic credit humilis simul cum gratia incipiendo et operando et perficiendo. Et ideo quia iste homo petit superius iustificari per legem euangelicam puta per fidem: ꝛ charitatem: ꝛ spem: ꝛ humilitatem: ideo in hoc decimo octonario petit perfici ꝛ continuari per gratiam que est principiuꝫ ꝛ finis totius legis euangelice. et reddit hominem perfectū iustum et immaculatuꝫ quod principaliter petitur in hoc psalmo. Dicit ergo. O dñe da mihi intellectum vt discam mandata tua: q: manus tue fecerunt me. ꝛ plasmauerunt me ad ymaginē tuā. Nam tu me fecisti ad ymaginem tuam dando intellectum et memoriam et voluntatē vt oīa intelligerē ꝛ cognoscerem: sed ex peccato peruersus iudicaui bonum malum: ꝛ malū bonum. Et sic perdidi viam eundi ad veram beatitudinem ad quā me creasti.

Jotb. xxiij. q. iiij. displiceat.

Qui timent te videbunt me ꝛ letabūtur: q: in verbo tuo supersperaui.

¶ Da ergo mihi intellectum: idest veram intelligentiā vt discam mādata tua et viuā scḋm legē tuā et tunc qui timent te videbunt me ambulantem in via iusticie ꝛ ex charitate letabunt. Q: charitas congaudet de bono proximi ꝛ non gaudet super iniquitate: congaudet aūt veritati. i. ad Cor. xij. et Mat. v. Sic luceat lux vestra ꝛc. Ut videāt opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in ce. est. Fac ergo hoc: quia in verbo et promisso tuo supersperaui. Et letabuntur etiam timentes te: eo q supersperaui: idest valde speraui in verba et promissa tua.

xj. di. ca. ad h. in glosa.

Cognoui dñe q: equitas iudicia tua et in veritate tua hūiliasti me.

¶ Et da mihi intellectum: quia non peto cum superbia: sed cum humilitate. Nam ego cognosco q iuste punisti me in adam. Quia iudicia tua equitas: idest iusta ꝛ equa sunt nulli faciens iniuriā. Jō cognoui q in veritate tua ꝛ iusticia humiliasti me et punisti me a paradiso eijciendo ꝛ penalitatibꝰ et passionibus et infirmitatibus et ignorātie subijciendo.

xxiiij. q. viij. c. scire.

Fiat mia tua vt cōsolet me: secundū eloquiū tuum seruo tuo.

¶ Fiat ergo mia tua vt p̄solet me saluatorē mittēdo ꝛ bñdictionē ꝛ grām largiēdo quā ego spero scḋm eloquiū ꝛ promissionē factaꝫ seruo tuo abrae et Jsaac: et Jacob: et Dauid.

De pse. dist. iiij. nec quāquam.

Ueniant mihi miserationes tue ꝛ viuam: q: lex tua meditatio mea est.

¶ Ueniāt mihi miseratiōes tue. s. euāgelica predicatio ꝛ sacra ecclesiastica: ꝛ passio: ꝛ resurrectio: ꝛ viuā per istas miseratiōes: q: prebebūt mihi vitā spūalem per gratiā. Q: ppter hoc lex tua meditatio mea est. Nam semp meditor et contemplor in lege tua expectando huiusmodi gratiam. Et tūc in aduentu tuo per dationem legis euangelice.

iij. q. j. c. nulli dubium. xvj. q. ij. caplo j.

Confundātur superbi: q: iniuste iniquitatē fecerūt in me: ego aūt exercebor in mandatis tuis.

Conuertantur mihi timentes te: ꝛ q noverunt testimonia tua.

¶ Cōfundant iudei supbi ꝛ obstinati ꝛ ceteri infideles: q: iniuste iniquitatē fecerūt in me persequēdo me ꝛ affligēdo. Ego aūt cū tali persecutiōe exercebor in mandatis tuis: q: virtus cum infirmitate perficitur. Et licet superbi ꝛ obstinati cōfundant: tñ aliqui ex iudeis timentes te cōuertantur mihi: ꝛ oēs qui nouerūt. i. cū hūilitate audire voluerūt ꝛ crediderūt legi tue. Hoc dicit: q: multi ex iudeis credētes conuersi sunt ad fidē xp̄i predicatione aplorꝫ: vt ptꝫ Actuū. ij. ꝛ. iij. Q: in vna die cōuersi sunt circiter quatuor milia. Et concludit iste homo qḋ principaliter intendit dicens.

xj. q. iij. sententi.

Fiat cor meū immaculatū in iustificationibus tuis: vt non confundar.

¶ Fiat cor meum immaculatuꝫ: vt non cōfundar in morte eterna: sed per obseruationem legis consequar vitam vitam eternam. Nam tu dicis q soli immaculati sunt beati per obseruantiam legis et ambulando sine macula in lege dñi. Ergo fiat cor meum immaculatum per gratiam tuaꝫ. petis ergo in hoc octonario. Primo intelligentiam legis euangelice ad perficiendum intellectum. Secundo miam ꝛ gratiam ad perfectionem voluntatis. Tertio vt superbi et obstinati confundantur. Quarto vt humiles et timentes deum conuertantur ad fidē christi. Quinto vt conscientia et tota anima sit sine macula: ꝛ iustificetur per gratiā legis: vt iste hō mysticus sit aptus ꝛ habilis ad beatitudinē capessendā. Qō aūt grā quā hic petit distinguat a charitate quā superiꝰ petierat in sexto octonario forsan manifestū est. Nam charitas est virtus ꝛ habitus volūtatis ꝛ principiū operandi q: diligimus deum ꝛ proximū. Sed grā hic quesita est pfectio totius essentie aie ꝛ principiū viuendi spūaliter quo a deo diligimur. Sed tñ vna nō est sine alia. Et de hoc alr̄s dictū est. Ex supradictis in his sex octonarijs ptꝫ qualiter iste peregrinus accepit a xp̄o legem euangelicam iustificantē per fidem: spem et charitatem: ꝛ ecclesiastica sacramēta: in qua viuit et peregrinatur vsq ad secundum aduentum christi.

Capḋ. xxv. dist. c. ab exordio.

Defecit in salutare tuū aīa mea: ꝛ in verbū tuum supersperaui.

Defecerūt oculi mei in eloquiū tuū: dicentes qñ consolaberis me.

¶ In hac tertia parte peregrinus petit pficere in lege euāgelica quā a xp̄o accepit ꝛ perquam fuit iustificatꝰ. B ¶ Ad cuiꝰ intelligētiā est notādū q iste peregrinus quadrupliciter profecit in lege euāgelica post ascēsioneꝫ xp̄i. Nā primo profecit

adā seu hō pfecit in lege euangelica.

in predicatione legis euāgelice per quā triūphauit de populo gētili multo sanguine martyrū effuso. Scdo pfecit in doctrina ꝛ sapientia legis. Et hoc immediate post cōuersionē cōstātini quo tpe floruerūt multi doctores in ecclia in exponendis sacris scripturis. Tertio pfecit in sanctitate vite in eodē tpe in quo claruerūt multi scti patres monachi ꝛ heremite in egypto ꝛ in ceteris partibus mundi. Quarto pfecit in magna disputatiōe per quā cōuicit ꝛ cōfutauit prauitatē hereticoꝝ. Quattuor ergo facit ꝓpheta i hac tertia parte ser octonarios. Nam primo petit pficere in fortitudine ꝛ patiētia cōtra tyrānos. Scdo petit pficere in sciētia ꝛ doctrina euāgelica. Tertio petit proficere in sanctitate vite. Quarto petit pficere cōtra hereticos: scda ibi. Quō dilexi legem tuā: tertia ibi. Lucerna pedibus meis: quarta ibi. Iniquos odio habui. ¶ Quantū ergo ad primū est aduertēdū: vt legitur per totū discursum actuū ꝛ hystoriarū apostolorū q statim post ascensionē ꝛ missionē spūsancti apli inceperūt pdicare euāgelium xpi. Et ideo incurrerūt irā ꝛ persecutionē iudeoꝝ. Sꝫ exinde dispersi per vniuersum mundū predicauerūt euāgelium in toto populo gētili. Et sic inciderunt in diram persecutionē imperatorū ꝛ principū ꝛ tyrānorū in quo occisa est infinita multitudo martyrū vsqꝫ ad magnū Constantinū. Sed p conuersionem illius finaliter ecclesia de toto populo gentili triūphauit et ipm iugo christi subiecit. Quod preuidens dauid in spiritu in persona istius peregrini petit proficere et adiuuari. Dicit ergo domine iesu xpe aīa mea defecit. i. lassata ꝛ fatigata est in salutare tuum: idest expectādo tuū auxiliū ꝛ salutem ad liberandū me: et supersperaui: idest valde speraui cū magna cōfidētia in verbū tuū: idest in promissionē qua pmisisti in tua ascensione qñ misisti nos ad pdicandū p vniuersū mūdū: q totus mūdus subiiciet nobis in nomine tuo. Et sic predicauimus euāgeliū: et sustinuim⁹ nomē tuū. Propter quā predicationē passi sumus intolerabiles persecutiōes expectādo vt liberes nos a feroci psecutiōe tyrānorū. Et ideo oculi mei defecerūt: id est lassati sunt ꝛ fatigati sunt dicētes. O dñe iesu christe quādo cōsolaberis me et liberabis me ab ista persecutiōe. Vñ hoc in loco deficere sumitur pro infirmari: stupefieri. Nam xpiani tēpore psecutionū intantū fuerūt afflicti q inceperūt deficere ꝛ i fidē infirmari: imo fugiebāt ad mōtes: nec xpianos corā ppls se audebāt noiare. Et intātū sunt infrigidati ꝛ stupefacti q Marcellinus papa ex timore cōtra cōscientiā cōpulsus est idolis sacrificare siue incensum adolere. Ideo sequitur.

xlvij. d. c. oēs. i gl. **Quia fact⁹ sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.**

¶ Intantū defecit aīa mea ꝛ oculi mei expectando auxiliū q sum frigidus ꝛ rigidus ꝛ humore fidei siccus ꝛ euacuatus ꝛ stupefactus et immobilis sicut vter in pruina: idest in tpe pruine ꝛ hiemali cōstringit̄ dū est vacuus: intm q vix pōt aperiri et tractari: ita ego fui infrigidat⁹ ex timore psecutionū hoc faciebā ad extra corā gētibus nō audēs xpm cōfiteri. tamē ab intra iustificatiōes tuas nō sum oblitus. Quia nō perdidi fidē: q bene credebā te esse verū deū ꝛ messiā. Sed ꝛ timore rigidus et frigidus factus nō te audebā cōfiteri corā hominibus vidēs tantam stragem martyrum.

Quot sunt dies serui tui: qñ facies de persequentibus me iudicium. de pe. d. i. §. econtrario.

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. de pe. d. ij. §. opponitur

¶ O dñe quantū durabit ista persecutio quē das finē rex magne laboꝝ: reuela mihi quot sunt dies serui tui. idest quando finietur ista persecutio. Et quando facies iudiciū de tyrānis ꝛ paganis psequentibus me: puta de nerone et domitiano ꝛ decio et diocletiano ꝛc. Nam gentiles ꝛ tyranni iniqui narrauerūt mihi fabulationes: scilicet superstitiones fabulosas deorum et ritus nephandos osiris et cereris et bacchi ꝛ priapi ꝛc. Et cōpellebant me seruare ritus nephādos. Sed ista nō erāt vt lex tua que docet vnum solum deum adorari trinum in personis et vnū in essentia. Et quod verbū est incarnatū: et quod nos redemit per passionē ꝛc.

Oīa mādata tua veritas: iniqui persecuti sunt me adiuua me. iij. q. 8. §. nulli dubium.

Paulominus cōsummauerūt me in terra: ego aūt nō dereliqui mādata tua. vij. q. i. c. sugg. stā

¶ Nā sicut supstitio gentiliū est fabulosa ꝛ falsa ꝛ vana: ita per oppositū oīa mādata tua: ꝛ tota lex est veritas ꝛ vera. Et quia legem tuam esse veram predicabā ꝛ cōfitebar: ideo iniqui tyrāni me psecuti sunt. Quare adiuua me ab eis liberādo. Nam tanta fuit ꝛ tam grādis ꝛ crudelis psecutio ꝛ strages martyrū q paulominus cōsummauerūt ꝛ deleuerunt me in terra: intantum q vix reperiebat̄ xpianus in populis et ciuitatib⁹: nisi quidā abscōditi in speluncis montium: vt patet de vrbano papa ꝛ siluestro qui latebat cum paucis in montib⁹ serapinis ppe vrbē Romā: qui quesitus duct⁹ ante Constantinū putauit cum socijs interire ꝛ totaliter ecclesiam esse extinctā ꝛ deletam.

Secūdum miam tuā viuifica me: et custodiam testimonia oris tui. xl. d. c. q̄ libet.

¶ Sed dicit iste homo: ego autem in extremo periculo positus nō dereliqui mādata tua. Nam socios licꝫ paucos exhortabar ad martyrium ꝛ non desistebā ab oratione dicēdo. O domine iesu christe fm misericordiā tuam viuifica me. Nam licet sim mortificatus et frigidus et euacuat⁹ sicut vter in pruina: tamē tu me potes viuificare et calefacere et fortificare: ꝛ totā ecclesiam restaurare per cōuersionem Constantini et ceterorum gentiliū. Et sic multiplicatus ꝛ viuificat⁹ ꝛ restauratus custodiam testimonia oris tui. s. legē euāgelicā a te pa lā tam ꝛ in cordib⁹ hoim scriptā. Et nota q sicut totus hō mysticus tendit ad scdm aduentum xpi per legē dñi: vt recipiat vltimā perfectionē et beatitudinem per resurrectionem et iudiciū retributionem: ita quilibet fidelis particulariter peregrina

tur per legē xpi vsq ad finem vite sue vt particulariter recipiat retributionem future vite. Et ideo vnusquisq in hac peregrinatione petit dirigi per fidē: et adiuuari per gratiā et charitatē ne incidat in latronē. Et sic semper petit auxiliū in hoc psalmo dicens. Defecit in salutare tuum anima mea.

lamech xi. dis. c. testim. et xix. q. ij. c due.

In eternum domine: verbum tuum permanet in celo:

In generatione et generationem veritas tua: fundasti terrā et permanet.

¶ Hic in hoc duodecimo octonario agit grās de liberatione et restauratiōe ecclesie facta per Constantinū. vnde dicit. O dñe licz in pdicta psecutione multi dubitauerint et timuerint ne totaliter ecclesia periret et multi iam deficerēt quasi de restauratione desperarent. Tamen verbum tuum et promissio facta abrae de multitudine filiorū et benedictione gentium in christo manet vera et rata et firma in eternū: quia per conuersionē Constantini ex gentibus ecclesia congregata est: et filij promissionis multiplicati sunt. Sicut tu fundasti terram et mundum materialē: et manet in generatione et generationē. Quia licz fiant multe corruptiones: tamē succedunt generatiōes: et sic permanet: ita ecclia quā fundasti pmanebit p multas generationes vsq ad iudiciū: sicut promisisti Matth. xxiiij. Non preteribit generatio hec rc.

De cse. d. ij. c. ac cesserūt.

Ordinatione tua pseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.

¶ Nam licet fuerint facte multe strages martyrū tamē fiet noua regeneratio et restauratio ex gentibus ad fidez conuersis: et sic ecclesia durabit. Et sic dies perseuerabit vsq ad iudiciū ex ordinatione tua. Nam licet aliquando per absentiam solis fiat nox: tamen per vicissitudinē redit super terrā: et sic perseuerat et perseuerabit dies vsq ad consummationem seculi: ita pari modo licz christus cuius presentia causat diem gratie super terram in ecclesia quādoq abscondat: et subtrahat auxilium tēporale a suis: et permittat eos flagellari et pati persecutiones: et sic videtur eis nox et dies defecisse: tamē post persecutionē christus ostendit vultum auxilij super ecclesiam suam: et sic fit dies et prosperitas in ecclesia sicut factum est tempore Constantini: et exinde omnia seruiūt tibi o christe. Nam omnes nationes: scilicet indi: ethiopes: greci: et latini: et barbari: venerunt ad fidem.

di. j. c. cō suetudo xxv. q. j. c id. §. his itaq.

Nisi q lex tua meditatio mea est: tūc forte perissem in humilitate mea.

In eternū nō obliuiscar iustificationes tuas; qr in ipsis viuificasti me.

¶ Sed dum fui in illa persecutione: nisi q lex tua fuit meditatio mea. Et tunc forte perijssem in humilitate: idest persecutione et deiectione et aduersitate mea: qr semper meditatus sum in ea cōsiderans psecutiōes antiquorū: et quō in finez sp eos liberasti. In hoc ergo speraui: et nunq perdidi fidem sciēs q pmissio euāgelica nō poterat mētiri nisi aliter defecisses. Et idō in eternū nō obliuiscar iustificatiōes tuas: gratias agēdo: cantādo hymnos: et celebrādo festa et memorias martyrū. Qr in ipsis viuificasti et restaurasti me. Nā martyres tui sanguie suo viuificauerūt et pfirmauerūt ecclesiā.

xi. q. iij. c. ad mē faz. iij. q. j. c. nulli dubium.

Tuus sum ego: saluū me fac: qm iustificationes tuas exquisiui.

Me expectauerūt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.

¶ Ergo saluū me fac deinceps me a tyrānis liberando. Quia iam tuus seruus et cultor sum ego cū toto populo gentili ad fidē cōuerso. Nā licz ante essem inuolutus in superstitiōe multorū deorum: nūc tamē iustificatiōes tuas exquisiui: et legē euāgelicā colere et seruare decreui. Nam olim me expectauerunt: et insidiati sunt peccatores vt perderent me in sua superstitiōe: tamē testimonia tua intellexi: idest per fidem legis euangelice cognoui illā esse falsam. Et sic liberatus sum a macula illius et etiā a tormētis et psecutoribus sum liberatus virtute legis euāgelice: et fidei: et charitatis.

xv. qō. j. c. firmissime.

Omnis cōsummationis vidi finem latum mandatum tuum nimis.

¶ Nam ego intellexi et vidi oculis fidei christum finē esse omnis cōsummatiōis legis: qr fuit finis legis et prophetarū. Vidi etiā et intellexi in lege esse latum mandatū tuū: scz mandatū dilectionis dei et proximi: qō dicit latū: eo q ex eo pendet lex et prophete: et continet omnia alia mādata et precepta que licz sint multa: tamē oīa radicantur in vno mandato dilectiōis. Hoc inquā mandatū nimis latū intellexi eē finē oīs cōsummatiōis et obseruantie legis: et ideo cū hac charitate oēs persecutiones supaui: iō grās ago rc. Agit ergo gratias in pdictis duobus octonarijs de victoria habita de tyrānis et pplo gētili quē iugo fidei subiecit p charitatē et donū fortitudis. Ex supradictis ptz in his duob⁹ octonarijs qliter iste peregrin⁹ ab ascēsione dñi vsq ad Cōstan. fuit multipliciter per tyrānos vexat⁹ et afflict⁹ in aplis et martyrib⁹ sed tandē de oib⁹ triūphauit p cōuersionē magni Cōstantini et totū orbē subiugauit: hoc etiā dicit vnusquisq vir iustus qui triūphauit de petō resistendo tētatiōibus per gratiam preuenientez: aut surrexit a peccato per penitentiam.

Men. xvi. qō. j. c. reuertimini.

Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est.

Sup inimicos meos prudentem me fecisti mādato tuo: qr i eternū mihi ē.

¶ In hoc. xiij. octonario iste peregrinus petit pficere in doctrina et sapia euangelica: vel potest dici q agit gratias q sibi profecerit in doctrina et scientia Cōstantini: q tota idolatria fuit deleta et totus populus gentilis venit ad fidem. Et sic diabolus qui eiecerat hominem de paradiso fuit eiectus ab isto mundo: et sic creuit ecclesia in fide et doctrina legis euangelice. Ex cui⁹ studio et doctrina consecuta est ecclesia xv. fructus: vt patebit in

hoc.xiij. sequenti octonario. Vñ primo eccl'ia pfecit in doctrina. Scdo in sanitate vite plurimoꝝ religiosoꝝ ꝛ heremitarũ. L ¶ Ad cuius intelligentiã est notã. ꝙ finita persecutiõe tyrãnoꝝ tpe Cõstantini eccl'ia habuit frequẽtiã ꝛ copiã doctorum: tã grecoꝝ ꝙ latinoꝝ: qui declararũt ꝛ interpretati sunt totã scripturã noui ꝛ vet. testa. sicut fuit Athanasius ꝛ Eusebius ꝛ Gregorius Nazãzen⁹ Basili⁹ ꝛ Hylarius ꝛ Ambrosius ꝛ Hiero. ꝛ Au. Et sic eccl'ia tũc maxime viguit in sapia ꝛ doctrina ecclastica. Et ideo illa etas dicta est etas aurea sacroꝝ doctoꝝ. Hoc ergo pũidens dd' in spũ dicit in psona huius peregrini eccl'iastici. Quõ dilexi legẽ tuã dñe. i. intm̃ dilexi legẽ tuã: ꝙ tota die contẽploꝛ in ea. Et sic ꝑpter assiduũ studiũ ꝛ cõtemplationẽ per dona sapie ꝛ intellectus mihi in lege grẽ collata fecisti me prudẽteꝫ sup oẽs infideles ꝛ hereticos inimicos meos. Et hoc non ex meis viribus ꝛ laboribus: sed qꝛ ineternũ mihi es ppitius dona hmõi conferendo.

De pe. dis. iiij. c. gratia

Super oẽs docentes me intellexi: qꝛ testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: qꝛ mandata tua quesiui.

¶ Et cum tali gratia et frequenti meditatione intellexi secreta ꝛ mysteria ꝛ sacramẽta legis super omnes: idest magis ꝙ omnes magistri docentes me. Nam plus intellexit Paulus de archanis legis ꝙ Gamaliel magister eius. Et hoc quia mandata tua meditatio mea est. Et non solum intellexi super omnes docentes: sed etiam super omnes senes et antiquos patres patriarchas ꝛ prophetas. D ¶ Nam plus intellectus cetus apostolorum ꝙ abrã: Isaac: ꝛ iacob et Dauid: ceteri ꝑphete vt ait Hiero. in prologo ad desideriũ. Naꝫ quod illi viderũt sub enigmate in figura: isti viderunt oculis corporis et mentis ꝛ per effectum ꝛ hystoriam. vnde saluatoꝛ Mat. xi. Beati oculi ꝛc. Quia multi reges et prophete voluerunt videre q̃ vos videtis ꝛ nõ viderunt. Et sequitur quia mandata tua quesiui frequenti studio ꝛ meditatione cum auxilio donoꝛuꝫ spiritussancti. Et nota ꝙ ea que dicta sunt non solummodo intelliguntur ꝛ verificantur de eccl'ia pro statu doctorum: sed etiam de ipsomet dauid qui fecit hunc psal. Nam ipe in statu prophetico intellexit mysteria ecclesie sup omnes docentes ꝛ senes qui ipsum precesserunt. Nam clarius et magis distincte fuit ipsi reuelatũ mysterium incarnationis et passionis et resurrectionis christi ꝙ ipsi moysi et abrae et ceteris patriarchis et prophetis: vt dictum est in prologo. A ¶ Et ideo licet moyses scripsit legem tñ intelligẽtia legis clarius fuit reuelata ipsi dauid. Nã vt plurimũ interpretatus est legem moysi in psalmis. Et ideo de seipsa potest dicere. Super senes intellexi ꝛc.

Ab oĩ via mala ꝓhibui pedes meos: vt custodiam verba mea.

I. q. ij. c. sicut ferr

A iudicijs tuis nõ declinaui: qꝛ tu legem posuisti mihi.

et. ca.. v: genti.

¶ Sed qꝛ lex xp̃i nõ solũmodo est data causa scientie: sed etiã causa bene cooperãdi: vt per ipsam efficiamur boni ꝛ iustificemur in operibus nostris Ideo dicit intantũ profecit supple in studio sacre scripture ꝙ ab omni via malaꝫ ab omni vitio ꝑhibui pedes: idest affectus meos et appetitus et operationes vt custodirem verba tua: et precepta et mandata et a iudicijs tuis et statutis non declinaui. Quia tu legẽ posuisti mihi prohibenteꝫ omne peccatuꝫ.

De pe. di. ij. ca. firmum fundamentuꝫ.

Quã dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.

¶ O ergo ꝙ dulcia facta sunt faucibus meis spiritualibus eloquia tua ad vescẽduꝫ spũaliter. In tantũ ꝙ facta sunt dulcia ori meo et gustui spũali sup: idest magis ꝙ mel. L ¶ Unde nota xp̃ian⁹ intellectus fidelis hꝫ duas fauces quibus mandit et ruminat sacram scripturam. Faux superior est sensus mysticus. Faux inferior est sensus moralis: os autem anime est nobis sensus anagogicus. His enĩ faucibus ruminata ꝛ hoc ore hausta sacra scriptura est dulcis super mel. Si aũt solo sensu literali deglutiatur: redditur insipida et inutilis et indigesta. Iõ vt sic occidit: sed illis faucibus digesta et illo ore exhausta viuificat et nutrit animaꝫ.

De pe. di. ij. §. ñ est mirũ

A mandatis tuis intellexi: ꝑpterea odiui oẽm viaꝫ iniquitatis.

¶ Item fecit mihi septimũ fructũ et attulit meditatio iugis legis euãgelice. Qꝛ a mãdatis. i. a mãdatis tuis intellexi iniquitatẽ et iusticiaꝫ ducere hominẽ in interitũ mortis. Iõ idest ꝑpterea odiui omnem viam et processum et operationem iniquitatis. Ex supradictis ptꝫ qualiter iste peregrinus multum profecit in ista etate circa intelligentiam sacre scripture quam spiritussanctus ipi declarauit per Augustinum et alios doctores. Et digessit et ruminauit eaꝫ duabus faucibus: scilicet sensu prophetico et morali: et sic reddidit eã dulciorem super mel et fauum et magis dulcem quã aurum et argentum veteris legis. Intantum qd iste peregrinus pro illo statu supradictorum doctorum super oẽs senes ve. te. intellexit legem dñi et sacram scripturam. Et hoc est quod intendit ꝑphetice dicere dauid in persona huius peregrini in hoc octonario.

Nume. xxiiij. q. I ca. ñ turbatur.

Lucerna pedibus meis verbũ tuũ: ꝛ lumen semitis meis.

¶ In hoc octonario petit proficere in sanctitate vite et bonis operibus scdm legem euangelicam: cuiusmodi fuerũt multi sancti viri religiosi ꝛ anachorite in heremo tempore Constantini vt dictuꝫ est. Et sic numerat sex alios fructus quos adept⁹ est ex studio legis euangelice in societate sanctoꝝ religiosoꝝ. Et iõ in psona coꝝ dicit. O dñe verbũ tuũ. i. lex euãgelica fuit lucerna pedibus meis et lumen dirigens pedes et operationes meas ne ruerent in peccatum: demonstrans quid persequi

quid ve cauere deberem: et fuit lumen semitis et progressibus meis. Et h. d. q: lex euangelica docet prohibere pedes ab omi via iniquitatis et dirigit nos per semitas mandatorum et consiliorum: et ideo sequitur.

xxiij. q. i. ca. noli. Iuraui et statui custodire iudicia iusticie tue.

¶ Cum recepi baptismum sup. iuraui. i. voui et promisi et statui. i. firmiter me obligaui custodire iudicia iusticie tue cum abrenunciaui diabolo et mundo et pompis eius. Hoc idem pot referri ad statum monachorum et religiosorum qui renunciantes mundo et pompis eius se a pplo segregauerunt et iurauerunt et statuerunt sequi consilia xpi et sic vouerunt tria vota. s. obedientiam: castitatem et paupertatem: sic secuti sunt xpm: et ideo sequitur.

xxij. q. iij c. p sens. Humiliatus sum vsquequaque dne viuifica me scdm verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac dne: et iudicia tua doce me.

Aia mea in manibus meis semper: et legem tuam non sum oblitus.

¶ Humiliatus sum vsquequaque dne. s. per obedientiam et castitatem. Et ideo viuifica me per gratiam sm verbum tuum Et ideo sequitur. Beneplacita fac tibi dne et accepta voluntaria vota oris mei: q: scio q peccatores non exaudis. ideo doce me iudicia tua. i. fac me implere ex gratia: q: aia mea semper est in manibus tuis. i. offero eam tibi vt facias voluntaria oris mei tibi beneplacita: q: legem tuam non sum oblitus. Hoc autem dicit: q: religiosi seculo renunciantes posuerunt aiam et voluntatem in manibus sui plati. Sz q: vt plurimum hr. Anima mea in manibus meis semper sm nram translationem. Ideo est alia snia. i. q: aia mea est semper in manibus meis. i. in arbitrio meo libera me ad vtrumlibet. Ideo legem tuam non sum oblitus vel sic. Fac ergo vota mea voluntaria beneplacita tibi: q: nil aliud habeo meum pprium nisi operationes et orones voluntarias: eo q pcedunt ex libero arbitrio. Nam aia et voluntas est in manibus meis. i. in mea ptate: q: nihil tam in ptate nra q voluntas: vt inquit Augustinus.

xv. q. 8 s. nulli i u bium. Posuerunt peccatores laqueum mihi: et de mandatis tuis non erraui.

¶ Et declarat qd dixit aia mea in manibus meis semper: q: posuerunt peccatores. i. demones mihi laqueum. i. multiplices temptationes: q: sancti multas temptationes passi sunt in deserto: vt ptz de beato Antonio. Etiam non solum diaboli posuerunt mihi laqueos interius: sed etiam peccatores et praui et heretici qui sunt membra diaboli posuerunt mihi laqueum hereseos in sacra scriptura adducentes falsas opiniones vt in aliquam heresim inciderem. Et cum auxilio gratie tue: et diligenti studio legis euangelice: nunq erraui de mandatis tuis: nec a veritate fidei catholice: nec etiam erraui mortaliter transgrediendo mandata: imo ea opere compleui.

xxij q. v. disp et ceci. Hereditate acquisiui testimonia tua i eternum: q: exultatio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum: propter retributionem. xv. q. i. c. firmissime.

¶ Et sic ex iugi meditatione sacre legis acquisiui i eternum testimonia tua. i. intelligentiam sacre scripture hereditate quadam. i. in hereditatem et possessionem: que quidem mandata sunt exultatio cordis mei: q: exulto et letor in possidendo intelligentiam legis: ac si possiderem magnum thesaurum inuentum in agro. Mat. xiij. Q: non solum letor in possidendo sicut thesaurum sacre scripture in sciendo: sed opere adimplendo compleui que in ea precipiunt et iubent: ideo inclinaui cor meum et appuli animum ad faciendas iustificationes tuas in eternum. Et hoc non in vacuum currendo: sed propter retributionem et coronam incorruptibilem et beatitudinem promissam rc. Quia propositum in principio. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. A

¶ Ex quo patet q. xv. fructus dicit iste ho se collegisse ex iugi studio sacre legis euangelice et sacre scripture per gratiam et donum sapientie et intellectus. Primo quia factus est prudens super inimicos suos. Secundo quia intellexit super magistros suos. Tertio quia intellexit super omnes antiquos patriarchas et prophetas. Quarto quia lex euangelica prohibuit pedes eius ab omni via mala. Quinto q: non declinauit a iudicijs dei. Sexto q: per salem euangelicum facta est dulcis scriptura ve. te. que erat insipida. Septimo odiuit oem viam iniquitatis. Octauo q: lex euangelica fuit lucerna ipsi et lumen. Nono q: propter eius dulcedinem iurauit eam seruare et in religione tria vota promittere. Decimo quia viuificauit eum a morte. Undecimo quia sola lex euagelica est illa que offert deo sacrificium de se gratum et beneplacitum deo. Duodecimo q qui dirigitur a lege non potest errare Tertiodecimo q eius possessio est lata. Quartodecimo q inclinauit cor hominis ad faciendas iustificationes. Quintodecimo quia per solam ipsam habemus retributionem eternam: et beatitudinem promissam. Fruct. xv. ex studio scripture.

Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi. xxiij. q. 8. iij. c. uo. lxxv. di. odio.

qui me decepit in paradiso vnde cecidi ꝛ fui expul
sus ꝛ libera me a labijs iniquis. et lingua dolosa
membrorū diaboli scilicet infidelium ꝛ hereticorū
qui me impediūt ne ascēdam istū primū gradū.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.

Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs.

¶ Hic propheta predicit punitionē infideliū qui
phibent fideles in ascēsu suo. Unde dicit iste homo
mysticus quasi indignatiue cōtra diabolū ꝛ mem
bra eī⁹. O maledicte diabole. Et o tu infidelis qd
putas detur tibi aut apponat tibi ī penā ad lin/
guā dolosā. i. q̄ pena dabit tibi p ligua dolosa ꝛ
p deceptione. Et respondet. Quid putas dabitur
tibi. Dabūtur enim tibi sagitte ire ꝛ vindicte dei
omnipotentis cū carbonibus ꝛ ignibus desolato
rijs qui destruēt omnes infideles ꝛ psecutores ec/
clesie ꝛ vastabunt hierusalem per Titum ꝛ vespa/
sianum. Et punient diocletianum ꝛ neronem ꝛ ce/
teros persecutores ecclesie. Et etiam interficient
antixpm: ꝛ post obitus eorum apponentur eis car
bones desolatorij in inferno ꝛ in penam eternam.
Et ista erit vltio omnium malignorū qui conati
sunt impedire fideles ne ascenderent in celum.

xxij. q. 5. iiij. dis/ plicet. ꝛ xv. q. 5. j. firmissi/ me.

Heu mihi qꝛ incolatus me⁹ prolōgatus est: habitaui cū habitantibus cedar multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.


d. vj. c. s. ꝛ. xxxij. q. v. si paulus extra de cōsti. c. nā concupiscē/ tiam.

¶ Iste homo non solum detestatur blasphemias
infidelium ꝛ peccata. Sed dolet ex absentia beati
tudinis future ad quam cupit ascendere et tedet
eum propter lōgam peregrinationem ꝛ qꝛ per ma
gna tēpora detinetur inter oēs infideles sustinet
opprobria contra legem xpi inter eos. O ¶ Un
de est aduertendum quod inter omnes hereses et
sectas plus durauit et perseuerauit secta macho/
meti que iam durauit vltra octingētos annos. Et
occupauit totam arabiam et affricam et syriam ꝛ
persiam. et Armenias et asiam minorem. et Gre/
ciam nostris temporibus et maiorē partem mūdi.
Que quidē secta incepit a machometo de gēte Ce
dar filij ismaelis. Ideo sarraceni dicuntur popu/
lus Cedar q interpretatur vmbra. Et ideo qꝛ da/
uid preuidit populū dei multipliciter: et per lon

Nota de secta machomet

ga tempora affligendum a secta sarracenorũ quã
ñ vsque ad prope tempora antichristi. Uel etiam quo antixpus forsan est egressurus ideo ait. Heu mihi quia incolatus meus et peregrinatio mea inter infideles prolongata est. Nam diu habitaui cum habitantibus cedar id est inter sarracenos filios cedar. Et cum eis multum incola et peregrina et cohabitans fuit anima mea: id est duxi vitam meam in captiuitate. Hoc dicit quia multi christiani manẽt inter eos captiui. Et q2 lz velim⁹ quãq3 pacem cuz eis: tñ semper nos affligũt terras nr̃as occupãdo. Jõ subdit: cum eis. s. sarracenis ꝛ infidelibus ꝛ tenebrosis pctõribus qui semp oderũt pacẽ ego erã pacificus: nõ malũ eis inferendo tamen loquebar eis pacifice ipi impugnabant et affligebãt me gratis. Et forsan dauid memorat hic fugam suam quando fugit a facie saul ad terram idumee: que est cedar trans iordanem vbi cõgregati sunt populus eius et fratres. Et alij. CC. C. de stirpe sua ad speluncaz odolam. Et habitarũt per aliqua tempora in masath vbi vidit in spiritu qualiter ecclesia debebat diu peregrinari: et habitare et affligi inter sarracenos filios cedar. Ideo dicit. Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus est ꝛ habitaui cũ habitantibus cedar ꝛc. Item cedar interpretatur tenebra vel meror. Et tunc interponitur moraliter. vnde peccator veniẽs per penitentiam in gratiam dolet tam diu habitasse in merore persecutionis. Et contemplatiui et sancti dolent se tandiu fuisse inuolutos in curis mundi et merore. Et sic ascendunt primum gradũ dicendo istum primum psalmum. s. contemplatiuus ꝛ penitẽs ꝛ fidelis. Ex quo p3 q primus gradus ascẽdentis in templum spirituale est detestatio peccati et vite veteris. et dolor detentionis in hac vita eo q diabolus et infideles impediũt nos ne ascendamus istum primum gradum.

cxv. di. c. cccc.



Leuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meũ a dño: q̃ fecit celum ꝛ terram.

¶ Scd̃s gradus huius ascensus est subleuatio a curis terrenis. Et eleuatio mẽtis i deũ. Nã quando quis ascẽdit ex infima ꝛ horribili valle illico obliuiscitur infimum et cũ spe et gaudio suspicit in altum et desiderat peruenire ad finem. Et ideo dauid fecit hunc psalmum pro secundo gradu in quo docet ascendentes et instruit leuare oculos ad deum in ascensu secundi gradus: et ponere totaliter spem ad superiora et petere auxiliũ a deo per custodiam angelorum. ¶ Ad cuius intellectũ est notandum sicut dictum est psalmo. lxiij. et. xlvij. quod tota illa terra promissionis et etiaz ipsa ciuitas hierusalem erat circundata et munita montibus circunquaq3: qui quidem mõtes communiter sunt vtiles ad tria. Primo ad tutelam et fortitudinem terre: quia prohibent accessum inimicis. Secũdo sunt vtiles ad pascua pro animali-

Nota. montes sunt vtiles.

bus et pecoribus. Tertio sunt vtiles ꝓpter aquas que ex eis fluunt et descendunt ad irrigãdos campos: propter quã dispositionem terre et propter quas tres proprietates et vtilitates illa terra promissionis cũ illis mõtibus sic circundata figurabat ecclesiã christi tam militantem q̃ triunphantem. Et illi montes tam circundantes terram promissionis: q̃ ciuitatem hierusalem figurabãt mõtes spirituales ecclesie christi. Et iõ in sacra scriptura semper per illos montes materiales intelliguntur mõtes spirituales ecclesie christi. Unde inquantum illi montes erant ad tutelam ꝛ defensionem patrie et ciuitatis prohibentes accessum inimicis figurabãt custodiã angelorum q̃ custodiũt ecclesiã et oẽs fideles: sed inquãtũ erant herboli ꝛ fructuosi ad pascua pecorũ: figurabant septem ecclesiastica sacramẽta q̃bus pascũtur fideles. inquãtũ vero a mõtibus descendunt aque ad irrigandos cãpos: figurabant aplõs ꝛ doctores a q̃b⁹ deriuata ẽ euãgelica doctrina ꝛ dona grãtiaruz in ecclĩa xp̃i. Et ideo in sacra scriptura p mõtes aut intelligũtur angeli custodes aut ecclesiastica sacramẽta aut apl̃i ꝛ doctores eccl̃ie christi. Licet ergo in hoc psalmo p mõtes possint intelligi tã angeli q̃ ecclesiastica sacramẽta ꝛ apl̃i. Tñ ad lrãm p̃ncipaliter intelliguntur angeli custodes. Dauid ergo hoc puidẽs in spũ cõtẽplando ecclesiam xp̃i. Ad quam tota lex ascendebat ꝛtendebat tanq̃ ad finẽ fecit hũc psalmũ: in quo commendat eccl̃iaz xp̃i de securitate ꝓpter custodiã angelorũ a xp̃o ipi datã. Nã sicut illa hierusalẽ materialis erat circũdata mõtib⁹ ꝓhibẽtib⁹ accessuz inimicis: ita peramplius ꝛ pfecti⁹ eccl̃ia xp̃i ẽ munita militibus angelorũ q̃ die ac nocte defẽdũt ipaz muro inexpugnabili. Duo ergo facit. Nã p̃ncipe in psona sua ꝛ etiã i persona corporis mistici dicit se cõmitte re angelorum custodie. Scd̃o admonet oẽs fideles: vt ascẽdãt ad hac eccl̃iaz xp̃i pmittẽs eis securitatẽ ꝛ tutelã ꝓpter custodiã angelorum ibi. Nõ det i cõmotionẽ. Quãtũ ad primũ dicit. Ego ascẽdẽdo ad tẽplũ ꝛ eccl̃iaz christi. leuaui oculos meos in mõtes circũdãtes istã ciuitatẽ eccl̃ie. qui q̃dẽ mõtes sunt angeli dati ad custodiã hui⁹ ciuitatis dei. vñ. i. a q̃bus mõtib⁹ ꝛ angelis veniet auxiliũ mihi cõtra inimicos visibiles ꝛ inuisibiles a q̃b⁹ angelis spero tutari ꝛdefẽdi ꝛ ptegi. veniet inquã auxiliũ mihi quã q̃dẽ ptãtẽ ꝛ virtutẽ angeli nõ hñt a seipis: s3 a solo deo ꝛ dño nr̃o iesu xp̃o q̃ eos posuit custodes hui⁹ ciuitatis. Itẽ totũ auxiliũ meũ ẽ p̃ncipalr a dño q̃ fecit celũ ꝛ terram et nõ a dijs getiũ q̃ sunt demonia. Deide cũ dicit.

Non det in cõmotionẽ pedem tuum neq3 dormitet qui custodit te. xxiij. q. i. ca. alie nus.

Ecce non dormitabit neq3 dormiet q̃ custodit israel. esa. v. c. a

Dñs custodit te: dominus protectio tua super manum dexteram tuam. xi. q̃. iij. c. ad mẽsam.

¶ Admonet oẽs fideles vt ascẽdãt ad hãc ciuitatẽ ꝛ hoc fortalitiũ eccl̃ie vt saluẽtur in ea. eo q ẽ mu-

pita et septa multorum angelorum custodia et tutela. vnde dicit. O fidelis ascende ad hoc fortalitium et presidium ecclesie et diabolus supple non det pedem tuum in commotionem: idest vt non faciat te a via rectitudinis et veritatis declinare: quasi dicat quod si tu fueris munitus in hoc presidio nunquam diabolus mouebit pedem tuum: nec operationes tuas a semitis mandatorum dei: nec nocebit tibi in corde: nec in anima. Et ratio est: nam angelus custos et vigil qui custodit te in hac ciuitate et presidio nunquam dormit: quia ecce: idest certe manifestum est: quod deus et exercitus angelorum qui custodit israel non dormitabit neque dormiet vnquam. Et ratio est. nam dominus noster iesus christus est ille qui custodit te per custodiam angelorum et ecclesiastica sacramenta et per sanctorum orationes et ipse dominus iesus christus sicut est salus tua: ita est protectio tua: nam eiusdem est saluare et custodire: ideo ipse est protectio tua super manum dexteram tuam: idest magis et peramplius custodiet te dominus iesus christus quam dextera manus tua.

Nota. ¶ Nota quod dormitare est frequentatiuum de dormio sed hic est differentia inter dormitare et dormire nam dormire dicit dormitationem successiuam sine interuallo: sed dormitare dicit dormitionem cum multis interuallis sic vigiles oppidorum et exercitus dicuntur quandoque dormire: eo quod vigilant ne inimici intrent oppidum: sed quandoque opprimuntur somno: sed illico excitantur propter sollicitudinem: et iterum dormiunt et iterum excitantur &c. Et sic dicuntur dormitare et excitari: sed non facit sic dominus qui est custos israel: nec angeli eius: quia continue vigilant super ciuitatem dei: ideo dicitur Esa. lxij. Super muros tuos hierusalem posui custodes qui die ac nocte non cessabunt laudare nomen domini &c. Ideo subdit Dauid.

xxiiij. q. j. c. loq. i fi. et c. oi bus.

Per diem sol non vret te: neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat aiam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vsque in seculum.

¶ Quia dominus custodit te et dominus est protectio tua: ideo sol non vret te per diem. Litera Hieronymi habet. per diem sol non percutiet te neque luna per noctem. ¶ Ad cuius intellectum est notandum quod sicut: nec estus solis: nec frigiditas lune potest nocere illis qui habitant in domibus bene muratis et tectis: ita diabolus: nec estus tentationum: nec defectus alicuius rei potest nocere iustis et fidelibus habitantibus in hac ecclesia et presidio ciuitatis dei per gratiam: eo quod ecclesia est septa muro fidei et spei et charitatis et circundata montibus angelorum et cooperta tecto articulorum fidei et donis spiritussancti. ¶ Iterum est aduertendum quod quedam sunt peccata tentationis que dicuntur fieri in die in manifesto sicut est superbia et auaricia et etiam luxuria. Et quedam dicuntur fieri in nocte ad lunam: idest in abscondito et occulto sicut peccatum inuidie et odij inueterati et omnia peccata que manent in solo proposito et nondum venerunt in actum: sed nullum istorum potest nocere iustis habitantibus in hac ecclesia per gratiam: nec in superiori per gloriam. Et hoc intendit dicere Dauid cum ait. Per diem sol non vret te. quasi dicat. O fidelis si tu ascenderis in hanc ciuitatem et fortalitium ecclesie et fueris munitus eius montibus et angelorum custodia et tectus virtute ecclesiasticorum sacramentorum et donis spiritussancti: ego dico tibi quod sol. idest estus peccatorum et manifestarum tentationum superbie et auaritie &c. non vret te per diem: idest in manifesto: neque luna: idest peccatum odij et inuidie non percutiet te in nocte: idest in occulto: quasi dicat quod nec peccata manifesta nec occulta nocebunt tibi munito et protecto in hoc presidio. Et ratio est nam dominus noster iesus christus qui est edificator et custos huius ciuitatis custodiet te ab omni malo corporali: et dominus custodiat animam tuam: et dominus custodiat introitum: idest custodiet te per sacramentum baptismi quando ingressus fueris in hanc ciuitatem: et custodiet exitum tuum per sacramentum extreme vnctionis. Nam per baptismum intrant fideles in hanc ciuitatem: et per extremam vnctionem exeunt. Et per confirmationem armantur et roborantur: et per eucharistiam reficiuntur. Et per penitentiam: resurgunt et viuificantur: et per matrimonium legitime procreantur. Et per sacramentum ordinis reguntur et diriguntur in hac ciuitate et ecclesia christi: ex hoc tempore vsque ad seculum glorie: idest dum ista ecclesia durabit hic per gratiam vsquequo perueniat in seculum glorie. Ex quibus patet quod dominus iesus christus est principalis dominus et custos huius ciuitatis et presidij. Sed custodit eam per angelos tanquam per vigiles et ministros et per ecclesiastica sacramenta: et per doctrinam et orationes sanctorum virorum. Nam tam angeli quam ecclesiastica sacramenta: quam dona spiritussancti: quam sancti viri sunt sunt montes munientes istam ciuitatem et presidium: et ideo Dauid nos ammonet vt leuemus oculos nostros et recurramus et refugiamus et ascendamus ad istos montes. vnde veniat auxilium nobis. Ex quibus patet quod iste psalmus est similis in materia et sententia psal. xc. scz. Qui habitat in adiutorio altissimi &c.

Diabolus non nocet in ecclesia existentibus



Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

xxiiij. q. j. ca. oib⁹. gen. xvij.

¶ Titulus canticum graduum. Tertius gradus ascendentium in celum est gaudium de bonis spiritualibus promissis. Nam primus gradus est relinquere terrena et detestari peccata. Secundus est eleuatio mentis in deum: scz auersio a bono commutabili et conuersio ad bonum incommutabile. Et ideo sequitur tertius gradus immediate quod quis gaudeat et delectetur

in tali bono incōmutabili promisso. Et ideo dd fecit hunc tertiū psal. pro ascensu tertij gradus tēpli: qui quidē ps lz sit paruus in verbis: tñ est profundus ꝛ difficilis nō solūmodo in snia: sz etiā in constructiōe ꝛ ordinatione lre. Pro cuius intelligētia est notandū sicut pluries dictū est ꝙ illa hierusalem terrena ꝛ illud tēplū materiale qd edificauit Salomō ex pcepto dd patris sui: oino fuit figura vtriusqʒ ecclesie. s. militantis: ꝛ triumphantis non solummodo rōne interpretationis nominis qꝛ interpretatur pacifica: sed etiam qꝛ tota ecclia xpi ibi sumpsit exordium in illis apostolis ꝛ discipulis ꝛ ibidez est edificata per xpm sub noie pacis vt dictū est psal. xlvij. ꝛ. l. et in plerisqʒ alijs locis. Et id tota ecclia dr hierlm: eo ꝙ inde fuit deriuata ꝛ dilatata ꝛ multiplicata per totuz orbem. Et ideo patriarche ꝛ pphete multipliciter cōmendarunt illā ciuitatem terrenā nō rōne sui: sed qꝛ in ea erant impleta mysteria xpi ꝛ in ea xps debebat incipere ꝛ edificare ecclesiam suam.

Per hierusalē intelligit paradisus.

Quod multipliciter preuidēs dd in spū fecit istū psal. in quo cōmendat hierlm spūalez sub nomie hierlm terrene. qui quidē psal. lz videat applicari illi ciuitati terrene ꝛ materiali: tñ in veritate factus est pro hierlm spirituali: que per illam ꝛ templum eius fuit figurata. Et ideo est iterum notandum sicut dicit Ra. moyses de egypto ꝙ sicut duplex est hierlm: scz terrena ꝛ superna: ita in sacra scriptura per hierlm inferiorem intelligunt prophete hierusalē superiorē. vnde super illud Gen. xxvij quando vidit Jacob scalam ꝛc. Dicit glosa hebraica in beresit raba: ꝙ moyses anteꝙ moreretur ductus est in celum ꝛ vidit ibi messiam edificantem hierusalē in celis ex margaritis ꝛ lapidibus preciosis. Et dixit messias ipi moysi ꝙ iacob pater eius vtranqʒ hierusalem preuiderat edificandam: ꝛ ꝙ nihil erat illa que erat edificanda in terris respectu illius que erat per messiam edificāda in celis: qꝛ ista erat tēporaliter ꝛ illa in eternum duratura pro filijs israel. quod audiēs moyses dixit. Letatus sum in his que dicta sunt mihi ꝛc. ¶ Ex quibus sequitur primo: ꝙ preter illā hierusalem temporalē est dare aliam hierusalē spiritualem et eternam. Secundo sequitur ꝙ messias debebat esse deus: qꝛ iam erat in celo tēpore moysi. Tertio sequitur ꝙ messias non erat edificaturus hierusalem terrenam sed spiritualem ꝛ celestē. Et per consequens non erat daturus suis felicitatem in hoc mundo: sed in celo. Quarto sequitur ꝙ iste psal. non est intelligendus de hierusalē terrena: sed de spirituali ꝛ celesti ꝛ de hac dauid fecit hunc psalmum. Duo ergo facit dauid in hoc psalmo. Nam primo commendat magnificentiā huius ciuitatis. Secundo rogat pro eius conseruatiōe ꝛ perpetuitate. ibi. Rogate que ad pacem sunt hierusalem. L ¶ Quantum ad primum propheta expectās possessionem ꝛ statum huius ciuitatis que est ecclesia militans per gratiam et triumphans per gloriam: propter quatuor eius magnificentias. letatur iam in spe et commendat ipsam in quatuor magnificentijs. Primo quia oēs iusti habitant in ea hic p gfam: et in

Cōmendat paradisus.

futuro per gloriā. Scdo qꝛ ista ciuitas hierlm militās hic per gratiā est ymago superioris triumphantis per gloriā. Tertio: qꝛ oēs isti qui ascendūt in istā ecclesiam ad laudandū deū per gfam laudabūt ipsum in superiori per glorias. Quarto qꝛ in hac ecclesia iudicātur ꝛ lucrant premiū oēs iusti pro illa gloria. Pro his ergo quatuor letat ppheta expectādo ecclia xpi: in qua expectabat adipisci oia quatuor supradicta. Et id iste psal. simul opꝫ ꝙ exponatur pphetice ꝛ mystice de ista ecclesia ꝛ anagogice de superiori eo ꝙ nullus pōt venire ad illam nisi trāseat per istā. Dicit ergo dd Letatus sum in his que dicta sunt mihi. ¶ Ad cuius intelligentiā est aduertendū ꝙ multiplr fuit reuelata ipsi dd psperitas vtriusqʒ ecclesie ꝛ multipliciter preuidit eam in spū. Nā primo preuidit per promissionez factam ipsi abrae Gen. xv. Cui dns dixit. Suspice celū et numera stellas si potes sic erit semen tuum. Ubi preuidit ꝙ semen suū sm promissionem erat collocandum in celo: et in eterna beatitudine. Item hoc potuit Dauid preuidere per lapidem quem Jacob erexit in titulū Gen. xxviij. Preuidit enim nouam hierusalem: scilicet ecclesiam edificandam in christo. Et per scalā angelos ascendentes et descendentes. preuidit qualiter veri filij israel per fidem debebant ascendere vsqʒ ad christum et ecclesiam suam: et exinde p gradus virtutum erant ascensuri in celum. Item per promissionem factam de edificatione templi et ciuitatis. ij. Regum septimo. preuidit in spiritu qualiter christus erat nobis edificaturus hierusalem nouam: hic per gratiam et in futuro per gloriam. Propter ergo istas promissiones et reuelationes ipsi factas de ista hierusalez spirituali dicit Dauid. Letatus sum in his que dicta sunt mihi. s. per patriarchas ꝛ prophetas ꝛ reuelationes mihi factas: qꝛ oēs fideles ibimus in domuz dñi. i. in ecclesiam xpi. Et etiā. Letatus suz in his non solummodo per Nathan prophetam de terreno templo cōstruendo ꝛ ppetuitate regni: ꝛ de sede iudiciali ꝛ regali: ꝛ eternitate domus dauid. Sed ē sum magis letatus de reuelatione mihi facta a spiritusancto de supradictis mysterijs ꝛ promissiōibus: qꝛ preuidi in spiritu qualiter nos oēs filij pmissionis ibimus in domū dñi: que est ecclesia. Nam in istā ecclesiam ascendimus per gratiā et in superiorem per gloriam. Et tunc propheta conuersus ad hierusalem dicit.

Stātes erant pedes nostri in atrijs tuis hierusalem.

Hierusalē que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

De psē. dis. v. nō mediocriter.

¶ O hierlm pedes nostri erant stantes in atrijs tuis. Hic per gratiam et in futuro per gloriam. Uel potest dici quod hoc tempus refert ad pphetiam: quasi dicat. O hierusalem. Letatus sum in his que dicta sunt mihi per reuelationem. nā ego preuidi in spiritu qualiter pedes nostri erant stātes in atrijs tuis. i. qualr oēs iusti ꝛ fideles debemus habitare in te. hic per gfam: ꝛ in futuro per

gloriã. Et hoc pbat per hoc qđ sequit. Mãnđ qđ putaret q hic letatur de hierl'm terrena: hoc remouet dicens. Hierusalē que edificat vt ciuitas. C

Quid sit ciuitas. ¶ Ad cuius intelligētiã est notandũ sicut pluries dictũ est: et notat Aug. ij. de ciui. dei. q ſm Ciceronem in tertio de re publica. Ciuitas siue populus est concors hominũ multitudo iuris cõsensu ꝛ vtilitatis cõmuniõe sociata antiquis moribus consistens. Ex qua diffinitiõe manifeste patet q quattuor sunt de ratione ciuitatis. Primo cõcordia quo ad pacē et bonũ cõmune. Secundo consensus legis et iuris. Tertio cõitas vtilitatis rõne boni cõmunis. Quarto honestas morũ ꝛ virtutũ. Ex his quattuor arguit Augu. q Roma nunq̃ fuit vera ciuitas: qꝛ nunq̃ fuit in ea vera pax: nec concordia nec iuris consensus ꝛc. Ergo ex his possumus arguere q hierusalē terrena nunq̃ fuit vera ciuitas maxime quando venit christus: qꝛ in ea nunq̃ fuit concordia sed discordia: nec fuit in ea iuris cõsensus et legis imo dissensio ꝛ scisma: qꝛ debuerũt recipere christũ ſm legem: ꝛ nõ recep erũt. Et fuit discordia etiã in rebus ciuilibus. Naꝫ a passiõe xpi vsq ad destructionē factã per Titum semper fuit continua seditio inter ciues ꝛ ꝯtinue cedes: vt ait Josephus in lib. de bello iudaico. Ex quo patꝫ q nunq̃ fuit vera ciuitas: nec recte fuit vocata hierusalē: idest pacifica: cum in ea semp fuerint cõtinue

Hierl'm q̃re dicitur pacifica. discordie. Ex quo ptꝫ q nõ dicta fuit hierusalē: idest pacifica. ratione sui: sed inquantũ debebat fieri pax inter deum ꝛ hoies per mortē passionē xpi mediatoris: ꝛ inquantũ in ea debebat xpus edificare verã hierusalē: scꝫ ecclesiã ex ꝯgregatiõe illorum paucorũ apostolorũ et discipulorũ quã ecclesiam in pace fundauit. Naꝫ quotiēscunq christus veniebat ad discipulos semper dixit eis. Pax vobis. Et hanc pacem reliquit eis in testamentum eternũ. Et ideo ecclesia christi vere dicitur ciuitas et edificata: vt vera ciuitas per christũ: quia in pace et concordia et iuris consensu et vtilitatis communione sociata: qꝛ erat eis anima vna ꝛ cor vnũ in deo: vt patet Actuũ. iiij. Et sic illa hierl'm ex parua dilatata est per totũ orbē multiplicata. Et de hac hierusalē dicit ppheta. Letatus sum in hisq̃ dicta sunt mihi ꝛc. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis hierusalē. q. d. Ego nõ letor: qꝛ habeo mansionē in hierusalē terrena: sed letatus sum: qꝛ pedes nostri erũt in atrijs tuis. O hierusalem nõ terrena: sed hierusalē que edificat vt vera ciuitas per christũ: in qua est summa pax ꝛ ꝯcordia: cuius participatio eius in idipsum. Littera Hieroñ. hꝫ simul vel pariter. Vñ vbi nos habem' in psal. iiij In pace in idipsum: dormiã ꝛ requiescaꝫ. Littera Hierony. habet. In pace simul dormiã ꝛ reqescã. Et ideo ly in idipsum ponit pro simul vel pariter. Et sic ponitur in hoc loco: cuius participatio est simul. q. d. q participatio ꝛ ꝯuersatio ciuiũ illius superne ciuitatis est simul. i. cõcors vnita ꝛ nõ diuisa: sed in summa pace ꝛ charitate ꝯueniens. Ex quo ptꝫ q hoc nõ potest intelligi de ista hierusalem terrena: qꝛ nunq̃ participatio illoꝝ ciuiũ fuit in idipsum: nec simul: nec cõcors in vna charitate qꝛ hoc solũmodo cõuenit ecclie militanti ꝛ triumphanti. Sed licꝫ qñq fit discordia inter malos in ecclia: tamē inter iustos semper est participatio simul ꝛ ꝯcordia i vna fide. Dicit ergo ppheta. Hierusalē que edificatur vt ciuitas: cuius participatio est tota simul ꝛ concors: qꝛ oēs ciues huius ciuitatis sunt vnanimes et vnius moris habitãtes in domo: qꝛ vna est fides omniũ ꝛ vnum baptisma. Potest etiã per ly hierusalē intelligi de per se ista ecclesia militãs in qua nunc habitamus per fidē que edificata est a christo: vt ciuitas. i. ad modũ et similitudinē ciuitatis superne: qꝛ ymago eius: qꝛ ciues eius iam sunt ciues sanctorum ꝛ domestici dei cuius participatio est simul per fidē ꝛ charitatē. Vel per istã hierl'm potest intelligi sola hierl'm superna cuius participatio est in idipsum. i. tota simul et eterna. C ¶ Nã scdꝫ Boe. iiij. de ꝯsolatiõe. Eternitas est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio: ꝛ talis est duratio illius eterne ciuitatis: qꝛ nõ est successiua: nec terminabilis maxime a parte post: sꝫ tota simul ꝛ perfecta. q. d. propheta. O hierl'm celestis. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: qꝛ pedes nostri erũt stãtes in atrijs tuis. Stãtes dico nõ mobiles: sed quieti in tua visione. non negociantes in mundana sollicitudine: sed quieti in contẽplatiõe. Hierusalē dico nõ ista terrena sed superna que edificat vt vera ciuitas ꝛ pacifica: incorruptibilis ꝛ perpetua. Probatur: qꝛ participatio et habitatio ꝛ conuersatio eius est in idipsum: ꝛ tota simul et eterna. Et notanter dicitur participatio. Nam deus est sua felicitas per essentiã: et idõ nõ dicit participatio respectu eius: sꝫ respectu nostri qui ipsaꝫ participamus. Ex quib' ptꝫ q isti tres versus ꝑdicti nõ pñt intelligi de hierl'm: nec terrena de illa verificari: qꝛ eius participatio nec est eterna: nec concors: nec tota simul: sꝫ intelligũtur de hierusalē militãti per vnam fidē ꝛ charitatē: ꝛ de triũphanti ꝑ gloriam. Itē ista ecclesia militãs edificata est a xpo: vt et tanq̃ ciuitas triũphans. idest ad similitudinem ꝛ imaginē illius. ad Galathas. iiij.

Eternitas qđ sit.

Illuc enim ascenderũt tribus domini testimonium israel: ad confitendũ nomini domini.

¶ Ad cui' intelligentiã est notandũ vt legit Exo. xxiiij. q deus ꝑcepit ipsi moysi ꝛ toti israel: vt ascēderent omnes ter in anno ad adorandũ dñm in tabernaculo: ꝛ sacrificarent ꝛc. Et hoc fiebat in testimoniũ israel: idest vt esset eis testimoniũ vere fidei ꝛ latrie ꝛ profiterent se esse veros cultores veri dei. Et per hoc distinguerentur a ceteris nationibus. Et ideo dum datum fuit exemplar et descriptio templi ipsi dauid: pariter fuit ipsi preceptum a spiritusancto: vt omnes israelite ter in anno ex omnibus partibus mundi ascenderēt in hierusalē ad confitendũ ꝛ testificãdum nomē dñi in testimoniũ veri cultus. Vñ ptꝫ hoc etiã per visionem scale iacob per quã fuit reuelatũ ipsi dauid qualiter deus erat adorãdus i trinitate ꝑfecta in ecclesia militante: ꝛ eodem modo erat videndus a nobis in celo per gloriã. Et quomõ eramus ascēsuri in tẽplũ spirituale. Hic per fidē spem ꝛ chari-

xxiiij. q. j. vbi. Exo. xxiiij. et. xxviij. q. đ. j omnes.

tatem et ad hierusalē superiorē per visionem pos/
sessionē et securitatē. Et quomodo ibi debebam⁹
sede re ineternum &c. Hoc ergo preuidens dauid
fecit et precepit fieri quindecim gradus in tēplo
et fecit hunc psalmuz in tertio gradu figurando
trinitatem personarum in diuinis et tres naturas
in christo: scilicet carnem et animam et diuinita/
tem: quia sicut caro et aia vnus est homo: ita deus
et homo vnus est christus. Et io ait propheta dd.
Letatus sum in his que dicta sunt mihi in spiritu
sup. quomodo in domum domini ibimus &c. Hic
ergo demonstrat et pbat q illa supna ciuitas hie
rusalem est nobis promissa in eternam mansionē
que edificatur vt vera ciuitas: cuius participatio
est tota simul et eterna. Et similiter ista hierusalē
militans est nobis promissa ad habitandum per
gratiam. Nam sicut ad illam terrenam hierusalē
tribus israel carnales ascendebant ter i anno ad
confitendum nomini domini et ad offerenduz sa
crificia. Ita tribus domini spūales et filij israel
secundum promissionē ascēderūt cōtinue ad istaz
hierusalē militātē ad cōfitendū noi dñi p fidez et
gratiā et ad illā hierlm supernā p visionē et gloriā
C ¶ Vñ notāter dr trib⁹ dñi: qr nō oēs tribus et ge
nerationes ascēdūt in hierlm: sz solū tribus dñi.
Vñ trib⁹ dñi dicūtur veri filij israel q̄ receperunt
messiā: qr soli illi vident deū et cōfitētur noi ei⁹ in
testimoniū q sunt veri filij israel: cui facta est pro
missio. Qui ergo nō receperūt xp̄z nō sunt veri filij
israel qr nō receperūt testimoniū ei⁹ nec ,pphetiā
verificāt nec affirmāt: immo p̄uaricātur et peruer/
tunt ad terrena. Nam illa scala quam vidit iacob
in somnis significabat christum et ecclesiaz: et an/
geli ascendentes &c. significabant veros filios is/
rael nō secundū carnē sed secundū spm̄ q̄ per chri
stum erant in celū ascēsuri. Ideo fideles qui xp̄m
recipiūt: recipiūt verum testimonium israel. et fa/
ciunt testimoniū ipsi israel de veritate. qui aūt ne
gant xp̄m negant testimoniū et propheciā israel:
et ipsum testātur esse mendacez. ergo soli fideles
ascēderūt illuc in hierusalē celestem ad confitēdū
noi domini in testimoniū israel: et secūdū q israel
vidit in illa visione: et soli isti sunt tribus domini
Nam sicut in hac ecclesia cōfitētur xp̄um ita in il/
la supna felicitate cōfitebūtur noi dñi cōfessione
laudis. qr beati q̄ habitāt in domo tua dñe in se
cula seculorū laudabūt te. &c. q. d. ,ppheta q sicut
filij israel scdz carnē ascēdebant in festiuitatibus
in tēplū salomonis ad pfitēdū noi dñi. Ita soli ve
ri filij israel scdm spiritū erāt ascēsuri in celū &c.

Fideles dñi et dñi trib⁹ ascendūt hierlm.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.

ij. reg. vij. et michee iiij.

¶ Nā ibi erāt sedes regales ad iudicādū tpalia et
secularia et erāt sedes sacerdotales ad iudicāduz
ea que ptinebāt ad cultū diuinū. et iste sedes erāt
sup domū dd. i. pmisse ipi dauid et posteritati ei⁹
in eternū. vt pz. ij. reg. vij. vbi dr. Stabiliam soliū
ei⁹ ineternū: quod in solo xp̄o impletuz est. vt pz
Luc. i. Dabit illi dominus sedē prīs ei⁹ et regna/
bit in domo iacob ineternū. Intēdit ergo dd dice
re q sicut in templo salomonis sederūt reges sup
domuz dauid. Ita illic in hierlm superius sedebit
christus filius dauid et super domū dauid in eter
num: et sedebūt apli super sedes. xij. iudicātes xij.
tribus israel &c. Et nō solū apostoli: sed etiā oēs
beati: quia oēs regnāt ibi: et sedēt super sedes bea
tas: et semper ibi iudicāt angelos malos: qui ceci/
derunt ex illis sedibus et iudicāt filios israel scdm
carnē obstinatos et ceteros infideles qui ad illas
sedes noluerūt peruenire propter duritiā et mali
tiam et scelera sua. Ex quo patet q in hierusalem
supernam nō ascendent tribus carnales: sed tri/
bus promissionis et spirituales in xp̄o ex gētibus
et iudeis regnāte. Unde Esa. xliij. Ab oriēte edu
cam semē tuum: et ab occidēte congregabo te &c.
Omnis qui inuocat nomē tuū in gloriam meam
creaui eum: formaui eum: et feci eum: educ foras
populū tecū &c. Oēs gentes pgregate sunt simul
et collecte sunt tribus &c. Hoc totum etiā potest in
telligi de ipsa ecclesia militanti que dicitur hieru
salem et domus dauid per repromissionē ad quaz
hierlm ascenderūt trib⁹ dñi per fidē et regnationē
baptismalē in qua laudāt et cōfitētur nomini dñi
et pdicāt legē euangelica: in qua domo dauid sedēt
prelati ecclesie: et habēt sedes: scz summus pōtifex
et patriarche et archiepi et epi. et iudicant de rebus
spūalibus scdm ecclesiastica potestatē. Nā sicut il
la dicit̄ hierlm et domus dauid per gloriā. Ita ista
dicit̄ hierusalē per fidē et gratiā. Et ideo iste psal.
primo glosandus est de ista ecclesia allegorice et
mystice: finaliter et pñr et pricipaliter de hierlm su
perna: in qua cōsistit vltimū et perfectū gaudiū et
felicitas nostra. Et nota q sicut ille tribus carna/
les ascendebāt in hierlm ad pfitendū nomini do
mini in testimoniū israel: et in signū obseruātie le/
gis. Ita nos xp̄iani qui sumus trib⁹ dñi spūales
regnati p apostolos cōtinue ascēdimus in hierlz
militante ad cōfitendū et pbendū testimoniū. i. fi/
dem israel nomini dñi qui est iesus xp̄s. Nā credē
do in xp̄m et exhibēdo ipsi latriā pfitemur testimo
niū israel. i. seqmur fidē et testimoniū qd israel pre
buit et pdixit et puidit de xp̄o: qn̄ vidit scalā Gene.
xxviij. et quādo luctatus est cū angelo. Gen. xxxij.
Et maxime quādo dixit. iuda te laudabūt fratres
tui &c. Gen. xlix. Ubi predixit passionez et resurre/
ctionē et regnū christi. Et sic pz q nos vere cōfi/
temur et testificamur fidē israel pfitēdo legē euā/
gelicā in hac hierlz p fidē et superna per gloriam.

Rogate que ad pacē sunt hierusalem et abūdantia diligētibus te.

xi. dist. c. ecclesiasticaz. et xxviij. d. sedulo.

¶ In hac secunda parte orat pro conseruatione et
prosperitate huius hierusalē. D ¶ Ad cuius in
tellectum est notandum qd in duobus consistit
prosperitas et securitas cuiuscunq ciuitatis ter/
rene. Primo in fortitudine murorum et turrium.
Secūdo in abundantia ciuium et victualiū. Nam
vt sic nunq expugnabit̄ ab inimicis: sed sp erit in
pace et securitate: qr sicut ciuitas nō capit̄ ab inimi
cis nisi ,ppter defectū alicu⁹ istorū duorū: ita pa/
riter duo sunt q̄ prosperāt ciuitatē dei: et cōseruāt
in ea pacē et securitatē. Nā muri ecclie xp̄i quibus
redditur inexpugnabilis et secura sunt fides: spes et

Ciuitatis psperitas consistit in duobus.

et charitas:et doctores ꝛ martyres militātes pro ea.victualia aūt sunt copia sacroꝝ ecclīasticorū: quibus pascunt̄ ꝛ alunt̄ fideles siue ciues hui⁹ ciuitatis. Et iō perseuerabūt hmōi turres ꝛ copia ꝛ abundantia victualiū supradictoꝝ nunq̄ expugnabit̄ hec ciuitas que peregrinat̄ in hoc mūdo et militat ꝯ infideles ꝛ sic semp erit in pace ꝛ abūdantia:ꝛ de tali pace et abūdantia dicit ꝓpheta ad oēs fideles. O hierl'm.i.ꝯgregatio fideliū ecclesie militātis. Rogate que ad pacē sunt.i.orate vt deus cōseruet in vobis fidē:spē:ꝛ charitatem ꝛ det vobis dona spūssancti. Nā isti sunt muri vr̄i ꝛ ista sunt ad pacē ꝛ securitatē vestrā. Et sīlr̄ tu hierusalē ora ꝛ roga vt sit abūdantia ꝛ copia sacroꝝ ciuibus ꝛ fidelibus diligētib⁹ te q: dū talis abundātia erit nūq̄ ꝑibit ciuitas. Et ad maiorē expsīsionē subdit ꝛ declarat intentum suum subdens.

pssij.di.c. legim⁹.

Fiat pax in virtute tua: ꝛ abundātia in turribus tuis.

¶ O hierl'm fiat pax ꝛ securitas in virtute ꝛ fortitudine tua:q̄ fortitudo est fides:spes:ꝛ charitas ꝛ dona spūssancti. Nā in istis cōsistit tota virtus ꝛ fortitudo huius ciuitatis quib⁹ reddit̄ iexpugnabilis. Et fiat ēt abundātia in turribus tuis.i.copia ciboꝝ ꝛ victualiū spūaliū.i.ecclīasticoꝝ sacramentoꝝ ꝛ doctrine euāgelice. Nā sicut illa ciuitas dr̄ esse bene munita que hꝫ turres bene munitas armis ꝛ victualibus. Ita ecclīa dr̄ bn̄ munita qn̄ eius turres.i.doctores ꝛ martyres fuerūt muniti armis doctrine euangelice et fuerunt muniti virtutib⁹ ꝛ sanctitate vite:ꝛ sic non solūmodo defenderūt ecclīaꝫ:sed ēt subiecerūt infideles iugo xp̄i: et sic fuit pax in ecclīa ꝛ abundantia in turribus suis qđ fuit cōpletū in cōuersione magni Constātini:q: tūc fuit copia doctoꝝ in ecclīa ꝛ tota gētilitas cōuersa est ad fidem. Pōt hoc etiam referri ad xp̄m mediatorem.quasi dicat ꝓpheta. O xp̄e mediator fiat pax hui⁹ hierl'm in virtute ꝛ passione ꝛ fiat abūdātia et copia bonoꝝ spūaliū in turribus tue ciuitatis hierl'm militātis.

s.q.s.c. multe.

Propter fratres meos et proximos meos:loquebar pacem de te.

Et.xxiij q.i.loquitur.

Propter domū dñi dei nostri: quesiui bona tibi.

¶ Hoc loco propheta explicat pro qua hierusalē et pro quibus ciuibus petit et predicit hanc abūdantiam et pacem:quia non de hierusalem terrena:nec de ciuibus eius:quia in illa nulla est pax: nec concordia:immo fuit incensa et destructa:ꝛ ciues eius fuerunt partim trucidati et fame cōsumpti et partim in dispersionem et captiuitatem relegati. Sed loquitur de hierusaleꝫ spirituali que est ecclesia tam militans q̄ triumphans. Nā ista est vera domus dauid ipsi promissa:et isti sunt veri ciues et proximi ꝛ filij dauid per repromissionē quia receperunt xp̄m messiam filiuꝫ dauid ipsi ꝓmissum.ij. Regum septimo. Et ideo dicit. O hierusalem ego loquebar pacem de te.i.prophetizabam.et petebā ꝓsperitatem supradictam non ꝓpter iudeos obstinatos et cecos:sed ꝓpter apostolos ꝛ ceteros fratres meos de iudaismo ad xp̄s cōuersos ꝛ ꝓpter proximos meos gētiles per baptismū regeneratos.q.d.pro istis et de istis ego loquor et ꝓphetizo et predico pacē et ꝓsperitatē ecclīe:q: istos preuidi in spū ad istā hierl'm venturos et sic ꝓpter domū dñi dei nr̄i quesiui ꝛ predixi tibi supradicta bona spūalia et nō bona tēporalia ꝓpter mūdum.q.d.q̄ oīa ista q̄ ego dixi in isto psal.refero ad deū et nō ad mūdū:q: non loquor de hierusalē terrena:sed de spūali q̄ hic viuit per fidē et grām et de supna que in eternū viuit ꝑ gloriam. Ex quo ptꝫ q̄ tota ista scđa pars est etiā referenda ad hierl'm celestē cuius muri sunt eternitas securitas et abūdantia bonoꝝ glorie.cui⁹ cibi sunt ꝑfecta fruitio:et eterna felicitas. Ex quibus ptꝫ q̄ iste psal.insufficienter glosat̄ a iudeis et etiā a quibusdam catholicis de hierl'm terrena cum ea que dicta sunt in psal.nullo pacto ipsi cōueniant immo totuꝫ oppositum videt̄ in ea vt ptꝫ manifeste. Et iō rōne sui nō meretur dici hierl'm nec ciuitas:imo babylō ꝛ cōfusio ꝛ desolatio. Sꝫ quicquid dixerūt de ea ꝓphete et patriarche dixerunt in figura rōne hierl'm spiritualis q̄ in ea habuit exordiū a xp̄o:et sic dilatata est per vniuersuꝫ orbē.et ita pariter ista hierl'm militās est ymago ꝛ similitudo superioris nā sicut ex illa hierlꝫ terrena ista spiritualis est dilatata et multiplicata. Ita ex ista hierl'm militanti superna est reparata et restaurata ꝛ multiplicata. Nā ciues qui sunt in hac per gratiā et fidē:sunt postea in illa ciues per visionem ꝛ gloriā. Et ideo q: oīa ista supradicta ꝓuidit dauid in spū et reuelatione de ista hierusalem militanti et triumphāti:ideo fecit hunc psal. in commendationem huius ciuitatis et propter leticiam rei promisse dicens. Letatus sum in his que dicta ⁊c.



Ad te leuaui oclos meos:qui habitas i celis Ecce sicut oculi seruorum:in manibus dñorum suorum.

De psc. dis.v.nō mediocriter. et xxviij.d. sedulo.

Sicut oculi ancille in manibus dñe sue:ita ocl'i nr̄i ad dñꝫ deū nostrū donec misereat̄ nostri.

¶ Quartus gradus ꝯteplatiōis et ascēsus in celū est eleuatio mētis in spm̄:ꝛ ideo dd̄ fecit hūc psal. pro ascensu quarti gradus in quo postq̄ in scđo gradu docuit ascensorē leuare oculos in mōteꝫ.i. ad sanctos vt impetrent sibi grām. In hoc docet eleuare oculos ad ipsummet deū:ꝛ petit miāꝫ ab eo et liberari a superbis ꝛ petulātibus.dicit ergo in ꝑsona totius hoīs mystici. O dñe qui habitas in celis per gloriam:q: ibi te ostēdis btīs in glīa tua. Iā aūt leuaui oculos ad sctōs vt orēt pro me: nūc aūt leuaui oculos mentales et ēt corporales ad teipm̄. Nā sicut oculi seruoꝝ sunt in manibus dñorum suoꝝ:q: totū bonum vel malū ꝑpendet a

dño: q2 in manu dñi est bñfacere vel nocere servo. et sicut ancille sunt in manibus dñe sue pp̄ter eã/ dez causam. Ita ergo proprie oculi nostri sunt eleuati ad dñm deũ nostrũ donec misereat nr̃i: q2 ab eo totaliter depẽdemus quo ad corpus ⁊ aiã: iõ in manu eius est misereri vel flagellare. nam xp̄o est dñs nr̃ ⁊ diuina sapiẽtia dña nostra et popul' est seruus et ecclesia ancilla. Ergo dñe postq̄ tu es vere dñs et oculi nostri sunt eleuati ad te et ab alio non expectant auxilium.

De pe. disti. iij. sunt plures. iij. q. j. c. nulli dubiũ.

Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus et despectio superbis.

¶ Miserere nostri: q2 multũ repleti sumus despectione ⁊ cõtẽptu quantũ ad corpus. ⁊ aĩa nostra multum est repleta despectione ⁊ opprobrio sup. sumus em̄ sup. opprobriũ abundãtibus ⁊ diuitibus ⁊ sumus quedã despectio ipsis superbis. C ¶ Vñ nota q̄ hoĩes cõtẽplatiui et iusti ƀm deũ viuentes: q2 cõtẽpserunt diuitias: iõ sunt cõiter pauperes ideo sunt opprobriũ et derisio ipsis diuitibus ⁊ vituperant̄ ab eis. Itẽ sunt ẽt hũiles et mites non sequentes dignitates et honores ⁊ sic sunt despectio superbis: q2 superbus semꝑ despicit et paruipẽdit hũiles et mites: imo iudicat eos impotẽtes ⁊ insensibiles eo q̄ nolũt vindicare iniurias: ideo iustus iste et cõtẽplator petit miam et auxiliũ vt possit patienter tolerare opprobria diuitũ et despectionem et paruipensionem supborũ. Nota q̄ ly donec non stat terminatiue: sed simpliciter ⁊ cõtinuatiue ƀm Hiero. et 5 Heldiuz.



xcv. d. c. ecce. Et xiij. q. j. his ita.

Nisi q2 dñs erat in nobis dicat nũc israel: nisi q2 dñs erat ĩ nobis.

Cum exurgerent homines in nos forte viuos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorũ in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

xxiij. q. 5. tiij qui peccat.

Torrentem pertransiuit aĩa nostra: forsitan pertransisset anima nostra: aquam intolerabilem.

¶ In hocquinto gradu iste ascensor: et iustus agit deo gratias: quia eripuit eum a despectione facta in predicto psalmo. scilicet quia est ereptus ex dei auxilio ab opprobrio et furore superborum: ⁊ põtest referri ad omnes tribulationes a quibus liberatus est populus dei: per dei auxilium. dicit ergo. Nisi quia dominus erat in nobis adiutor ⁊ propitius in nobis dicat nunc israel. nisi quia dominus erat in nobis. q. d. totaliter defecissemus ⁊ deleti fuissemus sup. Et declarat cum exurgerent infideles hoĩes in nos et inimici ecclesie: tam in ve. te. per egyptios et caldeos: q̄ in nouo per iudeos et tyrannos et hereticos forte tunc deglutissent nos viuos. nisi q2 dominus erat in nobis adiutor et ꝓtector. Itẽ cũ furor et rabies et persecutio eoꝝ. s. tyrannoꝝ: regũ et principũ gẽtilium irasceretur in nos forsitã aqua. i. ꝓsecutio absorbuisset nos vt p3 tꝑe diocletiani et maximiani: q2 nisi deus suscitasset Cõstantinũ ecclesia defecisset vel videbat̄ q̄si deficere. Nã tũc. s. a xp̄o vsq3 Constantinũ aĩa nr̃a ꝑtrãsiuit torrẽtez ꝓsecutionũ ꝑ. x. imperatores et forsitan ꝑtrãsisset aĩa nr̃a aquã intolerabilẽ. i. nobis fuisset illa ꝓsecutio intolerabilis: q2 vires hũane nõ sufficiebãt talia tormẽta ꝑpeti: et iõ iã deficiebat ecclesia intãtũ q̄ Marcellinus papa ex timore adoleuit incẽsum idolis cõtra cõsciẽtiã et oẽs xp̄iani latebãt ꝑ mõtes ⁊ speluncas. Ideo agens gratias dicit.

Benedictus dñs qui nõ dedit nos: in captione dentibus eorum. v. q. v. Si omnis.

Aĩa nostra sicut passer erepta est: de laqueo venãtium. per Iob. andre ex

Laqueus cõtritus est: ⁊ nos liberati sumus. tmõ cle. c. pleris q̄ cleri.

¶ Bñdict' dñs q̄ nõ dedit nos dẽtib' ⁊ ꝓtãti eorũ in captionẽ: q2 totalr̄ nõ deuorauerũt nos. Nam aĩa et vita nr̃a erepta est de laq̄o venãtiũ tyrãnorũ et speculatoꝝ et ẽt hereticoꝝ sicut passer q̄si erripit̄ a laq̄o. Nã laque' et ꝑtãs diaboli cõtritus est q̄n Cõstãtinus fuit cõuersus: nã tũc diabol' ꝑdidit ꝑtãtez cũ Cõstãtin' dedit liciam xp̄ianis publice predicãdi ⁊ eccl'ias cõstruẽdi: et ãplauit diuinũ cultũ. Vñ destructa est idolatria et sic nos liberati sum'. Nã nos q̄ eram' de pp̄lo gẽtili sub iugo et laq̄o diaboli assumpto baptismo cõtritus ẽ laque' diaboli. s. pctm̄ originale et actuale: et sic liberati sumus ꝑ baptismũ: et q̄ eram' hui ꝑ pctm̄ et falsaz supstitionẽ facti sum' liberi ꝑ gratiam.

Adiutorium nostruz in nomine dñi: qui fecit celũ ⁊ terram. xiij. q. j. c. his ita.

¶ In oibus his tribulationib' totũ adiutoriũ nostrũ fuit in noĩe dñi veri q̄ fecit celũ et terrã. s. iesu xp̄i q̄ est v̄bũ p̄ris de' et hõ q̄ fecit ex tꝑe celũ ⁊ terrã et nũc fact' homo nos liberauit per passionẽ ⁊ resurrectionẽ suã: q2 nõ fuit aliud nomẽ sub quo possemus salui fieri nisi iesus. In noĩe ergo eius fuit adiutoriũ nr̃m. D ¶ Nã sicut tũc fecit celũ materiale ⁊ terraz: ita in aduentu suo fecit celum spũalẽ et terrã. Terra em̄ est eccl'ia: celũ vero ecclesiastica sacra q̄ influũt virtutẽ et grãm in eccl'iam xp̄o vero est mouẽs illud celum: et sol' lucẽs: in eo mittẽs lumẽ in eccl'iam. Nota q̄ p̄dictũ quinarius psalmorũ d̄r in eccl'ia in primis ꝓ mortuis q̄ precesserũt eo q̄ sunt iã liberati a laqueo huius mũdi: sed manet adhuc in purgatorio: q2 nõdũ ascẽderũt in celũ iõ d̄r oro pro eis. Absolue ⁊c. Naz in quolibet psalmorum precedentium aguntur gratie pro liberatione a terrenis: et etiam petitur di- Terra eccl'ia celũ sacra.

uinum auxiliũ: ideo bene competit defunctis. Itē totus etiam iste psalmus potest exponi de libera/tione totius generis humani facta per christũ de captiuitate peccati.

De cõse. di.iiij.c. ecclesia. de pe.d. j.c.ois. f



Qui confidunt in domino sicut mons syon: non cõmo/uebitur in eternũ qui habitat in hierusalem.

Templi situatio.

Montes in circuitu eius: dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et usq; in seculum.

¶ Sextus gradus ascensus in celũ est vera confi/dentia et securitas. Un̄ est notandũ q illud tem/plum Salomonis taliter erat situz in alto in illo mõticulo dicto moria: et eius gradus erant dispo/siti taliter q in primo et secundo et tertio gradu nõ poterat quis videre muros ciuitatis: eo q procede/bat grad' ab infima valle in altũ montē. Et ideo quãto plus qs ascendebat tanto plus videbat: idõ quãdo qs erat in sexto gradu iam poterat videre muros ciuitatis circũquaq; oēs montes qui sunt in circuitu hierusalē: et sic poterat videre fortitudi/nem illius ciuitatis que magna erat. Naz sicut di/ctum est: iudea est altior tota terra pmissionis: et hierusalē est sita in mõte syon quo est circuitus ab alijs mõtib' preruptis et fragosis et asperis: et sic ascēsus in hierusalē est difficilis inimicis. Ut ptz in lib. Judith et machabeorũ: et sic hierl'm erat for/tissima oim ciuitatũ syrie. tum q: sita in preruptis mõtibus: tum q: munita muris altissimis et forti/bus et putabãt viuere in securitate et cõfidētia ei' habitatores. Et ideo forēses et alienigene venien/tes in hierusalē: et ascendētes in tēplum cũ erãt in sexto gradu: et circũspiciebãt mõtes et muros ciui/tatis: dicebãt esse impossibile illam ciuitat capi ab inimicis: sed in veritate seipsos multotiēs fefel/lerunt: quia multotiēs fuit capta et diruta ciuitas a diuersis pper pctã eorũ. Un̄ oñdit̃ nõ esse cõfi/dendũ in viribus hoim: nec in fortitudine muroꝝ et montiũ hui' mũdi: sꝫ in solo deo q solus põt p/tegere ciuitates et hoies. Sꝫ bene fuit illa ciuitas figura ecclie q est fundata sup mõtes et fundamē/ta aplorũ et pphãrũ que fundant̃ supra firmã pe/trã qui est xps in circuitu cuius sunt alij mõtes for/tissimi ad custodiam eius q; sunt angeli. Hanc ci/uitatē principaliter custodit xps: et ex ꝯsequēti an/geli q est circũdata triplici muro. s. fide spe et cha/ritate &c. que quidē ecclia militãs est postea figu/ra et exēplar ciuitatis superne. Fecit ergo dd hunc psal. pro ascensu sexti gradus tēpli Salomõis: fi/gurãdo sextũ gradũ ascēdēdi in celũ et eccliaz triũ/phantē per cõfidentiã. quasi dicat dauid q illud tēplũ et ciuitas erat edificata sm exēplar sibi tra/ditum a spiritusancto inquãtũ significabat eccle/siam militantē per gratiã et triũphantem per glo/riam. Et ideo sicut qui erat in sexto gradu circun/spiciens oculis corporis videbat muros et montes et fortitudinē illius ciuitatis in qua confidebãt ha/bitatores: figurabat q ita eleuaret oculos mētis per fidē et ꝯtēplationē et cõsideraret et contēplaret ecclesiã xpi militantē in qua ciues dei habitant p fidē et gloriã: et ponũt sibi suã cõfidētiã et spem: q: illa est inexpugnabilis cũ sit vallata mõtibus et muris incorpalibus: s. apostolis et pphetis et an/gelis &c. Ergo in illa debemus habitare et cõfide/re et ciues fieri: et illud tēplum p gradus virtutũ bo/norũ operũ ascēdere. Dicit ergo dd. Multi confi/dunt in virib' hoim: et suis: et confidũt in ciuitati/bus munitissimis et fortissimis: et tñ multotiēs fal/lunt̃: idõ dico vobis q q cõfidũt in dño et nõ in ido/lis i virib' suis erũt imobiles sup. sicut mons syõ Et q habitat in vera hierl'm. s. ecclia q est visio pa/cis ille nunq cõmouebit̃: q: licꝫ aliqñ affligat̃ cor/poraliter: tñ nõ in eternũ quo ad aiaz: q: illa est fũ/data supra firmã petrã q est xps: et sic erit imobi/lis et tut' et firm' et inexpugnabilis: q: ista hierl'm terrena multotiēs fuit expugnata et incēsa et euer/sa quare nõ est in ea confidendũ: nec est etiã ꝯfidē/dũ in dijs gētiũ: q: fefellerũt cultores suos: et in fi/ne oia idola sunt deleta et cõminuta: ergo in solo dño nr̃o iesu est ꝯfidēdũ et i sola hierl'm spũali est habitandũ hic p grãm et in futuro p gloriã: q: illa est vere fortis et inexpugnabilis: qd pbo. Nã mon/tes: scꝫ angeli sunt in circuitu eius ad custodiã: er/go in ea est habitandũ: et dñs est in circuitu popu/li sui ex hoc nunc et usq; in seculũ: q: nobiscum est usq; ad cõsummationē seculi: ergo in dño est cõfi/dendũ et nõ in hoibus: nec idolis gētiũ: et sic inex/pugnabilis manet hec ciuitas. Sed q: diceret ali/quis contra: quia multotiens deuenit ista ecclesia in dirruptionē maxime tempore diocletiani &c. Re/spondet hic propheta.

Quia non relinquet dominus virgã peccatorum super sortem iustorum: ut non extendant iusti ad iniquitatez manus suas. xxiij.q.v. qd g.v.d. pe.d.iij. sunt plu/res.

¶ Licet deus permiserit affligi ecclesiã suã et iu/stos habitãtes in ea tēporaliter quo ad corpa: ta/mē nõ quo ad animã: nec eternaliter: quia si deus permittit iustos affligi a malis et prauis tēporali/ter: hoc facit in exercitiũ ut mereãtur: et nec elati in prosperitate cadant in pctm̃: et ne iusti extendant manus suas ad iniqtatē et pctã: sed nõ permittit eos diu affligi: q: semp ponit finē afflictioni eoꝝ ne desperēt ipsi iusti: et ne extēdant manus suas ad iniquitatē. Dicit ergo. Nõ miret̃ aliqs: nam lꝫ aliquãdo affligãtur iusti: tamē nõ relinquit dñs diu durare virgam et potestatē peccatorũ tyran/norum super sortē et ecclesiã et meritum iustorum: ne iusti desperati moueantur a merito: et exten/dant manus suas ad iniquitatem et peccatum: et sic afflictio eorũ phibitio est ad maius meritũ et ad tutelã virtutis et gratie: et ideo afflictio vertit̃ iustis in meritũ et tyrãnis et afflictoribus vertit̃ i dã/nationē eternã q p modũ orõnis declarat dicens.

xv.q.i.c. firmissi/me.

Benefac dñe: bonis et rectis corde.

Declinãtes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus xxiij.qõ. iiij. dis/plicet.

iniquitatem: pax super israel.

¶ O domine benefac bonis et rectis corde dando patientiam et fortitudinem hic in suis afflictionibus et in futuro per gloriam sempiternam in premium: et dominus adducet et adducat tyrannos declinantes in prauitatem et obligationes .i. in peccata que obligant ad culpam et penam: dominus deducet istos cum diabolis semper operantibus iniquitatem post mortem eorum in die iudicii cum dicet. Ite maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. L ¶ Unde nota quod omnis peccator peccando declinat a via rectitudinis et libertatis in obligationes .i. in culpas que obligant ad penam eternam: hos ergo declinantes in obligationes deducet dominus in infernum cum diabolis operantibus iniquitatem. q.d. quod dominus faciet bonum rectis corde: hic dando gratiam et in futuro gloriam. Sed dominus deducet peccatores declinantes in obligationes diuersarum culparum cum operantibus iniquitatem in infernum: et hoc dabitur in premium et in punitionem afflictoribus et tortoribus et persecutoribus iustorum et martyrum: autem pro sed pax et quies erit semper super israel: idest populum fidelem qui est verus israel secundum spiritum: et videns deum hic per gratiam: et in futuro per gloriam.

Esdre. i. de pe. d. iij. circa princi. c. si apls. de pe. di. iij §. fine. c. iter hec.



In conuertendo dominus captiuitatem syon facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.

¶ Septimus gradus est gaudium de bonis factis post conuersionem. Nam sicut iustus gaudet se esse ereptum a peccato postea debet gaudere de bonis et fructibus quos fecit per penitentiam et post penitentiam. Unde est notandum vt legitur Esdre. i. quod Cyrus rex persarum et medorum postquam adeptus est regnum babylonie relaxauit captiuitatem iudeorum et dedit licentiam vt templum et ciuitatem hierusalem edificarent: et de suis redditibus pro restauratione et edificatione precepit dari et de hoc fecit fieri vniuersale preconium et edictum publicum per vniuersa regna sua confitendo deum celi esse super omnia: et ab eo recepisse victoriam et omnia regna terre: et sic non solum magnificauit iudeos in se: sed etiam inter omnes gentes honorauit: et sic iudei qui cum fletu et tribulatione seruierant reuersi sunt cum gaudio et templum et ciuitatem edificarunt. A ¶ Per hoc vidit dauid in spiritu relaxationem captiuitatis humane futuram per verum Cyrum christum qui est heres vniuersalis patris: et qualiter gentiles qui ante destruxerant ecclesias: et persequebantur christianos postea ad fidem per apostolos et martyres conuersi debebant ecclesias restaurare: et edificare propriis sumptibus et christianam religionem ampliare et magnificare: vt patet de Constantino et

Cyrus rex persarum.

ceteris regibus et principibus. Ideo dauid fecit hunc psal. pro ascensu septimi gradus templi: in quo describit gaudium ecclesie de conuersione gentium et gaudium apostolorum et ceterorum fidelium qui eos conuerterunt. In quo duo facit: nam primo predicit huiusmodi gaudium conuersionis per figuram relaxationis captiuitatis iudeorum. Secundo memorat fructus apostolorum et martyrum et omnium iustorum: vnde habent causam gaudendi ibi. C Conuertere domine. ¶ Quantum ergo ad primum: sicut zorobabel et ceteri iudei letati sunt in reuersione et reditu de captiuitate babylonica. Ita nos fideles christiani facti sumus sicut consolati: in conuertendo dominus captiuitatem syon .i. cum dominus iesus christus conuerteret captiuitatem totius ecclesie. Prio a peccato per passionem et resurrectionem: et ponitur nominatiuus pro accusatiuo inquantum gerundium ponitur pro coniunctiuo. Secundo cum conuerteret populum gentilem ab idolatria: nam tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua nostra repleta est exultatione laudando et magnificando deum in mirabilibus suis Nam tunc in illa conuersatione dicent gentes et cognoscent et predicabunt qualiter dominus magnificauit facere: idest quod magnifice fecit cum eis: scilicet christianis. Nam vere dominus magnificauit: idest magnifice fecit nobiscum: ita ecclesiam ampliando et exaltando et gentiles subiiciendo. Ideo facti sumus letantes. Totum hoc potest referri ad peccatorem conuersum a peccato qui per penitentiam exit de seruitute et captiuitate peccati qui gaudet et laudat deum: qui magnificauit cum eo misericordiam suam.

Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrimis: in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant mittentes semina sua.

Uenientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

i. d. ca. purgabit. de pe. di. iij. in tra. c. v. di. c. §. in fine.

¶ Hic dauid precatur christum vt acceleret aduentum suum. D ¶ Unde notandum quod ventus auster est calidus ideo resoluit nubes in montibus: et sic defluunt aque et torrentes implentur et currunt ad mare. Ita proprie factum est in aduentu christi. Nam scriptura vete. test. erat congelata et clausa: sed christus misit spiritumsanctum in apostolos et aperuit scripturas eis et fluxerunt aque a christallo et niue congelata. Nam scriptura que erat dura facta est eis mollis et blanda et potabilis et intelligibilis calore spiritussancti et aqua sapientie impleuit torrentes: scilicet apostolos et doctores: et sic aque defluxerunt in mare ecclesie. Item perflauit auster .i. lumen et calor spiritussancti in corda dura gentilium et mollificarunt ea per predicationem apostolorum: et sic conuersi gentiles veniebant et currebant ad ecclesiam: et impleuerunt eam sicut decurrunt aque per torrentes flante austro super niues: ideo ait propheta. O domine iesu accelera aduentum tuum. et conuerte captiuitatem nostram a peccato: et mitte spiritum tuum in corda dura gentilium et currant ad ecclesiam mollificati sicut torrens impletur et currit ad mare austro flante et resoluente niues in aquam

Et tūc apostoli quib⁹ dixisti Luce decimo. Mes-
sis quidem multa ꝛc. Et misisti eos metere quod
non seminarunt Johannis.iiij. Ipsi ergo aposto
li quos misisti ad seminandum verbum tuum in
corda hominum. Eūtes ibant et flebant. idest eū
tes et flentes ibunt mittentes semina sua et pre-
dicantes cum tribulatione et persecutione ꝛc. Ve-
runtamen seminatio eorum et predicatio multū
fructū afferet: quia totum populum gentilem cō
uertet ad fidem: et animas lucrifaciet: et sic ve-
nientes et reuertentes venient cū exultatione por
tantes vnusquisqꝫ manipulos suos quos messue-
runt. nam Mattheus lucrifecit ethiopiam: ꝛ Sy
mon egyptum. Bartholomeus et Thomas indiā
et Paulus greciam. et pariter Augustin⁹. et Hie-
rony. et ceteri doctores veniunt et venient cum
exultatione in die iudicij portantes manipulos
et libros suos quos ad elucidandas scripturas et
defendendam ecclesiam ediderunt: et omnes pre-
lati venient gaudentes et portantes talenta du-
plicata ꝛc. oēs penitentes cum fructu pnie ꝛc.

De dise. di.iiij.c. gra.i.c. placuit. et.i.q.i. ler ca-tholica.



Nisi dominus edifica-
uerit domum: in vanū
laborauerunt qui edifi
cant eam.

Nisi domin⁹ custodie-
rit ciuitatem frustra vi
gilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surge-
re: surgite postꝙ sederitis qui man-
ducatis panem doloris.

¶ Titulus canticum graduum Salomonis. No-
ta ꝙ ſm quosdam hebreos dauid fecit hunc psal
mum et direxit ipsum Salomoni qui in persona
ipsius dauid erat templum et ciuitatem edifica-
turus: et ideo intitulatur canticum graduum Sa
lomonis et sic glosant ipsum psalmum de edifi-
catione illius hierusalem materialis. Lambi au-
tem principaliter glosat hunc psalmum de mes-
sia per Salomonem intellecto. dicit enim qđ in
scriptura per Salomonem communiter intelligi
tur christus messias qui erit deo dilectus: vt pa-
tet in canticis. Et sic dicit ꝙ multi voluerunt edi-
ficare ciuitatem et templum hierusalem sed inua
num laborauerunt vsqꝫquo dominus messias ve-
niet ad edificandum eam. Nam primo dauid vo
luit edificare domum domini: sed inuanum labo
rauit: quia domin⁹ nō permisit eo ꝙ erat vir san-
guinis. Itē salomō postea edificauit tēplū et mu
rauit ciuitatē: sed inuanum laborauit q: tam tem
plum ꝙ̄ ciuitas fuit destructa per caldeos. Item
esdras et zorobabel iterum reedificauerunt eam
sed inuanū laborauerūt q: fuit destructa p roma-
nos. Itē codē.s. Romani et christiani et sarrace-
ni multotiens voluerunt reedificare illā ciuitatē
tamē pluries fuit destructa: sed qñ veniet rex mes
sias reedificabit eam: et nunꝙ̄ amplius destruet:
ideo dicit hic dauid ꝙ nisi dñs edificauerit do-
mum et templū et ciuitatē tpe messie inanū labo
rant oēs alij qui volūt eā edificare. Ex his pꝫ ꝙ
lꝫ iste obstinatus loquat̄ mala intentione tñ ptī
dicit verū ꝛ ptim dicit falsum. dicit verū inqꝫtū di
cit ꝙ messias in aduentu debebat edificare tēplū
eternū et ecclesiam spūalē repudiato tēplo et ci-
uitate materiali per alios edificata. tñ dicit fal-
sū. ꝛ errauit circa tps ꝛ psonā. pmo errat circa tps
q: qđ est preteritū frustra expectat adhuc futurū
Scđo errat circa personā: nam iesus xp̄s fili⁹ dei
quē ipse repudiat: est ille ver⁹ rex messias qui hāc
hierlm spūalem .i. ecclesiam edificauit. Tertio er-
rat circa ipsam ciuitatē et tēplū: nā ipse expectat
ꝙ messias reedificabit illā hierlm materialem et
corporalē et terrenā in qua oēs iudei debēt tpali
ter habitare: et tñ messias erat edificaturus ciui-
tatē spūalem toto orbe diffusam in qua oēs fide-
les habitant per grām: et erat etiā edificatur⁹ su-
pernā hierlm et paratur⁹ nobis felices in ea mā-
siones. Et iđ est dicēdū ꝙ dauid ppheta qui pmo
pposuerat edificare tēplum dño: et pparauit oia
necessaria: ꝛ tradidit descriptionē salomoni. ꝛ ſꝫ
illud exemplar et descriptionē precepit edificare
tēplū: preuidit in spū qualiter illud tēplum mate
riale erat figura tēpli spūalis ecclesie qđ xp̄s erat
edificatur⁹ in quo oēs fideles erant saluādi ꝛ tuē
di. preuidit etiā in spū qualiter iudei debebāt po
nere totam suā spē et fiduciam in illa hierlm et tē
plo materiali: ꝛ circa eius edificiū debebant ap-
ponere totā suam solicitudinem cōtempta salute
spūali. Hoc ergo preuidēs dauid in spū fecit hūc
psal. pro ascensu octaui gradus. Et ideo intitulat̄
vero Salomoni qui est xp̄s in quo psalmo admo
net iudeos ne ponāt totā suā spem ꝛ solicitudinē
i illa ciuitate ꝛ tēplo mālī ſꝫ in illa hierlꝫ spūali.
s. ecclesia tā militāti ꝙ̄ triūphanti quā xp̄s erat
edificaturus in qua omnes erant saluandi et tuē
di hic per fidem et gratiam ꝛ in futuro per gloriā
q.d. in toto isto psalmo. ꝙ non ponant suam speꝫ
et solicitudinem nec laborēt pro ista ciuitate ma
teriali: q: multipliciter est destruenda. Sed ponāt
suam solicitudinem et spem in ecclesia. quā xp̄us
erat edificaturus q: non poterant saluari nisi in
ea. Duo ergo facit nam primo admonet eos ne
ponant suā solicitudinē et spē in hierusalem ma-
teriali. Scđo vt querant ciuitatē per xp̄m edificā
dam ibi. Cum dederit dilectis suis somnum. B

¶ Quantū ad primū est notādū ꝙ tripliciter erāt solliciti iudei circa edificium et ciuitatē hierusalē. — No.3 tem pli edifi catione.
Primo circa fortitudinem eius: et sic Salomon
edificauit eam in alto monte syon et in loco ar-
duo: ꝛ circundedit eam triplici muro sicut pluries
dictum est. Secūdo fuit solicitus Salomō circa
custodiam ciuitatis et sic muniuit eam copia ar-
morū et vigiliꝫ. Tertio erant solliciti ciues circa
abūdantiā: et diuitias ciuitatis vt esset abundās
et potentissima. et sic laborabāt admodum et co-
nabantur cōgregare diuitias in omni solicitudi-
ne corporali labore: et cum vsuris et in alijs nego
cijs illicitis: quasi non sperantes aliam vitam et
felicitatē. Hec ergo tria remouet ppheta in trib⁹
primis versibus huius psal. dicens: ꝙ non confi-

dant in hoc tēplo materiali. nec in fortitudine ciuitatis: q2 nō poterit eos saluare ne confidant in custodia et armis huius ciuitatis q2 nō poterunt eos tueri nec labor‑ēt: cū tota sua solicitudie circa diuitias cōgregādas et cibos corpales q2 nō potuerunt eos eternalr satiare. Sed ponāt spē suaʒ in domo quam xp̄s erat edificatur⁹ q2 ibi debent saluari. Scdo capiāt arma q̄ daturus erat xp̄s: q2 in illis debēt tueri. Tertio ꝙ laborēt circa cibum quē xp̄s erat datur⁹ q2 in solo illo debent satiari. ¶ Dicit ergo p2io ꝙ nisi dn̄s nr̄ iesus xp̄s edificauerit domū.i. tēplū sp̄uale.s. eccl'iaʒ. in uanū laborauerūt oēs q̄ edificant eā. q.d. ꝙ quodcūq3 tēplū seu ciuitas per Salomonē vel p alios edificatuʒ est vanū ad saluandū nisi solū illud qd̄ xp̄us erat edificatur⁹: in quo oēs fideles sunt saluādi hic p fidem et grām et in futuro per gloriā. Item scdo subdit ꝙ nisi dn̄s iesus xp̄s cū suis armis sp̄ualibus.s. cū fide: spe: et charitate. cū donis sp̄ussancti. ⁊ cuʒ suis vigilibus.s. angelis et apostolis et martyribus et doctoribus custodierit hanc ciuitatem ecclesie. frustra vigilat qui custodit eaʒ.i. q̄ putat eā cū armis et viribus tp̄alibus custodire. Tertio subdit. O vos hoīes tp̄ales ⁊ mūdani qui manducatis panē doloris et laboris. Uanum est vobis surgere ante lucē ad laborandū pro isto cibo tp̄ali ad congregandas diuitias p vita tp̄ali cōseruanda: q2 hic non potestis manere in eternū sed surgite a pctō postq̄ sederitis per magna tp̄a in eo: et surgite ad grām et ad laborandū pro cibo sp̄uali per op̄a mie et alias pias op̄ationes. Itē in aduētu xp̄i surgite a iugo legis et a dormitione: postq̄ in tenebris sedistis per magna tp̄a: et recipite xp̄m qui affert diē grē et luceʒ et fugat nō solūmodo noctē legis sed etiā noctē pctī: q2 iā nox precessit dies appropinquauit. abiicite ergo opera tenebrarum et induamini arma lucis ⁊c.

Nota. ¶ Unde notandū ꝙ vbi trāslatio cōis hʒ: qui mā ducatis panē doloris. litera Hiero. hʒ: panē idolorū siue panē idolotitū et translatio alia hʒ: panem auaricie: et alia hʒ panē laborantiū qd̄ eadē snīa est. Nā auaricia est idolorū seruitus et ideo qui laborant ppter auariciaʒ dicunt laborare ppter panē idolotitum et propter idolatriaʒ diuitias: ⁊ sic panis hoc modo acquisitus dr̄ panis laboris: q2 cum labore acquirit et dr̄ panis doloris q2 cum dolore acquirit: dr̄ etiam panis idolotitus. q2 cū auaricia acquirit. ¶ Unde est aduertendum ꝙ ppheta hic non prohibet quin debeam⁹ acquirere panem cum labore et sudore vultus nostri: sed phibet nimiaʒ solicitudinē et abusum circa res tp̄ales: ne propter tēporalia omittamus spiritualia sed intēdit dicere et ammonere vt primū queramus regnum dei: ⁊ ponamus spem nostraʒ in xp̄o et ecclesiasticis sacramentis: sed postea cū discretione possumus laborare pro victu ad vitā necessariam.

xxiiij. q. i. q2 ex sola. **Cum dederit dilectis suis somnū ecce hereditas domini filij merces fructus vētris.**

¶ In hac scd̄a parte ostēdit declarando supradicta.s. in quibus bonis debem⁹ ponere spē nostrā et dicit ꝙ in bonis per xp̄m nobis adeptis. ¶ Ad cuius intelligentiam est notandū ꝙ tota hereditas nostra et tota merces et premium etiam tota virtus sacramentorū ecclesie inest nobis ex passione xp̄i. nam per suā mortē et passionē nos a peccato et captiuitate absoluit. p et suū sanguinē emit nobis regnū celorum in hereditatem. A quo quidē sanguine ecclesiastica sacra traxerunt virtutē. E ¶ Ex quo ptʒ ꝙ redēptio nostra et hereditas nostra felicitas non fuit manifesta nisi post passionem xp̄i nec patriarche: et pphete: nec apostoli et martyres et sancti potuerunt possidere hereditatem nisi post passionem xp̄i: nec potuerunt eā possidere in hoc mūdo q̄ntum ad gloriā nisi post mortem eorū. Ex quib⁹ patet ꝙ vana erat spes iudeorum qui expectabant fructum et hereditatem ex illo tēplo et ciuitate materiali in hac vita ⁊ van⁹ erat labor eorū laborādo pro isto cibo tp̄ali cū talis hr̄ditas ⁊ q̄es nō possit possideri i hac vita vita. nec cib⁹ spiritualis nobis pmissus. D ¶ Et ideo est dicenduʒ ꝙ hereditas promissa Abrae et Isaac et Jacob nō est illa terra chanaan: nec illi fructus qui in ea colliguntur cum sint corruptibiles ⁊ transitorij: sed illa hereditas est patria celestis: et ille fructus est perfecta fruitio diuine essentie quam apostoli et omnes iusti non potuerunt aq̄rere in hac vita: nec in hoc seculo sed post mortem eorū in celo. Et ideo dicit dauid. Nolite subquerere hereditatē et mansionem nec premiū nec mercedem: nec fructum ventris corporalis in hoc mundo. sed taliter laborate. vt celo post mortem hec possitis acquirere. q2 ista in sola patria celesti patebūt. Nam cū dn̄s dederit somnū et reqē̄m dilectis suis apostolis ⁊ martyrib⁹ et iustis post mortē tēporaleʒ. Ecce hereditas dn̄i.i. tūc apparebit vera hereditas dn̄i sanctis prībus pmissa qd̄ est regnū celorū qd̄ dabitur iustis in hereditatem et ecce merces.i. tunc apparebit merces ⁊ premium. et ecce filij.i. tunc videbitur qui erunt vere filij dei. Litera Hiero. hʒ filij mercedis idest tunc apparebunt filij qui adepti sunt mercedeʒ ⁊ premium q2 illi deū videbūt. Naʒ visio est tota merces. Et sequitur. Ecce fructus ventris.i. tunc apparebit et dabitur fructus ventris sp̄ualis iustis que erit vera fruitio: pro qua in hac vita laborauerunt iusti. In hoc ergo versiculo nihil aliud intendit dicere nisi qd̄ vere filij dei et filij israel et abrae per repromissionem et per fidē ⁊ baptismū regn̄ati post istā mortē tp̄alē in celo obtinebunt hereditatem promissaʒ et mercedē et fructū q2 ibi deū videbunt et possidebūt. et adamabunt ⁊ fruentur. et sic ammonet ꝙ nō est ponēda spes in ciuitate terrena sed in celesti. Litera autē Hieronymi habet. Cum dederit dilecto suo somnum siue ad dilectum suū: et tunc esset snīa manifestior q2 hereditas dn̄i et fructus eius hic per grām et in celo per gloriam nūq̄ fuit dat⁹ iustis nisi post mortem xp̄i dilecti filij dei vt supradictum est. Etiam ly fructus ventris potest referri ad christū qui est fructus ventris virginalis marie et illemet est fructus sp̄ualis ventris in patria nā totus hō fruct

Passio xp̄i ē nobis meritoria sic

toto xpo.nā p aīam fruet diuinitate et p potētias corporales glorificatas fruet xpi hūanitate tot⁹ hō.Et et fructus ventris ecclesie sunt fideles p baptismū regnati.Sed pma expositio est melior.Et etiā xpo qui est fruct⁹ vētris vginis marie erit fructus noster quo fruemur in patria quē fructum nō poterimus acquirere nec frui.nec gustare nisi post somnum et mortem huius vite.

xciij.dis. c.legim⁹ z.j.qō.j. multe.

Sicut sagitte in manu potentis:ita filij excussorum.

¶In hoc exprimit pphēta q sunt veri filij eccle q p illa hereditate laborarūt et qb⁹ armis ecclesiā defenderunt et ampliauerūt et iō post somnū eox.i. post mortē meruerunt possidere in celo illā hereditatē z mercedē fructū vētris.Et dicit q isti fuerūt apli et martyres z doctores q nō armis corpalib⁹ sed sagittis et armis euāgelicis defenderūt eā et ampliauerūt et eā plātauerūt sanguine suo. B

Apostoli sunt sagitte.

¶Ad cui⁹ itelligētiā est notādū q apli z discipuli xpi frequēter dicunt sagitte in sacra scriptura.Nā sicut sagitta mittitur velociter a sagittatore:ita apostoli missi sunt a xpo velociter per vniuersum mundum et cum eis xps sagittauit corda hominū et vulnerauit eos in corde et occidit in eis peccatū et suscitauit fidem et sic apostoli dicūtur velut sagitte in manu xpi potentis qui eos misit sed frequentius et magis proprie verba xpi euange i.a dicūtur sagitte qb⁹ xps et apli sagittarunt et penetrarunt corda hominum et sic apostoli dicuntur sagitte inquātū sunt missi z sagittatores inquātū traxerunt et iecerunt sagittas verborum dei in corda hominum per predicationem et sic dicitur supra psalmū.xliij.Sagitte tue acute cadent in corda inimicorū.Item psal.lxvj.Sagitte paruulorū facte sunt plage eorum.Item Esaie.lxvj.mittam ex eis qui saluati fuerint scilicet ex discipulis .d gentes in Africam et Lidiam tenentes sagittam in Italiā.i.dirigentes verbū euangelicū in italiā. Ex quo pz q apostoli dnr excussi idest expediti ad bellū siue precincti z parati ad pugnandū p xpo.

Nota.

Dicunt et excussores.i.trituratores verbi dei.Nā sicut agricola triturat et excutit messem:z separat granū a paleis:ita apli fuerūt messores vbi dei:z triturauerunt z excusserūt grana euangelica a paleis z cerimonijs legalibus:vñ granū reposuerūt in horreo ecclesie.Paleas aūt cerimoniarū cōbusserūt igni inextinguibili.i.reprobauerunt et anullarunt vētilabro xpi:vt patet Matt.iij.et Lu.iij.z sic apli dnr filij excussorū.i.excussi siue excussores vt est mos loquendi cōsuetus in scriptura vete.te. vt tu es filius mortis id est moriturus filius duox annorum id est vita breuis:z filius pcti idest pctō. Dicit ergo dd iō dilecti.i.apli z iusti merētur illā hereditatē et data est illis merces z fruct⁹ ventris etern⁹ qz bñ laborarūt in hoc mūdo p ipo z in pdicatiōe vbi:nā sicut sagitte sunt i manu potētis venatoris vel pugilis ita fuerūt z sūt filij excussorū .i.apli z doctores z discipuli q relictis curis z sollicitudinib⁹ z diuitijs hui⁹ mundi facti sunt excussi.i.expediti ad pugnā cōtra infideles mittētes sagittas.i.vba euāgelica in corda hoium:z sic cōuerterūt mūdum et facti sunt et excussores id est trituratores dirigētes scripturas vete.testa.z declarādo euāgeliū xpi:z sic cōtempserunt domum materialē in hac vita:z edificauerūt ecclesiam supra firmam petrā qui est xps pdicatione z vita z exēplo z sanguine suo.Et etiā fabricauerūt domū nō manu factā in celo:quam possidēt in eternū:z illa est hereditas eorum z merces z in ea fruuntur fructu vētris virginalis.i.xpo z ibi est tota merces z felicitas.Ex quo pz q isti nō edificarūt domū vanā nec ciuitatē friuolā:sed firmā z inexpugnabilem: nec surrexerunt in vanum ad laborādum ante lucē siue ante diem:qz nō laborauerunt nec lucrati sunt mercedem temporalē cibum siue fructū corruptibilem z insufficientem:sed eternū z sufficientē qui satiat appetitum humanū z angelicū qui nūq peribit immo dat vitā eternā.Itē isti surrexerunt a peccato in quo per multa tempora sederunt et venerunt ad gratiam:sequentes xpm.Idem isti apostoli surrexerunt a iugo legis postq venit lux z verus sol:et dies qui est xps.Ceteri autē manserunt in nocte legis:z noluerūt edificare domū in celo nec laborare pro cibo celesti in ecclesia christi ideo manent inanes z vacui z decepti.¶Nota q littera Hiero.hz ita.filij pueritie.alia littera hz.sicut sagitte in manu potentis.ita filij iuuētutis quod idem est quod filij excussorū.Nā pueri z iuuenes sunt expediti excussi et habiles ad pugnandum sicut fuerunt apostoli z martyres zc.Et etiā alia littera habet filij tamē laborantium id est filij bene laborantes z laboratores z non pigri in vita actiua z contemplatiua sicut fuerunt apostoli z martyres et doctores.Omnes apostoli z martyres et doctores z iusti fuerunt excussores z filij excussorū et laboratores in fructu euangelico et sagittatores mittentes sagittas euangelicas in corda hominum.

Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis nō cōfundetur:cum loquetur inimicis suis in porta.

De pse. di.v.nō medio. crit.z de pe.di.ij. §.si hmo meus.

¶Hic cōcludit totū propositū.Nā dictū est supra q inuanum laborant amatores huius mundi z ponentes sollicitudinē suā z spē in rebus huius mūdi z etiā in operib⁹ legis veteris:vt dictū est etiā q hereditas in lege promissa nō dat nisi post hāc vitā z et vt dictū est q apostoli cū sagittis z armis euangelicis edificarūt z ampliarūt ecclesiā.Iō dicit hic cōcludēdo q beat⁹ vir qui impleuit desideriū suū nō ex diuitijs tpalib⁹ nec cibis corpalib⁹ sed ex ipis verbis euāgelicis z ecclesiasticis sacramentis z ex fructibus sacre scripture:quia iste cibus vere satiat appetitū iustox:qz nō in solo pane viuit hō sz in oi verbo qd pcedit de ore dei qz doctria legis ē cib⁹ aie.Itē qz apli fuerūt excussores messis sacre scripture colligētes grana zc.Iō beat⁹ vir q ipleuit desideriū ex ipsis granis z panib⁹.In lra Hiero.hr.Beat⁹ vir q ipleuit pharetrā suā ex ipsis:z sic refert ad sagittas.q.d.beat⁹ q iplet pharetrā cordis z spōsusi ex sagittis missis ab aplis.i. doctrina aplica z euāgelica.Nam q talib⁹ diuitis

et sagittis est refert⁹ ⁊ armat⁹ nõ cõfundet͛ aũ re-
ges et iudices ⁊ p̃sides cũ loquet͛ inimicis ⁊ aduer-
sarijs suis in porta ciuitatis vel theatri vbi fie-
bãt iudicia: imo cũ illis sagittis. i. cũ auctoritatib⁹
noui ac veteris testamenti ꝯfunde. inimicos ecclie
et ĩfideles. Vñ dicit eis xp̃s. Dũ steteritis ante re-
ges et p̃sides nolite cogitare q̃d loq̃mini dabitur
eni vobis in illa hora qd loquamini ⁊c. Duo ergo
bona facit q̇ implet desideriũ et pharetraꝫ cordis
sui ex istis sagittis. Nã primo vulnerat͛ in corde et
morit͛ pctõ ⁊ viuit xp̃o. Scd̃o hꝫ arma offensiua ⁊
defensiua ꝯ inimicos xp̃i. Tria ergo intẽdit princi-
Lex seu palr̃ dicere in hoc psal. P̃rio ꝙ nõ est ponẽda spes
deiꝰbuꝫ nec securitas in hierl̃ꝫ materiali: sꝫ i hierl̃m sp̃uali
ꝰ facit. edificanda ꝑ xp̃m: nõ lapidib⁹ materialib⁹ ⁊ mor-
tuis: sed lapidib⁹ viuis q̇ erat sepiẽda turribus et
muris virtutũ donorũ sp̃ũssancti. Scd̃o ꝙ hec ciui-
tas nõ erat defendenda nec amplitãda armis ma-
terialib⁹: sꝫ sagittis euãgelicis ꝑ p̃dicationẽ apo-
stoloꝝ qui erãt superãdi gẽtiles ⁊ heretici. Tertio
dicit ꝙ hereditas nobis ꝓmissa ꝑ aduentũ messie
nõ est querenda in hac vita. Quarto ꝯcludit ꝙ bea-
tus est ille vir qui impleuit desideriũ suuꝫ ex sagit-
tis ⁊ fructib⁹ euãgelicis. Quinto ꝙ xp̃ian⁹ armat⁹
talib⁹ sagittis et armis nõ cõfundet͛ cũ accusabit͛
ab iĩmicis suis in porta. i. in exitu hui⁹ vite: nec in
iudicio quod fit in porta huius vite. Nã mors siue
hora mortis d̃r porta huius vite ꝑ quaꝫ exit hõ de
hoc mũdo in q̃ hora ilico iudicat͛ hõ iudicio par-
ticulari. Et etiã nouissimus dies dicit͛ porta tot⁹
t̃pis huius mundi in quo fiet vniuersale iudiciuꝫ.
Ex quo ptꝫ ꝙ hõ iustus talibus armis munit⁹ in
neutra porta: ⁊ in neutro iudicio cõfundetur cũ lo-
quet͛ diabol⁹ iĩmicis suis ipsiuꝫ accusantib⁹: qꝛ ab
auditione mala nõ timebit: nec a verbo aspero: vt
dictũ est psalmo. xc. et. cx. ¶ Et nota ꝙ lꝫ iste psal-
mus sit paruus in quãtitate tñ est valde difficilis
in litterali sententia ꝓpter verba methaphorica.
Et ideo diuerse fuerũt de ipo interp̃tatiões ⁊ am-
bigue: vt inquit Hieronymus. Jdõ cũ magna diffi-
cultate põt extorqueri ex eo firma ⁊ vera sentẽtia.

xvi. q. ij. post me. ⁊. xvi. q. j. c. vos autem.



Eati oẽs q̇ timẽt dñꝫ q̇
ambulãt in vijs eius.
¶ Nonus gradus est timor fi-
lialis siue obediẽtia idõ dõ dicit
huno psalmũ ꝓ ascẽsu noui tẽ-
pli gradus in quo describit pre-
mium obedientie et timoris fi-
lialis siue quo ascendere in celũ nemo põt q̇ q̇deꝫ
timor ⁊ obedientia cõsistit in formando voluntatẽ
ꝓpriã soli volũtati dei et eius legi et p̃ceptis. Nã
timor cast⁹ nihil aliud timet nisi ne displiceat deo
et ne ledat eũ cogitatione ⁊ opere et vera obedien-
tia non est sollicita nisi q̇ placeat deo et ambulet
in vijs eius. Jdõ apl̃i et oẽs iusti d̃nr sicut sagitte in
manu potẽtis psal. p̃cedẽti. Nã sicut sagitta nõ tẽ-
dit nisi quo mittit͛ a sagittãte ⁊ dirigẽte: ⁊ ad eius
nutũ moueat͛ nec morat͛ i via: ita iust⁹ ⁊ timẽs deũ
nõ mouet͛ nisi ẜm legẽ ⁊ p̃cepta dei: nec tardat im-
plere eius volũtatẽ: et talis est beat⁹: ⁊ nõ edificat
domũ: nec ciuitatẽ terrenam: nec laborat pro cibo
mundano sed celesti: et idõ in hoc psal. ꝓmittit͛ iꝭꝫ
p̃miũ ⁊ cib⁹ in celo: sꝫ talis fuit solus xp̃s q̇ ꝑfecte
habuit hũc timorẽ ⁊ obediẽtiã erga patrẽ: vt ipse
dicit ꝑ totũ discursuꝫ euãgelicũ: vñ dicit. Nõ veni
facere volũtatẽ meã: sꝫ eius q̇ misit me: sꝫ nos su-
mus eius imitatores inquantũ possum⁹ si cuꝫ eo
ascẽdere volum⁹. Duo ergo facit dauid. Nã p̃rio
ostendit xp̃m ascendisse in illam hereditatẽ ⁊ feli-
citatẽ ꝑ timorẽ filialẽ ⁊ obedientiã. Scd̃o nos ex-
hortatur ad imitandũ eũ: vt sim⁹ participes cũ eo
in illo p̃mio ⁊ bñdictione ibi Ecce sic bñdicet͛ hõ
¶ Quantũ ad primũ dicit. Beatus vir est q̇ timet
dñm timore casto ⁊ filiali: ⁊ q̇ ambulat in vijs ei⁹:
et iste est solus xp̃s qui ꝑ oĩa impleuit voluntatẽ
patris. Et qꝛ p̃uidit ꝓpheta ꝙ solus xp̃s est hmõi
perfectiõis: et primus totaliter impleuit volũta-
tem patris. de quo in capite libri eius scriptũ est:
⁊ ad hoc est destinat⁹: idõ ꝯuersus ad xp̃m dicit.

Labores manuuꝫ tuarũ quia mãdu- xv. q. d. j. firmissime. xxij. q. ij. si q̃s liber.
cabis: beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundans: in la-
teribus domus tue.
Filij tui sicut nouelle oliuarũ: in cir-
cuitu mense tue.

¶ O xp̃e ideo tu benedict⁹ es: qꝛ patrẽ sic timuisti
et in vijs eius ambulasti: ideo bene tibi erit: ⁊ pri-
mus habetis premiũ in celo et in hac ecclesia tua
militante. A ¶ Nam premiũ consistit in tribus Premiũ in trib⁹ ꝯsistit.
Primo in copia bonorũ et ciborũ. Secũdo in pul-
chritudine et bonitate vxoris. Tertio in fecundita-
te prolis et filiorũ: et hoc est bonum qd̃ tibi erit ex
premio. Primo qꝛ labores manuũ tuarũ mandu-
cabis: idest pro labore manuũ tuaruꝫ mãducabis
panẽ in celo: quia primo ⁊ perfectius sine cõpara-
tione fruit͛ anima xp̃i: ⁊ xp̃s tot⁹. vñ dicit Johã. iiij
Hic est cibus me⁹ vt faciã voluntatẽ patris. Jtem
Luce. xxij. Vado vobis parare regnũ ⁊c. vt edatis
et bibatis in mẽsa mea in regno patris mei. Mã-
ducat ergo xp̃s labores manuũ suarũ: hoc etiam
potest referri ad sacramẽtum eucharistie: quia ip-
semet cõsecrauit corpus suum: ⁊ fregit: et sic come-
dit labores manuũ suarũ et in persona totius cor-
poris mystici comedit corp⁹ verũ: et iste est cibus
iustorũ in hac ecclesia per gratiã: ⁊ in alia per glo-
riam et fruitionẽ. Scd̃o premiaberis o xp̃e in pul-
chritudine ⁊ fecunditate vxoris. Nã vxor tua eccle-
sia erit sicut vitis abundãs palmitib⁹ ⁊ thyrsis in
laterib⁹ domus tue. Nam sicut vitis q̇ plantat͛ in
domibus crescit in altũ et in latum: intantũ ꝙ cir-
cuit latera domus et etiã cooperit domũ abũdan-
tia palmitũ ⁊ thyrsorũ ⁊ pãpinorũ ⁊ vuarũ: ⁊ sic ec-
clesia tua dilatabit͛ per totũ vniuersum orbẽ: ⁊ ex-
tẽdet palmites suos vsq̧ ad mare. ⁊ vsq̧ ad termi-
nos orbis terrarũ: ⁊ ista vxor nõ erit sterilis: im-
mo abũdãs ⁊ fecũda: ⁊ ex ea regñabis tot filios ꝑ
baptismũ: ⁊ intãtuꝫ numerũ ꝙ filij tui erũt in cir-
cuitu mẽse tue sicut nouelle oliuaruꝫ. Nã sicut ar-
bor oliue ꝓducit copiã ramorũ sup⁹ ⁊ copiã v̇gul-
torũ ad radicẽ circa truncũ eiusq̧ d̃nr nouelle siue

germina eius. Ita magnꝰ numerus filiorū tuorū si
delium erūt in circuitu mēse tue. s. tui altaris ad mā
ducandum cōmunionem eucharistie in hac ecclia
tanq̄ cibū viaticū p grām: et in alia erunt isti filij
fruentes celesti cibo p glīam. ℂ Nota q̄ tota
ecclia frequēter appellat̄ i sacra scriptura vinea
et aliqñ ager messis: et aliqñ oliuetū in sacra scri
ptura vet. te. eo q̄ xp̄s ex ea expressit vinū et oleū ꝛ
granum euangelicū: et cōgregauit in horreū et cel
lariū suū. q̄ sunt ecclīastica sacrā ad cibū et potū
fideliū. Ex qbꝰ sacramētis exprimet xp̄s in iudicio
fructꝰ glīe. Et iō per abūdantiā frumēti et vini et
olei in ve. te. pmissam semp intelligit̄ abūdantia
bonorū grē in p̄nti ecclesia et abūdantia ciborum
fruitionis et glīe in futura. Ex p hoc pz deceptio
et cecitas iudeorū: qui oia ista intelligunt mate/
rialiter et temporaliter ad literam.

vt supra

Ecce sic bñdicet hō qui timet dñm.

ℂ Hic exhortat̄ nos ad imitandū xp̄m per timorē
et obedientiam dicens. Ecce sic benedicet̄ ois ille
qui timet dñm. Nam sicut imitabitur xp̄m in timo
re et obedientia: ita participabit cū eo in benedi/
ctiōe et premio et cibo spirituali ꝛ eterno. Precat̄
vlterius pphēta benedictionem pro ecclesia fide
lium vaticinādo bñdictionē et premiū eius dicit.

Supra. ʒ ij. et infra cxj.

Benedicat tibi dominus ex syon: et videas bona hierusalē omnibus die/bus vite tue.

Et videas filios filiorum tuorū: pa/cem super israel.

ℂ O cetus ꝛ ecclia fideliū bñdicat tibi dñs. i. det
tibi dñs p̄dictā bñdictionē ex syon. i. ex sacris et
meritis ecclesie. q: aliūde nō pōt venire talis bñ/
dictio nisi ex sacramētis ecclīe nō pōt darinisi a
xp̄o. q̄ est dñs deus qui fecit celū ꝛ terrā. Ille ergo
det tibi istā bñdictionē intm̄ q̄ videas bōa hierls
in oibus diebꝰ vite tue. i. semp. s. hic in hac ecclia
et in hac hierlm videas bona grē et in supiori hie
rusalē videas bona glīe q̄ sunt memorata ꝛ tu ec/
clesia ꝛ quilibet fidelis videas filios filiorū tuorū
per baptismū regeneratorū: et videas pacem sup
israel hic per grām: et ibi per glīam. Nā ista eccle
sia viuit per charitatē et pacē q: pace et charitate
cōpaginat̄ corpꝰ mysticū ecclīe ꝛ vnit̄ suo capiti
et tota felicitas supioris israel siue israel consistit
in summa pace et qete ꝛ securitate felicitatis pos
sesse. Et hic est fructꝰ timētiū deū. ℂ Notandum q̄
totus iste psalmꝰ pōt ad lr̄am exponi de Abraam
Ysaac et Jacob et de oibus timentibꝰ deū in vet.
testamento qbus pmittebant̄ bona terre. Sed q:
dauid nō fuit minꝰ pphēta in hoc psal. q̄ in alijs
ideo esset pctm̄ et sacrilegiū dimittere mysticam
et veram expositionē et occultare ꝛ cōtēnere et di/
mittere tantū preciosum thesaurum in predicto et
ceteris psalmis absconsum. Sed q: qd̄ cōpetit to/
ti corpori etiā cōpetit cuilibet mēbro ideo pōt ex
poni etiā de quolibet fideli timente deū cuiꝰ bñ/
dictio est abūdantia meritorū in hac vita ꝛ i alia
premiorū et iō prudēs lector studeat applicare et

legat doctores sanctos sup hoc libro q: ego p̄nci
paliter curo de sensu mystico et pphētico. Nam
dauid oia ista predicit primo de xp̄o capite: et ex
cōsequenti de suis mēbris fidelibus. Nam a xp̄o
capite ad sua membra descendit omnis benedi/
ctio et gratia et omnia bona grē et glorie vt ma/
gis patebit psalmo. cxxxij.



Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc israel.

lij. q. j. c nulli dubium.

Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea: et eīn nō potuerūt mihi.

Supra dorsum meū fabricauerunt pctōres plongauerūt iniq̄tatē suam.

ℂ Decimus gradus ascensus in celum est patien
tia longa in persecutione. ideo dauid fecit hunc
psalmū pro decimo gradu tēpli in quo memorat
longā patientiā ecclesie in longis psecutiōibus
ab Abel vsq̄ ad xp̄m et a xp̄o vsq̄ ad iudiciū. vñ
meruit ascendere in celum et obtinuit victoriā de
inimicis patienter tolerādo eorū incursus. Duo
ergo facit. Nam primo memorat longam patien
tiam eius in persecutionibus. Scdo punitionem
persequētium ibi dominus concidet. Dicit ergo
ecclesia et iste hō mysticus vel dicit dauid in per/
sona ecclesie. dicat nūc israel sepe expugnauerūt
me ifideles et inimici dei ꝛ pctōres et scelerati a
iuuentute mea. Nam primo a iuuentute et infan
tia mea fui impugnatus in Abel per cayn vbi ce/
perunt due ciuitates scz dei et diaboli et filij dei
et filij carnis. Unde chā impugnauit Noe et chal
dei ipsum Abraā et Ismael ipsum Ysaac. et Esau
Jacob et Pharao omnes filios israel in egypto ꝛ
Saul dauid et reges egypti et babylonis et an/
thiocus impugnauerūt populū dei. Et iudei im/
pugnauerunt xp̄m et apostolos. Et tyrāni marty
res. Et heretici catholicos. Et antixp̄s impugna
bit totam ecclesiā. Ideo dicit. sepe expugnauerūt
me a iuuentute mea vsq̄ ad senium supple. Uerū
tamē lz sepe expugnauerūt me tamē q: patiebar
talia cum fide bona spe et charitate ideo non po
tuerunt mihi preualere. nec in anima nocere. licet
afflixerunt corpus et supra dorsum meum fabri/
cauerunt peccatores ꝛc. Et importabilia supra
dorsum meum onera imposuerūt. Et sic plonga
uerunt iniquitatem suam supra dorsum meum.
In translatiōe autē Hieronymi habetur. Supra
ceruicem meam arauerunt aratores. et plongaue
runt sulcum suum qd̄ idem est. Nam vult dicere q̄
pctōres persequentes fideles et populū dei et ec
clesiam: bene nocuerunt in bonis tpalibus: et in
laboribus corporalibus: et in carne occidendo et
affligendo corpus sed nō vicerunt: nec potuerūt
occidere aiam: nec totaliter ecclesiā delere vt fre/
quentius dictū est immo ipsi fuerūt deleti in cor/
pore et aia. Et nota q̄ hoc prius itelligit̄ de xp̄o
capite et postea de ecclesia eiꝰ. Nam primo pec/

catores iudei fabricauerūt et machinati sunt sen
tentiā mortis et passionis supra dorsum christi: et
prolongauerunt super eum iniquitatem et inui/
diam et maliciam suam accusantes eum corā py/
lato. Et etiam post passionem et resurrectionem
christi ipsa eadem synagoga fabricauit dolos
cōtra ecclesiam et apostolos vt patet in actibus
apostolorum.

xxiij. q. v. illi. dis/ plicet. et de pe. di. ij. ca. sunt plu res. i gl. s. aucto/ ritas.

**Dominus iustus concidet ceruices pecca
torum: cōfundantur et conuertantur
retrorsum oēs qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tectorum: quod
priusq̄ euellatur exaruit.
De quo nō impleuit manū suā q̄ me
tet: et sinū suū q̄ manipulos colliget.**

¶ Hic memorat punitionem finalem impugna/
torum ecclesie dicens. Licet ipsi impugnauerint
me tamen nō potuerūt mihi preualere immo ipsi
delebuntur et punientur. Nam sicut fuerunt puni
ti impij peccatores qui impugnauerunt popu/
lum dei in testamento veteri. Ita punientur impu
gnatores ecclesie christi: scilicet tyranni et hereti/
ci et antichristus. Nam dominus noster. iesus xp̄s
concidet, tanq̄ iustus iudex ceruices et superbiam
et potestatem eorū: et sic omnes qui oderūt et perse
cuti sunt syon. idest ecclesiam christi conuertentur
retrorsum et confundentur in sua prauitate et cecita
te. isti fuerunt iudei qui conuersi sunt perdentes re/
gnum et sacerdotium et manserūt cōfusi videntes
xp̄m resurrexisse et ecclesiam psperari. Et fiat sicut
fenū tectorū. Nam fenū tectorum qd nascit supra te
ctum cito siccat et morit: eo q̄ non pōt extendere
radices in terram bonā: q2 cōiter fit tectū calce cū
arena mixta: et sic siccat fenū anteq̄ euellatur. sic
pprie sinagoga desiccata exaruit post aduentum
xp̄i. eo q̄ defecit ipsi humor grē et fundamentum
et terra pinguis et fecūda. C Vn̄ nota q̄ sacr̄m
et cerimonie veteris testamenti cōparantur feno
nato super tectum. Nam illud fenum nec viret: nec
fructificat: nec multum crescit ppter defectum ter
re humide et aque. Ita sinagoga est effecta steri/
lis per aduentū xp̄i: et sacramēta veteris legis in
fructifera et infecūda. quia defecit eis gratia xp̄i
quā contulit sacramētis noue legis. et ideo aruit
synagoga et ficulnea eius. Ideo sicut messores nō
veniunt ad metendum fenum natum. eo quod est
inutile et sine fructu: ita iam nemo potest metere
nec colligere aliquem fructum: nec messem ex syna
goga: nec ex sacramentis et cerimonijs veteris le
gis. ideo dicit propheta. Fiant sicut fenum tecto
rum et c. De quo feno synagoge et sacramentorum
et cerimoniarum eius qui metet et qui colliget ma
nipulos deludatur. idest messor fidelis et colle/
ctor manipulorum et fructuum non implebit ma
num suam ex messibus: nec etiam implebit sinum
suum ex fructibus. Quia illud fenum siccum nul/
lum fructum affert: immo sunt mortifera sacramē
ta veteris legis: et cerimonie post aduentū chri/
sti. Et sicut pterētes nūq̄ bñdicūt fenū ortū sup

Nota d cerimo/ nijs le/ gis vete ris.

tectū: immo maledicūt eo q̄ nociuū et inutile: et de
struit tectū. Ita nemo iam benedicit synagogam
nec fenū sacramentorū et cerimoniarum eius: eo
q̄ infructuosum et nociuum. et maledictum a chri
sto quando maledixit ficulneam que cōtinuo aruit
Matth. xxj. Ideo dicit.

**Et non dixerunt qui preteribant be
nedictio domini super vos: benedixi
mus vobis in nomine domini.**

j. q. j. et catholi/ ca. et. xx/ iiij. q. j. q2 ex sol la.

¶ Nam mos est hominibus cū transeunt videntes mes
sem vberem benedicere eam dicendo: deus bene/
dicat tibi: et peruenias ad maturationē: sed quā/
do herba est arida nemo ei benedicit. immo econ
trario dicit. Ignis de celo cōburat te. A ¶ Ita
nemo fidelis benedicit hodie synagogam: nec fe
nū sacramentorum eius cum sit arida et maledi/
cta q2 ea que nascuntur in ea non crescunt in no/
mine dn̄i: ideo non crescunt nec virent. Ista sentē/
tia et maledictio data synagoge datur omnibus
iudeis pteruis et omnibus infidelib9 persequēti/
bus ecclesiam et hereticis tā in corpore q̄ in aīa.
Nā eorū ceruices et perfidia est cōcisa et postra/
ta: et idolatria deleta: et omnes ad fidē sunt con/
uersi. B ¶ Ad cuius maiorē euidentiā est notā/
dum q̄ synagoga iudeorum multiplici pena fuit
plexa et punita post mortem christi. Primo quia
fuit eius ceruix. i. superbia concisa et confracta et
delecta: q2 fuerūt dediti seruituti et dispsi per mū
dum. Scd̄o fuit confusa manens in suo mēdacio
cum vidit christū resurrexisse: et vidit ecclesiā pro
sperari. Tertio fuit retrorsum cōuersa. et ab hono
re delecta: cum perdidit sacerdotiū et hostias et sa
crificiū. Quarto exaruit sicut fenum tectorū quā/
do cerimonialia et legalia perdiderunt virtutem
Quinto facta est etiā infructuosa quando ipsa le
galia nullū fructum aut meritum afferunt q2 cum
xp̄o fuerunt mortua et sepulta. Sexto synagoga
fuit maledicta a deo quia post publicationē euā
gelij legalia non solum fuerunt mortua et infru/
ctuosa: sed etiā fuerūt mortifera oībus qui obser
uant ea et spē ponūt in ipsis. Septimo ipsa syna/
goga nō solū ē maledicta a deo sed etiā est male/
dicta ab oībus nationibus et data in opprobriū
ppter mortem xp̄i: quia vt sic sunt reputati inimi
ci dei. Ideo propter primum dicit ppheta in hoc
loco. Dn̄s iustus concidet: ceruices peccatorum.
De scd̄o dicit cōfundant. De tertio dicit cōuertā
tur retrorsum. De quarto dicit. Fiant sicut fenum
tectorū qd priusq̄ euellat exaruit. De quinto di/
cit. De quo nō impleuit manū suā qui metet: et si/
num suū qui manipulos colliget. De sexto dicit.
Et non dixerunt qui preteribant benedictio do/
mini super vos. De septimo dicit. Nec dixerunt
benedicimus vobis in nomine domini. Iterum est
aduertendum qd has easdem septem punitiões
induxit deus super gentiles et hereticos obstina
tos qui persecuti sunt ecclesiam dei: et etiam ve/
nient super sarracenos et sequaces antixp̄i: quia
oēs infelicē exitū patientur: et finaliter ecclesia de
omnibus psecutorib9 triūphabit. Et sic prudens

Punitio synagoge post xp̄i mortem.

lector poterit has septem punitiones oib⁹ ecclesie pscatoribus applicare fm intentum prophete.

De pe.d. j.§.deni q.ca.vo luissent. xx.disti. sctā ro mana. De pe.d ij.§.sutplu res.§.au ctoritas



E profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit.

¶ Undecimus gradus hu⁹ ascēsus in deū est profunda oratio ⁊ firma ⁊ pseuerans pfidentia venie de pctis. Et iō dd fecit hūc psalmū p ascēsu vndecimi gradus tēpli in quo describit pfundā orōnē hoīs mystici desiderātis ⁊ petētis redēptionē per aduētū xpi ⁊ etiā describit desideriū cuiuscūq peccatoris ascēdētis de pfundo carcere pcti ad altitudinē status grē ⁊ ideo ista vox pōt esse totius corporis mystici existentis in statu veteris legis et sic petit redimi ⁊ educi de carcere pcti originalis ⁊ de onere legis ⁊ ēt de lymbo inferni et sic pōt esse vox patrum existētium in lymbo petentium liberari p xp3: vel potest esse vox cuiuscūq pctōris penitētis petentis educi de carcere peccatorū et ascendere ad statum gratie per penitētiā et sic iste psalmus dupliciter potest exponi. Uno modo prophetice ⁊ mystice put est vox corporis mystici existētis in statu legis veteris aut est vox cetus patrū existētiū in lymbo. Secūdo modo potest exponi moraliter put est vox ipsius penitentis. Duo ergo facit dauid in hoc psalmo. Nā primo introducit adā siue totū hominē mysticum petentem redemptionem per aduentum christi: et liberari a carcere et captiuitate peccati. Secundo propheta exhortatur nos omnes ⁊ reddit securos ad sperādum in domino ⁊ petendum veniā ⁊ ad sperandum aduentum christi ibi. Speret israel in domino. ¶ Quantum ergo ad primum adam cū tota sua posteritate fidelium siue totus homo mysticus existens in profundo et captiuitate diaboli pter peccatū primi parētis per magna tempora clamauit per omnes patriarchas et prophetas vt xps veniret in carnē et adduceret ipsum de illa captiuitate in cuius memoria ecclesia septies vocat xpm in aduentu ante festum natiuitatis dicens. O sapientia ⁊c. Et sic iste hō mystic⁹ dicit existens in hoc profundo carcere vel in lymbo inferni. O domine iesu xpe ego clamaui per magna tempora de profundis lymbi inferni et de profundo carceris peccati clamaui etiam de profundis cordis ⁊ mentis mee ad te cum maxima contritione ⁊ desiderio vt venires ad liberandum me. Et ideo dñe exaudi orōnem meā admittendo petitiones. Et fiant intendentes aures mie tue in vocem .i. erga voces deprecationis mee adimplendo quod peto ⁊ nō respice peccata mea. Nā si tu domie obseruaueris .i. respiciēs volueris iniquitates meas et meritum earū ⁊ punire me iuxta demerita mea ⁊ fm grauitatē peccati mei. O

exponit dupl̄r.

domie quis sustinebit id est quis poterit sustinere penas debitas pro culpa tā graui. Ergo si tu volueris attendere ad demerita iniquitatū mearu3: et dare mihi penas debitas: tunc impossibile est me illas sustinere cum tales pene sint eterne.

Qr apud te propiciatio est: ⁊ pter legem tuam sustinui te domine. De pe.d. j.serpēs xx.q.ō.iij c.ad mēsam.

Sustinuit anima mea i verbo eius: sperauit anima mea in domino.

A custodia matutina vsq ad noctem speret israel in domino. xciij.d.c. diaconi.

Qr apud dominū misericordia: ⁊ copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius.

¶ Quia scio domine q nō obseruas nec attendis ad peccata hominū: sed psideras ⁊ cōpateris fragilitati hoim. Et scio q es misericors et pius naturalr: eo q es facilis ad veniā: et tard⁹ ad penas: et sic scio q apud te est propiciatio ⁊ remissio. Itē scdo scio q: tu in lege tua pmisisti veniam penitentibus dicens per pphetam. Derelinquat impius viā suam ⁊c. Et ideo propter ista duo. Primo quia apud te ppitiatio est naturaliter ⁊ remissio. Scdo propter legē tuā: quia in tota lege tua ⁊ pphetis nihil aliud est: nec scribitur: nec promittitur: nec figuratur: nec vaticinat nisi aduentus messie q nos debet redimere ⁊ liberare. pter ergo ista duo sustinui te. O domine id est speraui in te. et sub tali fide et spe futuri redēptoris ⁊ messie expectando te ego vidi in lege veteri. q.d. O domine ego sustinui te id est expectaui te per longa tempora cum magna potentia propter duo. Primo quia apud te est magna propiciatio et remissio et misericordia. Secundo propter legem tuam. qr scio et continue lego in lege et pphetis per mysteria et prophetias qualiter promisisti nobis xpm redēptorē et saluatorem. Et ideo anima mea sustinuit et sperauit in verbo eius et in pmissione facta p verbum eius omnibus patriarchis ⁊ prophetis. Et ideo pter tale verbū ⁊ propter talē pmissionē aīa mea sperauit in domino a custodia matutina id est a principio mundi vsq ad noctē id est vsq ad iudiciū. B ¶ Ad cuius intelligentiā est notandū q totus status veteris legis ab adā vsq ad iudicium dicitur vna nox respectu glorie et resurrectionis. ⁊ sic iste hō mystic⁹ sperauit in dño a custodia matutina q fuit stat⁹ innocētie ips⁹ adā ⁊ expectauit vsq ad noctē .i. p totū spaciū tēporis vsq ad diē iudicij expectauit xpm vt veniat ad glorificādū ipsū p secundū aduētū. ¶ Sed rursum est aduertendum q totū spaciū legis veteris cōparatū ad statū gratie dr nox. ⁊ tēpus legis gratie dicit dies: et sic iste homo mysticus expectauit xpm a custodia matutina .i. a principio mūdi in quo fuit in statu gratie vsq ad noctem: in quo fuit in statu culpe: in cuius fine noctis venit xps in carnem tanq sol iusticie qui per suā presentiam causauit diem grē. ¶ Sed

temp⁹ legis grē dr dies.

rursus per totum istum diem grẽ a custodia matu
tina.i.a tẽpore resurrectionis xp̃i vsq̃ ad noctẽ.i.
vsq̃ ad finem mundi sustinet et expectat ip̃m tota
ecclesia vt veniat ad glorificandũ nos. Et ideo di
cit. Sperauit aĩa mea in dño a custodia matutina
vsq̃ ad noctem.i.ad finem mundi. ¶ Sed est ad-
uertendum q̃ littera Hieronymi habet sic. Expe-
ctauit anima mea ad dominũ a vigilia matutina
vsq̃ ad vigiliam matutinam: ⁊ hoc forsan stat me-
lius. Quasi dicat q̃ anima mea expectauit xp̃m a
vigilia matutina que fuit status innocentie ante
pctm̃ Ade vsq̃ ad vigiliã matutinã in q̃ apparuit
xp̃s in carne ⁊ dedit legẽ euangelicã in primo ad-
uentu: ⁊ sic expectauit ip̃m ad redimẽdum. Sed ad
huc expectat ip̃m in scd̃o aduẽtu vsq̃ ad aliã vigi-
liã matutinã que erit in gñali resurrectiõe in qua
veniet xp̃s ad glorificandũ: ⁊ tũc restituet regnum
deo patri ⁊c. D ¶ Tamẽ ad maiorẽ intelligẽtiaʒ
est notanduʒ q̃ ꝓpheta hic loquit̃ parabolice ad
modũ pastorꝝ custodiẽtiũ gregẽ vel ẜm morẽ exer-
citus armorꝝ. Nã cõsuetudo pastorꝝ est facere quat
tuor vigilias vel custodias in nocte: ⁊ quattuor in
die. Nã pria vigilia noctis est ⁊ icipit post occasuʒ
solis et durat per tres horas. Secũda durat a ter
tia hora noctis vsq̃ ad mediam noctem. Tertia vi
gilia incipit a medietate noctis et durat per tres
horas. Ultima autem vigilia est totum residuum
vsq̃ ad aurorã: et sic diuidũt pastores totam no-
ctẽ per q̃ttuor vigilias ẜm ꝓportionem t̃pis. Uñ
qñ vna pars eorꝝ vigilat alia dormit: ⁊ sic diuidũt
sibi totã nocteʒ p̱ quattuor vigilias vt defendant
gregem suũ de faucibus luporũ ⁊ ita pariter diui
dũt diẽ p̱ alias quattuor vigilias et custodias. Et
s̃cũdũ eãdẽ cõsuetudinẽ ẜuãt pugiles in exercitu
armorũ ⁊ ẽt in oppidis obsessis. Et sic est dicẽduʒ
q̃ pariter de⁹ oĩpotens ordinauit q̃ttuor vigilias
in tota nocte legis veteris. Nã in p̱ma vigilia po-
suit patriarchas ab adã vsq̃ ad iacob ⁊ ẽt Moysẽ
qui custodierũt gregẽ et populũ dñi ꝯ diabolum.
In scd̃a vigilia posuit moysen et oẽs iudices q̃ cu
stodierunt gregem domini per legem scriptam vs
q̃ ad dauid. In tertia vigilia posuit Dauid et om
nes prophetas et reges qui custodierunt gregem
domini vsq̃ ad transmigrationem Babylonis
et finem primi templi. Sed in quarta vigilia po-
suit esdram et alios sacerdotes q̃ custodierunt et
rexerũt pp̃lm dñi vsq̃ ad aduẽtum xp̃i in quo fuit
dies grẽ et iustitie. Et rursus xp̃s istũ diẽ diuisit p̱
quattuor vigilias. Nã in p̱ma vigilia posuit apo
stolos q̃ rexerũt et custodierunt ecclesiã dñi de ma
nu diaboli ⁊ iudeorũ. In scd̃a vigilia posuit mar-
tyres q̃ defenderũt ecclesiã dñi de manu tyrãnorꝝ
vsq̃ ad cõuersionẽ Constantini. In tertia vigilia
posuit doctores qui defenderunt ecclesiam dei ab
incursu hereticorꝝ. In q̃rta vigilia t̃pe antixp̃i ponet
viros fortes et charitatiuos q̃ multo sanguine de
fendẽt eccliaʒ xp̃i ab immanitate ⁊ seuitia ãtixp̃i.
¶ Ex quo p3 q̃ iste hõ mystic⁹ a p̱ma custodia ma
tutina scilicet a principio mundi p̱ quattuor vigi-
lias noctis veteris expectauit vsq̃ ad primũ aduẽ
tum xp̃i. Et postea per alias quattuor vigilias hu
ius diei grẽ expectat xp̃ʒ vsq̃ ad aliã vigiliaʒ ma

tutinã q̃ erit in scd̃o aduẽtu: ⁊ iõ dicit ꝓpha. Su-
stinuit siue expectauit aĩa mea in ũbo ei⁹.i.i ꝓmis
¶ Iste inimicus nō solū humiliauit vitaꝫ meā in mortem corporalem: sed etiā in morte peccati simul cum diabolo. Nā collocauit me in locis obscuris iferni inter diabolos sicut mortuos scil. s. inter diabolos ad mortem eternam destinatos: vt post mortē corporis icurrā mortem eternā anime et habitem cum diabolis in locis obscuris inferni in eternum. Litera Hierony. hꝫ. Collocauit me inter mortuos antiquos. i. inter diabolos qui primo ab āntiquo mortui fuerāt per peccatū: ⁊ in illo obscuro inferno collocati. Item iste inimicus nō solū me occidit quo ad corpus et aīam: et ab illa paradiso deiecit in hac terra misera et post mortem in locis obscuris collocauit: sed etiam taliter carnē meā vitio concupiscentie ⁊ fomitis vulnerauit q̄ ilico insurrexit aduersus spiritū: et continue stimulat, eum intantū q̄ semper anxiatus est super me spiritus meus: et stimulatus est et afflictus a carne et concupiscentia. Item quarto totus ordo fuit puersus et turbat⁹. Nā caro q̄ debebat obedire volūtati et rōni: nūc fctā rebellis pturbat iudiciū et rationē: et sic quod nolo hoc ago: ꝛ qđ volo hoc non facio. Et sic ex tali peruersitate turbatū est in me: cor meū et voluntas et ideo q̄nq̧ iudico bonum malum: et malum bonū. Et sic pꝫ qualiter ego non possum retorquere istam culpā nisi in inimicū diabolū: qui mediante muliere ⁊ p mulierē decepit et seduxit me: ⁊ sic expoliauit me omni iusticia et gratia et omnibus bonis gratuitis. Unde sequitur q̄ nullus viuens potest apud te iustificari: nec tecum in iudicium intrare: ergo non intres in iudicium cum seruo tuo domine: ꝫ exaudi me in tua iusticia.

Memor fui dierū antiquorum meditatus sū in oībus opibus tuis: ⁊ in factis manuum tuarū meditabar. vi. qđ. c. si oia. in glosa.

¶ Postq̄ superi⁹ explicauit miserias suas et causaꝫ sue miserie: nūc in hac tertia pte petit auxiliū et petit iustificari per christum. quia iam sciebat adam cum sua posteritate patriarcharuꝫ ex reuelatione et frequentibus pmissionibus q̄ nullus poterat iustificari et saluari nisi per christū. D

¶ Ad cuius intellectum est notandum fm Augu. contra aduersariuꝫ legis et pphetarū sicut dictū fuit psal. ciij. q̄ tota creatio huius mūdi naturalis fuit figura recreationis mūdi spiritualis que est ecclesia: ⁊ sic dauid per illā creationē mūdi materialis puidit in spū recreationē ecclesie: ⁊ p formationē primi hominis preuidit mysteriū incarnationis. Unde per hoc q̄ tota trinitas cōcurrit ad creationem vniuersi: qꝛ pater per verbum dixit fiat lux et facta est lux ⁊c. Et sic per verbum fecit oīa per spiritumsanctū viuificat oīa creata: qꝛ spiritus dñi ferebatur sup aquas ⁊c. Per hoc preuidit dauid in spū qualiter tota trinitas ꝺbebat concurrere ad nostram regenerationē. Nam pater debebat mittere verbuꝫ suum in carnem ⁊ per verbū incarnatum debebat nobis loqui ⁊ notificare nobis voluntatem suā dando legē euangelicā: et per illud verbū incarnatū nos debebat redimere ⁊ iustificare: ⁊ per spiritūsanctū pater et filius in nobis debebat omneꝫ gratiā infundere ⁊ nos per grām viuificare: et sic oīa que perdidim⁹ per petm: debebamus recuperare per regnationē. Itē p hoc q̄ deus formauit corpus Ade ex terra virgine et spirauit in eo spiraculū vite ⁊c. Preuidit dauid qualiter pr per spūsanctū debebat formare corpus xpi ex puris sanguinibus in vtero virginis Marie: qđ corpus simul cū aīa verbū debebat personaliter assumere: vt illa humanitas esset instrumentū nostre redēptionis ⁊c. et sic pꝫ qualiter per mysteriū creationis dauid preuidit totū mysteriū incarnationis ⁊ nostre redēptionis. Et ideo ex hoc mouetur ad petendū liberari per xpm in psona totius corporis mystici. vñ ait. O dñe ego memor fui, dierum antiquorū. i. illorū sex dierū in quibus fecisti omnia: opera mundi: et meditabar et cōtēplabar in oibus opibus tuis:

Tota trinitas nostrā operatur regenerationem.

et in factis manuum tuarū que fecisti in illis sex diebus antiquis et primis vbi preuidi totū mysterium totius nostre redemptionis. Nā per hoc quod per verbum creasti omnia: preuidi qualiter per verbum tuum incarnatum nos omnes debebas retractare et redimere: et per spiritumsanctū viuificare spiritualiter: et vitam spiritualem quā perdidimus in adam nobis restituere. Item per mysterium formationis hominis ex terra virgine preuidi mysterium incarnationis. Item per dormitionem ipsius Ade preuidi totum mysterium nostre redēptionis. Nam per hoc quod adam sopore dormiuit ego preuidi in spiritu qualiter debebat in cruce vera morte soporari pro redemptione totius generis humani: et per hoc quod adam dormiente ex vna costarum eius formata fuit mulier et exiuit per latus eius ꝑ hoc preuidi qualiter ex christo mortuo in cruce ex latere eius debebat exire tota ecclesia: quia exinde exiuit sanguis et aqua in remissionem peccatorum: et exinde exiuit virtus omnium sacramentorum ecclesie scilicet virtus baptismalis per quam regenerati sunt omnes fideles et formata est ⁊ multiplicata tota ecclesia: et exinde exiuit virtus confirmationis per quam est roborata: et virtus penitētie per quam quotidie recōciliantur et sanantur fideles ⁊c. Dicit ergo dauid in persona ipsius corporis mystici. Et etiam hoc dicit adam primus homo cum tota sua posteritate fidelium. Ego memor fui dierum antiquorum scilicet illorum sex primorum dierum: ⁊ meditatus sum in omnibus operibus tuis que fecisti in illis sex diebus: ⁊ meditabar ⁊ contemplabar in factis manuum tuarū ⁊ in omnibus mysterijs preuidi mysterium incarnationis: et in illa dormitione preuidi totū mysterium passionis christi et ecclesie formationis et totius generis humani regenerationis et redemptionis et reparationis.

de esse.d h.terat.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

¶ Uidēs ergo quod genus humanum per altum non potest reparari nisi per te. O christe ideo expandi: iugiter expando ad te manus meas orando ⁊ obsecrando vt venias ad liberandum ⁊ redimendum ⁊ iustificandum ⁊ refrigerandū me quoniam anima mea est sicut terra sine aqua tibi. A

¶ Ad cuius intellectū est notandū: ꝙ licet rationes seminales passiue omnium plantarum sint indite ipsi terre a principio vt inquit Augustinus sup Gen. tamen tales rationes seminales passiue non possunt excitari ad generandum: nisi per celestem influentiam actiuam. Item cum vita plantarum ⁊ cuiuslibet viuentis mixti consistat in calido et humido: ⁊ terra de se sit naturaliter frigida et sicca. Ideo nunꝙ de se germinabit aliqd viuens: nisi humectetur per aquam: ⁊ sic est necessaria aqua ipsi terre ad hoc ꝙ germinet et nutriat plantas: quia ex eisdem nutrimur: sumus primo et secundo de generatione: et primo ⁊ quarto metheororum. Et sic patet ꝙ impossibile est ꝙ terra germinet plantas: ⁊ ꝙ nutriat sine aqua: ita ergo a simili facta fuit anima hominis post peccatū per absentiam gratie. Nam deus creauit primo animam hominis cum ipsis potentijs sensitiuis ⁊ intellectiuis: ⁊ has potentias humectauit humore gratie ⁊ iusticie originalis ⁊ omnium virtutū ⁊ calefacit per charitatem: ⁊ sic anima ade viuebat per gratiam ⁊ charitatem: sed perdita iusticia perdidit totam vitam. ⁊ sic mansit illa anima sicca ⁊ frigida absq3 humore gratie ⁊ calore charitatis cum solis potentijs naturalibus passiōis que nullo modo poterant germinare aliud bonū opus: nisi recuperarent humorem gratie ⁊ calorem charitatis: in quibus cōsistit vita spiritualis anime. Et sic mansit anima sicut terra sine aqua. et hoc est quod intendit dicere iste homo. Unde ait. O domine quia cōsideraui omnia opera creationis ⁊ in omnibus operibus ⁊ factis manuum tuarum in quibus preuidi totum mysterium nostre redemptionis quod nō potest fieri nisi per te: ⁊ vidi quod anima mea erat facta sicca sicut terra sine aqua tibi: id est quam aquam ⁊ charitatem ⁊ gratiam non potest habere nisi a te. Ideo expandi ad te manus meas. vt mittas et pluas de celo istam aquam ⁊ imbrem scilicet verbum tuum: et aperiatur terra ⁊ germinet saluatorem. Unde iste imber verbi dei descendat primo in vterum virginalem per incarnationem vt postea pluat imbrem ⁊ gratiam et virtutem sue passionis in animam meam: vt refrigeret ⁊ viuificet eam ⁊ faciat germinare opera meritoria. ⁊ ideo.

Nota ꝙ aīa post peccatū

Uelociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.

ā.cꝗ.

¶ Domine velociter exaudi me accelerando aduentum tuum ad viuificandum me per gratiam: quoniam iam defecit spiritus meus in me: id est defecit gratia per quam viuebam. Nam sicut deficiente spiritu ⁊ anima moritur corpus: ita deficiente gratia moritur anima.

Nō auertas faciem tuā a me: ⁊ similis ero descendentibus in lacum.

De hap. ca. maiores.

¶ Non auertas faciem tuam a me: id est nō auertas filium tuum incarnatum qui dicitur facies tua per quem tu notificaris in mundo: quia sicut per faciem notificatur homo: ita per humilitatē fuit deus pater notificatus quia per ipsum filiū locutus est nobis. Et ideo non auertas a me istā humanitatem in qua tu christe debes pati. Et ꝓ quia: quia si non veneris similis ero diabolis descendentibus in lacum inferni: quia semper cum eis in iferno manebo: nisi tu veneris. Quasi dicat si non redimis me esset peccatum meum quasi irremissibile sicut peccatum diaboli: cuius oppositum promisisti et mihi reuelasti.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

ext.q.f.c. vos aūt

Notam fac mihi viā in qua ambulē ꝙ ad te leuaui animam meam.

¶ Veni ergo in carnem et loquere mihi: et sonet vox tua in auribus meis: et audiatur vox turturis in terra nostra. et auditam fac mihi mane miseri- cordiam tuam id est transeat ista vox veteris le- gis et vmbra peccati. et oriatur sol iusticie et fiat gratie per aduentum tuum: et audiam ego voces misericordie tue: et vocem euangelicam per quas intendo et spero iustificari: quia in te et non in al tero speraui iustificari. Et notam fac mihi viam in qua ambulem per talem vocem euangelicam. Nam sicut ambulaui per totam noctem per vias legis obscuram: ita desidero ambulare in mane et in die gratie per viam legis euangelice: que est lucida et clara abijciens omnes tenebras pecca- torum et ignorantie ideo auditam fac mihi istam vocem euangelicam: que annunciat misericor- diam et redemptionem tuam: quoniam ad te le- uaui animam meam semper orando vt venias. et etiam ad te leuabo animam meam in aduentu
xxv. d. c tuo recipiendo te in verum messiam.
ab exor- dio.

Eripe me de inimicis meis ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu.

¶ Veni christe in carnem: et eripe me de inimicis meis diabolis: qui me per tot tempora in capti- uitate et seruitute peccati tenuerunt quoniam ad te confugi: quia non habeo aliud refugium ad quod confugiam nec alium saluatorem nec re- demptorem preter te. Et ideo doce me facere vo- luntatem tuam per legem euangelicam: quoniam tu solus es deus meus et legislator: qui debes ma nifestare voluntatem patris in mundo: et sic ego tanquam verum deum meum patri consubstantialem et confitebor: et recipiam in aduentu tuo. Dein-
xvi. q. 5. s. de cum dicit.
vos aut

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam propter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua.

Trinitas operata est redem- ptionem.

¶ Petit disponi per spiritumsanctum. C ¶ Ad cuius intellectum est aduertendum sicut supradi ctum est: quod sicut tota trinitas indiuise operata est et concurrit ad creationem vniuersi: ita etiam to- ta trinitas operata est nostram redemptionem indiuise. Nam sicut pater per verbum dixit om- nia quo ad species et essentias suas: et dicendo per verbum spirauit esse et vitam naturalem in re- bus: per spiritumsanctum. Ita pariter in nostra regeneratione et redemptione: pater per filium nos redemit et regenerauit et per fidem regene- rando spirauit in nobis gratiam per spiritum sanctum. Et sic indiuise tota trinitas concurrit et operata est nostram redemptionem: sed ipsa re demptio intantum attribuitur filio inquantum facta est instrumentaliter per humanitatem: cui verbum personaliter vnitum est: et sanctificatio et regeneratio intantum attribuitur spirituisancto: inquantum pater et filius nos sanctificant et gra tiam inspirant per spiritumsanctum. Et ideo ista sanctificatio et regeneratio et gratie inspiratio ad extra vnicus actus essentialis est totius trini- tatis. Et ideo tales locutiones que fiunt de ope- rationibus essentialibus trinitatis ad extra: pro- feruntur communiter cum verbo singulari. D

¶ Secundo est notandum quod christus vt doceret et reseraret et manifestaret mundo mysterium trinita- tis. Primo venit in carnem missus a patre: vt ip- se frequenter dicit per totum discursum euange- licum: et sic incarnatus tulit legem euangelicam declarando legem veterem: et sic etiam in carne passus et mortuus est pro nobis et resurrexit. Et impleto cursu nostre redemptionis ascendit in ce lum. Sed postea christus vt ostenderet non solum esse duas personas in diuinis: sed etiam esse ter- tiam personam misit spiritumsanctum in signo visibili super discipulos in die penthecostes: sed vt ostenderet quod iste spiritussanctus procedit ab vtroque dixit Johannis decimoquinto. Cum ve nerit paraclitus qui a patre procedit quem mit- tet pater in nomine meo et cetera. Item vt magis explicaret christus quod spiritussanctus non so- lum procedit a patre: sed etiam ab eo. subdit. Si autem abiero: mittam vobis eum. Item vt ostende ret quod actus nostre regenerationis et sanctificatio nis et gratie creationis et infusionis et inspiratio nis non fit sine spiritusancto: immo a patre et fi- lio per spiritumsanctum: et per consequens a to- ta trinitate: ideo subdit. ecce ille vobis dabit omnia et suggeret vobis omnia que dixi vobis et cetera. Item vt hec omnia ostenderet per effectum: ideo in die penthecostes christus misit spiritumsanctum super discipulos in signo visibili: qui disposuit men tes eorum et infudit et inspirauit in eis septem charismatum dona et cetera: quam spirationem ad extra facit pater et filius per spiritumsanctum: vt dictum est. propheta ergo Dauid omnia supra dicta preuidens in spiritu postquam superius exorauit et petiuit: vt christus veniret in carnem ad docen- dum viam salutis per legem euangelicam: et ad no tificandam diuinam voluntatem: et ad liberandum et eripiendum genus humanum de inimicis diabolis per mortem et passionem et resurrectionem etc. nunc in hoc versu petit vt christus mittat spiritumsanctum suum vt dirigat et illuminet: et sanctificet: et inspiret do- na gratiarum super totum collegium discipulorum in die penthecostes: et per consequens successiue super totam ec clesiam et corpus mysticum per ecclesiastica sacra: vnde ait O domine iesu christe postquam docueris me voluntatem tuam per legem euangelicam et eripueris: et redemeris me per mortem et passionem et resurrectionem etc. Rogo vt mittas spiritumsanctum. B ¶ Et ille spiritus tuus bonus qui dicitur spiritus tuus: eo quod non solum a patre: sed etiam a te procedit quia ab vtroque procedit tanquam ab vno principio qui quidem spiritus dicitur bonus essentialiter et per essentiam inquantum idem est consubstantialis pa tri et filio: et dicitur etiam bonus inquantum inspirat gratiarum dona in mentibus hominum per quam gra tiam homo dicitur bonus et gratus et acceptus apud deum: et dicitur etiam bonus iste spiritus: quia dirigit homines in bonum finem per fidem et spem: et ordinatam charitatem. Iste ergo spiritus tuus bonus deducet et diriget

Christus trini tatem ma nifesta- uit.

Spiritussan ctus dicitur bo nus.

me per grãm ⁊ ordinatã charitatẽ in terrã rectã et patriã viuentiũ ad quã nemo põt puenire nisi dirigatur a spũsancto per gratiã et charitatẽ ordinatã scꝫ vt diligat deũ in se et propter se et proximum ꝓpter deuꝫ. Sed quia iste spũssanctus nõ est in se: sed a patre et filio: ita nõ habet quod spiret a se: sed ab vtroqꝫ spirando accepit quicquid habet: et sic pater et filius spirat gratiaꝫ et sanctificat per spiritũsanctum: ideo tu pater ⁊ fili viuificabis me a morte peccati et sanctificabis me ꝑ istum tuum spiritũsanctum: et hoc facies in equitate et iusticia tua quia viuificabis ⁊ iustificabis me a morte peccati et iusticie ad vitam grẽ ⁊ iusticie. Unde sicut pater et verbum viuificat omnia creata spirando esse per spiritumsanctum qui ferebatˀ super aquas idest sup omnia creata ⁊ mobilia conferendo esse et vitam quia viuere viuentibus est esse: ita pariter pater et verbuꝫ per spiritumsanctum viuificauit omnes fideles a peccato cõferendo gratiã per quã viuunt spiritualiter fideles: et sic licꝫ viuificare per gratiã sit actus totius trinitatis: tñ attribuitˀ spiritussancto: eo mõ quo dictuꝫ est propter rationes iam dictas: ideo cantat ecclesia in symbolo. Credo in spiritumsanctum dominum et viuificantem qui ex patre et filioqꝫ procedit.

xxiij.q.ij. si quis et. v.q.v.nõ omnis.

Educes de tribulatione animã meã et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

¶ In hac quarta parte petit vltionem de diabolo et petit cõuersionem populi gentilis immo per conuersionem populi gẽtilis vltionẽ ab eo petit. A ¶ Ad cuius intellectũ est aduertendũ ꝙ postꝙ apostoli receperunt spiritũsanctũ illico in die pẽtecostes inceperunt predicare veritatem euangelicã in hierusalẽ: et per sacras scripturas conuicerunt scribas et phariseos intantũ ꝙ illa die baptizata sunt tria milia hominũ: et exinde icepit ⁊ ꝓcessit crescere ecclesia xp̃i ex iudaismo: vt pꝫ in actibus apostolorũ. Sed extũ dispersi sunt omes apostoli per totũ orbem iuxta preceptum xp̃i. Et sic cõuertendo populũ gentilem diruebant ⁊ cõminuebãt oĩa simulacra idolorũ que totaliter cõminuta sunt per conuersionem magni Constantini: qꝛ tunc contritis oibus idolis oẽs reges et populi gentiliũ fuerũt baptizati. Et sic diaboli non solum fuerunt electi ab aiabus hoim per baptismum: sed etiã a simulacris idolorum in quibꝰ dabant falsa responsa et adorabantˀ ab oĩ populo gentili. Et sic oẽs diaboli fuerunt confusi ⁊ electi et dispersi. Hoc ergo preuidens dauid in spiritu dicit in persona corporis mystici. O domine iesu christe postꝙ miseris spiritũsanctũ in aplõs: et ꝑ dona grãrum deduxeris me ab oĩ pctõ per ecclesiastica sacramenta ⁊c. Tũc educes de tribulatione peccati animã meam per baptismum et cetera sacra habentia virtutem ex tua passione meritorie et tota trinitate potestatiue in quibꝰ spirat gratia per spiritũsanctum. Et prio educes de tribulatione animã meaꝫ in conuersis de iudaismo et postea in conuersis de populo gentili, et sic disperdes oẽs inimicos meos diabolos: qui habitant in animabus per peccatum.

Et perdes oẽs qui tribulãt animã meã qm̃ ego seruus tuus sum.

xxiij.qõ. iiij.displicet.

¶ Ex consequenti ꝑdes oẽs diabolos eijciendo a simulacris idolorũ qui tribulant aiam meam decipiẽdo ꝑ falsas superstitiones et ritus detestabiles qꝛ demones rñdentes ex simulacris cogebãt patres immolare filias vt dictum est psalmo.xj. Et sic demones inimici humane nature nõ soluꝫ tribulabant hoĩes in anima: sed etiã corpore per talia nephanda sacrificia et ceteros labores execrabiles: sed oẽs isti ritus nephandi fuerunt a mũdo eliminati et extirpati per predicationẽ euangelicam in conuersione populi gẽtilis nec potuit mundus absolui: nec liberari a tali tribulatione ⁊ miserabili seruitute nisi per xp̃m vt narrat Lactãtius in libro diuinarum institutionũ. ⁊ Eusebius in.v. de preparatione euangelica: et Augu.li.⁊.x. de ciuitate dei. De hac ergo tribulatione petit liberari iste homo mysticus per xp̃m in hoc vltimo versu. vñ ait. O dñe xp̃e Iesu tunc per predicationem euangelicã ꝑdes ⁊ disperdes ⁊ ꝯfundes oẽs demones q tribulant aiam meã per falsas superstitiones qm̃ cõminutis idolis ego seruus tuꝰ suꝫ per baptismũ. i. conuersus ad fidẽ efficiar seruus tuus per baptismũ et nõ ero amplius seruus diaboli per supstitiões: immo cõminuã oĩa noĩa idolorũ de terra, zacha.xij. Tota ergo sententia huiꝰ psalmi consistit in hoc qꝛ adam cũ tota sua posteritate petit liberari per xp̃m et legem euangelicã a pctõ et ignorantia et sanctificari: et dirigi per spiritũsctm̃ et liberari ab idolatria per predicationẽ aplorũ ⁊ martyrũ ⁊ doctrinã sacroꝝ doctoꝝ. ¶ Sed qꝛ qđ cõuenit toti corpi mystico rõne pcti ipsius adã qđ fuit remissum per mortẽ et passionem xp̃i cõuenit etiã cuiqꝫ peccatori ⁊ penitẽti ratione pctõrum mortaliũ ꝓprioꝝ. Ideo totus iste psalmus potest esse vox cuiuslibet peccatoris penitentis ⁊ desiderantis per penitentiam liberari et iustificari. Ideo eccl̃ia assignauit ⁊ elegit istuꝫ psalmum et collocauit ipsum in numero septem psalmorum penitentialiũ ⁊ collocatur septimus in ordine rõne ordinis libri psalmorũ: qui quideꝫ psalmꝰ inter ceteros inclinat deũ ad miaꝫ ꝓpter magnaꝫ humanitatem quam in se ondit ⁊ ꝓpter filium quẽ interponit intercessorẽ apud patrem ⁊ spiritũsanctũ inspiratorẽ vt inquit Hiero. Et iõ ꝓpter consolationẽ et humilitatẽ fidelium ⁊ precipue penitentium: oportet ꝙ exponatur particulariter pro quolibet penitente. A ¶ Introducitur ergo penitens ad loquẽdum in hoc psalmo. In quo quatuor facit. Nam primo petit suaꝫ orationẽ exaudiri allegãdo suã indignationẽ. Secundo explicat suas miserias retorquendo petiti in diabolum persuasorem. Tertio petit liberari per virtutem penitentie et infusione noue gratie spiritussancti. Quarto petit vltionẽ de diabolo per electionem ab anima sua. secũda ibi. Quia persecutꝰ. tertia ibi. Memor fui dierum. quarta ibi. Educes de tribulatione. ¶ Quantũ ergo ad primum

psalmi epilogatio.

videns peccator se omni iusticia et grã expoliatũ
petõr ad pniaʒ inducitur. et peccati veneno sauciatũ ꝛ vulneratũ ꝛ in serui
tute pcti constitutuʒ ꝛ a deo abiectũ: considerans
quantum est mirabilis status peccatoris et ꝙ di
ro supplicio in eterniʒ penis expectat puniri: et
cõsiderans ꝙ felix est stat⁹ viri iusti et quã felici
tatẽ expectat possidere. Et vidẽs ꝙ a tali misero
statu ꝛ miserabili seruitute nõ põt liberari nisi ꝑ
pniam: q̃ est scda tabula post naufragiũ. Ideo re
currit ad pniam: sed qꝛ pnia incepit ab electione
et detestatio pcti per recursum ad deũ qui solus
pctm̃ põt remittere et grãm cõferre. Jõ iste petõr
humiliando seipsum recurrit ad deũ dicẽs. Dñe
exaudi orationẽ meã auribus ꝑcipe obsecratio
neʒ meã: ꝛ nõ peto vt tu me exaudias in mea veri
tate ꝛ iusticia: qꝛ nulla est in me. Pꝛio in me nulla
est vitas: qꝛ factus suʒ tibi mẽdax qñ trãsgressus
suʒ et violaui legẽ tuã quã in baptismo seruare ꝑ
misi. Itẽ fact⁹ sum iniustus qñ trãsgrediẽdo pre
cepta a tua volũtate deuiaui et charitatẽ amisi: ꝛ
sic nil mansit mecũ in me: nisi solũ pctm̃. Et sic nõ
sum dignus exaudiri: qꝛ nulla veritas aut iusticia
est in me: et ideo exaudi me in tua veritate qua ꝓ
misisti penitẽtibus veniã: ꝛ exaudi me in tua iusti
cia obseruando veritatẽ in ꝓmissis: et exaudi me
in tua iusticia facta ꝑ tuã passionem quã susce
pisti ad iustificandũ oẽs petõres penitentes. Ex
qua passione pnia. hʒ virtutẽ iustificãdi petõres
ergo exaudi in tua iusticia passionis faciendo me
participẽ tue passionis ꝛ applicando merita tue
passionis: et per talia merita remitte mihi culpã
et reatũ ꝛ penã quã mereor ex pctis ꝑpetratis: et
qꝛ in me nulla est veritas: nec aliqua iusticia pro
pter pctm̃: iõ rogo ne intres in iudiciũ cũ isto inu
tili ꝛ indigno seruo tuo. Naʒ ego ꝑmo fui factus
tibi filius adoptiu⁹ ꝑ baptismũ. Sed qꝛ ꝑdidi illam
grãm ꝑpter pctm̃ actuale qd perpetraui: iõ
iã nõ suʒ dignus vocari filius tu⁹: et iõ recipe me
in huũ tuũ ꝛ fac sicut vnũ d̃ mercẽnarijs tuis. ꝛ nõ
intres in iudiciũ cum seruo tuo recordando ꝛ im
putando peccata mea. et scdm pctã mea me pu
niẽdo. qꝛ nõ iustificabit tibi oĩs viuens: qꝛ ꝑpter
naturã corruptã et vitium concupiscentie nullus
põt pctm̃ vitare nec dei ꝑcepta implere: nisi tua
grã fuerit adiutus ꝛ ꝑuent⁹. Et sic nullus põt cõ
fidere in viribus suis: nec q̃s põt in cõspectu tuo
iusticiam suã allegare cum nil habeat ꝓpꝛiũ nisi
pctm̃ ꝛ vitiũ ꝛ inclinationẽ ad pctm̃. Deinde cuʒ
dicit. ¶ Quia ꝑsecutus est inimicus aiam meã ꝛc.
Retorq̃t culpã suã in diabolũ ꝑsuasorẽ ꝛ tentato
rem. Vñ ait. O dñe bene possum dicere: et iõ dico
ꝙ nõ ĩtres mecũ ĩ iudiciũ: ꝛ ꝙ nõ possuʒ apparere
iustificat⁹ in cõspectu tuo et causa est quia inimi
cus humane nature diabolus semper persecutus
est animã meam tentando. et accelerat impellen
do et ad luxuriam et auariciam ꝛ superbiam et ce
tera peccata alliciendo. Et sic iste inimicus quia
ipsi consensi humiliauit et deiecit in terra vitam
meam quia cecidi a gratia per quam spirituali
ter viuebã sequendo ista terrena: et sic cecidi a via
in mortẽ pcti: et sic iste inimicus me collocauit in
obscuris tenebris peccatorum inter mortuos se
culi. idest inter diabolos mortuos et destinatos
ad mortem eternam. Unde ego erã collocatus ꝑ
gratiã inter viuos angelos et iustos sed iste ini
micus alliciẽdo me ad peccatũ me collocauit in
ter mortuos petõres ꝛ demones ad penã ꝛ mortẽ
eternã destinatos. Et sic semꝑ spũs meus est an
xiatus ꝛ angustiatus et afflictus ab isto inimico
Et cor meũ. i. volũtas tua que deberet deo semꝑ
obedire: semꝑ est turbata et infestata ab isto ini
mico. Item spiritus meus est anxiatus qꝛ culpa
assidue remordet ꝯsciẽtiã meã ꝛ ꝑturbat cor meũ
ꝛc. ¶ Deinde cũ dicit. Memor fui dierũ antiquo
rũ ꝛc. Petit remissionẽ peccatorũ allegãdo cõsue
tam et antiquã dei miam qui cõsueuit antiquis
tẽporibus misereri semꝑ et parcere penitẽtibus
et succurrere ꝛ subuenire afflictis clamantib⁹ ad
se. Unde ait. Ego fui memor et recordat⁹ sum die
rũ antiquoruʒ et preteritorũ: ꝛ meditatus sum in Allegat miaʒ dĩ.
oibus operibus tuis que fecisti in tempore anti
quo et in factis manuuʒ tuaruʒ meditabar qꝛ sem
ꝑ cõsueuisti miseris subuenire. Naʒ liberasti⁹ me
de diluuio: et filios israel de seruitute egyptiaca
et de submersione in mari rubro ꝛ pluisti eis man
na de celo: eduxisti aquam de petra: et multotiẽs
liberasti eos de manu inimicorum tẽpore iudicuʒ
et remisisti ipsi Dauid peccatum adulterij et ho
micidij per penitentiam. et remisisti peccata mul
ta ipsi Magdalene: et pepercisti latroni in extre
mis ꝛc. Et ideo memor oĩm istoruʒ confidens de
tua consueta mia expandi ad te manus meas oĩ
alio auxilio destitutus: et tanꝗ aridus et siccus.
Nam aĩa mea sine grã est facta sicca et arida tibi
i. in conspectu tuo sicut terra sine aqua: que nullo
modo põt fructificare nec plantas germinare et
sic aĩa mea sine tua gratia fctã sicca et inepta nul
lo modo põt vitare pctã nec opera meritoria fa
cere et ideo velociter exaudi me ne pereaʒ: qꝛ iã de
fecit spiritus meus nisi per gratiam viuificetur ꝛ
resurgat et recuperet vitam quã perdi dit per pec
catũ. Et ideo non auertas faciẽ miẽ tue: a me ve
niã denegando: quia si tuam faciem auertis sicut
auertisti a iuda proditore: tunc ero similis diabo
lis et damnatis descendentibus in lacũ inferni.
ergo non auertas sed aduerte et conuerte et fle
cte faciem tuam ad me: et respice me sicut respe
xisti Petrum et Magdalenam et latronem. Naʒ
conuersus ad mulierẽ Magdalenam dixisti. Re
mittuntur tibi peccata tua. Et cõuersus ad latro
nem dixisti. Hodie mecum eris in paradiso. Er
go conuerte faciem tuam ad me sicut conuertisti
ad illos vt nõ sim similis descendentib⁹ in lacuʒ
sed similis ascendentib⁹ in celum. Et auditã fac
mihi mane miam tuã. i. fac vt ego audiã vocẽ miẽ
tue: sicut audiuit chananea et Magdalena: ꝛ la
tro: et audiã ꝙ dicas mihi fiat tibi sicut vis: sicut
dixisti chananee: ꝛ remittunẽ tibi peccata sicut di
xisti Magdalene: ꝛ nec ego te cõdẽnabo sicut di
xisti mulieri adultere. Fac mihi ergo mane. i. per
pniam auditam misericordiã tuã sicut fecisti om
nibus supradictis. quia ego in te speraui ꝛ nõ in
altero. Nam cõsiderando ꝛ meditando ꝙ oibus
supradictis subuenisti ꝛ pepcisti: ꝛ pctã remisisti.

Ideo in te speraui liberari. Et in te spez ⁊ fiduciã posui vt mihi remittas sicut ⁊ illis. Et ideo notã fac mihi viã penitẽtie q̃ ambulẽ vt possim pficere penitẽtiã. Quasi dicat. postq̃ dedisti mihi grãm preuenientẽ vt velim facere penitẽtiã da mihi gratiã cooperantẽ vt pseuerar grãm perficientẽ: vt perficiã penitentiã: ⁊ gratiã cõfirmatã vt possim deinceps ambulare immaculat⁹ in via ⁊ lege tua: qm̃ ad te leuaui ⁊ leuare intendo animã meã per cõtemplationẽ orãdo vt me semper in tali gratia cõserues. Eripe ergo me de inimicis meis tam visibilibus q̃ inuisibilib⁹ ne amplius incidã in peccatũ postq̃ egero penitẽtiã qm̃ semp ad te confugi ⁊ cõfugere ⁊ recurrere itẽdo in oib⁹ opatiõib⁹ ⁊ periculis meis. Et id doce me facere volũtatem tuã legẽ euãgelicã obseruãdo et in me grãm inspirando vt possim mala cauere et bona operari: q: deus meus es, ptector ⁊ rector ⁊ gubernator es tu. i. te in gubernatorẽ ⁊ directorez accipio. Sz q: tu hoc nõ facis: nisi per latẽtez inspirationẽ spiritussancti tui qui in aiaz hoiz se trãsfert: ⁊ ispirãdo gratiã ⁊ disponẽdo eos per gratiã amicos dei ⁊ sanctos prophetas ⁊ bonos et iustos facit. Ideo mitte mihi illuz spiritũ tuuz bonum: ⁊ ille spirit⁹ tuus bonus deducet ⁊ diriget me in terraz rectaz viuentium per viam rectaz legis euangelice. ⁊ sic per istuz spiritum bonum viuificabis me in equitate tua. i. facies me viuere p gratiam fm iusticiã tuã euangelicã. Et hoc facies propter nomẽ tuũ qd est saluator: eo q̃ salus idem est qd integra et eterna sicut dictuz est psal. viij. ergo si tu es Jesus et saluator ⁊ dator salutis: ergo ad te pertinet viuificare et iustificare et sic propter nomen tuum Jesus: qd est nomen salutis ⁊ vite perfecte viuificabis me in equitate ⁊ iusticia tua. ⁊ si oia supradicta egeris. i. si exaudieris me ⁊ cõuerteris faciez misericordie tue ad me ⁊ feceris mihi auditaz misericordiã tuã ⁊ docueris me facere volũtatẽ tuã ⁊ spũs tuus bonus deduxerit me per viaz rectam ⁊ tu viuificaueris me a pctõ per grãm ⁊ pniaz propter nomẽ tuũ: tũc educes aiam meam de tribulatione mortis ⁊ pcti seruitute: ⁊ sic dispdes oẽs demones inimicos meos ⁊ fugabis eos a me q̃ ante mihi dñabantur ⁊ me in seruitute tenebãt quia adueniente grã fugat pctm̃ cũ diabolo auctore suo: ⁊ sic in presenti dispdes et fugabis inimicos meos a me sed in die iudicij pdes ⁊ dãnabis eos oẽs demones q̃ in hac vita tribulãt animã meaz q. d. q̃ nũc disperdes ⁊ fugabis me per miaz meã sed tunc perdes et damnabis eos cum dices. Ite maledicti in ignez eternũ q̃ paratus est diabolo ⁊ angelis eius ⁊c. Sed ego seruus tuus sum ⁊ intendo esse in eternũ vt sim de numero istoz q̃bus dices. Uenite bñdicti prĩs mei ⁊c. ¶ Tota etiam ista vltima ⁊ quarta pars põt legi deprecatiue, vt sit sens⁹. O dñe Jesu xpe educ de tribulatiõe peccati aiam meã per penitẽtiam: ⁊ disperde diabolos inimicos meos vt fugiãt a me ⁊ perdes eos in die iudicij: quia ego seruus tuus volo esse ⁊ nõ seruus pcti sicut fui vsq̃ modo ⁊ ante penitentiã factam. D ¶ Ex toto isto psal. tam secundum expõnẽ pphetiã q̃ moralẽ possunt recolligi de cẽ cõclusiones. ¶ Prĩa cõclusio q̃ null⁹ hõ viuẽs põt iustificari de se apud deũ in hac vita: nec cuz eo contendere, pbatur. Qr nil veritatis et iusticie habet homo de iure sue nature nisi solum pctm̃ ⁊ penalitates ei⁹. ¶ Scđa cõclusio q̃ antiquus serpens inimicus nature persecut⁹ est pmo hominẽ in pncipio tẽtando ipsum mediante muliere: ⁊ p esum ligni, phibiti deiecit ipsum in mortem corporis ⁊ anime: ⁊ sic homo necessario fact⁹ est mortalis ⁊ passibilis ⁊ morbo cõcupiscentie in carne corruptus ex qua corruptione spiritus semp angustiatur a carne ⁊ totus ordo fuit in eo pturbatus: quem morbum ⁊ corruptionẽ ⁊ necessitatem moriendi ⁊ patiendi adam transtulit in omnes posteros. ¶ Tertia conclusio q̃ eundez ordinem seruat diabolus in tentando oẽs homines quẽ tenuit in tẽtando primos parẽtes. Nam sicut ibi primo tẽtauit euã icipiẽdo a parte fragiliori ⁊ postea eua seduxit ⁊ tẽtauit virũ. Sed cũ vir consentiens mulieri comedit fructum vetitũ fuit pctm̃ cõsumatũ per qd introiuit mors in orbẽ terraz. Ita pariter diabolus primo mouet sensualitatẽ in quolibet hoie obijciẽdo ipsi aliqd delectabile vel vtile apparẽs bonũ: ⁊ tũc sensualitas obijcit ⁊ suadet voluntati ⁊ rationi vt sequatur ⁊ admittat: si aũt voluntas rõnalis cõsentit sensualitati: tunc peccatũ est cõsummatũ: qd quidẽ peccatũ precipitat hominẽ in mortem spiritualem: ⁊ manet spiritus pominis anxiatus ⁊ perturbatus a culpa peccati. Et sic patet qualiter diabolus plantauit cõcupiscentiaz in sensualitate loco ligni prohibiti: cui⁹ fructus sunt luxuria auaricia: scilicet cõcupiscentia carnis et pecuniarum et honorum ⁊ vindicte ⁊c. que occidunt hominem. ¶ Quarta conclusio. anima sine gratia dei est sicut terra sine aqua que non potest fructificare. ¶ Quinta cõclusio q̃ anima nostra viuit per gratiam: ⁊ ideo deficiẽte gratia deficit spiritus vite in ea. ¶ Sexta conclusio q̃ omnes illi quibus deus auertit faciem negando gratiam descendunt in lacum inferni. ¶ Septima conclusio q̃ lex euangelica quaz xps tulit docet viam in patriam ⁊ facere diuinam voluntatem. ¶ Octaua conclusio q̃ pater ⁊ filius per spiritumsanctum spirauit apostolis dona gratiarũ ⁊ dirigit oẽs iustos in terraz rectã. ¶ Nona conclusio q̃ xps per predicationem apostoloruz et baptismum dispersit et fugauit diabolum de mundo et de simulachris idolorum. ¶ Decima cõclusio quod christus perdit et destruit peccatum in quolibet penitente per penitentiam ⁊ ecclesiastica sacramenta. E ¶ Sed contra primam cõclusionem arguitur in qua fundatur tota sententia huius psalmi vt đ: quod nullus viuens se põt apud deum iustificare ⁊ videtur qd illud dictum prophete non sit vniuersaliter verum. Nam Johannes baptista ⁊ sancti innocentes de quibus dicitur in apocalipsi q̃ sine macula sunt ãte thronum dei et multi alij qui nunq̃ actualiter peccarunt possunt iustificari apud deum: ⁊ cum eo in iudicio contendere. Item virgo maria non soluz potest se iustificare apud deuz a pctõ actuali ⁊ venial: sed etiã de originali qd nunq̃ habuit nec ad

Nõ iusti ficat nisi per spiritum sanctum.

Tẽtãdo hominẽ diabol⁹ seruator dinem sicut fecit i adã ⁊c.

ipsaz transiuit vt pbatu fuit psal. xlv. igit cõclusio falsa. In oppositu est ppheta i psenti psal. dicẽs Nõ iustificabit in cõspectu tuo viuẽs. ¶ Respondetur q notãter dicit ppheta. Nõ iustificabit in conspectu tuo omnis viuẽs. Naz lz multi possint iustificare se apud homines de peccatis que non cõmiserũt et intrare securi in iudiciũ et cõtẽdere cũ iudice defẽdẽdo suã iusticiã: tñ apud deũ nullus potest se iustificare a peccato de iure sue nature. ¶ Ad cuius intellectuz est notãduz q lz hõ possit iuste defendere apud quẽlibet iudicez ea que sunt de iure nature: tñ nõ sp ea q sunt largita ex mera gra siue gratis. Nã si aliqs naturaliter seru' liberat gratis a dño et vltra libertatez recepit aliqua bona tẽporalia ab illo dño: lz apud alios possit defendere iuste suã libertatez et illa bona collata: tñ hec nõ posset defendere in iudicio apud dñm: qr nõ põt se negare esse seruũ a natura et liberatũ p grãm et dñz posse ipsi auferre oĩa bona collata postq retinuit sibi tale ius. Et sic lz talis fuus libertati donatus cum ceteris possit contẽdere in iudicio suã iusticiã allegãdo et defẽdẽdo: tñ non cũ dño nec apud dñm. Ita pariter est dicẽdũ. Nã cũ in adã oẽs posteri fuerit ppetue seruituti pctĩ obnoxij et obligati et mãcipati et incurrerit corruptionẽ nature p quã liberũ arbitriũ est vulneratũ et claudicatũ: et libertas bñ agẽdi amissa et necessitas peccãdi inflicta. vt pbat Aug. lib. de psecutiõe iusticie hoĩs: et sic nulla manet iusticia in hoĩe nisi p gratiã donet et pficiat. Ergo sequit q nullus hõ viuẽs apd deũ põt allegare aliquã iusticiã pprĩã de iure sue nature qr oẽs iusti fuerũt ab illa fuitute p gratiã et p iusticiã fidei xpĩ liberati. Et sic lz inocẽtes et multi scĩ viri nõ cõmiserit multa pctã et scelera actualia et fecerit mlta bona: nõ est eis apud deũ simplr imputandũ qr hoc non fecerũt ex pprijs viribus: nec ex natura sua corrupta: sed ex grã xpĩ preueniẽte et preseruãte a pctõ et impellẽte ad noua faciẽda: quia si fuissent relicti a sua natura corrupta peiora facinora potuissent ppetrare q Nero et Judas et c. et ideo dicit Augustin' in omelia de peccatrice et pharisco q non est peccatũ quod fecit homo quin faciat alter hõ nisi iuuetur a deo a quo fact' est hõ. Itẽ idẽ in libro de virginibus dicit q vgines nõ possũt in se gloriari si serua rũt virginitatẽ et vitarũt vitia carnis nec debẽt minus diligere deum si nõ remissa sunt eis peccata multa sicut mulieri peccatrici et latroni: quia licet deus non remiserit eis peccata que non cõmiserunt: tñ remisit eis omnia pctã q cõmisissent: si deus per grãz eos non preuenisset in sua natura corrupta et dereliquisset: ideo cõcludendo dicit eis Augu. Deputate vobis a deo esse dimissum quicquid a vobis nõ est illo regẽte commissum et c. Itez lz omnes supradicti scĩ possent gloriari apud homines se nõ peccasse actualiter tñ nõ possent gloriari apud hoĩes se nõ fuisse obnoxios culpe origiali vt inqt Augustin' scdo de baptismo paruulorũ et libro de natura et grã. Item lz virgo Maria nunq habuerit in persona pctm̃ originale: tñ hoc non habuit ex propria natura: sed ex gratia xpĩ preueniente et sanctificante

Nullus se apud deuz potest iustificare.

ipam in primo instãti sui esse q pbibuit ne pctm̃ nature trãsiret in psonaz: vt dictum est psal. xlv. et cxl. lz fuit p grãm pseruata. Et sic ptz q nec virgo Maria põt introire in iudiciũ apud deũ allegando naturalẽ iusticiã: cum ipa sm naturam fuerit obligata cũ ceteris in adã. Ex quib' oĩbus ptz q nec iusti: nec peccatores possunt intrare in iudiciũ cũ deo. Nam pctõres nõ pñt cõqueri de deo: nec imputare deo scelera sua: sz sibijpsis et nature sue corrupte qr deus bonam naturã creauit in adã: sz ipse peccator corrupit eam: sic vnusquisq tractus et illectus a cõcupiscẽtia sua peccat: qr de' actor malorũ non est. Jaco. i. nec iustus põt gl'ari de iusticia sua: quia non est currẽtis nec vol entis: sz dei miserentis. et sic o deus nunq iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens.



Benedictus dñs deus me' qui docet manus meas ad prelium: et digitos meos ad bellum.

Misericordia mea et refugium meũ: susceptor meus et liberator meus.

Protector meus et in ipo speraui: qui subdis populum meum sub me.

supra. pij. c. xcv. d. c. ecce. xxi. q. i. c vos pñt. xiij. q. i. c his ita.

¶ Titul' psal. dd. Hero. in plogo hui' libri dicit q dd fecit hũc psal. qñ stetit otra goliath: lõ in aliquib' biblijs addit ista pticula. s. psalm' dd cũ stetit cõtra goliã. vñ legit. i. Reg. xvij. q cũ venissent philistei otra Saul et filios israel anteq pliũ cõuerteretur. surrexit Golias getheus de gñe giganteo et incepit blasphemare verbis et contẽnere deum israel et legẽ moysi dicẽs. Eligite ex vobis virum et descẽdat ad singulare certamẽ q si percusserit me erim' vobis serui: et si pcussero eum vos seruietis nobis et c. cõtra quẽ dauid iuuenis venit indut' armis regalibus ipsi' Saul: sz cũ nõ eẽt talibus armis assuetis exutus illis armis cepit quinq lapides de torrẽte et posuit in pera et eriuit contra gethcũ in baculo et funda. Golias aũt erat munitus casside ferrea et lorica erea et lancea robusta grandi ad modũ liciatorij: cõtra quem dd piecit lapidẽ in noĩe dñi et infixit eũ in frõte ipsi' golie: et deiecit ad terrã et proprio gladio euaginato caput ipsius golie amputauit: quo viso philistei prostrati sunt et dispersi sunt et dispersi fugerũt: et sic dd liberauit israel de opprobrio seruitutis et vindicauit iniuriaz dei. Per hoc et p hanc victoriã pnidit dd i spũ et reuelatiõe totũ mysteriũ pugne xpĩ cuz diabolo. Nã sicut dd adolescẽs vicit Goliã et abstulit ipsi caput et liberauit israel a fuitute et subiecit philisteos: ita christus depositis armis regalibus. i. occultata diuinitate: apparẽs in humanitate pgressus est cũ diabolo: et cũ pera et lapide obedientie et patientie et humilitatis se obiecit otra diabolũ et abstulit ipsi caput: nã primo abstulit ipsi gladiũ quo erat armatus et pcinctus et solebat interficere oẽs hoĩes q quidẽ glad' erat pctm̃ originale quo oẽs vulnerabat diabolus et sibi subijcie

de xpĩ victoria.

bat hũc gladiũ abstulit xp̃s ⁊ cũ eo ip̃sum decapi tauit: ⁊ abstulit ipsi caput.i.potestatem: ⁊ sic liberauit genus hũanum ⁊ subiecit pplm̃ gẽtilem ad fidẽ: vnde baculus xp̃i in illo certamine fuit crux: et lapis fuit hũilitas ⁊ patiẽtia: vnde dd̃ p̃uidẽs hoc mysteriũ post habitã victoriã: ⁊ dũ fuit in q̃ete fecit hũc psal. In quo dd̃ q̃tuor facit. Naz p̃io agit dd̃ gr̃as de victoria habita cõtra Goliã. Secundo petit aduentũ xp̃i vt veniat ad pugnã ɔtra diabolũ quã ip̃e preuidit in sp̃ũ per pugnã suam et victoriã. Tertio p̃mittit se gr̃as acturũ. Quarto petit vt liberet eccl̃ia de p̃secutiõe tyrãnorũ et hereticoꝝ. Scd̃a ibi. Dñe inclina. Tertia ibi. Decantionũ. Quarta ibi. Et erue me. Dicit ergo dd̃ Bñdictus sit dñs deus meus qui docet ⁊ docuit manus meas ad prelũ cõtra Goliã ⁊ direxit digitos meos ad prelium cum essem adolescens ⁊ inexpertus ⁊ insuetus in armis: nam ego non eram sufficiens nisi ip̃e me direxisset: ⁊ ideo ipse est mia mea et refugium meũ: ad quẽ semp refugio ⁊ ipse est susceptor meus in omni casu ⁊ liberator meus de omi periculo: q: ip̃e ex sola mia sua ⁊ nõ meis meritis me liberauit ⁊ p̃bo q̄ hoc factũ est ex dei mia ⁊ nõ meis viribus. Nam.

g.viij.a. **Domine quid est homo quia innotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eum.**

¶ Idest quis sum ego cũsim adolescens ⁊ rusticus et paup cui tã grandẽ victoriã innotuisti ⁊ tã grãde mysteriũ innotuisti ⁊ reuelasti: nam per meã victoriam de Golia reuelasti et innotuisti mihi victoriã quã tu es habiturus de diabolo in cruce q̃ reuelatione ego nõ sum dignus meis meritis: aut quid sum ego filius hoĩs.i.filius Ysay: q: reputasti me tanto honore sup. tantã victoriã tribuẽdo ⁊ qd̃ maximũ est tã magnũ mysteriũ mihi reuelãdo et loquit̃ de se in tertia p̃sona. Et subdit.

Job.vij ⁊ de pe. d.ij.c.si. **Hõ vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra pretereunt.**

¶ Nã homo in sua natura ⁊ in suis viribus destitutus vanitati similis factus est et fragilis ⁊ mortalis: naz dies eius sicut vmbra preterẽũt. Ex quo patet q̄ dauid se reputat indignũ tanta victoria et reuelatione tanti mysterij futuri per xp̃m. Põt etiã dici q̄ hic dd̃ loquitur in p̃sona corporis mystici: nam per hoc mysterium ⁊ victoriã suam quaz habuit contra Goliam preuidit etiam in spiritu qualiter christus in aduentu suo debebat nos ita armare vt etiã vinceremus diabolũ ⁊ conculcaremus: nam xp̃s dedit nobis primo baculum fidei et spe/tacum quo audemus ire contra diabolum et lapidem fidei quẽ ipsi abijcimus ⁊ cũ eo ipsuz occidimus. Et dedit nobis gladiuz charitatis quo caput et potestatem eius abscidimus. Quã victoriam figuratiue per suam preuidit: iõ dicit totum corpus mysticũ. Bñdictus dñs deus meus ⁊c. q: tantã miam ⁊ dilectionẽ homini ondit ⁊ tãtaz dignitatem ipsi concessit: cũ hõ sit fragilis ⁊ parui momẽti: ⁊ p̃o hoĩe q̃ est tam parui precij velit de celo descendere ⁊c. ideo ait quid est homo ⁊c.

Dñe inclina celos tuos ⁊ descende: tange montes ⁊ fumigabunt. De summa tri. ⁊ fi. cat. c. damnamus. ⁊. q. i. mixte. xj. q. iij. ca. ita sepe. Et xvi. q i. c. visis.

Fulgura coruscationem ⁊ dissipabis eos: emitte sagittas tuas ⁊ conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto: eripe me ⁊ libera de aquis multis: ⁊ de manu filiorum alienorum.

Quorũ os locutũ ẽ vanitatẽ: ⁊ dextera eorũ dextera iniquitatis.

¶ Hic petit aduentũ xp̃i sibi reuelatũ: naz postq̃ aduentus xp̃i ad pugnandũ ⁊ vincendum diabolum ⁊ liberandum nos de potestate eius innotuit ipsi per reuelationem ⁊ figurã sue victorie de Golia dicit: o dñe iesu xp̃e inclina celos.i.maiestatez tuã de celo ad terram et descende per humilitatez vt tu qui ab eterno es deus in sinu patris efficiaris homo in vtero virginis matris: et qui es imortalis per diuinitatem efficiaris mortalis s̃m humilitatem: ⁊ qui ab eterno es in forma dei ⁊ deus appareas nobis in forma serui: ⁊ sic tange montes.i.apostolos dando eis potestatẽ et sp̃m sctm̃ et fumigabũt legem tuam euangelicam per mundum predicando. Et emitte fulgura et chorusca tiones mittendo fulmina euangelica: et dissipabis eos.i.diabolos ⁊ infideles ⁊ totã idolatriam Et emitte sagittas tuas.i.aplo̷s qui sunt sagitte in manu potẽtis: ⁊ verba euãgelica q̃ sunt sagitte acute misse in corda inimicorũ regis: ⁊ conturbabis eos ⁊ confundes oẽs infideles: quosdã cõuertendo: quosdã p̃dendo. Itẽ tãge cũ eius potentia et virtute mõtes.i.diabolos superbos ⁊ membra suo.i.reges: principes: ⁊ paganos: ⁊ tyrannos: et fumigabunt ⁊ cremabunt̃ puniti ⁊ fulgura.i.fulgurãdo mitte coruscatiões ⁊ fulmina euãgelica p aplo̷s tuos ⁊ dissipabis eos.i.diabolos eijciẽs a simulacris ⁊ gẽtiles ab ydolatria quosdã ɔuertendo ⁊ quosdam p̃dendo ⁊ puniẽdo ⁊ emitte sagittas tuas ⁊c.i.euãgelicas ⁊ cõturbabis eos vt. s. Et emitte manũ.i.potentiã ⁊ virtutẽ tuã de alto celo et libera me de aquis ⁊ p̃secutionib⁹ multis.i.de tentationibus ⁊ seruitute diaboli ⁊ õ manu et p̃tãte filiorũ alienorum.i.tyrannorũ qui nõ sunt de filijs dei: sed diaboli: ⁊ nõ sunt filij virtutum: sed vitioꝝ qui sunt filij alieni a te: et ẽt libera me de manu iudeoꝝ qui facti sunt alienati negando te: et facti sunt filij mũdi et diaboli: cũ dixerũt Nõ habemus regẽ nisi cesarẽ: ideo sequit̃: quorũ os locutũ est vanitatẽ dicẽdo blasphemias ɔtra te ⁊ improperia in domo anne et cayphe: ⁊ aũ pylatum et in cruce cum dicebant. Si filius dei es descende de cruce ⁊c. et etiam os eorum locutum est vanitatem contra te quando dicebant q̄ discipuli furati erant corpus tuũ de sepulchro ⁊c. Itez quando persequebantur apostolos in primitiua ecclesia loquentes blasphemias contra paulum ⁊c. et de hac persecutione petit ecclesia per christum liberari.i.per mortẽ et passionem petit libe

Dauid petit xp̃i aduẽtũ.

rari a diabolo: et per resurrectiones et spiritussancti missionem a persecutione iudeorum.

Deus canticū nouū cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.

¶ Hic pollicetur se gratias acturum pro beneficio redemptionis recepto dicēs. O deus cū feceris hoc scʒ resurgēs a morte et viceris diabolū et liberaueris me de eius potestate ⁊ ascenderis in celum et miseris spiritūsanctū: ⁊ armaueris apostolos diuersis donis gratiarū: tūc canticū nouū cantabo tibi: nō cāticū ve. te. q: postq̄ xp̄s venerit veritas figurata dimittā figuras ⁊ cerimonias ⁊ offerā nouum sacrificiuʒ eucharistie: ⁊ predicabo legē nouam euangelicā et noua sacr̄a abolitis veteribus sacramentis: et psallam tibi in psalterio decachordo. s. decem chordarū et preceptorum simul cum consilijs euangelicis: q: tunc vere seruabant̄ precepta data in mōte sinay que vsq ad aduentū xp̄i nunq̄ fuerūt perfecte intellecta: nec seruata vt ptʒ Mat. v. q: antiqui nō respiciebāt affectum ⁊ voluntatem per quā iustificamur: sed solum effectū et actum ad extra: ideo nunq̄ vere sciuerūt cantare: nec psallere in psalterio decē chordarum vsquequo xp̄s docuit nos nouiter psallere et cantare cum sacramentis noue legis. Ideo hoc est canticum nouum quod cantabū tibi: scʒ legeʒ euangelicam que declarat psalterium decē chordarū ve. le. Item lex euāgelica dr̄ etiā psalterium decachordum: siue decem chordarum: eo q̄ nihil aliud continet ⁊ explicat nisi decem mysteria no. legis que per xp̄m erant explicanda: scʒ mysteriuʒ trinitatis et incarnationis et predicationis christi et miraculorum operationis: et passionis: ⁊ resurrectionis: et ascensionis: et spiritussancti missionis: et ecclesie congregationis: ⁊ finalis nostre glorificationis. vnde hoc est canticum nouum qđ continue cantat tota ecclesia et confitetur et predicat et hoc est psalterium decem chordarū quod continue sonat et predicat et pulsat. Item cantat etiam ecclesia canticum nouum et psalterium virginis marie. s. Magnificat anima mea dominū: quod quidem canticum et psalterium continet. x. chordas: idest. x. versus vt ptʒ intuenti. ¶ Est ergo triplex psalterium. s. decachordum et canticum nouum. s. psalterium decem preceptoruʒ moralium: et psalterium decem mysteriorum noui testamenti et psalterium virginis marie. Hoc ergo triplex psalterium promittit cantare dauid in persona totius ecclesie pro gratiarum actionibus dicens. Deus canticum nouum cantabo tibi. i. totā legē euangelicā et in psalterio decachordo psallam tibi: idest decem mysteria noui test. p xp̄m explicata predicabo et confitebor tibi: et etiam cantabo et psallam tibi psalterium et canticum virginis in officio quotidiano vesperorum et etiam cantabo tibi canticum nouum celebrando nouas festiuitates: scʒ natiuitatis: passionis: et resurrectionis ⁊c. In quibus constituam noua officia ecclesiastica et cessabunt veteres festiuitates q̄ erāt figure nouarum festiuitatum: hoc ergo canticum nouuʒ cantabo tibi agendo gratias: eo q̄ dedisti

Lex euāgelica ē canticū nouum.

Triplex psalterium.

salutē regibus xp̄ianorū eos per fidē a nephando ritu ydolatrie liberādo. Et nota idē psalteriū cantabant antiqui qđ et nos: sed illi cantabant hoc psalterium in figura et ,pphetice: nos aūt cantamus in re et euangelice: q: iam oēs ille decē chorde sunt complete per christū.

Qui das salutem regibus: qui redemisti dauid seruum tuum: de gladio maligno eripe me.

Et erue me de manu filiorū alienorū: quorū os locutū est vanitatē ⁊ dextera eorū dextera iniquitatis.

Prima pclusio. correlarie conclusiones. Prima conclusio q deus ex solo verbo dicendo potuit producere totaz vniuersitatē creaturarū ex nihilo presupposito. Probatur. nam cū deus sit primū ens continens virtualiter in suo verbo et volūtate totū esse: et omnes perfectiones oium creaturarū: q oia depēdebāt ab eo in genere cause formalis ratione idearū et genere cause efficiētis ratione volūtatis: et sic oia sunt entia et vera illa prima entitate et veritate. ij. Metha. et oia sunt perfecta in illa prima pfectione. v. Metha phi. Et omnia pcedūt et multiplicantur ab illa vnitate sicut Nume. viij. Metha ph. Et oia mēsurant ab illa simplici mēsura. x. Metha. Ex quibus patet q postq omnia dependēt a diuino verbo et volūtate quo ad totū suum esse: et per oēm modum: ergo solo verbo deus potest oia pducere. Item causa quare agens naturale et artificiale nō pōt ex solo verbo producere res ad extra est quia nō ptinet in se res et effectus suos quo ad totum esse eaꝝ: nec ipse res dependēt quo ad totum suum esse. Nam materia phisica non depēdet ab agente naturali: immo presupponitur ab eo. Ita materia artificialiū nō dependet ab artifice: immo artifex presupponit lignū vel metallū factum a natura. Unde si materia artificialiū totaliter depēderet ab artifice: et artifex cōtineret eā virtualiter sicut deus continet creaturas virtualiter quo ad totum suum esse: tunc domificator ex solo verbo dicendo faceret domum: et artifex suo verbo faceret calicem et c. ¶ Scḋa pclusio q deus
Scḋa. potuit solo vbo producere creaturas ad extra nō cōmunicando eis substantias. Probat nam sicut domificator producit domū ad extra cōmunicando sibi similitudinē artis quam habet in intellectu nō cōmunicādo substantiā propriam: eo q pducit domū non substantiā: sed ex arte. Ita pariter deus produxit creaturas cōmunicādo similitudines idearū nō cōmunicādo substantiā diuinaz. Et sicut magister et doctor cōmunicat et manifestat discipulis scientiā suam loquendo et dicendo nō cōmunicādo substātiā. Ita pariter deus in creando cōmunicat creaturis similitudinem perfectionum et idearū non cōmunicādo substātiam. Et ratio est quia deus pducit creaturas per modum artis: et nō per modū nature. Sed q pr in diuinis loquēdo ab intra et dicēdo pducit filiū et verbū diuinū per modū nature. Iō cōicat sibi eandē substātiā et essentiā. ¶ Tertia pclusio q mūdus nō
Tertia. est pductus ex necessitate ab eterno: sed de potuit ex tpe ipm pducere et creare. Probat. nā ea oīa q pducunt p artē sunt tpalia: sz de pduxit oia artificialr et nō naturalr: q oia pcedūt ex illa diuina arte: vt ait Cōmentator. xij. Metha phi. et Augustinus decimoquinto de trinitate. Aliter patet: nam cum ars sit principium et mensura rerum artificialiū quantū ad formā et voluntas sit principium effectiuū. Ideo voluntas et ars semp pcedūt effectus artificiales. Et sic ars potest eē ante res artificiales. Unū artifex p magna tēpora pōt habere artē: et postea qn sibi placet pducit res artificiales. Ita pariter de ab eterno habuit ideas rerū: sz qn sibi placuit produxit creaturas ex eis qn sibi placuit ex tēpore per modū artis et volūtatis
Loqtur deus dupliciter. Sz q pater pducit et dicit vbū et filiū p modū nature et nō p modū artis. Iō pducit filiū ab eterno

et nõ ex tpe:ex quo ptz φ dupliciter loquit deus. Uno mõ ab intra :et per modũ nature:⁊ producit et dicit filiũ ab eterno cõmunicando ipsi eandem substantiã. Secundo modo loquitur ad extra et p modum artis:et sic producit creaturas ex tempore non cõmunicãdo eis substantiã:sed solas similitudines sue artis:et suarũ idearũ ⁊ perfectionũ. D ¶ Ex supradictis ptz esse falsam opinionem et heresim manicheorũ:qui dicebãt φ deus princeps lucis creauit angelos: ⁊ animas rationales de substantia sua cõmunicando eis partẽ sue substantie:et ita diabolus princeps tenebrarũ creauit animas sensibiles:⁊ omnia corpora de substãtia. Item secundo ex hoc patet esse falsam opinionem Auicenne qui dicit φ secunda intelligentia creat tertiam:⁊ tertia quartaꝫ ⁊c. et vltima intelligentia creat aias intellectiuas ⁊ omes alias formas generabiliũ ⁊ corruptibiliũ: qꝛ nulla intelligentia ↄtinet virtualiter aliquã creaturã quo ad totum suũ esse nisi sola prima qui est deus. Tertio sequitur positionẽ Aristotelis et cõmẽtatoris esse falsam qui dicunt mundũ ex necessitate esse a deo causatũ ab eterno formaliter ⁊ essentialiter: nam deus nõ produxit mundũ per modũ nature:sed p modũ artis ⁊ voluntatis. Et ideo licꝫ ars creatoris sit et erna in suis ydeis: et in verbo tamẽ ꝓductio rerũ est temporalis facta ad placitũ ⁊ nutum diuine voluntatis dicendo res ad extra: hoc ergo vidẽs dauid in spiritu dicit in hoc psal. φ ipse deꝰ dixit et facta sunt:mandauit ⁊ creata sunt oia ista ex tpe: quãdo dixit. Fiat lux ⁊c. Gen. j. ¶ Quarta conclusio φ in diuinis est trinitas personarũ cum vnitate substantie. Probatur: naꝫ ibi est deus qui dixit omnia creata ad extra ex tempore: et ibi est verbum per qđ dixit oia illa in quo erãt ydealiter creature ab eterno: a quo formaliter dependent quo ad esse essentiale:et ibi est spiritussanctus per quem pater et verbum spirant esse actualis existẽtie in rebus creatis qui ferebant super aquas. Hꝫ oẽs iste tres ꝑsone sunt vna substãtia ⁊ vna essentia et vnum esse:ergo sunt vnus tantũ deus substãtialiter et essentialiter. Hoc probatur: nã sicut intelligere dei est substãtia. Ita dicere dei ab eterno est substãtia: et per cõsequẽs verbũ qđ ab eterno producit de sua scientia est sua eadẽ substantia:et per consequẽs licet verbum a patre productũ ⁊ dictum distinguatur personaliter ab eo tamẽ est idẽ essentialiter ⁊ substãtialiter cum eo. Hoc idẽ est dicendum de amore spirato ⁊ ꝓducto ab vtroqꝫ. Et sic ptz φ tota trinitas personarũ tanφ vna substãtia et vnus deus et vnus creator cõcurrit ad creationẽ rerũ:et hoc voluit explicare Moyses Gen. j. cũ dixit φ vnus deus creauit celum et terram in principio:et explicat tres personas dicens φ deꝰ dixit. Fiat lux:⁊ ilico facta est lux: ergo si deꝰ dixit per aliquod verbũ dixit:et per consequens anteφ ista diceret ex tempore iam habebat verbum dictum et productũ ab eterno de tota scientia ⁊ substãtia sua:per qđ quidem verbum eternũ pater ex tempore dicit ista. Iteꝫ subdit postea Moyses:φ terra erat inanis et vacua:sed spũs domini ferebatur super aquas cõferendo supple esse actuale

Trinitas personarũ.

oibus rebus creatis. Ex hoc pꝫ φ tres persone diuine explicantur in creatione rerum:scilicet pater dicens:et verbũ quod dicit res: ⁊ spiritussanctus per quẽ spirat esse rebus et viuificat eas. Et tamẽ dicit Moyses φ iste tres persone nõ est nisi vnus creator qui creauit omnia: hoc ergo idem dicit dauid psalmo. xxxij. cum ait. φ verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Et hoc idem dicit in hoc psalmo cũ ait. Ipse deus dixit ⁊ facta sunt:per quod explicatur pater dicẽs et verbum per quod dixit omnia. Deinde explicat personam spiritussancti cum subdit. Mandauit et creata sunt:nam sicut pater dicit per intellectũ et verbum: ita mandat et dat esse per voluntatem et spũsctm:nam sicut dicere denotat ⁊ connotat actum intellectus:ita mandare cõnotat actũ voluntatis. Et sic explicatur tota trinitas personarum cõcurrentiũ sub vna substãtia ad actum creationis sed miseri iudei non percipiũt. D ¶ Quãtum ad secundam questionẽ est aduertẽdum φ nomẽ dicitur a notificando. vij. Methaphisice. Ideo illud per quod magis notificatur res dicitur nomen rei:⁊ habet rationẽ nominis rei. Sed qꝛ tota plenitudo diuinitatis ⁊ omnium diuinarum perfectionum:⁊ etiam trinitas personarũ magis notificantur in verbo que est persona filij φ in alia personarum: ideo dicitur nomẽ dei. Et hoc nõ est intelligendũ quo ad esse φ plenitudo diuinitatis ⁊ diuinarum perfectionũ magis sit in vna persona φ in alia:nec φ pater sit magis i filio φ in spiritusancto:nec ecõuerso: qꝛ esset erroneum dicere. Sed quantũ ad notificationẽ dicitur φ plenitudo diuinitatis ⁊ trinitatis personarũ magis notificatur in persona filij φ in alia. Et hoc non soluꝫ ex tẽpore:sed etiaꝫ ab eterno:⁊ ideo per nomẽ dei semp intelligit persona filij prout dictũ est psal. viij. ⁊. cxij. ⁊ per totã expositionẽ huiꝰ libri. Ad cuius intellectũ est pie ⁊ fideliter ⁊ semp cum correctione ecclesie aduertẽdũ ẜm Augustinũ. xv. de trinitate:φ deus pater ab eterno intelligit ⁊ nouit se scdm totã plenitudinẽ sue diuinitatis:⁊ sic intelligendo se dicit verbum de tota sua scientia ⁊ substantia:et per consequẽs cõmunicat verbo totam suam substantiã ⁊ ecclesiam ⁊ plenitudinẽ sue diuinitatis. Et sic pr̃ sicut est in verbo ẜm totã plenitudinẽ sue diuinitatis:ita nouit in ṽbo ⁊ diffiniuit se per ṽbum scdm plenitudinẽ diuinitatis ⁊ oim diuinarũ perfectionũ:⁊ per ꝯ̃ns pater notificatur in ṽbo. Et sic filiꝰ non solũ dicit verbũ ⁊ cõceptꝰ diffinitiuus patris inꝗ̃tũ explicat totã essentiam patris:sꝫ etiã dicit nomẽ dei inquantũ notificat totã plenitudinẽ perfectionũ diuinarũ:vel inꝗ̃tũ in ipso ⁊ p ipsum notificãtur. Itẽ rursus: sicut pater se nouit in filio scdm totã plenitudinẽ diuinitatis ⁊ omnipotẽtie:⁊ sapientie:⁊ mie:⁊ iustitie:et bonitatis:ita diligit se in filio ⁊ filiũ in se: ⁊ sic pater simul cum filio spirat amorẽ qui est spũssanctꝰ ab vtroqꝫ ꝓcedẽs. Et sic sicut pr̃ dicẽdo cõmunicat verbo totam suam substantiam ⁊ essentiam:⁊ plenitudinẽ diuinitatis:ita pariter pater ⁊ filius spirando cõicat spiritui sancto totam eandẽ substantiam et essentiam ⁊ plenitudinẽ diuinitatis:⁊

Iesus dr̃ nomẽ dei

Ex ptz qualr pater in verbo nouit.s.ab eterno esse deū ꝛ esse patrē ꝛ in verbo nouit spm̄sctm̄ procedentē ab vtroqꝫ:et ideo lꝫ tota plenitudo diuinitatis sit equalr in tribus psonis:ꝛ lꝫ non magis pater sit in verbo in spū̄sctō ꝙ ecōuerso:tñ quātū ad modū notificādi:qꝛ oīa supradicta notificantur in filio aut per filiū.Jō filiꝰ dꝛ diffinitio ꝛ nomē dei.¶Sed ista notificatio diuinaꝝ pfectionū facta per filiū magis fuit mūdo manifesta ex tpe ad extra ꝓut dictū est in precedēti qōne:nā pater bñs in suo verbo ideas ꝛ exēplaria oīm rerūꝫ ab eterno:ꝛ incipiēs illa exēplaria tanꝙ in arte:ex tē poꝛe dixit oīa ab extra:qꝛ dicēdo fiat lux:facta est lux:scꝫ tota natura angelica:ꝛ dicēdo fiat firmamētum fctm̄ est ita.Et sic ptz qualr per verbū suū deus notificauit ex tpe ad extra multitudinē pfectionū diuinaꝝ quā hꝫ ab eterno ad itra:ꝛ ꝑ ɔñs filius dei per quē facta ꝛ notificata sunt oīa debet dici nomē dei.Jtē per verbum filiū dei nō solū fuerūt nobis notificate diuine pfectiōes essentiales in ope creationis:sed ēt mysteriū trinitatis nam per hoc ꝙ deus dixit fiat lux ꝛc.ondit deus pater se hr̄e verbū ꝛ per ɔñs filiū per quē fecit et notificauit oīa:ꝛ per hoc ꝙ spūs dñi ferebaꝛ sup aquas:ostēdit se simul cū filio hr̄e spm̄sctm̄:ꝛ sic per filiū fuit notificatū ēt mysterium trinitatis in opere creatiōis.¶Sed multo magis oīa supradicta fuerunt mūdo notificata per filiū incarnatuꝫ in opere nostre recreatiōis ꝛ redēptionis.Nā primo xp̄s magis clare notificauit mūdo mysterium trinitatis ondens qualiter ipe ꝓcedebat a patre qñ dixit:ego a patre ꝓcessi Joan.viij.Jtē qñ dixit Exiui a pr̄e et veni in mūdum Joan.xv.Jtē ostendit ꝛ notificauit nobis qualiter spū̄sctūs ꝓcedit a patre.Cum dixit.cum venerit paraclitus qui a patre procedit Joan.xv.Jtem ostēdit ꝙ procedit a filio cum dixit. Jlle de meo accipiet Joan.xvj. Et cum insufflauit in discipulos dicens.Accipite spiritumsanctum Joan.xx. Jtem ostendit ꝙ licet tres persone distinguntur realiter ꝛ personaliter: tamen sunt vnius substantie et substantiales cum dixit pater et ego vnū sumus ꝛc.Joan.xiiij.Ex quibus ptꝫ ꝙ iesus christus notificauit mundo mysterium trinitatis personarum cum vnitate substantie in suo aduentu:per consequens vere dicitꝛ nomen dei.Jtem magis clare notificauit mundo diuinas perfectiones scilicet summā omnipotentiam dei et sapientiam et misericordiam et iusticiam:notificauit enim summam dei omnipotentiam in miraculorum operatione: et inferni expoliatione:et generis humani liberatione.Secūdo notificauit summam dei sapientiam in legis euāgelice datione.Tertio summam misericordiaꝫ in morte et passione.Quarto summam iusticiaꝫ ostēdet in finali iudicio.Et sic ptꝫ ꝙ si omnia supradicta sunt facta et notificata mūdo per iesum xp̄m filiū dei:ergo ipsa psona xp̄i incarnata mereꝛ dici nomē dei:qḋ quidē nomē dei:est nomē oīpotentie et sapientie et mīe et iusticie:ꝛ virtutis:eo ꝙ in virtute huius nominis omnia sunt facta ꝛ creata et recreata:vnde sicut deus pater in virtute huius noīs dicendo creauit munduꝫ viuificādo oīa; per spm̄sctm̄.Jta in virtute huius noīs induxit ꝛ eduxit diluuiū in terrā.Et in virtute huius noīs moyses eduxit israel de egypto ꝛ fecit signa ꝛ ꝓdigia et diuisit mare rubrū et traduxit illum populū per desertum in manu potenti et percussit petram et fluxerunt aque ꝛc.Jtem in virtute huius nominis Josue introduxit populū in terrā promissam ꝛc. Et ideo adam primus homo qui ex nutu dei imposuerat noīa oībus rebus creatis iuxta suas naturales ꝓprietates ꝛ virtutes vidēs in spū ꝙ deꝰ pater per verbū filiū suū creauerat oīa ꝛ notificauerat suā oīpotentiā:ꝛ sapientiā ꝛ preuidit in spū qualr deus pater per filiū suū verbū incarnatum et per eius virtutē debebat mūdo magis notificare suā oīpotentiā totū genus hūanuꝫ de potestate diaboli liberādo:ꝛ debebat notificare suā sapientiā legē veterem per legem euāgelicam declarando:ꝛ suā mīam pro genere hūano mortem patiendo:ꝛ suā iusticiā in malos puniendo ꝛ iustos glorificando.Jō propter has quatuor virtutes ꝛ proprietates quas xp̄s de deo mūdo manifestauit et notificauit appellauit ꝛ vocauit ipsuꝫ nomē dei.et voluit scribere ꝛ significare ipsuꝫ per illas quatuor literas:scꝫ yot.he.vau.he. Naꝫ per yot que significat principium:voluit significare in xp̄o summam virtutem et omnipotētiam quaꝫ mūdo notificauit in miraculorum operatiōe ꝛ inferni expoliatiōe:ꝛ triūpho quē habuit de diabolo.Et per he:que significat esse.voluit significare summam sapientiam quam ostendit in legis euāgelice datione.Et per vau:que significat virtuteꝫ et bonitatem: voluit significare in xp̄o summam misericordiam quam ostendit in nostra redēptione.Et per he.voluit significare summam iusticiā in christo per quam reddet vnicuiqꝫ iuxta opera sua per quas quatuor literas voluit significare in persona christi incarnata illas quatuor virtutes quas in se ostendit:et mūdo notificauit:scilꝫ summam dei omnipotētiam et sapientiam et misericordiam et iusticiā.Et sic adam sub illis quatuor literis incepit colere deū ꝛ inuocare nomē dñi.s. filiū dei:vt veniret ad redimendum ipsum cū tota sua posteritate et sic docuit filios suos inuocare nomen dñi:qui est iesus xp̄s filius dei verbum incarnatū vt dictū est psal.viij.ꝛ.cxliiij.ꝛ sub tali rōne inuocauit nomē dñi:ꝛ exhibuit deo cultū latrie Abel.Et tali rōne Enos filius Seth incepit inuocare nomē dñi Gen.iiij.i. reperit ꝛ cō fecit aliqs oratiōes ꝛ ritus ad inuocādū nomē domini:idest iesum xp̄m et filium dei vt veniret ad saluandum mundum.Et sub hac ratione Noe inuocauit nomen domini Gen.viij. Jtem sub tali rōne Abraā inuocauit nomen domini Gene.xij. et sic est dicendum de Jsaac et Jacob.Jtem sub tali ratione Moyses inuocādo virtutem huius nominis ꝛ in virtute huius nominis eduxit israel de egypto et fecit omīa signa et miracula.Et in virtute huius nominis Josue introduxit illuꝫ populū ꝛ trāsiuit iordanem:prostrauit muros hyerico et triumphauit de oībus regibus illius terre.Et hoc est aliud nomen dei quod Dauid memorat et inuocat in omnibus psal.ꝛ hoc nomen inuocabant omnes

Marginal notes: Nota. — Xp̄s mūdo notificauit trinitatem. — Nota d inuocatiōe nominis domini.

prophete et fideles vete. testa. ¶ Sed quando venit plenitudo tẽporis misit deus filium suum: et tunc venit nomen domini de longinquo missum et de longinquo tempore inuocatum: et expectatum et notificauit et fecit et compleuit in mundo oia supradicta: quia in virtute quam in se xp̃s habebat tanq̃ nomẽ dñi fecit miracula et redemit mũdum et expoliauit infernũ et triumphauit de diabolo. Et in virtute huius nois. s. verbi incarnati quo est tota plenitudo deitatis apli et discipuli et successores eiecerunt principem huius mundi foras et subiecerũt omnes reges terre et omnia regna mundi iugo xp̃i. Et in virtute huius nominis faciebant miracula et resuscitabant mortuos et sanabãt egrotos: vt ptz in actibus apostolorum: et in hystorijs et gestis eoꝝ. Et sic ptz qualr verbum incarnatum dicitur nomen dñi per totaz sacrã scripturam: et quare est nomen tante virginis. Quod quidem nomen in veteri testamento scribebat illis q̃tuor literis et in nouo testamẽto nos inuocamus ipsum sub hoc nomine Jesus prout dictum fuit psal. viij. Sed cõtra nos arguũt iudei moderni dicentes q᷑ si Adam qui imposuit oia nomina rebus: inuocauit et scripsit nomẽ dñi sub illis q̃tuor literis hebraicis. Ergo quare nos christiani nõ scribimus et inuocamus ipsum sub illis quatuor lr̃is: sed hoc sub noie Jesus? Ad hoc respõdetur q᷑ sicut sacra et sacrificia veteris legis nõ erãt gratia sui: nec nisi inquantum significabant futura de xp̃o mysteria fuerunt instituta. Ita pariter Adam nominauit Jesum xp̃m nomẽ dñi sub illis quatuor literis inquãtum ille quatuor litere significabãt in xp̃o illa quatuor mysteria que debebat in se complere in aduentu suo. Ideo sicut quando venit xp̃s cessarũt omnia sacramenta et sacrificia vete. le. eo q᷑ erant data in signum. Ita pariter cessarũt ille quatuor litere postq̃ xp̃s impleuit in se earũ significata. Ergo nomẽ dñi nõ amplius dz scribi cum illis quatuor literis: sed dz scribi sub hoc noie iesus. Cuius sonum et ꝓprietates significabant ille quatuor litere ꝑut dictũ fuit psalmo octauo: eo q᷑ est nomen virtutis et salutis: sicut vocatum est ab angelo Mat. j. et Luce. j. D ¶ Ex quibus patet esse fatuã et erroneam opinionem illorum xp̃ianorum qui scribũt nomẽ dei cũ illis quatuor literis: et sub hoc noie adonay portãtes in collo aut persona sua putantes habere maiorem virtutem: quod non solum est erroneuz: sed ẽt hereticũ cũ oia que significabant ille quatuor litere sint in xp̃o completa: et sic debet cessare scribi nomen domini illis quatuor literis et pronũciari sub nomine adonay: immo sub nomine Jesus et non solum debet et potest scribi literis vnius lingue: sed omnium linguarum: q: omnibus linguis et nationibus fuerunt notificata huiusmodi mysteria et omnibus nationibus est notificatum nomen domini et euangeliũ: christus enim omnes redemit: et est vniuersalis et non solum iudeorum redemptor. Ex hoc etiam apparet esse falsum et vanum laborem necromanticorum: qui querunt illud nomen domini quatuor literarum putãtes esse maioris virtutis q̃ aliud nomẽ cum istud nomen iesus sit illud nomen quod est sup omne nomen: vt dictuz est psal. viij. Et sic ptz quare nomẽ domini qui est iesus filius dei est tante virtutis: q᷑ in se continet totam plenitudinem diuinitatis et in virtute eius facta et creata sunt omnia: et redẽptum et liberatum genus humanum: et diabolus victus et superatus: et hec est causa quare diabolus fugit istud nomen et timet. ¶ Ex his supradictis omnibus patet q᷑ nomen domini quod est iesus notificat nobis omnia principaliter considerata in tota sacra theologia viatorum. Nam est nomen omnipotentie et sapientie misericordie et iusticie: vt dictum est supra in psalmo octauo. Et ideo notificauit mundo et notificat mysteriũ creationis et gubernationis et nostre redemptionis et glorificationis: et per consequens notificat nobis mysterium trinitatis et incarnationis. Nam mysterium creationis presupponit mysterium trinitatis. Nam si deus dicendo et precipiẽdo creauit mundum: ergo habet verbum per quod dixit omnia: et spiritumsanctum per quem omnia viuificat et gubernat et mouet: vt dictum est. Item mysterium redemptionis presupponit mysterium incarnationis: in qua humanitate et carne assumpta deus est passus et nos redemit et etiam hoc nomen Jesus quod est nomen salutis et restaurationis et integre vite importat et notificat in se mysterium nostre glorificationis: per quam vitaz eternam recuperamus et vltimam salutem consequimur. et sic patet q᷑ sicut illa persona incarnata est reale nomen dei significatum per illas quatuor literas veteris testamenti: eo q᷑ omnia supradicta christus in se et per se mundo notificauit: ita pariter hoc nomen Jesus mentale vel vocale vel scriptum: quo nos filium dei nominamus qđ est interpretatum per illas quatuor literas: et sonant ille quatuor litere in hebreo: hoc inquam nomen Jesus notificat et significat nobis in deo q̃tuor omnia supradicta: scilicet omnipotentiam in creando: et recreando et patientiam in gubernando mundum: et in datione vtriusq̃ legis: et misericordiam in redimendo: et iusticiam in pmiãdo et nos beatificando et sic hoc nomen Jesus comprehẽdit in se omnem rationẽ sub qua deus principaliter consideratur in sacra scriptura vtriusq̃ testamenti: et per consequẽs in tota sacra scriptura theologie: et ideo nonest mirum si est nomẽ tãte virtutis et dignitatis et excellentie. Et si apostoli et sancti viri ad inuocationem huius nominis operabãtur miracula ineffabilia: nec cessant hodie miracula fieri: nam in virtute huius nominis conferunt gratiam omnia ecclesiastica sacramenta. Nec est mirum: si patres veteris testamẽti cum tanto desiderio desiderabãt scire virtutem huius nominis et videre effectus et opera eius. Nec est etiam mirũ si dauid in suis psalmis tantum frequentat istud sacrum nomen: cui attribuit omnem virtutem et perfectionem de quo dicit et concludit in hoc psalmo q᷑ oẽs status et conditiones laudent nomen dñi: qm̃ exaltatum est nomen eius solius: q: omnia bona et omnem perfectionem et virtutem includit et continet in se.

No. contra portãtes in collo brevia.

xcij.d.c. ſ.in glo.



Antate domino canticum nouuz: laus eius in eccleſia ſanctorum. Letetur iſrael in eo q̃ fecit eũ: et filie ſyon exultent in rege ſuo.

xcv.diſt. ca.ecce.

¶ Titulus alleluia per qd̃ denotatur q̄ dauid fecit hunc pſalmũ ad laudandum deum in quo predicit gaudium et exultationem electorum in primo et in ſecundo aduentu chriſti. Unde eſt aduertendum q̄ quando dauid inuitat ad cantandum canticum nouum intendit populuz chriſtianum in chriſto renouatum: ⁊ per canticũ nouũ intendit legem euangelicã: que in ſe continet obſeruantiam preceptorũ: et fidem articulorũ: et gratiam ſacramentorũ ſub ſpe futurorũ ⁊ celeſtium bonorum promiſſorum. Et intendit etiam gloriã ſanctoruz in celeſti beatitudine. Dicit ergo o vos fideles in chriſto renouati iam nõ canteris canticum vetus: nec legem moyſi. Recedant vetera iam de ore veſtro: ſcʒ abijcite cerimonias ⁊ figuras: ſʒ cantate canticum nouum: et predicate euangeliũ omni creature. Et iam non oportet cantare exitũ egypti: nec agnum paſcalẽ in ſynagoga: ſed cãtate myſterium incarnationis et natiuitatis: et celebrate feſtum reſurrectionis ⁊ aſcẽſionis: ⁊ de iſtis myſterijs ſit laus eius: ſcʒ chriſti in eccleſia ſanctorum apoſtolorũ martyrum: ⁊ doctorũ: que eſt chriſtiana religio et congregatio. Et iſrael: ſcʒ predicta eccleſia letetur in eo qui fecit eum non ſolum creando ſed per reſurrectionem et regenerationẽ ⁊ renouationem. Et eccleſie mundi omnes anime deuote que dicũtur filie ſue exultent in rege ſuo chriſto in eius aduentu.

xliij.q̃d.ſ bis ita. Laudate nomẽ eius in choro: in tympano et pſalterio pſallant ei.

¶ Jam enim dictũ eſt quomodo pſalmi cantabãtur cum aliquibus inſtrumentis non ſolum ad declarationem: ſed etiam ad myſteriuz: nam chorus qui eſt concordia vocum ſignificat concordiam vite cum doctrina vel concordiam appetitus cum ratione: et concordiam morum. Tympanum autẽ ſignificat paſſionẽ chriſti: pſalteriuz vero harmoniam decem preceptorum et articulorum. Ad iſta ergo nos inuitat propheta q̄ cantem⁹ chriſto cãticum nouum cum predictis. Et etiam vt in eccleſia cantemus canticum nouũ: ſcʒ natiuitatis predicationis: paſſionis: ⁊ reſurrectionis: et horũ feſta celebremus: et dat rationem quare debent cantare illud canticũ nouũ: et dicit quia.

xl.q̃d.iij ad menſam. Beneplacitum eſt domino in populo ſuo: et exaltabit manſuetos in ſalutem.

¶ Ideſt quia iam nõ placent domino cerimonie veteris legis: nec veteres feſtiuitates que celebrãtur in figura: quia iam oĩa ſunt renouata p aduẽtum xp̃i: iam ergo nõ eſt voluntas dñi: nec placitum in ſacrificijs veteris legis: ſed in feſtiuitatibus noue legis ⁊ in ſacrificijs: ideo dicit beneplacitum eſt domino in populo ſuo chriſtiano ⁊ vero iſrael: quia iam diſperſit ſuꝑbos iudeos obſtinatos: et depoſuit reges gentiles potentes de ſede idolatrie ⁊ potẽtes ſcribas ⁊ phariſeos ⁊ iudeos de ſede regni ⁊ ſacerdotij: et exaltauit apoſtolos et diſcipulos humiles: qui ſecuti ſunt humilitatẽ chriſti: ideo conſtituet eos principes ſuper omnẽ terram ⁊c. Et etiã exaltabit omnes fideles mãſuetos in ſalutem gratie ſanãdo eos a peccato: quia ſoli mãſueti et humiles ſalui facti ſunt: eo q̄ depoſita ſuperbia, et vanitate ⁊ diuitijs huius mundi chriſtum ſecuti ſunt. D ¶ Ad maiorẽ euidentiaʒ eſt notandum q̄ lex euangelica quã nunc nos cantamus et predicamus quadrupliciter dicitur canticum nouũ. Primo quia omnia antiqua cerimonialia et legalia abijcit et repellit: ſcʒ feſtiuitates et ſacrificia et ſacramenta veteris legis ⁊ cetera: eo q̄ omnia compleuerunt curſum ⁊ officium ſuũ in chriſto. Secundo lex euangelica dicitur canticum nouum: eo q̄ chriſtũ nouum regem recepit in antiqua lege promiſſum. Tertio quia repudiatis antiquis legalibus nouas feſtiuitates ⁊ noua ſacramenta celebrat ⁊ nouum ⁊ deo placitũ et acceptum offert ſacrificiuʒ euchariſtie: prout iam predixerat Iſaie.lxvi. Que eſt iſta domus quã edificabitis mihi per totum diſcurſum. Item Mala.i. Non eſt mihi volũtas in vobis dicit domin⁹ exercituum ⁊c. Item Hieremi.xvi. Ecce dies veniẽt dicit dominus: et nõ dicetur vltra: viuit dominus q̃ eduxit filios iſrael de terra egypti ⁊c. Quarto dicitur canticum nouũ: qꝛ exaltat mãſuetos ⁊ humiles: et deprimit ſuperbos: oĩa ergo iſta q̃ttuor tangit dauid in hac prima parte: nã primũ tãgit cum dicit. Cantate dño canticũ nouum. Scd̃m vero cum ſubdit. Et filie ſyon exultent in rege ſuo. Tertium ibi. Laudent nomen eius in choro ⁊c. qꝛ beneplacitũ eſt domino in populo ſuo. Quartum cum ſubdit. Exaltabit manſuetos in ſalutem.

Lex euãgelica canticũ nouũ dr̃.

Exultabunt ſancti in gloria letabũtur in cubilibus ſuis.

xv.q.i.c. firmiſſime. i gl.

¶ In hac ſcd̃a parte p̃dicit canticũ ⁊ gloriã ſanctorum et iuſtorum in ſecundo aduẽtu xp̃i: qui quideʒ aduentus licʒ ſit terribilis damnatis: tamen erit delectabilis iuſtis et ſaluatis ⁊ maxime apoſtolis: et martyribus: et ratio eſt. Nam primus aduẽtus xp̃i fuit terribilis aplis ⁊ martyrib⁹. A ¶ Nã in primo aduẽtu apli ⁊ diſcipuli fuerũt vexati ⁊ afflicti. Prio a iudeis. Secundo a tyrãnis: ⁊ vſq̃ ad Conſtantinum multa milia martyrum interfecti ſunt propter chriſtum. ergo ratio eſt q̄ in ſecundo aduentu per oppoſitum apoſtoli ⁊ martyres gaudeant et recipiant vltimatum premiũ: ⁊ perſecutores eorum tunc patiãtur vltimatum ſuppliciuʒ et penam eternam. Et ideo promiſit chriſtus apoſtolis q̄ iudicarent malos in die iudicij: et ſederent ſuper duodecim ſedes ⁊c. Itẽ Sap.v. dicit q̄ tunc ſtabũt iuſti in magna cõſtãtia aduerſus eos q̃ ſe anguſtiauerunt ⁊c. Et tunc tyranni et mali turbabũtur timore horribili vidẽtes felicitatẽ ⁊ glo

riam iustorum ꝛc. Scdo est notandū ex sniā sup ra dicta ꝙ gloria sctōꝝ in duobus cōsistet tunc. Primo quia videntes ibi xp̄m in maiestate videbunt crucem et spineā coronā: ꝛ clauos: ꝛ totuz triumphū xp̄i: ꝛ videbūt ibi oēs persecutores xp̄i ad iudiciū dānatiōis: ꝛ videbūt etiā suos persecutores condēnatos ad mortē eternā: tunc quia voluntas beatorū beatificatur ꝛ letatur cōformando se voluntate diuine: ideo iusti duplici leticia letabunt. Primo de gloria quā ipsi possidēt. Scdo de iusticia dei ꝛ sententia data dānatis: qꝛ letabit iustus cum viderit vindictā ibi factā de persecutoribus xp̄i ꝛ suis: ꝛ sic iudicabunt malos duplici iudicio. Primo eos accusando petēdo vltionē. Scdo sententiaz xp̄i approbādo: ꝛ sic iusti prorūpent in laudes vocales illa die ꝛ laudabūt xp̄m explicantes triūphum ꝛ victoriā eius cōmemorātes eiꝰ incarnationē ꝛ predicationē ꝛ cōuersationē quam habuit in hoc mūdo ꝛ eius passionē ꝛ resurrectionez et ascensionē: ꝛ istud canticum nouū cantant assidue scti in gloria celesti: vt ptz Apoc. v. ꝛ ista sunt instrumēta musicalia cū quibus cantāt ꝛ exultant sancti in gloria: sicut vidit Joh. apoca. v. Ubi dicit ꝙ quattuor aialia. ꝛ. xxiiij. seniores habētes cytharas ꝛ phialas aureau plenas odoramētis: q̇ sunt orationes sctōꝝ ceciderūt in cōspectu agni: ꝛ cātabant canticū nouū dicētes. Dignus est agnus qui occisus est accipere gloriā ꝛc. Ex quo ptz ꝙ beati in suis laudibꝰ cōmemorāt triūphum xp̄i ꝛ mysteria incarnatiōis ꝛ passionis ꝛ totius nostre redēptiōis. Et hoc est qđ dicit dauid in hac parte: nā quia in primo aduentu fuimus renouati per gratiam: ideo in hac ecclesia nos monet dauid cantare canticū nouū gratie: sed quia in secūdo aduētu erimus renouati per gloriam: ideo dicit ꝙ sancti tunc cantabunt canticū nouū glorie ꝛ cantāt semper. Dicit ergo dauid ꝙ tunc in scdo aduentu ad iudiciū quādo sancti recipient vltimatū premiuz exultabūt sancti in gloria: ꝛ letabūtur in cubilibꝰ ꝛ sedibus ꝛ mansionibus suis: quas angeli mali per superbiā perdiderūt. Et ipsi sancti per humilitatem ꝛ mansuetudinē possidere meruerunt.

Exultationes dei in gutture eorum: et gladij ancipites in manibꝰ eoꝝ. l. d. ca. si q̇s dia- conꝰ. ꝛ. x cij. di. c. primo.

Ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in cōpedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis. xxiij. q. v. iiij. dis- plicet.

Ut faciant in eis iudiciuz cōscriptū: gloria hec est omnibus sanctis eius.

¶ Nō soluz exultabūt letitia ꝛ gaudio interno: sꝫ etiā exteriori per laudes vocales deū laudādo cātando exultatiōes dei. i. mirabilia opa dei. i. mysteriū creatiōis ꝛ redēptiōis ꝛ resurrectiōis. Et ite rū exultatiōes dei in gutture eorū: nam ibi corpa glorificata veras voces formabūt vt alis est pmissum vnde in tali exultatiōe sancti nō solū laudabunt ꝛ cōmēdabūt triūphū xp̄i: sed etiā eius iustitiam et iudiciū ꝛ sententiā cōtra dānatos datā a xp̄o approbabūt: iō seq̄tur ꝙ gladij ācipites i manibus eorū: nā gladij sanctoꝝ in illa die dicentur ancipites: qꝛ duplex acumen habebūt: qꝛ cuz vno accusabunt suos psecutores: ꝛ cum alio sniaz xp̄i approbabūt. Et ideo seq̄tur ꝙ gladij isti ancipites erunt in manibus eorū: ad duo sup. scꝫ primo ad faciendā vindictā in natiōibus sniam xp̄i confirmādo. Scdo ad faciēdas increpatiōes i pplis eos accusando ꝛ ad alligādos reges ꝛ principes et tyrannos eorū populorū infideliū in cōpedibꝰ. Et ad alligādos nobiles ꝛ supbos in manicis ferreis inferni: qꝛ erūt obstinati tm̄ in malū ꝙ nunq̄ poterunt bene agere: dicūtur etiā isti gladij ancipites ꝛ bicipites: qꝛ angeli ꝛ scti duplici pena cōdēnabunt reprobatos: scꝫ pena dāni ꝛ sensus: qꝛ nunq̄ deum videbūt: ꝛ in eternū patiētur: ꝛ sic erit eis pena vermis ꝛ ignis: habebunt ergo sancti et angeli istos gladios ancipites in manibus ad faciendam vindictā ꝛc. et ad alligādos reges eoruz ꝛc. finaliter vt faciant iudiciū pscriptū. i. a xp̄o decretū ꝛ determinatū: qꝛ intantū sancti ꝛ angeli dicuntur facere iudiciū inquantū cōplacēt ꝛ approbant sniam cōscriptā ꝛ determinataz a xp̄o ꝛ per xp̄m: ꝛ hec est gloria in sanctis eius. i. sniaz xp̄i approbare ꝛ eius volūtati cōplacere ꝛ se cōfirmare. Et etiā hec est gloria: ꝛ in hoc cōsistit gloria sctōꝝ scꝫ in oibus predictis in hoc psal. scꝫ in iudicādo malos approbādo xp̄i sniam: ꝛ in laudādo deum in eternū triumphos eius cātando: ꝛ memorādo et exultādo in cubilibus suis in gloria celesti. Itē etiā hec erit glia oibꝰ sanctis dei. i. accusare damnatos ꝛ approbare sniam eorū: ꝛ videre ꝛ letari in vindicta facta de ipsis: qꝛ letabit iustus cum viderit vindictam: qꝛ tunc stabūt iusti in magna pstantia aduersus eos q̇ se angustiarūt. Sap. v. sꝫ talis gloria nō erit sanctis essentialis sed accidētalis. Nam gloria essentialis consistit in visione diuine essentie: vt dictum fuit psalmo primo.



Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. extra de reli. ꝛ ve. sanct. c. vnico in cle.

¶ Iste est. cl. ps ꝛ vltimus in ordine collocatus cui preponitur titulus alleluia: eo ꝙ Dauid fecit ipsum ad laudandū deum in templo: vnde quia psal. antepenultimo inuitat oēs creaturas: tam corporales q̄ incorporales: tam irrationales q̄ rationales ad laudandum deum. Et psal. precedente. specialiter inuitauit creaturas rōnales ad recipienduz xp̄m in hac ecclesia. ꝛ cantandū ipsi canticū nouū hic per gratiā ꝛ in patria per gloriaz. Nūc in hoc vltimo psal. inuitat oēs fideles vtriusq̧ ecclesie: ꝛ maxime ecclesie militātis ad laudandū deum trinum ꝛ vnum creatorē ꝛ redēptorē. Assignādo modum laudandi: in quo duo facit. Nam primo docet vbi debemꝰ deū laudare. Scdo cū q̄bꝰ instrumentis iste psal. cantabat in templo: p que instru

menta figuraliter docebat quod in test.nouo tenemur deū et xp̄m nr̄m laudare ibi. Laudate eū in sono tube. ¶ Sed quantū ad primū est notandum ꝫm Aug. de verbis apl̄i ⁊.xxij. de ciui. dei ꝙ opposito mō cognoscit deus in patria et in via. Nā in patria cognoscit in seipso: ⁊ oīa alia in ipo eo ꝙ oīa lucent in eo: ſʒ in via cognoscit in creaturis: eo ꝙ ipse lucet in eis. B ¶ Et ideo aliter laudatur de⁹ in via: aliter in p̄ria. Nam in via laudam⁹ deū in creaturis: eo ꝙ lucet in eis et in patria btī laudant deum in se: eo ꝙ vident eū per essentiam et oīa in eo. Cum ergo in hac vita non possumus videre deum per essentiam nisi in creaturis per vestigium et imaginē: ideo laudamus deū per creaturas siue in creaturis inquantū pfectiones que repiunt in sole et luna et stellis et in ceteris creaturis nos excitant ad magnificandum et laudandum deum qui eas creauit. Et sub tali pretextu p̄pheta inuitauit oēs creaturas irrationales ad laudandum deū in psalmo antepenultimo nō ꝙ ipse possint deum laudare: eo ꝙ nō habent intellectum et rationem: sed inquantum per eas cognoscimus oīpotentiam et bonitatē dei: ideo monēt nos ad laudandum deum in eis aut per eas: ideo quando pp̄heta dicit: laudate eum sol et luna et oēs stelle et lumen. Et laudate eum ignis et grando ⁊ nix ⁊c. nihil aliud intendit dicere nisi. O vos creature rōnales cōtemplamini solē et lunam et stellas ⁊c. et cōsiderate ꝙ magna est dei oīpotentia et bonitas dei q̄ ista creauit ꝑpter vos ⁊ laudate eum grās agēdo pro tātis beneficijs ⁊c. C ¶ Ulterius est notādū ꝙ licʒ deus a principio creationis cōicauerit oībus creaturis similitudines suarū perfectionū naturaliū ꝫm magis perfectū et minus perfectū: vt dictū est: tñ qꝛ xp̄us deus et hō est caput ecclesie ab adā vsqꝫ ad vltimū electū a quo deriuant oīa dona grārum et membrorum in oīa mēbra sua: ideo pamplius ⁊ perfectius cōicauit ⁊ cōmunicat cōtinue pfectiōes et dona grārum supnaturaliū mēbris suis fidelibus et sanctis: ⁊ sic cōicauit innocentiam et puritatem ipsi Abel: ⁊ fidē et iusticiam Noe et abrae: et castitatē ipsi Ysaac: ⁊ charitatē ipsi iacob: ⁊ māsuetudinē ipsi moysi: et zelū diuini cultus ipsi dauid et spm̄ pp̄heticū oībus pp̄hetis. Et peramplius et pfectius cōicauit dona grārū ipsis apostolis in die pente. et fortitudinē et cōstantiā ipsis martyrib⁹ et integrā virginitatē et sctitatē cōfessorib⁹ ⁊ intelligentiā scripturarū ipsis sacris doctoribus p quas q̄dem pfectiones deus facit oēs electos et sctōs suos quasi deos p participationē vt dictum est psal. lxxxi. Ex quo ptʒ ꝙ deus peramplius et pfectius lucet in viris sanctis. Itē xp̄s etiā inquātum hō lucet in viris sanctis quantū ad labores ⁊ persecutiones ad mortē et passionē: nā passio ei⁹ iam lucebat in abel et abraam et iacob qꝛ illi patiebantur in figura xp̄i ꝑpter veritatē et iusticiam vt ait Ambrosius et Leo papa: immo xp̄s iam patiebatur in eis figuraliter: vt ipse ait in sermōe de passione christi: sed peramplius et pfectius passio christi lucebat in apostolis et martyribus qui realiter propter christū patiebātur expresse imo xp̄s in martyribus et mēbris suis patiebat vt ipse dixit Actu. ix. Saule saule q̄d me psequeris ⁊c. Ex quibus ptʒ ꝙ xp̄s deus et hō saluator ⁊ redēptor nr̄ maxie manifestat nobis in sanctis et electis suis in hac ecclesia et per hos in sanctis ⁊ electis suis est laudandus in hac eccl̄ia et sic est dicendū ꝙ qñ nos laudam⁹ et magnificam⁹ aliquē aplm̄ aut martyrē aut cōfessorē ⁊ sctm̄: et celebramus ⁊ colimus festa p eis in noīe ipsorū nō laudamus eos p se sed laudamus ⁊ magnificamus deū siue xp̄m caput nr̄m in eis. et sic colimus ⁊ celebram⁹ passionem xp̄i in btō Laurentio et Uincentio inquantū isti martyres pticiparunt passionē xp̄i in suo martyrio et in suis tormentis: immo gerebāt imaginē passionis xp̄i: ⁊ iō pprie laudam⁹ et colimus xp̄m in eis: hoc ergo preuidens et contemplās pp̄heta dauid in spū inuitat specialr̄ in hoc psal. oēs fideles huius ecclesie vt laudemus deum in sctis suis: eo mō quo dictum est. Dicit ergo. O vos fideles laudate dñm in sanctis eius idest cōsiderate primo bn̄ficia que deus ptulit viris sanctis ve. test. s. Abel Noe Abrae Ysaac et Jacob et Moysi et Dauid ⁊ oībus pp̄hetis que oīa erant figura xp̄i et ecclesie et sic laudate deū in eis q̄ talia dona cōicauit eis et vos fideles noui test. considerate et cōtemplamini dona gratiarū que xp̄s cōmunicauit apostolis et martyribus et confessoribus et doctoribus et virginib⁹ et ceteris viris sanctis: que dona fuerunt supra humanam facultatem: que deus ostendit in sanctis suis suam oīpotentiam et sapientiam et bonitatem et ceteras perfectiones. Et sic laudate dñm in sanctis suis grās agendo et dies festos celebrando et triumphos martyrum predicando et oīa ista dona ad xp̄m referendo: qꝛ laudare deū in sanctis suis nihil aliud est nisi triūphos et virtutes eorū in xp̄m laudando et gratias agendo referre. Sed qꝛ inter ceteros dona gratiarum et virtutum xp̄i maxime viguerūt in apl̄is qui fuerūt firmamentū et fundamētū eccl̄ie: iō subdit. Laudate eū in firmamento virtutis eius. scʒ in collegio apostolorum super quos xp̄s fundauit et firmauit ecclesiā suam et qui firmarunt ecclesiam miraculis et signis et doctrinis. Et etiam per fundamentum et firmamentum virtutis xp̄i: intendit totam ecclesiam q̄ dr̄ firmamentum virtutis xp̄i: vbi virtutes predicatur et ecclesiastica sacra in quibus virtus passionis xp̄i cōtinet: celebrant et exercitant ⁊ frequentantur. q. d. Laudate eū in eccl̄ia q̄ est firmamentum virtutis ei⁹, per ecclasticasacra. Sed qꝛ apl̄i et sancti viri opati sunt multa signa et miracula virtute noīs xp̄i: vt ptʒ in actibus et historijs apostolorū et martyrū et aliorū sctōrū. Ideo subdit.

Laudate eū i v̄tutib⁹ ei⁹: laudate eū scd̄m multitudinē magnitudīs ei⁹. de p̄se. d ij. accesserunt.

¶ Quasi dicat. oīa dona grārum et oīa signa et miracula ⁊ bona opera que sancti fecerūt in hac vita referatis ad xp̄m quia ipse tanꝙ caput ecclesie contulit et cōicauit eis omnia: et ideo. Laudate xp̄m in sanctis suis. Totum hoc etiam pōt referri ad statum et gloriā sanctorum. q. d. O vos

Cognitio dei i via ⁊ patria. et ei⁹ laus

Dona sua de⁹ cōicat fidelibus.

fideles laudate deũ qui est in sanctis suis: et in celo empyreo qđ est firmamentũ virtutis eius: et laudate eũ in virtutibus eius angelicis: q2 ibi deus
arg.xciij est omnia in omnibus &c. Deinde cum dicit.

d.c.j.i gl **Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara.**

xvi.qđ.i. reuertimini. **Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo. Laudate eũ in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: ois spũs laudet dñm.**

¶ Docet cũ quibus instrumentis musicis cantabatur iste psal. in templo: q2 cũ octo instrumentis cãtabatur. s. in sono tube: et cũ psalterio et cythara et tympano et choro: cũ chordis. i. cũ monocordio et cum organo fistularum: et cum cymbalis benesonantibus: et cum cymbalis iubilationis: cum his ergo octo instrumentis dicit dauid ꝙ debemus cantare hunc psalmũ: et precipiebat ipm cantari in templo: per que instrumenta materialia figurabãtur octo mysteria sub quibus laudamus deũ in ecclesia christi. Nã dictũ est in prologo tractatu quinto: qualiter illa octo instrumenta cũ quibus cantabantur psalmi in tẽplo Salomonis significabant mysteria euangelica de xp̃o et ecclesia que nos predicamus et celebramus. Et ideo dauid in hoc psal. per tympanũ factum de corio aialis mortui baculis percussum intelligit passionem xp̃i. B ¶ Et per psalterium intendit triplex psalteriũ: scz psalterium morale decẽ preceptorum: et psalteriũ euangelicũ decẽ articulorũ
Nota. humanitatis xp̃i. et psalterium anagogicũ et beatificũ decẽ gaudiorũ que hñt et quib' btificant̃ sancti in gloria. Nã sicut psalteriũ euangelicũ cõtinet decẽ chordas euangelicas. s. xp̃i incarnationem et legis dationem et passionẽ: et redẽptionẽ et resurrectionem et ascensionẽ et spũssancti missionem et sacrorũ institutionẽ et ecclesie ex vtroq3 pplo congregationẽ et futuri iudicij retributionẽ Ita pariter psalteriũ anagogicum qđ cantant et pulsant sancti in gloria continet decez chordas beatificas. scz visionẽ essentialẽ diuine trinitatis et vnitatis: et dilectionẽ: et fruitionẽ: et immortalitatem: et charitatem: et subtilitatem: et agilitatez et summã delectationem et satietatem et securitatem. Itẽ per cytharã qđ est instrumentum triãgulare habens septem chordas principales intendit. Primo trinitatẽ diuinarũ personaruz in vna simplici essentia. Scđo intendit trinitatẽ virtutũ theologaliũ cũ quibus laudamus deũ scz fidem articulorũ: et charitatẽ decẽ preceptorum et oim consiliorũ. et spẽ grẽ septẽ sacrorũ: et ideo cythara cõtinet septẽ chordas significãtes septẽ ecclesiastica sacra quibus renouamur et sanamur et reficimur et roboramur et insignimur, per sonũ aũt intendit predicationem apostolorum: per quam congregarunt ecclesiam in vnum &c. per chorum intendit dei oipotentiam in opere nostre creationis et redẽptionis: per monochordiũ intendit cõcordiam vite quam debemus habere cum doctrina: per organum aũt intendit cõsonantiam corporis immortalis ad aiam quam consequemur per resurrectionem: per cymbala benesonãtia intendit vocationem populi ad audienda diuina officia in ecclesia: per cymbala vero iubilationis intendit melodiam et iubilationem diuinorũ officiorum que celebrantur in ecclesia militanti per gratiam: et in triumphanti per gloriam: nihil enĩ aliud est cum supradictis instrumentis deum laudare: nisi oia dicta mysteria de xp̃o et ecclesia credere et predicare et celebrare. Item etiam dauid per monochordium intendit concordiam oium membrorum corporis mystici ecclesiastici ad suũ caput qui est christus quod quidẽ corpus ecclesiasticum consistit in quodã ordine et sub ordinatione statuum et prelationum et officiorũ vt dictum est psal. lxvij. et hoc est monochordium euãgelicũ significatum per illud materiale instrumentum. Item per organum etiam intẽdit consonãtiam et concordiam noui ac vete. testamen. quia nihil gestum aut scriptuz est in veteri testõ quin fuerit impletum per xp̃m in nouo. Et nihil factuz est in nouo testõ quin fuerit figuratum aut vaticinatũ in vete. testamẽ. vt frequenter dictuz est. Et ideo omnia instrumenta musicalia materialia: cũ quibus cantabantur psalmi in vete. test. figurabãt supradicta mysteria de xp̃o et ecclesia. sic qđ illi cantabant prophetice et in figura nos cantamus euangelice in veritate. quasi dicat pphета dauid vos fideles noui testamẽti laudate dñm nostrũ iesum xp̃m in suo aduentu. Primo in sono tube. i. predicate euangelium omni creature et exercete tubaz euangelicam &c. Item scđo laudate eum in psalterio morali decẽ precepta moralia obseruãdo et laudate eũ in psalterio euãgelico articulos fidei firmiter credendo et etiam vos beati laudate euz cum psalterio. x. celestiũ gaudiorũ deum volendo et diligendo et fruendo &c. Item tertio. O vos fideles laudate eum cũ cythara euãgelica. scz cũ fide trinitatis et oim articulorũ et cũ charitate. x. preceptorũ et cũ gr̃a sacrorũ. Itẽ quarto laudate eum cũ tympano mortis et passionis contẽplando mortem et passionẽ quam pro vobis xp̃s passus est. Item. v. laudate eum in choro qđ est instrumẽtum rotundũ per qđ denotat̃ eius eternitas et oipotentia. i. magnificate eius oipotentiã et eternitatem. Et ideo exhibete ipsi cultũ et honorẽ latrie. Item. vi. laudate eum in chordis. i. cũ monochordio vite cum doctrina. Item. vij. laudate euz in organo consonantie corporis ad aiam quam adepti estis per resurrectionẽ. Item. viij. laudate eum in cymbalis benesonãtibus euãgelica festa et triũphos xp̃i et martyrum celebrãdo et fideles ad diuina officia vocando. Item. ix. Laudate euz in cymbalis iubilationis hymnos et psal. et diuina officia dulciter septies in die decãtando. q. d. pphета ꝙ cũ his supradictis cõditiõibus tenemini oẽs fideles deum colere et laudare: q2 aliter de' non potest coli: nec vere credi: nec laudari nisi trinus et vnus et incarnatus &c. prout lex. euãgelica predicat, Et quia falsiter deum laudare consuepis

omnibus spiritualibus creaturis: ideo concludit propheta dicens. Omnis spiritus laudet dominum. i. modo supradicto laudet dominum trinum et vnum creatorem et redemptorem et glorificatorem prout dictum est. ¶ Ex supradictis patet quod iudei moderni non cantant hunc psal. nec ceteros: nec vere laudant: nec colunt deum. nam deus precepit vt cantemus hunc psalmum et ceteros et laudemus deum cum instrumentis supradictis: sed iudei nec laudant deum cum supradictis instrumentis materialibus nec spiritualibus vt patet ergo nullo modo colunt nec laudant deum nec cantant hunc psal. Ex quo sequitur quod soli christiani vere laudant et colunt deum et cantant istum psal. et totum psalterium eo quod cantant ipsum cum supradictis instrumentis spiritualibus per instrumenta ve. te. figuratis. Hoc est ergo psalterium in quo deus in principio promisit aperire propositionem suam: nam per omnia supradicta patet qualiter deus in hoc psalterio aperuit aliquam vel aliquas propositiones et mysteria figuralia ve. te. Ex quibus elicuit et intulit semper prophetice aliquam vel aliquas conclusiones euangelicas noui testamenti hoc est psalterium euangelicum est quadrangulare: quia quatuor lineis et limitibus euangelicis contentum et terminatum: quia quatuor autenticis euangelicis est firmatum et roboratum et testificatum. Hoc etiam psalterium continet quatuor angulos: scilicet obseruantiam preceptorum et consiliorum: et fidem articulorum et gratiam sacramentorum et spem futurorum bonorum nobis promissorum hoc autem psalterium euangelicum dicitur decachordum ab ipso dauid: eo quod continet decem chordas euangelicas principales: que sunt decem mysteria de christo et ecclesia eius vel sunt decem principales articuli: quos principaliter confitetur ecclesia. Quorum primus est articulus trinitatis. Secundus articulus creationis. Tertius articulus incarnationis. Quartus articulus predicationis et miraculorum operationis christi. Quintus passionis et nostre redemptionis. Sextus articulus resurrectionis. Septimus articulus ascensionis et vniuersalis christi iurisditionis. Octauus articulus spiritussancti in apostolos missionis. Nonus sacramentorum efficacie et perfectionis. Decimus articulus est futuri iudicii examinationis et retributionis. Isti sunt decem articuli principales quibus annectuntur alii articuli sub eadem fide credendi scilicet descensus christi ad inferos et liberatio sanctorum et omnium fidelium ve. te. et autoritas vniuersalis ecclesie ipsi tradita a spiritusancto et resurrectio generalis et remissio peccatorum per penitentiam et ecclesiastica sacramenta et vita eterna iustis promissa: qui quidem articuli continentur in decem primis et principalibus vt patet intuenti sicut chorde parue ponuntur inter principales instrumentis musicis. ¶ Unde isti articuli dicuntur chorde psalterii euangelici eo quod inter se continent quandam concordiam et harmoniam et ordinem: quia vnus articulus presupponit alium secundum ordinem: nam articulus creationis presupponit articulum trinitatis et emanationis personarum diuinarum. Et articulus incarnationis presupponit articulum trinitatis et creationis quia sola secunda persona fuit incarnata. s. verbum diuinum et talis incarnatio facta est per nouam creationem anime christi: nam tota trinitas creauit illam animam christi et opere sancti spiritus illud corpus ex puris sanguinibus virginis in vno instanti formauit: et totum illud animatum corpus in eodem instanti in vnitate suppositi et personaliter verbum assumpsit. Et sic patet quod incarnatio verbi presupponit trinitatem diuinarum personarum et creationem. Et etiam omnes alii articuli humanitatis christi presupponunt articulum incarnationis nam si christus non fuisset deus et homo non fecisset illa miracula: nec eius passio fuisset tam valida nec expoliasset infernum: nec resurrexisset in propria virtute etc. Hoc est ergo psalterium decem principalium chordarum cum suis annexis sequentibus quod prophetice cecinit dauid in toto isto libro psalmorum et in omnibus centum quinquaginta psalmis superius expositis: nam in quolibet psalmo cantauit et pulsauit prophetice aliquam vel aliquas chordas huius psalterii euangelici prout fuit expositum. ¶ Et ex hoc idem psalterium quod prophetice cantauit dauid in hoc libro psalmorum: nos cantamus euangelice in ecclesia: quia tota lex euangelica continetur prophetice in hoc libro vt frequenter dictum est. Ideo ecclesia in omnibus officiis frequentat et cantat psalmos dauid simul cum euangelio tenendo istum modum. nam in officio matutinali cantat tres nocturnos cum psalmis de et lectionibus de vete. te. sed in tertio nocturno cantat euangelium christi et communiter in laudibus antiphone sunt de nouo testamento. Et ita pariter in missa introitus et responsum et graduale communiter sumuntur de libro psalmorum: et lectio legitur de testamento veteri vel de doctrina apostolica: sed finaliter legitur euangelium per quod denotatur concordia et consonantia legis euangelice cum veteri testamento quia euangelium nihil aliud est nisi veritas legis veteris. Et sic patet quod tota lex euangelica est psalterium illud decachordum quod dauid prophetice cantat in psalmis.

Margin: Quo iudei non laudant deum.

¶ Deo gratias. Amen.


¶ Cor meũ ex maximo gaudio interiori exultauit ad extra mouẽdo et ostẽdendo gestum in corpe que quidẽ exultatio tota fuit a dño a quo cuncta procedunt et mihi bñficia prouenerũt nõ ex meis meritis: sed ex eius bonitate et mia: et exaltatũ est cornu meum in dño. i. q͡z honor meus exaltatus est in deo meo q̃n filius q̃ est deus meus assumpsit humanitatẽ et carnẽ humanam de mea specie et natura: et sic exaltauit et honorificauit totã humanã naturam: quando verbũ caro factum est et habitauit in nobis. Sed maxime exaltatum est cornu meum et honor meus: quãdo ipse christus deus et homo factus est saluator meus me sibi in populũ eligendo: me regenerando per ecclesiastica sacramenta et legem euangelicã conferẽdo: quia vt sic factus est caput sponsus meus et saluator synagoga repudiata: et ideo postq͡ talibus armis et donis spiritussancti fui munitus et armatus et doctrina euangelica instructus: tunc os meum dilatatum est ad loquendũ semper contra inimicos meos demones et iudeos et reges et presides: q͡z in die penthe. et in bap. dedit mihi os ad loquendum contra omnes inimicos meos: et ideo letata sum in christo salutari tuo: o deus. i. in iesu xp̃o qui est filius tuus et salutatio tua inquãtũ misisti eum ad saluandũ nos: et ideo est salutare tuũ actiue et nostrũ passiue inquãtũ per ip̃m sum⁹ saluati et sic nõ sum letata nec exaltaui in me: sed in te: q͡z talia beneficia nõ attribuo meis meritis: sed tue benignitati et misericordie: quia tu nõ eges bonis meis: sed ego tuis: ideo tu es honor meus et letitia mea et exultatio. Deinde cum subdit.

Non est sanctus vt est dominus: neq͡z enim est alius extra te: non est fortis sicut deus noster. De pse. di. ij. accesserũt.

Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriantes. xxxij. di. c. erubescant.

Recedant vetera de ore vestro: q͡z de⁹ sciẽtiarum dominus est: et ipsi prepa rantur cogitationes.

¶ Inuitat oēs nationes vt veniāt ad xp̄m:vt scti/ficenꝫ ab eo ꝛ recipiāt ei⁹ doctrinā.eo q̄ ad xp̄z ptinet sctificare: saluare ꝛ docere:eo q̄ ipse ē sctūs p essentiam:iō est sctūs sctificans.Itē est summa sapia p essentiā:q: est v̄buz ꝛ sapia p̄ris:ergo ad ipsum ptinet instruere et docere alios in lege et p p̄ns a xp̄o deriuaꝫ oīs v̄a sctitas et sapia tāq̄ a vero fonte et capite et sic oīs alia sctitas et sapia est falsa.Dicit ergo:q: nō ē alius sctūs vt est dn̄s nr̄ iesus xp̄s q̄ est nomē dī vt dictū est.p̄o.viij.nec est alius de⁹ extra te:o xp̄e et nō est fortis in potē/tia sicut xp̄s de⁹ nr̄.iō o vos iudei ꝛ scribe ꝛ pha/risei q̄ putatis scire legē ꝛ pph̄as et vultis alios docere venite ad iesum xp̄m:vt sctificemini ab eo q: nō est alius sctūs a quo valeatis sctificari si/cut dn̄s iesus xp̄s.Et recipite ei⁹ doctrinā euāgelicā in qua declaraꝫ veritas ꝛ v̄a intelligentia le/gis ꝛ pphetarū:q: nō est alius sctūs extra xp̄m et venite ad cū vt liberet vos ꝛ redimat:q: nō est ali⁹ fortis nisi iesus xp̄s deus nr̄ qui possit nos liberare iō vos scribe et pharisei nolite loq̄ sublimia d̄ lege et pphetis gloriantes et presumētes de ve/stra intelligentia nec velitis intelligere scriptu/ras in solo sensu literali: nec manere in vetusta/te litere: sed.recedant cerimonialia sacrificia:et oīa vetera legalia de ore vr̄o:sed recipite doctri/nam xp̄i euangelicā in qua declarātur sacr̄a clausa in litera legis:q̄ sacr̄a aperuit nobis xp̄us:qm̄ ipse est deus:ꝛ dn̄s oīm scientiarū cū sapia p̄ris per essentiam.Et cogitationes.i.reuelatiōes patriarcharū et pphetarū ipsi xp̄o preparātur.Naz ipse est finis legis:ꝛ ideo oēs p̄riarche et pphe/te locuti sunt de xp̄o:ꝛ in ipsum tendūt oēs visio/nes ꝛ pphetie tanq̄ in finē ꝛ ideo nullū mysteriū et nulla reuelatio scribitur in lege gr̄a sui:sed gr̄a xp̄i.Naz tota lex vet⁹ nil aliud est nisi preparatio ad xp̄m et euangeliū.vt ait Eusebius p totuz li/brū de preparatione euangelica:et ideo null⁹ potuit declarare meli⁹ et verificare legē ꝛ pphetas q̄ xp̄s sicut pmisit deus Deu.xviij.pphetā.susci/tabo de medio fratrū tuorū:ponā v̄ba mea in ore eius.Loq̄turq̄ ad eos quecūq̄ dixero tibi.Vn̄ ad hoc venit xp̄us in mundū vt testimoniū phiberet veritati legis ꝛ phetarū q: lex p moysen data est: gr̄a aūt et veritas per xp̄m facta est:ꝛ iō dicit hec pphetissa:q̄ xp̄s est deus et dn̄s:et iterpres oīm scientiarū:et oēs cogitationes ꝛ reuelationes p̄/parantur ipsi et ordinātur et dirigūtur in ipsum tanq̄ in finē ꝛ terminū q: oēs reuelationes et co/gitationes p̄riarcharū et pphetarum fuerunt in eo cōplete et manifeste ꝛ reserate et ideo dixit sy/meon Luc.ij.hic erit in resurrectionē et ruinam ꝛ in signum cui cōtradiceretur vt reuelētur multoꝝ cordibus cogitationes.i.manifestenꝫ in eo reue/lationes et vaticinia pphetaruz. A ¶ Vnde est aduertenduz q̄ tria dicit ista prophetissa de xp̄o. Primo q̄ non est alius sctūs per essentiam.Nam licet multi fuerint sancti in vtroq̄ testamento tn̄ omnes fuerūt ab isto sanctificati:ideo solus xp̄s est sanctus scōꝝ.Da.ix.iō dr̄ solus sctūs sancti/ficans:et per p̄ns ad ipsum solum ptinet omnes alios sanctificare.et iō.ipse dedit ptātem oibus filios dei fieri:qui ex deo nati sunt. Jo.i. Itē dicit q̄ solus est dn̄s et deus scientiarū.Iō ad solū ip̄z ptinebat p̄mo docere et interpretari et declarare legē ꝛ est medius iterpres inter nos et p̄rem.Tertio dicit q̄ ipse xp̄s est solus fortis.Et iō ad solū ipsum ptinebat liberare genus hūanum de ptāte diaboli et oēs redimere.et iō ista pphetissa oēs vocat ad xp̄m: vt ab eo sctificenꝫ et doceantur ꝛ li/berenꝫ:ideo dicit:nolite loq̄ sublimia gloriantes ꝛc. B ¶ Sed est aduertendum q̄ qn̄ dicit nō est alius deus:et fortis et sapiens ꝛc.nō excludit personam patris et sp̄ussancti:eo q̄ vna est sapientia et sctitas et fortitudo p essentiā in tribus psonis. ¶ Iterum est aduertendū q̄ nō solū vocat iudeos ad doctrinā et legē xp̄i:sed etiā gentiles et sapiē/tes:et philosopos huius mūdi.Vnde dicit.o phi/losophi et poete et oratores et sacerdotes genti/liuz nolite loqui sublimia et alta in philosophis et ceteris artibus tā rōnalibus q̄ realibus gloriātes in vestra sapia et doctrina:presumētes de ve/stra intelligentia.Nam oīs scientia est falsa in se nisi deriuetur ab illa summa a sapientia.Ideo venite ad xp̄m:q: ipse est deus fortis et dn̄s sciētia/rum ꝛ sanctus.Ideo sol⁹ ipse pōt vos docere sanctificare et liberare. Postq̄ superius ondit xp̄m solum esse sanctum. et sapientē et fortem qui sol⁹ potest sanctificare:et docere et alios liberare et laborare et malos per consequēs punire:ideo in hac secunda parte hoc monstrat per experientiā explicando omnia beneficia que nobis contulit per suam sanctitatem et sapiam et fortitudinem Et sic probat q̄ solus xp̄s est fortis et sapiens et sanctus. C ¶ Et pbat primo q̄ solus xp̄s ꝛ non alius est ita fortis.Nam arcus et potestas diaboli nō poterat superari nisi ab aliquo alio fortiori sed arcus siue potestas diaboloꝝ et demonuz fortium superatus est a xp̄o que quidez potestas et arcus erat peccatum originale et actuale quo vulnerabat omnes gentes et suo dn̄io om̄es subijciebat ergo sequitur q̄ solus xp̄us est fortissim⁹ sup oēs fortes:q: superauit oēs demones et confregit arcū ꝛ ptātem eorū:ꝛ dirupit portas ereas et vectes ferreos cōfregit et expoliauit infernū:ꝛ obstruxit et ligauit diabolū.ergo nō est fortis si/cut xp̄s deus nr̄.Itē superauit et cōfregit arcū superstitionis idolatrie et cōfregit ꝛ cōminuit oīa idola:et eiecit diabolū et p̄ncipem huius mundi foras et eiecit ipsum de corpibus obsessis:et de aīabus hoīm per baptismū et ecclesiastica sacr̄a ergo arcus fortiū superat⁹ est a xp̄o:q: oēs fuerūt subiecti iugo eius.¶ Itē arcus et sapientia pha/riseorum et falsa supstitio sacerdotū gentiliū fuit cōfusa per ap̄los xp̄i:et oēs sapientes huius mūdi fuerūt superati et xp̄o subiecti vt p̄z Act.xviij. Itē arcus et ptās sacerdotalis ꝛ sceptrū regale ꝛ iudiciale iudeoꝝ fuit superatū et ablatū per xp̄m ꝛ tota scīa eorū cōfusa in cōspectu ap̄loꝝ vt p̄z p totum discursuz actuū apostolorū:ideo subdit q̄ apostoli infirmi et simplices et ignari et plebei accincti sunt et armati robore et fortitudine se/ptem donoꝝ spiritussancti in die pen. per quos apostolos sic accinctos ꝛ roboratos xp̄s subiecit

Lex vet⁹ est pre/paratio ad euangelium.

Solus xp̄s for/tis et sapiens.

totum orbem et in virtute armorū xpi cōfregerūt arcū demonū et pncipuʒ mūdi: et electo diabolo foras subiecit reges ꝛ pplos gētiliū iugo suo. Vñ p imperatorē nō piscatorē: sʒ p piscatorē subiecit ꝛ lucratus est imperatorē et pplm. Ex quo pʒ ꝙ i hoc ondit xps suā fortitudinē esse sup oēs: et esse diuinam qꝛ accinxit fortitudine et robore infirmos ꝛ simplices et p eos supauit arcū demonū et pnci|pum ꝛ phorū et iudeorum. Deinde cū cum dicit.

viij. q. j. c audact. Repleti prius pro panibus se locaue
xciij. d. c legimus runt et famelici saturati sunt.
Donec sterilis peperit plurimos et
tho. xliij ꝙ multos habebat filios ifirmata est
sapi. xix Dominus mortificat et viuificat et
Ro. xiij. deducit ad inferos ꝛ reducit.
et. xxij. q. j. ca. magnum. Dominus pauperē facit et ditat humiliat et subleuat.
de pse. d iiij. prosple. Suscitat de puluere egenum: et de stercore eleuat pauperē: vt sedeat cuʒ principibus et soliū glorie teneat.

¶ Ondit qualr xps est dñs sciarū et bonorū spūaliū qꝛ transtulit bona spūalia grē a synagoga in ecclesiā. Et sic ecclesia agit grās qꝛ recepit a xpo bona spūalia. s. ecclesiastica sacra et intelligētiā legis et prophetarū quam ante possidebat synaga: et sic xps obcecauit synagogam propter eius maliciam. et illuminauit ecclesiā: ex pplo gentili. Unde synagoga que ante erat repleta bonis spiritualibus: nunc obcecata mēdicat sciaʒ et intelligentiam sacre scripture sed ecclesia est saturata ideo dicūt iudei qui prius erant repleti bonis spiritualibus: modo post duplicationē euangelij locauerūt se p panibus. i. p cibis spūalibus: qꝛ cōtinue laborant et nō pñt attingere intelligentiā scripture nec alia bona grē: sed gentiles famelici qui nunꝙ habuerunt legem: nec pphetas: nūc saturati sunt postꝙ se xpo et fidei subiecerunt: ꝛ ita pariter apli qui erāt ignari ꝛ idiote postea sunt saturati intelligentia sacre scripture. Iudei autē vadunt mēdicando: de qbus dicit psal. lviij. ipsi dispergent ad manducandū: si vero nō fuerint saturati murmurabunt. Itē in cantico virginis marie Luc. j. Esuriētes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Dicit ergo ꝙ iudei prius repleti mēdicauerunt panes carnales et priuati sunt panibus spūalibus: sed gētiles famelici saturati sunt donec p qꝛ siue p postꝙ. i. postꝙ aut qꝛ gētilitas quōdam sterilis peperit plurimos filios xpo per regnationē baptismalē. Et synagoga que mltos habebat filios. s. pf iarchas ꝛ pphetas ꝛ fideles nūc aūt postꝙ negauit ipsum infirmata et orbata est: qꝛ nullū filiū generat deo: sed carni tm̄. Ecclesia auteʒ xpi iugiter generat filios xpo per baptismū: et iō successit synagoge i hereditatē ꝛ bonis spūalibus. de qua esa. liiij. Letare sterilis que nō pturis qꝛ multi filij deserte magis ea ꝙ hʒ virum ꝛc. Et sic synagoga mortificata fuit in partu et ecclesia viuificata: iō subdit dñs mortificat synagogā, cū filijs suis sed viuificat gentilitatē ad vitā grē in pñti et glorie in futuro: et dñs deducit iudeos ad inferos qꝛ condēnat eos ad penam eternā sed gentiles qui erant in ptāte diaboli reducit de inferno et morte ad vitā: et etiā dñs deducit iudeos ad inferos post publicationē euangelij: sed reducit de inferno oēs fideles veit. te. vnde reduxit illos qui expectarūt suuʒ aduentū: sed deducit ipsos qui ipsum nō receperunt. Item dñs iesus xps facit pauperem populū iudaicū auferendo ipsi regnū et bona grē: sed ditat pplm gentilem et ecclesiaʒ suā cōferendo bona grē et glie et humiliat pplm iudaicū in captiuitatē tpalē et spūalem subijciendo sed subleuat pplm gentileʒ legē libertatis cōferendo et a pctō liberando: qꝛ abstulit ab illo: et dedit ipsum genti facienti fructum. Iudei aūt qui ante erant filij regni: postea priuati et abdicati missi sunt in tenebras exteriores Mat. xxij. Et iudei fuerunt mortificati et humiliati. Gentiles autem viuificati et exaltati et subleuati. Item dñs iesus christus nō solū trāstulit bona spūalia gratie a synagoga in ecclesiam sed etiam regnum et sedem sacerdotaleʒ: quia de cōuersis ex populo gentili fecit sacerdotes in ecclesia: et iudices habentes spiritualē iurisditionē et fecit reges habentes secularem ptātem. Et nō solum transtulit a synagoga bona gratie in ecclesiam: sed et bona glorie. vnde subdit ꝙ dñs iesus xps in suo aduentu suscitat populuʒ gentilem de puluere idolatrie: et eleuat ipsum pplm gentileʒ pauperem de stercore et spurcitia idolorū conferendo ipsi regnuʒ ꝛ sacerdotium: vt sedeat in ecclesia cum principibus: qꝛ prelati ecclesie tenent locum apostolorum qui fuerūt pncipes ecclesie. Et sic prelati cōuersi de pplo gentili sedent in ecclesia in sede apostolorū tanꝙ successores et nō solū xps subleuauit istū pauperem et sublimauit vt sedeat in hac ecclesia militanti: sed etiam, vt teneat soliū glorie in ecclesia triūphanti post hāc vitaʒ. Et sic ppls gētilis nō solū successit in bonis grē sed etiam in bonis glorie. Deinde cum dicit.

Dñi enim sunt cardines terre: et po| xxiij. q. v
suit super eos orbem. c. pdest.
Pedes sctōrum suorū seruabit: et im xxij. q. j
pij in tenebris conticescent qꝛ nō in monet.
fortitudine sua roborabitur vir. xxiij. q. j. qd culpatur.
Dñm formidabunt aduersarij eius:
et super ipsos in celis tonabit. xxxi. d. c
Dñs iudicabit fines terre et dabit erubescant.
imperiuʒ regi suo: et sublimabit cornu christi sui.

¶ Confirmat oīa supradicta. Nā dictū est ꝙ dñs iesus xps cōfregit arcū fortiū: et accinxit ifirmos robore ꝛ saturauit famelicos: et priuauit repletos bonis spiritualibus et multiplicauit gentilitatē sterilē et minorauit: et infirmauit fecundam synagogaʒ ꝛ orbauit eā filijs ꝛc ꝙ dñs mortificauit et

bumiliauit synagogã ꝛ viuificauit ꝛ sublimauit gẽtilitatem. Et dictũ est etiã ꝙ dñs iesus xps sublimauit pplm gentilez in regnũ ꝛ sacerdotiũ in ecclesia: qꝛ ex pplo gẽtili fecit doctores ꝛ martyres et prelatos ꝛ sanctos ꝛ sublimes viros in scia ꝛ vita ꝛ doctrina. Hic autẽ confirmando supradicta ostẽdit ꝙ xps hoc nõ fecit ex meritis precedẽtib' illius populi: sed de summa mia et bonitate qui voluit eos eligere ꝛ quia voluerunt xpo obedire ideo apostoli ꝛ gẽtiles qui venerunt ad fidem: nõ sunt exaltati ex propria fortitudie nec ex proprijs meritis: sed ex sola dei mia et oĩpotẽtia ideo subdit: ꝙ ideo dñs iesus xps eleuauit illũ populum de stercore idoloꝝ: ꝛ eleuauit pauperẽ cetum apostoꝝ de puluere ignorãtie ꝛ sublimauit ecctiã de pauperibus congregatã in sedẽ potestatis sacerdotalis et grẽ et glorie: qꝛ cardines terre sunt dñi .i. qꝛ iesus est dñs cardinuz terre ꝛ posuit sup eos orbem: et loqtur hic metaphorice. q. d. sicut dñs i pncipio creauit cardines mũdi. s. polũ articũ et antarticũ: et ↄstituit orbẽ super eos: qꝛ totus orbis vertitur sup istos duos cardines: ita pariter dñs noster iesus xps cõstituit apostolos et prelatos tanꝙ cardines ꝛ posuit orbẽ ecclesie sup eos. Nã tota ecclesia vertitur et gubernatur ꝛ regitur sup prelatos et doctores ꝛ sacerdotes tanꝙ celũ sup cardines: ꝛ sup cardinũ polos: ꝛ sicut ianua vertitur et cõseruatur: sic sancti et prelati et sacerdotes dicuntur cardines terre sup quos xps fundauit et posuit orbem ecclesie dicit ergo ꝙ apostoli et prelati ꝛ sacerdotes ꝛ sancti viri sunt cardines terre. i. ecclesia domini: qꝛ dominus posuit orbem terre ad gubernãdũ et regẽdũ: nec tamẽ ipsi plati possunt regere et gubernare ecclesiam ex suis proprijs viribus sed ex solo auxilio christi iõ subdit: ꝙ dñs iesus xps seruabit et diriget pedes sanctoꝝ et prelatoꝝ et sacerdotuz et suoꝝ fideliũ in regendo seipsos et ecclesiam: et dabit eis os et linguã et sapiaz ad loquẽdum ante reges et psides et ad cõfundendum iudeos et reges et tyrãnos. Impij autẽ iudei qui xpm noluerũt recipere: nec eius doctrinam euangelicam: conticescent in tenebris ignorantie obcecati: hoc autem fuit impletum Act. ij. Nã Petrus homo piscator et simplex fecit tacere oẽs scribas et phariseos et p sacras scripturas probauit eis xpm. esse messiaz in lege promissum. Unde principes sacerdotũ ꝛ scribe et pharisei abierũt cõfusi tanꝙ ceci tenebrosi Itẽ quãdo stephanus disputauit cum eis nõ poterant resistere sapientie et spũi qui loquebatur. et hoc accidit iudeis qꝛ confidentes in sua scientia noluerũt recipe doctrinã euãgelicã iõ subdit. qꝛ in fortitudine sua roborabitur vir sed apli qui processerunt ad bellum armati armis xpi euãgelicis iõ cõfuderũt iudeos et tyrãnos qꝛ xps seruauit ꝛ direxit pedes eoꝝ ꝛ ideo subdit ꝙ dñm iesuz xpm formidabũt oẽs aduersarij eius taz iudei ꝙ reges et pncipes et tyrãni et sup ipsos in celis tonabit qꝛ sonus et tonitruus legis euangelice tonuit sup oẽs pplos mũdi cũ signis et prodigijs. Et sic incubuit timor sup eos intantum ꝙ totus populus gentilis se subiecit iugo christi ideo sub

Prelati sunt cardines.

dit dñs iesus xps iudicabit fines terre qꝛ dñs pdabit imperium xpo regi filio suo ꝛ exaltabit cornu in regnũ christi filij sui. B ¶ Unde est aduertendum ꝙ christus in pmo aduentu iudicauit mũdũ iudicio discretiõis et deus pater dedit ipsi imperiũ et ptãtẽ in celo, et in terra in die ascensiõis et exaltauit cornu eius: cum fecit ipsum a dextris suis sedere. Sed tale dominiũ et imperiũ magis erit manifestũ in scdo aduẽtu: quãdo veniet christus in potestate magna et maiestate: et tunc iudicabit oẽs gẽtes et nationes: et cognoscẽt et videbunt iudei quẽ pupugerunt et crucifixerunt et cognoscent tyrãni quem persecuti fuerũt: et indifferẽter oẽs cognoscẽt et manifeste videbũt christũ esse verum deum et redemptorem: et messiaz in lege promissum et qualiter deus pater dedit ipsi imperium vniuersale: et qualiter exaltabit regnũ suum in celo et in terra et in inferno. ¶ Ex supradictis patet etiam ꝙ ista mulier prophetissa duplicem spiritũ propheticum habuit in hoc cantico de quo dictum est in plogo tractatu secũdo et tertio. Sed ceci iudei hoc nequeunt attingere: ideo manent in solo sensu materiali.

xps mũdũ iudicauit iudicio discretiõis



Cantemus dño. Hoc canticum cantat ecclesia in laudibus ferie quinte: quod quidem canticum cãtauit Moyses cum toto pplo postꝙ illesus transierat inter aquas maris rubri: et pharao cum suo exercitu fuerat submersus: vt patet Exodi. xv. In quo agit gratias de mirabili liberatione sua et de victoria habita de pharaõe et exercitu eius. In quo duo facit. Primo enim agit gratias narrando liberationez suã de mari rubro et submersionẽ pharaõis et exercitus eius. Scdo predicit futuras victorias quas ille populus habuit postea de philisteis et moabitis et chananeis in ingressu terre promisse et predicit possessionẽ illi' terre: et edificationẽ tẽpli futurã. Ibi dux fuisti .i. misericordia ꝛc. Quod quidẽ canticũ est ita clarũ in narratiõe victoriaꝝ ad literã: ꝙ nõ indiget expositione volenti legere que scripta sunt Exo. xiiij. ꝛ per totuz librũ Numeroꝝ et Josue. et in libris regum: quia omnia que ibi predicuntur fuerunt impleta in illo populo. Et ideo licet Moyses non videatur propheta in prima parte huius cantici inquãtuz narrat gesta preterita scilicet liberationẽ factam ꝛ victoriam habitã. Tamẽ nõ potest negari quin sit propheta in scda parte inquãtũ pdicit victorias futuras de moabitis ꝛ philisteis ꝛ chananeis. Videt mihi dubiũ: an in tali prophetia habuerit duplicẽ spm pphetie puta si p futura ꝛ etiam pñtes victorias puidit futura mysteria de xpo et ecctia. vñ dictũ est in plo. libri psalmoꝝ qualr pphete nõ eodẽ mõ: nec sm eundẽ gradũ habuerunt lumẽ siue spm pphetiũ. Nã quidã eorũ habuerũt spm simplicẽ tm: ꝛ quidã habuerũt duplicẽ spm pphetie. vnde illi habuerũt simplicẽ spm qui tm puiderũt futura mysteria in illo pplo sicut nathã ex reuelatiõe puidit regnũ Salomonis et templũ edificãdum p ipsuz. sed de eodẽ mysterio dauid habuit duplicẽ spiritũ pphetiũ. Nã p il

Exo. xv.

dubiuz.

tā ꝑmissionē in spū non solū ꝓuidit successionē regni sui vsq ad captiuitatē babylonis:ꝫ etiā ꝓuidit regnū suū ꝑpetuādū ꝑ xp̄m in eternuꝫ in filijs promissionis. Item Esa. ꝓuidit in spū ꝓphetico captiuitateꝫ babylōis ꝑ caldeos:ꝛ ꝓuidit liberationē futuram ꝑ cyrum regē ꝑsarū:ꝫ ꝑ illā ꝓuidit vltra redēptionē gn̄is hūani futurā ꝑ xp̄m.ꝛ ideo vtrāq liberationē p̄dicit Esai.xlv.vt ptꝫ ibidē ex quo pꝫ ꝙ Esa. duplicē habuit spm̄ i illo.c.ꝛ in ceteris. Itē filij ꝓphetaꝝ et pr̄es eorū ꝓuiderūt Heliā esse tollēdū cū dixerīt ipsi helyseo. Nūqd nosti: qꝛ dn̄s tollet hodie dn̄m tuū a te.iiij.reg.ij.ꝫ in h tātū habuerūt simplicē spm̄:et forsan tm̄ simplicē habuerat de illo mysterio helise⁹ cū r̄ndit. Ego noui silete. Sꝫ forsan ꝑ tūc helyseus nō habebat duplicē spm̄ de illo raptu:qꝛ tm̄ p̄nouerat heliā illa die fore rapienduꝫ:sed nō p̄nouerat illū raptū esse figuram ascensionis xp̄i ⁊c.ꝛ idō helyseus dixit helye. obsecro vt fiat in me duplex spūs tu⁹.i. vt preuideam quid figuret iste raptus tuus:ꝛ qd erit postea de te. Cui respondit helyas. Rem difficilem postulasti ⁊c. Et tunc in ascensu helye factus est duplex spūs super helyseū:qꝛ per illū raptū ꝓuidit in spiritu qualiter xp̄s post passionē ꝛ resurrectionē erat erat ascensur⁹ in celuꝫ:ꝛ qliter helyas debebat preuenire xp̄m in scd̄o aduētu ad p̄dicādum cōtra antixp̄ꝫ ꝛ fortificanduꝫ populū xp̄ianū in fide xp̄i. Ex qbus ptꝫ ꝙ spūs ꝓphetic⁹ duplex:dicebaᷓ ille ꝑ quē ꝓphete interptabātur ꝛ ꝓuidebāt futura mysteria de xp̄o ꝛ ecclesia ꝑ cōtingentia q acidebāt.in ve.te. siue eēnt eis p̄ntia siue futura. Lumē autem siue spūs duplex erat ille qui tm̄ se extendebat ad futura mysteria ve.te.ꝛ non vltra transibat cognitionem prophete. Sed lumen siue spiritus duplex propheticus per mysteria ve.te.ducebat intellectuꝫ ꝓphete in precognitionem mysteriorum noui test.de xp̄o ꝛ ecclia: et talē duplicē spm̄ habuit dd̄ et oēs.iiij ꝓphete maioresꝫ et .xij minoresqꝫ semp inter gesta futura in illo ꝑplo p̄dicebāt aliqua mysteria de xp̄o ꝛ ecclesia figurata i gestis ve.te.vt ptꝫ i Esa.ꝛ Hiere. et ideo est querendum: an moyses in hoc cantico ꝛ in ceteris habuit duplicē spm̄ postꝙ̄ sum⁹ certi de vno spū:puta ꝙ ꝑ liberationē israel de egypto preuidit in spū liberationē gn̄is hūani futurā ꝑ xp̄m. B ¶ Ad qd̄ r̄ndeᷓ sicut dictū est in ꝓlogo psal. quod nihil est scriptuꝫ nec gestum in ve.test. p̄cise gr̄a sui:sed inqꝫtum figurabat aliquod mysteriū de xp̄o q erat finis totius legis qꝛ oīa contingebāt illis in figura.i.Cor.x. et idō dicit Amb. ꝙ ille rub⁹ vbi erat de⁹ d quo de⁹ vocauit moysen q ardebat et nō cōburebaᷓ:figurabat cōmerciuꝫ incarnationis admirabile:et figurabat virginitatem Marie. Et illa virga conuersa in colubrū: ꝛ econuerso cū qua moyses fecit miracula figurabat verbū incarnatū ꝛ hūanatū in q hūanitate fili⁹ dei liberauit mūdū. Itē illa missio moysi ad liberandū ꝛ educendū pplꝫ isrl de captiuitate egypti figurabat q̃lr de⁹ pr̄ erat missur⁹ filiuꝫ in carnē:ꝛ debebat educere fideles ve.te. de lymbo inferni ꝛ de captiuitate diaboli:ꝛ itroducere eos secū in terrā viuētiuꝫ.i.in celestē patriā. Itē ꝑ trāsituꝫ

Quid sit spūs duplex prophetic⁹.


Not. de moyse.

maris rubri/figurabaᷓ q̃liter xp̄s nō debebat trāsferre per aqs baptismales.vnde sicut aq maris rubri ꝓbuerunt iter ꝛ viā hebreis:ad alterū littus salutis ꝛ saluauerunt hebreos:ꝛ submerserunt egyptios:ita aque baptismales mūdāt ꝛ liberāt hominē a pctō ꝛ ducūt ad statū gr̄e in p̄nti ꝛ glie in futuro:ꝫ suffocāt ꝛ extingūt pctm̄. Et sic ppls gētilis ꝑ baptismū liberatus ꝛ deductus ē de captiuitate diaboli ad libertatē gr̄e:ꝛ ingressus terre ꝑmissionis ꝛ subiecto eiusdē:ꝛ victoria habita de chananeis ꝛ philisteis figurabat q̃lr aꝑli debebant ingredi ꝛ superare populū gētilē ꝛ subijcere eū iugo fidei xp̄i.ꝛ quō ecclesia erat edificanda et multiplicāda in pp̄lo gētili ⁊c. et ad hūc sensuꝫ legunᷓ libri moysi in eccl'ia in officio canonico.s.sꝫ ꝓut in eis cōtineᷓ figura ꝛ mysteriuꝫ figuratiuuꝫ nr̄e redēptionis ꝛ liberatiōis facte ꝑ xp̄ꝫ. ꝛ sic non legūᷓ illi libri gr̄a sui:ꝫ ꝓut tota p̄ncipalis intelligētia ordinaᷓ in xp̄ꝫ.ꝛ sic verificaᷓ vꝫ ꝙ moyses q fuit doctor illius ppli in ꝑsona xp̄i ꝓuiderit i spū mysteriū incarnatiōis ꝛ nr̄e redēptionis ꝛ ecclesie ampliatiōis ꝑ illa gesta:ꝛ signa que fecit in egypto ꝛ in trāsitu maris rubri ꝛ in ꝑgressu deserti:ꝛ ꝑ acq̄sitionē terre chanaā ꝛ subiectionē illoꝝ populoꝝ. Et sic ē dicendū ꝙ moy. nō fecit p̄cise hoc canticū ꝑ illa liberatiōe tpali:nec ꝑ illa punitiōe pharaonis. Sꝫ primo ꝛ p̄ncipalr̄ intēdit cantare ꝛ gr̄as agere de vli redemptione futura ꝑ xp̄m et triūpho:queꝫ xp̄s hiturus erat de diabolo prout moyses ꝓuidit in duplici luie ꝛ spū ꝓphetico considerādo illā tpalem liberationeꝫ israelis de egypto:ꝛ de mari rubro:qd̄ qdē lumē aut spūs moysi:ꝫ non esset ita clarus ꝛ distictus sicut lumē dd̄ vt dictū est in ꝓlogo nō tolliᷓ quī dicaᷓ spūs dupliciter postꝙ̄ ducebat intellectū moy. in p̄cognitionē xp̄i ꝛ nr̄e redēptiōis ꝑ illa misteria tūc gesta lꝫ nō viderit ita clare ꝛ distīcte sicut dd̄: eo ꝙ in illo luie ꝛ spū ꝓphetico sunt multi grad⁹ vt dictuꝫ est. Et ideo totū hoc cāticū est exponēdū nō ƀm vnicū solū spiritū ꝓphetice de gestis in illo populo ꝫ ƀm duplicē spm̄ de vniuersali liberatiōe ꝛ redēptione facta ꝑ christū:quā preuidit moyses ꝑ illā liberationeꝫ temporalē particularē. A ¶ Scd̄o est notādū ƀm apostolū iudaꝫ in canonica sua: vt dictū est in prologo ꝙ iesus xp̄us eduxit populū israel de captiuitate egypti. vnde dicit Hiero. in sermone de assumptione virginis ꝙ idem iesus q post incarnationem operatus est nostram redemptionem:ante incarnationē opatus est illa miracula in veteri testamēto. Et sic est dicēdum ꝙ in testamēto vet. iesus opabatur in figura:sed post incarnationē operatus est nostram redemptionem in re: ideo est dicendum: ꝙ iesus prio expoliauit egyptum et liberauit israel de captiuitate: que expoliatio ꝛ liberatio lꝫ fuerit realiᷓ facta respectu illoꝝ:tn̄ figure future expoliatiōis iferni ꝛ liberatiōis ꝛ redēptiōis nr̄e spūalis.ꝛ idō iesus sicut nūc expoliauit egyptū in figura : ita postea expoliauit libū ꝛ liberauit ge. hu.ꝛ idō moy. nō solū cātauit hoc cā ꝑpter illā tpalē liberatiōēs:ꝫ ēt ꝑpter futurā spūalē quā ꝓuidit in illo duplici spū vt dictū est ꝫ ecclia hodie ꝑfectius cantat istud canti.

No. ꝙ iesus eduxit pplꝫ de egypto.

cum principaliter ppter spirituale redemptione et liberatione per xpm factam. Dicit ergo ecclia postq patres ve.te. cantarunt hoc canticu in memoriam illius temporalis liberationis et in figuram nostre redemptionis: cantemus nos iam nuc ipsi agendo gratias de nostra redemptione iam facta rc. Unde.

Exo. xv. ps. cxvij exo. xiiij.



Antemus dño gloriose etenim magnificatus est: equu & ascensorem deiecit in mare.

¶ Cantemus dño nostro iesu christo etenim p q: q: gloriose. i. triuphaliter magnificatus est: non solum tunc egyptu: sed et postea infernu expoliado et fideles vete. testa. inde liberando. Ite equuz et ascensorem: scz pharaonem et equum eius proiecit in mare. Et ponitur singulare pro plurali. i. equos pharaonis cum militibus submersit in mari: quasi dicat. q dominus iesus sicut tunc submersit in mari equos et milites et totum exercitu pharaonis: ita postea submersit diabolum et populu infidelem super quem sedebat et dominabat diabolus. B ¶ Ad cuius intellectum est notandu q totus populus gentilis dicebatur equus diaboli. Nam sicut miles sedens super equum cu freno dnatur equo & regit et vertit ipsum ad libituz ad oem partez: ita pariter diabolus intm dnabatur pplo getili: q cocitabat ipsum ad oem ignominiam & ritus nephandos et ad omnem detestabile superstitione ad oia scelera vt ait apostolus ad roma. j. Eusebi in fine quinti de preparatione euagelica & Aug. per totu. viij. ix. & x. de ci. dei. Ite ois pctor obstinatus dr equus diaboli: eo q cum freno peccati tenet diabolus peccatorem ligatum vertens ipsum ad omne scelus. Un p frenum superbie mouet hoiem ad inuidia et homicidiu rc. & per auaricia mouet hoiem ad vsura et rapinam & furtum: et per luxuria tanq per frenum & chamu ducit hoiem ad adulterium et stuprum et fornicationez et ad sortilegia et maleficia rc. Et sic ois peccator obstinatus dicitur equus diaboli. Sed maxime sedet hodie diabolus super populum iudaicum postq non recepit xpm: & sic impellit diabolus ipsum ad grauiora vt dictu est psal. xiij. et ideo dicit moyses in persona ecclesie: q sicut tunc dominus iesus proiecit equum et ascensorem in mare: ita in suo aduentu proiecit diabolum et equum eius: idest gentilem superstitionem et perfidiam iudaicam supra quam diabolus sedebat postq non recepit christum hos oes infideles et pctores cum diabolo ascendente super eos iesus proiecit in mare rubrum. i. igneum et infernalem: ideo pro tali victoria cantemus dño. Itez cantemus domino iesu xpo: quia.

Popul[9] gentilis dicebat equus diaboli

Esa. xij. **Fortitudo mea & laus mea dñs: & factus est mihi in salutem.**

A ¶ Ad cuius intelligentiam est notandu q tria beneficia recepit ille ppls a deo post trasitu maris rubri. Na primo recepit fortitudine 9 inimicos et vicit amalechitas et moabitas et chananeos. Secundo accepit religione & legem & modum colendi & laudadi deu. Tertio recepit terra pmissionis ad salutem et quiete coru: sed multo amplius et perfectius accepit ista tria populus xpianus a xpo. Primo accepit dona spusancti per que subiecit sibi totum orbe. Scdo accepit lege euagelica que docet veru cultu ad laudandu deu. Tertio accepit septe eccliastica sacra ad salute aie: per que viuit in hac ecclia per gram et in superna eternaliter per gloriam. De primo ergo dicit: q: fortitudo mea. De scdo aut: q: laus mea. De tertio vero q: factus est dñs mihi in salute. Et sic ecclia in generali enumerat. v. bnficia recepta pro quibus tenetur cantare hoc canticu. Primo pro beneficio liberationis de lymbo. Secundo pro beneficio redemptionis. Tertio pro beneficio subiectionis gentiliu. Quarto pro beneficio legis euagelice. Quinto pro beneficio sacrorum siue salutis: sacramentorum. Deinde cum dicit.

Iste deus meus & glorificabo eum: deus patris mei et exaltabo eum. di. lvj. c. nasci. puerb. xviij.

Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius: currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare. exo. xiiij.

Electi principes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerunt eos descenderunt in profundum quasi lapis.

¶ Explicat oia supradicta in spali: & primo explicat miracula facta in exitu egypti et in trasitu maris rubri que fuerut figura expoliationis inferni et nre redeptionis. Scdo explicat miracula et victorias que fecit deus in illo pplo post trasitu maris rubri que fuerut figura cor que fecit xps post suam passione ibi. dux fuisti in mia. ¶ Quantum ad primu dicit ecclia: bene debemus cantare dño Nam iste est deus meus: et ideo glorificabo eum in oibus et iste iesus est deus patris mei Abrae et Isaac & iacob promissus: et ideo exaltabo eum in meis laudibus. Item iste iesus semper fuit qsi vir pugnator pro me. Nam nomen eius omnipotens quod est iesus proiecit currus pharaonis et exercitum eius in mare. vnde notanter dicitur dominus quasi vir pugnator: ad denotanduz q deus in forma viri et hominis erat in mundum venturus rc. C ¶ Notanter etiam dicitur omnipotes nomen eius. Nam iesus quod est nome dei: est nomen oipotentie & summe sapientie & iusticie & mie in cuius virtute: et ad cuius inuocatione moyses fecit oia miracula. Et ideo dicit q nomen dei est ops qd est iesus: q: piecit primo currus pharaonis et exercitu eius in mare et hoc in test. ve. sed postea in no. te. idem nomen dei iesus qui est filius et nome dei sicut dictum est psal. viij. idem nome dei proiecit currus pharaonis: idest diaboli: scilicet perfidiam iudeorum et superstitionem gentilium proiecit in mare inferni. Naz sicut infideles dicuntur equi diaboli: ita etiam dicuntur currus

Iesus nomen omnipotentie.

in quibus fertur et equitat diabolus. Item perfidia et obstinatio et falsa doctrina iudeorum dicuntur currus: in quibus diabolus duxit iudeos ad mare sicut per mare dănationis: ita pariter idolatria et diuinationes et artes magice et cetere detestabiles superstitiones et ritus nephandi erant equi et currus diaboli in quibus ducebat diabolus gentiles per mare huius mundi: sed hos currus et hos equos xps demersit in inferno simul cũ diabolo auriga et ascensore eorum. Item sicut electi principes pharaonis submersi sunt in mari rubro: ita reges et principes gentiliũ et principes sacerdotum qui christũ crucifixerunt submersi sunt in mari rubro et igne inferni: et abyssi inferni operuerunt eos et descenderunt in profundũ inferni: quasi lapis ex pondere suorum peccatorum. Item ipse idem iesus submersit et ligauit et detrusit ipsum diabolum cum principibus suis in profundo inferni et expoliauit lymbum et eduxit sanctos patres. Unde ecclesia ad dñm conuersa dicit.

exo. xiiij xxiij. q. v. §. vict. **Dextera tua domine magnificata in fortitudine: dextera tua domine percussit inimicũ: et in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos. Misisti iram tuã que deuorauit eos sicut stipulã: et in spũ furoris tui congregate sunt aque.**

Stetit unda fluens: cõgregate sunt abyssi in medio mari.

¶ Domine pater dextera tua: idest iesus christus magnificata est in fortitudine illius victorie in expoliando egyptum et infernum: quia ista dextera tua percussit tunc inimicũ pharaonẽ: et postea diabolum: et in multitudine victorie tue deposuisti diabolos aduersarios meos. Item sicut tunc misisti iram tuam que deuorauit egyptios sicut ignis deuorat et comburit stipulas: et sicut in spiritu et vento furoris tui congregate sunt aque ad duas partes et unda fluens et fluxibilis stetit tanquam paries: et abyssi et aque abyssales congregate: idest diuise sunt in medio mari ad duas partes relinquentes iter medium ut transirent filij israel: et postea reuerse sunt ad locum suum et congregate sunt in unum et cooperuerunt egyptios. Ita pariter misisti iram tuam super iudeos et gentiles obstinatos que deuorauit eos. Nam primo Tytus cum exercitu Romanorum deuorauit iudeos: sed pestilentie et guerre deuorauerũt gentiles persecutores xpi. Unde.

exo. xiiij xxi. q. ij. c. visis. exo. xiiij **Dixit inimicus persequar et comprehendam: diuidam spolia: implebitur anima mea.**

Flauit spiritus tu9 et operuit mare: submersi sunt quasi plũbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus dñe. Quis similis tui magnificatus in sanctitate: terribilis atque laudabilis et faciẽs mirabilia. xxij. q. j. ca. magnum.

Extendisti manum tuam: et deuorauit eos terra. j. q. iiij. domini.

¶ Sicut tunc pharao inimicus dixit et proposuit in corde suo. ego comprehendam istum populum et diuidam spolia et implebitur anima: idest desiderium meum ex bonis istorum: et euaginando gladium rc. Sed spiritus tuus flauit: idest cõmouit ventus et operuit mare: et submersi sunt i egyptum quasi plumbum in aquis vehementibus et currentibus: ita pariter diabolus diuiserat sibi spolia totius mundi in quo regnabat per idolatriam. Nam in egypto regnabat serapis et in libya ammon: et in grecia iupiter: et in italia saturnus: et rome mars: et isto modo diabolus sibi diuiserat spolia totius mũdi: et gaudio peccati originalis interfecerat simul omnes filios Adam: et cum gladio peccati actualis quosdam occiderat per superbiam: et quosdam per luxuriam: et sic de singulis. Sed spiritus predicationis christi flauit super mare huius mundi et submersit omnia idola mundi: et eiecit foras diabolum et commouit omnia idola: et submersi sunt iudei et gẽtiles obstinati in aquis infernalibus quasi plumbũ. Item diabolus dominabatur toti mundo et tanquam fortis armatus custodiebat atrium suum: sed venit iesus fortior diabolo et flauit suo spiritu euangelice predicationis per vniuersum orbem et abstulit arma diaboli: idest omnes superstitiones et ritus nephandos in quibus diabolus confidebat et eiecit ipsum foras et detrusit ipsum in inferno. Primo ergo spiritus et potestas christi insufflauit in inferno et confregit portas ereas et vectes ferreos: et expoliauit infernum. Secũdo insufflauit super populum iudaicum et destruxit ipsum. Tertio super idola et populum gentilem. Et ideo subdit. Quis similis tui in fortibus. O dñe iesu xpe quis similis tui magn9 in sanctitate: quia tu es factus etiã principium omnis sanctitatis: et sic es sanctus cũ sanctis: et terribilis contra diabolum et membra eius iudeos gentiles et peccatores obstinatos: et es laudabilis factus a bonis et faciẽs mirabilia non solum in puniẽdo malos: sed etiã iustificando penitentes. Primo tu extendisti manum tuam super pharaonem. Secundo super iudeos obstinatos. Tertio super gentiles et demones et deuorasti eos.

Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti. Et pts Exo. xv.

Et portasti eũ in fortitudine tua: ad habitaculum sanctum tuum. et c. seq. et Nu. q. si p totũ

Ascenderunt populi et irati sunt dolores obtinuerunt habitatores philistijm.

Nu.xx.et xxj. Tunc conturbati sunt principes edō robustos moab obtinuit tremor: ob riguerūt oēs habitatores chanaan.
xij.q.j.nō li dubiū in glosa xciij.d. legim⁹. et xxiij.q j.loqtur Irruat super eos formido et pauor in magnitudine brachij tui.
Fiant immobiles quasi lapis: et donec pertrāseat populus tuus dñe: donec pertrāseat populus tuus iste quē possedisti.
xiiij.q.j. et sola.xj dist.ca. nolite. Introduces eos: et plātabis in mōte hereditatis tue firmissimo habitaculo tuo qđ operatus es domine.
Sanctuarium tuum domine: quod firmauerunt manus tue.
Dñs regnabit in eternū et vltra.

¶ Hic predicit moyses victorias et beneficia que fecit deus post transitū maris rubri: q̄ fuerunt figura beneficiorū que fecit xp̄s post suam passionem. Nam sicut tunc iesus fuit dux illius ppl'i et introduxit ipm in terram promissam: et subiecit ipsi omnes habitatores illius terre: ita post incarnationem et passionē idem iesus postq̄ eduxit et liberauit sanctos patres de limbo fuit dux eorū vsq̄ quo introduxit eos in gloriā celestē. Itē postq̄ liberauit iudeos cōuersos de iugo legis et gētiles de idolorū seruitute: et oēs peccatores de captiuitate diaboli introduxit eos in istam ecclesiā per gratiā et in futurā per gloriā. Dixit ergo ecclesia: domine iesu christe bene fuisti fortis et terribilis contra diabolū et mēbra eius et magnific⁹ in sanctitate erga fideles. Nam deuorato diabolo cum mēbris eius. Tu semp fuisti dux populo tuo quē tuo sanguie et mia redemisti et portasti ipm ad habitaculū sanctū. s. in hāc eccl'iam per gratiā et in supernā per gloriā. Ascenderūt. i. sicut tunc populi amalechitarū ascēderūt et victi sunt: vt p3 exo. xvij. et sicut habitatores philistijm obtinuerūt dolores et timores: et sicut tunc conturbati sunt principes edon dum trāsiret israel per terminos eorū Nume. xx. Ut dū tremor obtinuit robustos moab videntes victoria israel: intm q̄ vocarūt balaā ad maledicendū illū populū. et sicut obriguerūt et obstupuerūt habitatores chanaan: q: nō māsit spūs in eis vidētes israel ita pariter fuit turbatus et obriguit totus populus gētilis et omnes reges terre audientes p̄dicationē apostolorū et signa et miracula que faciebāt: et sic oēs fuerūt subiecti iugo fidei christi: et q: in oībus his moyses loquebat' de futuro nō solū de victoria illius populi per futurum ingressum terre promissionis: sed loquebatur de futura victoria christi et apostolorū et de futura subiectiōe populi gētilis: ideo subdit. irruat sup eos formido et pauor in magnitudine et fortitudine xp̄i brachij tui: et super omnes reges et principes populi gentilis: et etiā demones fiant immobiles sicut lapides ne possint nocere fidelibus do/ nec iste ppl's quē per gratiā possedisti transeat de idolatria et infidelitate ad fidē et legē libertatis et de peccato ad gratiā per baptismū et penitētiā Et introduces eos et plātabis in monte hereditatis tue: s. i hac ecclesia p grām: et in firmissimo habitaculo et tēplo huius ecclesie fundato supra. xij. articulos et supra fundamentū apostolorū et prophetarū: qđ habitaculū tu primo opatus es per salomonē materialr in test. vet. postea spūaliter p xp̄m sanctuariū humanitatis: et postea sanctuariū ecclesie qđ firmauerūt manus tue hic per gratiā et in celo per gloriā. In quo sanctuario celesti dñs regnabit in eternū et vltra. i. nō solum per seculū sed per infinita seculorū secula. Uñ in sanctuario huius eccl'ie dñs iesus xp̄s regnabit in eternū: id est per totū hoc seculū huius mundi vsq̄ ad iudicium: sed in sanctuario celesti regnabit vltra hoc seculū: immo per secula seculorū. Sed vt iungat finem cū principio vnde sumit principiū: ideo dicit exo.xiiij.

Ingressus est enim eques pharao cū curribus et eqtibus eius in mare et reduxit super eos dñs aquas maris.
Filij autem israel ambulauerunt per siccum in medio eius.

¶ Et exponitur vt supra. Ex supradictis patet q̄ totum istud canticū currit duplici spiritu: q: licet ad litterā fuerint realiter et materialiter gesta in illo populo: tamē quia nō fuerūt gesta precise gratia sui: sed prout figurabāt liberationē et redemptionē futurā per christū. Ideo principaliter debet exponi de gñali redēptiōe et liberatione: q: ad hunc sensū cātat mō eccl'ia cāticū istud. iō aduertat lector: vt sciat adaptare singula gesta veteris testamēti singulis mysterijs noui testamenti. Abachuc.iij.



Domine audiui. Hoc cāticū cātatur feria. vj. in laudib⁹: cui p̄ponit' talis titulus. s. oro abachuch pphete p ignorātijs: q̄dē abacbuc fm hiero. fuit ille ppheta quē angelus dñi rapuit de iudea et eduxit ipm in babylonē ad ferēdū cibū Danieli existēti in lacu leonū. Dan. xiiij. Ex quo pat3 q̄ iste abachuc: pphauit tpe babylonice captiuitatis. Sed hoc canticū collocat' in ter. et vl. c. prophetie ipsius abachuc: qđ quidē canticū est difficillimū ad intelligendū. Primo quia est de rebus altissimis. Scđo quia procedit per verba et vocabula metaphorica: et iō est valde insudandū in expositiōe et intelligētia huius cātici: sed quia tota eius intelligētia depēdet ex duob⁹ precedētibus capitulis. Ideo necessario est prehabēda intelligentia duorū precedentiū capitulorū. Ad cui⁹ euidentiam est notandū fm Hiero. in plo. huius prophetie: q̄ iudei existētes in captiuitate babylonica: et etiā pauperes manētes in iudea sub seruitute dura vidētes stragē et excidiū hierusalē et tēpli factū p nabucho. et caldeos: et vidētes se indigne et dure vexari et affligi i illa captiuitate: et vidētes nabucho. hoiem ipurū et scelleratū mirabiliter psperari

rari & sibi omnes natiões & reges sub iugare: & videtes eũ in tantã supbiã eleuatũ q fecerat statuã aureã in qua se pceperat ab oibus nationib' ado ri. Dan. xiij. & xiiij. Tunc ergo multi fragiles de populo iudeorũ inceperũt dubitare de diuina prouidẽtia & iusticia: quare pmittebat hoiem tã scele ratũ regnare: & iudeos deũ colẽtes per inimicos dei ydolatras affligi intm q multi iudeorũ decli nabãt ad superstitioes gẽtiliũ. Tũc ergo abacbuc pp heta videns fragilitatẽ et errorẽ illius populi ex debilitate fidei nõ in persona sui cũ esset sctũs & ppheta sed in persona fragiliũ illi' populi appellat deum ad disceptãdũ cũ eo quare vult talia Vñ dicit in. j. c. Usqquo dñe clamabo i hac capti uitate sup. & nõ exaudies: vociferabo ad te vim patiens: & nõ saluabis. Quare ostẽdisti mihi iniquitatẽ & laborẽ videre pdã & iusticiã ptra me. Quare respicis contẽptores & taces pculcãte ipio iustio rem se &c. Et sic in toto isto ca. videt arguere deuz quare pmittit malũ hoiem sceleratũ regnare & psperari & cõculcare ppl'm iudeorũ iustiorẽ se. s. nabu. Nã popul' iudeo colebat verũ deũ & nabucb. colebat idola nepbãda & depredabat: & expoliabat & interficiebat bonos & iustos: & exaltabat et ditabat iniustos & prauos ex bonis iustorum. Ex hoc ptz q abacbuc nõ loquebatur in psona sui cũ esset sanctus & ppheta: licet hec dicebat in psona fragiliũ illius populi qui loquebant ex ignorãtia & temeritate: non cõsiderantes quomodo maiorẽ penam meruerant scelera & peccata que ppetrauerunt contra deum. Itẽ ignorabant qualiter virtus in infirmitate pficitur et examinatur sicut aurum & argentũ in igne. Et quomodo iste afflictiones cedebant in punitionẽ malorum & in augmentum meritorũ bonorũ. Et ignorabant quomõ de' lz ad temp' permittat malos psperari & iustos cõ culcari propter rõnes iam dictas. Tamẽ finaliter non obliuisceretur malos punire et liberare & cõso lari bonos: et retribuere premiũ pro meritis & pa tientia habita in aduersis. Et sic dauid in persona talium fragiliũ fecit psal. lxxij. q incipit. Quaz bonus israel de' his q recto sunt corde: vbi dicit. mei aũt pene moti sunt pedes: & pene effusi sunt gressus mei. q zelaui supra iniquos pacem pecca torũ vidẽs &c. Tñ postea dauid in persona sui inquantũ fidelis dicit. Mihi adherere deo bonum est &c. Ita pariter fecit hic ppheta abacbuc. Naz postq in. j. c. exposuit qrimoniã ex parte illi' populi afflicti. Jõ. c. ij. ponit rñsionẽ dei ɔsolãtis ipsum: et promittẽtis punitionẽ nabucho. & oim sceleratorũ: & pmittẽtis liberationẽ illi' ppli & oim iustoꝝ. Et iõ in. iij. c. ponit cãticũ ipsius abacbuc agẽtis grãs dõ ṽm redẽptiõe & liberatiõe ipsi promissa. Ibi dñe audiui &c. ¶ Quantũ ergo ad scdm ponitur diuina rñsio. Unde dicit abacbuc. Super custodiã meã stabo. q. d. postq exposui querimoniã ex parte populi afflicti: ego stabo super custodiã meã. i. in altitudine cõtemplatiõis expectãdo diuinũ respõsuz. Sicut stat speculator in alta turri et speculat expectãdo si venerit aliqs ptra ciuitatẽ: ita ego expectabaz ad forẽ futurũ & qd mihi respõderet dñs. Nã pphe speculatores dñi i populo Eze. iij. & xxxiij. iõ subdit & rñdit mihi dñs & dixit. Scribe visũ & explana eũ sup tabulas: vt pcurra t qui legerit eũ: q adhuc visus pcul. Et apparebit in finẽ: & nõ mẽtiet. Si morã fecerit: expecta illũ: q veniẽs veniet: & nõ tardabit. Et q incredulus ẽ nõ erit recta aia ei' in semetipo. Iust' aũt ex fide viuit &c. C ¶ Ex ṽbis dñi rñdentis sequũtur qttuor ɔclusiões. Prima q adhuc fuit verus propheta p hoc q dicit: q ipse erat fixus in custodia & altitudine contẽplatiõis: & dñs rñdit ipi. Ex quo pz q reuelauit ipi futura mysteria sup his q querebat: & ptulit sibi lumẽ ppheticũ ad interpretandũ & explanandũ ṽba dñi per hoc q subdit et plana supra tabulas &c. Scda seqtur q ista q de' hic pnunciat & reuelat nõ erãt de ppinquo: sz in fine mũdi faciẽda p h q subdit: q adhuc visus pcul: & apparebit i finẽ. Tertia seqtur: q iste messias quẽ pmittit venturũ: his erat venturus in mundũ. Primo ad liberanduz et saluãdũ fideles & iustos Secundo in fine mũdi ad iudicandũ bonos & malos dans bonis premiũ & malis penã eternã: p h qd subdit. Si morã fecerit expecta illũ: q ecce veniens in primo aduẽtu veniet in scdo sup. Quarta sequit q xps in suo aduentu erat daturus vitã gratie & glie credẽtib' in eũ: p hoc qd subdit. Ecce qui incredulus est nõ erit recta aia eius: q iust' ex fide viuit. Iste ergo supradict' iudex pmissus est a deo ipi abacbuc ventur' ad satisfaciendũ querimonie: sue. s. ad puniẽdũ malos & liberãdos fideles de ptãte infideliũ & ipiorũ. ¶ Sed est aduertẽdũ q ille ppl's captiuus nõ curabat de afflictiõibus alioꝝ pplorũ: nec de captiuitate spũali i qua totũ gen' hũanũ iacebat sub ptãte diaboli. Nec curabat de prĩbus cristẽtib' in limbo inferni: sed solũ curabat de afflictiõe sua tpali: & ideo nõ petebat nisi vindictã corpalẽ de nabucho. Et de caldeis eos affligẽtib': & de liberatiõe tpali eoꝝ: vt libere possent redire in hierl'm illã materialez. Sed de' q est oim hoim creator & ɔseruator. Jõ oẽsde bebat liberare nõ solũ in corpe: sed principaliter in aia: & iõ plura pmittit q populus ille petebat Et sic de' nõ solum puniuit Nabucho. & caldeos qui affligebant illũ ppl'm: sz etiã diabolũ q tyrãnice tenebat totũ genus humanũ in captiuitate et nõ solũ liberauit illum populũ de illa babylonica captiuitate tẽporali: sed etiã liberauit totum genus humanũ de captiuitate diaboli spũali: et ideo primo de propinquo puniuit vindictã cõtra Nabucho. & filiũ eius Enilmedorach et Baltbasar nepotẽ: et' simul cũ ciuitate & regno babylonie Exinde pmittit liberationẽ illius populi per Cyrum regem persarũ: sed postea xps in primo aduẽtu liberauit spũaliter gen' humanũ p mortẽ et passionẽ suaz: & puniuit diabolũ & eiecit ipsum foras Et postea in scdo aduẽtu totaliter puniet in eternum diabolũ cũ mẽbris eius: & premiabit bonos in eterna felicitate. Et sic expoliatio & destructio babylonis fuit figura expoliatiõis & destructiõis regni diaboli. B ¶ Ad cui' maiorẽ intellectũ est iterũ notandũ q sicut tota ecclia xpi & ciuitas dei dr hierl'm: eo q est visio pacis: & quia incepit & deriuata ẽ ab illa hierl'm materiali: vt sepi' dictũ est

no. mis/deuiant ppt exẽplũ malum.

Nota.

¶ Adducit sextum mysterium. Unde legitur Josue.x. ꝙ videtes gabaonite victorias et virtutes quas dominus fecit per Josue et filios israel cōfederati sunt cum eis. Sed videtes quinq; reges illius terre ꝙ gabaonite qui erant gentiles et cōfederati essent cum filijs israel tunc congregati venerunt simul cum exercitibus eorū ad destruēdos et delendos gabaonitas. Et sic castrameta ti sunt circa gabaon oppugnantes eam. Sed gabaonite miserunt nūcios ad Josue: vt veniret ad auxiliandum et liberandum eos. Tunc autem Josue cum exercitu suo venit galgalis: ꝛ irruit super quinq; reges ꝛ percussit eos plaga magna et persecutus est eos vsq; ad azecha et maceda. Et tūc dominus misit super chananeos lapides grandinis de celo. Unde mortui sunt multo plures lapidibus grandinis ꝙ gladio. Tunc ad preces Josue stetit sol in medio celi ꝛ luna ex aduerso per totam diem non decumbentes ad occasum prebentes lumen filijs israel preliantibus vsq;quo diuiparūt exercitū quinq; regum: quos quinq; reges postea Josue precepit suffocari et suspendi. Et sic gabaonite fuerunt liberati et tota terra chanaan: cum regibus suis fuit subiecta filijs israel et cetera. Per hoc mysterium preuidit abachuc in spiritu totam victoriam ecclesie et subiugationē totius populi gentilis ad fidem saluatoris domini nostri iesu christi. ¶ Unde preuidit prio qualiter christus debebat mittere apostolos et discipulos per vniuersam regionem et orbem: vt docerent et instruerent et predicarent euangelium omni creature tam paganis ꝙ gentilibus et ceteris nationibus ꝛc. Et quomodo vna pars de populo gentili videntes virtutes et signa que faciebāt apostoli in virtute nominis christi debebant confederari cum apostolis in ecclesia christi sicut gabaonite. Preuidit etiam qualiter reges et principes terre videntes ecclesiam de populo gētili ad fidem conuersam debebant ipsam persequi crudeliter et multa milia martyrū occidere in ea vsq; ad magnum Constantinum. Sed christus per solem figuratus debebat stare in medio celi ꝛ respicere ecclesiam figuratam per lunam et illustrare eam contra reges gentium. Et preuidit etiā qualiter christus debebat mittere tempestates et pestilentias et terremotus et multa alia incommoda contra populum gentilem et vindictā martyrum sed finaliter ecclesia figurata per Josue in lumine et virtute nominis Jesu qui est sol iusticie debebat subiugare oēs reges terre cū toto populo gentili ad fidem christi. ¶ Hoc ergo preuidens abachuc in spiritu dicit. O domine sicut sol et luna steterunt vnusquisq; in habitaculo suo tēpore Josue non declinando ad occasum. In cui⁹ lumine Josue vicit quinq; reges ꝛ dissipauit exercitum eorum per lapides grandinis missos de celo. Et postea subiugauit totam terram chanaan cū regibus suis: ita in tuo aduētu sol qui est christus et luna que est ecclesia stabunt firmiter in habitaculo suo: nec poterunt vinci: nec deleri a populo gentili: immo apostoli et martyres ibunt in luce sagittarum tuarum et fluminum euangelicorum: et in splendore tue haste et fortitudinis euāgelice fulgurantis et mittentis radios euangelicos per vniuersum mūdum illustrando apostolos et terrendo gentiles infideles signis et miraculis. et sic.

In fremitu conculcabis terram: et in furore obstupefacies gentes. Actu.ij.

¶ In fremitu et sonitu predicationis apostolorum conculcabis terram vniuersam et in furore tuo. scʒ cum miraculis et punitionibus obstupefacies et terrebis gentes: et sic venient et conuertentur ad fidem. Nam constantinus percussus lepra cognouit virtutem christi per baptismum sanatus: et sic conuersus. Ad cuius exemplum pro maiori parte omnes reges et principes europe fuerunt ad fidem conuersi et christo subiugati. Hoc idem factum est in partibus aquilonaribus et orientalibus vt patet p ecclesiasticam hystoriā Deinde cum dicit

Egressus est in salutē populi tui: in salutem cum christo suo.

Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsq; ad caput.

¶ Explicat veritatem supradictarum figurarum Nam ipse dixit: ꝙ in supradictis sex mysterijs preuidit figuraliter in spiritu futurum saluatorem mundi et mysterium incarnationis et generalis redemptionis et conuersionis populi gentilis ideo nunc applicando figuratum figure explicat veritatem. vnde ait. O domine deus sicut nunc exiuisti in salutem populi tui per asa qui liberauit hierusalem de manu zara regis ethiopū ij. Paral. xiiij. et liberasti populum de manu casam othonie. Judicum .iij. Et liberasti illas octo animas per Noe de diluuio: et liberasti filios israel p moysen. Et liberasti gabaonitas p Josue ꝛ subiugasti oīa regna chanaan ꝛc. ita ergo reali-

ter tu in medio annorum eris ingressus in salutem et redemptionem generalem et spiritualem populi tui fidelis. Et nō venies in salutē populi tui et ad saluādum populuz tuū cū othoniel: nec cum gedeon: nec cum noe: nec cum iosue: nec cum moyse sicut quōdam fecisti: sed egressus es in salutem populi. i. ad saluandum populū tuuz cum christo tuo Jesu in lege promisso cui proprie cōuenit saluare qz ideo dr iesus. i. saluator quasi dicat q tunc misisti illos supradictos ad liberandum illum populum temporaliter. Sed in plenitudine tēporis mittes filium tuum Jesum christuz ad saluandum et redimendum genus humanum spiritualiter de morte eterna et captiuitate diaboli. Et loquitur de futuro per verba de preterito ppter certitudinē prophetie: sed qz xps debellando et cōterendo diabolū et membra eius liberauit genus humanū. ideo subdit: tu christe saluator in tuo aduentu percussisti et contriuisti caput de domo impij. idest pcussisti diabolū qui est caput domus impie et ciuitatis terrene babylonis magne meretricis. cum qua fornicant omnes reges terre et infideles et obstinati peccatores. de ista ergo domo impij percussisti eius caput scilz diabolum et denudasti fundamentum eius vsq ad collum. D ¶ Ad cuius intellectū est notandum fm Eusebiū. v. et. vi. de prepara. euange. Et fm Aug. per totū. viij. et. ix. x. x. de ciuita. dei q totum fundamentū diaboli quo dñabatur totimū do erat falsa superstitio. Naz oēs sacerdotes idolorum erant dediti magicis artibus: z sic oēs nigromantici et diuinatores et horoscopi: z aruspici et hidromantici z geomantici et obseruatores astrorū z mensiū et dierum. Et sic cum his falsis artibus que nō cōtinent in se nisi mendacium decipiebant reges et populos: immo sacerdotes arte humana faciebant quosdā occultos subterraneos meatus et ibi loquebant et per quasdam fistulas et rimulas mittebant vocem vsq ad cōcauum idoli aut statue. z sic videbat populo q idola loquerentur et darent responsa de quesitis: vt apparet Dan. xiiij. de idolo beli. Et isto mō idola dabant falsa et deceptoria responsa et precipiebant fieri nephanda sacrificia et ludos scenicos et nephandos ritus in populo gentili. Et cum hoc fundamēto diabolus adorabatur et dominabatur in toto mundo: sed venit christus et misit apostolos suos per totum orbem ad predicandam virtutem euangelicam omni creature: qui quidem apostoli dixerunt falsitatem et deceptionem omniuz superstitionum falsarū ipsorum sacerdotum. Nam in presentia apostolorum nō poterant idola dare responsa: vt ptz in hystoria beati Bartholomei z Mat. immo idola ruebant et cōminuebantur et sic apparebat deceptio z artificiuz quod ibi latebat ad decipiēdos populos Et tunc populi visa manifesta deceptione idolorum z visa veritate euangelica cōuertebātur ad xpm: sed super. z tiosa deceptio magis patuit et fuit manifesta post conuersionē magni cōstantini per totum orbem. Et ideo oēs reges terre q an propter idola persequebantur christianos. Tunc

(margin: falsa superstitio fecit regnare diabolū)

ppter christum deleuerunt omnia idola mundi. Et sic illa falsa superstitio que erat diaboli ad decipiendū inuenta q per tot tēpora fuerat coopta z occulta: tūc fuit denudata z manifesta et sic diabolus priceps hui⁹ seculi eiect⁹ est foras. Et hoc est qđ intēdit dicere ppheta. vñ ait. O xpe quando egressus es in salutem ppli tui: tūc percussisti caput diabolicum de domo impij: et denudasti z detexisti fundamentum eius vsq ad collum. Et loquitur metaphorice. Nam sicut mulier quandoq habet multas indispositiones et imperfectiones: sed cooperit se cuz vestibus et caligis a planta pedis vsq ad collum qz facies nō potest agere et sic cooperit oēs defectus occultos: sz si quis denudat et detegit eā a planta pedis vsq ad collum: tunc videbūtur oēs eius defectus qui sub veste latebant. Ita pariter est dicendum de illa falsa superstitione: quia erat velata et tecta multis falsis apparētijs ad extra inquantū qsq fingebant religionē et virtutē in apparentia: sed intus latebant multa nephanda abominanda et detestabilia vt pz in bacchanalib⁹ bacchis in nocturnis dee veste et veneris zc. Sed venit xpus et detexit z denudauit istā falsam superstitionē per oēs partes vsq ad collum et faciem vbi apparet veritas rei. Bis ergo christus percussit caput de domo impij: et denudauit fundamentū eius vsq ad collum. Primo quādo descendit ad infernum qui est domus dei impij. Ibi enim percussit et cōtriuit et iudicauit eum et nudauit et expoliauit lymbum et etiam purgatorium quod erat fundamentum eius. Secundo percussit diabolum caput impie domus et ciuitatis terrene: quando eiecit ipsum a populo gentili: et nudauit et manifestauit falsitatem superstitionis. Sed quia diabolus cum angelis suis apostaticis nō fuit eiectus de mundo: nec eijcitur ab homine nisi per baptismuz et exorcismum vbi dicitur ipsi. Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam et recede ab hoc famulo dei zc. Ideo subdit propheta in persona ecclesie.

Maledixisti sceptris ei⁹ capiti bellatorum eius venientibus vt turbo ad dispergendum me.

(margin: Osee. vij. abacuc. iij. capi. et. xv. di. q lectis.)

¶ O xpe tu per baptismum et exorcismum maledixisti diabolo capiti omnium bellatorū et oium tentationum z vitiorum que pugnant cōtra nos Et maledixisti sceptris eius. i. oibus demonibus subditis sub sceptro et dominio eius venietib⁹ vt turbo ventorū z acies et turba bellatorū ad dispgendū et dissipanduz me. Dia ista dixit ppheta: qz in baptismo et penitētia non solū eijcitur diabolus et maledicitur: sed etiam oia pctā z tentationes que iugiter pugnant: et conantur dispergere nos. Item cum christus nō solum maledixit diabolū: sed etiā sceptra eius. s. oēs iudeos et infideles obstinatos qui iugiter conantur dispergere et destruere ecclesiam. Et ideo subdit.

Exultatio eorū sicut eius qui deuorat pauperem in abscōdito.

¶ Exultatio eorum impugnãdo cõtra ecclesiã et populũ xpianũ et contra quenlibet iustum est sicut exultatio eius: id est illius latronis qui deuorat aliquem et pauperẽ in abscõdito: quasi dicat q sicut latro letatur et exultat qñ in abscõdito reperit aliquem et expoliat eum: et ex diuite facit pauperem ita letatur diabolus tentare hominem et deducere eum ad peccãdum expoliando ipsum bonis gratie. Et ita exultauit populus infidelium persequendo et expoliando ecclesiam et populum christianum. Et ita letatus est et exultauit diabolus: quando expoliauit adam omnibus bonis gratuitis et percussit eum in corpore et anima quando inobediens diuino precepto descendere voluit a hierusalem in hierico et incidit in latrones. &c. Et sic pariter exultauit diabolus quando per supradictas falsas superstitiones occupauerat totum populum gentilem. Sed quia christus misit apostolos suos ad debellandum et eijciendum ipsum de mundo. Ideo subdit.

Exo. xiiij. xv. q. i. non est. **Uiam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.**

¶ O domine iesu xpe tu fecisti viaz equis tuis scz apostolis q sunt equi tui per quos lucratus es et pambulasti totum mundum viam ergo fecisti et aperuisti eis in mari huius mũdi: et in luto aquarum multarum fecisti eis viam vt transirent ad liberandum diabolum: et ad auferendum ipsi predam quam tyrannice et cum falso fundamento et superstitione detestabili possidebat. ¶ Et nota q propheta in hoc cantico communiter vtitur verbis metaphoricis et iõ apellat apostolos equos christi cum quibus peragrauit mundum: sicut Esaias appellat eos pedes, cum dicit: q pulchri sunt pedes euangelizantium pacem. Item appellat eos nubes inquantum ferebant et pluebant pluuiam euangelicam Esa. lx. Qui sunt hi qui vt nubes volant &c. Et isto modo abacbuc appellat eos equos trãseuntes maria et flumina lutosa ipsius mundi ad subijciendas insulas iugo christi et hunc modum seruat Esaias. xi. cum dicit: q tũc dominus iesus christus desolauit linguaz maris egypti: et leuabit manum super flumen in fortitudine spũs sui et pcutiet eũ in septẽ riuis: ita vt trãseãt p eũ calciati territuia r siduo pplo meo: &c.

(margin: apostoli dicũtur equi.)

xxiiij. q. viij. legi. **Audiui et conturbatus est venter meus: a voce contremuerunt labia mea.**

¶ Hec est quarta et vltima pars principalis huius cantici in qua agit gratias et explicat consolationem et gaudium quod ecclesia iustorũ habuit de beneficio redemptionis in primo aduẽtu christi et etiam de gaudio quod est habitura in secundo aduẽtu post iudicium: et ideo ista quarta pars primo exponetur de gaudio primi aduentus. Secundo de gaudio secundi aduentus. ¶ Quo ad primum est ergo prenotandum sicut dictum est supra q abacbuc in simplici spiritu preuidit destructionem illius particularis babylonie cum rege suo de propinquo futurã p cyruz: et preuidit propinquam liberationem particularem et temporalem populi iudeorum: sed duplici spiritu prophetico per illã particularem punitionem preuidit generalez punitionem magne meretricis babylonis et generalem redemptionem faciendam per xpm de longinquo. Sed in prima punitione et propinqua preuidit qualiter cyrus erat facturus generale edictuz per omnia regna sua scilicet medorum et assyriorum et persarum et caldeorũ vt omnes hebrei. xij. tribuum tam illi qui fuerunt captiuati per salmanasar et tetbaglasser et trãsmigrati captiuati p nabuchodonosor possent libere redire in hierlm et reedificare templum et ciuitatem reddens eis sacra vasa templi et magnam copiam auri et argenti pro templo edificando. Scilicet ista generalis libertas esset data omnibus israelitis habitantibus per illa regna tamen maior pars renuit redire. Nam de decem tribubus captiuatis per salmanasar aut pauci: aut nulli redierunt: eorum iã erant collocati et radicati in possessionibus et vineis in regno medorum et assyriorum et persarum. De iudeis autem transmigratis et captiuatis maior pars remansit: tamen qr ibi possidebant domos et vineas et oliueta et predia et ceteras possessiones: ideo noluerũt illa relinquere tamen qr timebant laborem et pericula itineris et sic plures manserunt in babylonia q redierunt quod ptz. Nam hester et asuerus q fuerũt per magnum tempus post relaxatam captiuitatẽ p cyrũ: tunc tẽporis habitabãt in chaldea et media et assyria et perside: et etiã in ethiopia magna multitudo hebreorũ et iudeorũ et de illa captiuitate: vt ptz p totũ discursuz libri hester. Ex qbus ptz q amore bonorum temporaliũ et ex timore laborũ itineris maior pars voluit remanere in illa captiuitate: et minima pars venit ad libertatem. Sed illi qui manserunt in babylonia bene fuerunt puniti: nã post destructionem factam per cyrum et darium tota prouincia chaldeorum passa est grauẽ sterilitatem et pestilentiam hominũ et animalium et multa alia miseranda discrimina et tribulationes: sicut dicũt omnes hystoriographi orientales. et prout prophetauerat Esaias et ezechiel: et quasi omnes prophete minores. Et sic patet q iudei remanentes in babylonia ex amore bonorum temporalium et volentes vitare labores et pericula itineris et contemnentes libertatem et cultum diuinũ iusto dei iudicio inciderunt in maiora pericula et tribulationes: et passi sunt sterilitatem et famẽ et penuriam bonorum temporalium. Per hoc profecto misterium preuidit abacbuc in duplici spiritu prophetico totam cecitatem et obstinationem et iniquitatem in qua manet populus iudaicus. vnde preuidit qualiter christus in lege et prophetis promissus erat venturus inter eos: et debebat eos absoluere a iugo legis: et captiuitate peccati et dare eis legem libertatis et gratie: et vocare eos ad hierusalẽ spiritualem quam ipse edificauerat. Sed preuidit qualiter maior pars iudeorum debebat contẽnere christum messiã et legem libertatis et hoc ppter amorem bonorum temporaliũ. Et sic spõte erat mãsura sub iugo legis et sub captiuitate diaboli ppetua et cõfu

(margin: no. bñ z nolentes facere bonũ p pigritiam.)

ssione babylonis mansura. Et sic puidit qualiter minor pars illius populi erat christū et legē euāgelicam suscepturа: et puidit qualiter illa parua pars que fuit collegiuz apostoloruz: ⁊ discipulorum debebat edificare nouaz hierusalem ⁊ ecclesiam supra firmam petraz que est xps. Et puidit etiam qualiter iudei remanētes in sua obstinatione nō solum debebant perdere oia bona tēporalia sed etiam spiritualia et eterna. Nam primo p quatuor annos passi sunt seditiones ⁊ bella intestina ⁊ furta ⁊ homicidia vt ait Josephus lib. de bello iudaico. Et postea fuerunt obsessi ⁊ intolerabilem inediam passi et tandem fuerunt capti ⁊ partim interfecti et trucidati: et partim capti et dispersi per mundum: et ciuitas fuit euersa ⁊ templum incēsum: ⁊ sic perdiderūt bona temporalia ⁊ etiā spiritualia qꝛ perdiderūt sacerdotium ⁊ sacrificium ⁊ lex fuit desiccata ⁊ arida facta: qꝛ non amplius facit fructum cum sit mortua: ⁊ non solū mortua sꝫ etiā eis mortifera: vt dictū est psal. l. Omnia ergo supradicta preuidēs abacbuc in spū pmo perdolet ⁊ expauescit talem obstinationeꝫ ⁊ sententiam ⁊ dānationē tēporalē ⁊ spūalem obstinatorū iudeorū. Scdo gaudet ⁊ consolatur se esse de illa societate iudeorum ⁊ fideliū q̄ xpm erant recepturi: ⁊ et de illis q̄ cuꝫ xpo erāt in celū ascensuri ⁊ de lymbo liberādi. ¶ Dicit ergo pphета in persona sui ⁊ ecclesie. O domine ego vidi ex reuelatione q̄liter maior pars ppli iudaici dꝫ dānari et in sua obstinatione pmanere. Nā qn̄ tu fueris egressus in salutem populi tui: ipsi non recipiēt te nec doctrinam: immo persequenť ⁊ crucifigent te. Et sic sponte pmanebūt in sua perfidia ⁊ obstinatione et captiuitate diaboli propter quod cōdēnabis eos ad penam et captiuitatem perpetuam in corpore et anima. Itaqꝫ minor pars eoꝝ recipiet legem tuam ex quib' facies populū tuū ⁊ ecclesiā simul cum conuersis de populo gentili. Ideo cum ego audiui ingratitudinem et obstinationē ⁊ dānationem illius populi sic alienati cōturbatus est venter meus id est interiora mea: ⁊ a voce tue reuelationis contremuerunt labia mea ne possint talia proferre et scribere in hoc cantico. Sed qꝛ ex alia parte video me esse de grege et societate illius populi que te receptura est: et debet tecum ascendere in hierusalem spiritualem p gratiam et in supernam per gloriam. Ideo.

vij. qō. j. suggestū ⁊. vj. qō. j sunt plurimi.

Ingrediať putredo in ossibus meis: et subter me scateat.
Ut requiescam in die tribulationis vt ascēdā ad populū accīctū nostrū.

¶ Non timeo labores nec pericula nec passiones et non curo si ingrediať putredo et dolor in ossib' meis et subter me scateat et serpat quicūqꝫ dolor et labor: vt. s. dūmodo requiescam tecum in die tribulationis et dānationis iudeorum: et ascendam tecum ad populuꝫ nostrū accinctuꝫ et preparatū ad ambulandum in lege tua euāgelica: et accīctū ad pugnam contra diabolum: et inimicos fidei. quasi dicat dummodo ego sim de societate et numero tui populi fidelis: ego sum preparatus ad perferendas et tolerandas omnes persecutiones vsqꝫ ad mortem inclusiue. A ¶ Et nota ꝙ propheta appellat diem tribulationis: non solum futurum statum iudeorum in inferno: sed etiam presentem statum in hac vita. Nam de futuro statu non est dubium: quia in secula seculoꝝ cruciabuntur. Sed etiam presens status dicitur dies tribulationis eorum. Nam primo sunt in captiuitate temporali et spirituali sine regno et sacerdotio exules a sua patria et vltra hoc sunt sine lege et fructu legis: quia nullum fructum habent ex obseruantia: quia non solum est eis mortua: sed mortifera. Ideo oratio: ⁊ ieiunia: et oblationes: ⁊ omnia opera legis que faciunt: vertuntur eis in peccatum: vt dictū est psalmo. xlix. et. l. ⁊. cviij. Ideo licet non semper patiantur sterilitatem bonorum temporalium. Tamen semper patiuntur sterilitatem legis: et bonorum spiritualium. Ideo eorum status dicitur dies tribulationis sicut dies legis euangelice dicitur annus benignitatis ⁊ fecunditatis propter abundantiam bonorum spiritualium. psalmo. lxiiij. Sꝫ ꝙ status iudaicus sit dies tribulationis et sterilitatis: probatur: quia post aduentum christi.

Ficus enim non florebit: et non erit germen in vineis.
Mentietur opus oliue: et arua non afferent cibum.
Abscindetur de ouili pecus: ⁊ nō erit armentum in presepibus.

mat. vij. Luce. vj. xxiiij. q. iij. deus dan. ix. c Osee. j.

¶ Ficus: idest lex vetus figurata per ficulneaꝫ nō florebit: quia iam fuit maledictaꝫ per christum ne amplius faceret fructum Matthei. xxj. Et non erit germen nec fructus: nec palmes in vineis illius populi et legis: idest precepta cerimonialia non germinabunt. B ¶ Unde nota ꝙ lex diuina et ecclesia dei ab adam vsqꝫ ad vltimum iustuꝫ dicitur vna scdm Gregorium et omnes doctores vt dictum est in prologo. Sed ista lex aut ecclesia in sacra scriptura quandoqꝫ appellatur vinea: cuius palmites sunt christi fideles. Quandoqꝫ appellatur oliua: cuius rami sunt fideles. Quandoqꝫ dicitur aruum seu ager: cuius fructus et segetes sunt fideles. Quandoqꝫ appellatur ouile dei: cuius oues sunt fideles. Sed post aduentum christi omnes iudei obstinati fuerunt abscisi ab hac oliua et vinea et agro et ouili: in quorum locis fuerunt inserti conuersi de populo gentili: vt ait apostolus ad Romanos. Iō ista vinea et oliua ⁊ ager non facit eis amplius fructum: quia lex iam fecit et protulit fructum in tempore determinato: scilicet in aduentu christi: et ideo fuerūt ipsi abscisi rami cerimonialium et nati: exorti sunt in codē trūco legis rami euangelici: qui proferunt fructus euangelicos ecclesiasticorum sacramentorum: et fructus gratie. Ex quibus patet ꝙ lex vetus cum illis ramis et palmitibus veteribus iam abscisis et aridis: nullum iam fructum profert. Ideo

dicit non erit germē in vineis: et mētiet opus oli/ue. Nā sicut vinea legis nō facit vuas: sed labru/scas. Ita oliua legis non facit oliuas: sed amur/cas et mētita est in fructu suo: et eadē rōne arua le/gis nō afferūt cibū: sed venenū mortiferū. Itē cū ille pp̄ls ante aduentū xp̄i esset pp̄ls peculiaris et de ouibus dei: postea fuit abscissus ab ouili dei: et iam non pascit nec comedit in presepibus dei: qr deū negauit. Dan. x. Uñ pp̄ls gētilis qui nō erat plebs dei factus est plebs dei per baptismū: et po/pulus iudaicus factus est non plebs dei et absq̄ mia per infidelitatē. Osee. i. Ideo dicit q̄ pp̄ls iu/daicus qui ex oue factus est pecus abscidetur de ouili dei et factus armentū bestiarū nō erit in pre/sepibus cum ouibus christi.

xcij. d. c. i. in glo. xcv. dist. c. ecce. xiij. q. i. bijs ita xvi. q. i. vos aūt.

Ego aūt gaudens gaudebo: et exul/tabo in deo iesu meo.

Deus dn̄s fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi ceruorum.

Et super excelsa mea deducet me vi/ctor in palmis canentem.

¶ Quasi dicat in persona populi fidelis. Postq̄ iudei sponte abiecerunt xp̄m et voluerunt manere sub iugo legis: et abscindi ab ouili christi ego au/tem gaudens in presenti per gratiam et fructus euangelicos: gaudebo in futuro per gloriam in christo deo Jesu et saluatore meo quem recepi p̄ fidem. Quia ipse iesus qui est deus et fortitudo mea ponet: et preparabit pedes meos aptos et ve/loces quasi ceruorum ad ambulandū in lege euā/gelica: et ad ascendendum in hierusalem supernā per gloriam: et ipse deducet me gratia sui sup ex/celsa mea: idest super cacumina celestia mihi pro/missa. Et ipse victor contra diabolū deducet me canentem in psalmis gratie in presenti et in psal/mis glorie in futuro: quasi dicat q̄ iudeis et omni/bus infidelibus manentibus reprobatis et dam/natis in sua obstinatione. Ego gaudebo cum ie/su deo redemptore et glorificatore. Hic per grām et in futuro per gloriam.

Secunda expositio.

¶ Secundo modo ista vltima pars ab illo loco. Audiui et conturbatus etc. potest exponi de pena damnatorum: et gaudio iustorum post iudicium. Unde dicit propheta. O domine. Ego audiui ex reuelatione mihi facta in secundo capitulo dam/nationem magne meretricis et ciuitatis diaboli quam facturus es in vltimo iudicio de persecuto/ribus iustorum. Et ideo conturbatus est venter meus. etc. Sed quando audiui gloriam quam da/turus es iustis in meritum et premiū persecutio/num tunc fui consolatus: et volo q̄ ingrediat pu/tredo in ossibus meis: idest paratus sum pati om/nes persecutiones et aduersitates in hac vita: vt requiescam in die tribulationis: idest die iudicij et ascendam ad populum nostrum iustorum accin/ctum et liberatum et expeditum ab istis miserijs huius mundi: cum quo ascendam in celum. Unde post diem iudicij ficus iustorum diuitum munda/norum nō amplius florebit: nec erit amplius ger/men in vineis eorum et opus oliue mentietur eis et arua non afferent fructū eis: quasi dicat: q̄ oia ista bona mundana perdent in illa die: nec pote/runt eis prodesse. Ego autem quia ista bona mū/dana contempsi propter christum et propter cele/stia: in illa die gaudēs gaudebo et exultabo in deo iesu meo messia in lege promisso: quia ipse est de9 et fortitudo mea et ponet pedes meos veloces: quasi ceruorum ad ascendendum in celum: et de/ducet me super excelsa celestia canentem in psal/mis glorie. Ipse enim victor et triumphator de mundo, et diabolo deducet me secum cū pp̄lo vi/ctorie canentē victoriā suā in psal. glorie.

Admonitio autoris.



Hec ergo supradicta in hac ex/positione sunt que diuino auxi/lio fretus potui haurire et ex/torquere et intelligentia huius cantici secundum sanam fidē et doctrinam. Ideo oro et ob/secro fratres meos fideles et catholicos: vt velint cum cha/ritate attendere ad intelligentiam huius cantici: quia difficillimum est ad intelligendum. Primo quia de rebus altissimis. Secundo quia procedit per vocabula metaphorica et vsurpata et extra/nea. Tertio propter diuersitatem translationum. Nam quasi omnes interpretes fuerunt diuersi in interpretatione et traductione huius cantici: eo q̄ in hebreo procedit per verba metaphorica et multum equiuoca. O ¶ Et ideo dicunt hebrei q̄ quatuor partes sunt in sacra scriptura multum difficiles ad intelligendum: quasnon debent le/gere nisi prouecti et antiqui doctores: quarū pri/ma est primum et secundum et tertium capi. libri Geñ. Secunda est liber canticorum salomonis. Tertia est liber Ezechielis in primo cap̄. et qua/dragesimo cap̄. vsq̄ ad finem. Quarta autem est istud canticū abacbuc: quia ideo intitulatur ora/tio abacbuc pro ignorantia: siue pro ignoranti/bus: eo q̄ ab omnibus ignoratur eius vera intel/ligentia: vsquequo veniat rex messias ad declarā/dum ipsum. Et sic patet q̄ non solum apud nos: sed etiam apud hebreos hoc canticum reputatur difficillimum. Et ideo si lector fidelis non valeat attingere plenam intelligentiam ex hac supradi/cta expositione, Rogo q̄ pergat ad alios catholi/cos expositores: quia deus voluit communicare et reuelare singulis diuisim thesauros sapientie sue: prout ipsi placuit. Ideo oportet lectorem cū charitate accedere et studium adhibere.



Audite celi que loquor.

Hoc canticū cantat ecclesia in lau/dibus diei sabbati: quod canticum reperitur scriptum Deut. xxxij. et fe/cit ipsum Moyses ex precepto do/mini: et precepit vt reponeretur in archa federis vt esset in testimoniū contra filios israel quotiēs peccarēt et apostatarent et recederent a domino vt patet in capitulo precedenti. xxxi. Unde dicit Deut. xxxij.

dominus ad Moysen. Ecce tu dormies cum patribus tuis. Et populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos &c. Et irascetur furor meus contra eum in die illa et derelinquam eum: et abscondam faciem meam ab eo. Et erit in devorationem et invenient eum omnia mala: et afflictiones &c. Nunc itaque scribite vobis canticum istud et docete filios israel vt memoriter teneant et ore decantent: vt mihi sit carmen istud pro testimonio inter filios israel &c. Ex supradictis inferuntur conclusiones. ¶ Prima conclusio. quod Moyses fecit canticum ex precepto domini. ¶ Secunda conclusio. quod deus prenouit et reuelauit ipsi moysi qualiter ille populus debebat fornicari et sequi deos alienos dum esset in terra promissa postquam essent incrassati: et impinguati. ¶ Tertia conclusio. quod Moyses posuit hoc canticum in archa federis vt esset testimonium contra filios israel: vt quando viderent punitiones in eis cognoscerent hoc eis fuisse predictum. ¶ Quarta conclusio. quod Moyses prenouit ex reuelatione omnes punitiones venturas illi populo propter peccatum vsque ad extremum tempus. Unde concludit in illo trigesimo primo capitulo. Noui enim quod post mortem meam inique agetis et declinabitis cito a via quam precepi vobis et occurrent vobis mala in extremo tempore quando feceritis malum contra deum &c.

Ex dictis in hoc capitulo et ex dicendis in hoc cantico patet manifeste Moysen fuisse verum prophetam: eo quod nouit in spiritu et diuina reuelatione et futuram rebellionem et idolatriam illius populi: et preuidit pariter futuras punitiones et destructiones quas ille populus erat passurus propter supradicta peccata: et qualiter ille maledictiones date supra in capitulo vigesimoseptimo debebant illum populum comprehendere. Et ideo Moyses fecit hoc canticum in quo continentur et predicuntur beneficia que deus fecit illi populo et predicit ingratitudines et scelera que ille populus erat perpetraturus contra deum et punitiones quas erat passurus. Et sic patet moysem fuisse verum prophetam et habuisse spiritum prophetie de futuris contingentibus. D ¶ Sed est querendum an Moyses habuerit duplicem spiritum prophetie in hoc cantico: scilicet an spiritus et lumen propheticum Moysi attigerit et peruenerit vsque ad christum et ecclesiam: an fuerit terminatus in veter. testa. Dictum est enim prolog. tractatu secundo et tertio. quod spiritus simplex propheticus est ille qui tangebat mentem prophete tantum de futuris contingentibus in illo populo in vet. testamento in quibus terminabatur noticia prophete: sed spiritus propheticus duplex erat qui transcendebat futura contingentia vete. testament. immo per gesta preterita et presentia et futura vete. testa. manducabat mentem et noticiam prophete vsque ad mysteria christi et ecclesie: quem duplicem spiritum et lumen propheticum habuit et adeptus est dauid et Esaias et ceteri tres maiores et xii. prophete minores vt pluries dictum est. Et ideo est videndum an moyses in hoc cantico habuit hunc et talem spiritum et lumen duplex propheticum: et an noticia sua prophetica peruenerit vsque ad christum et ecclesiam.

Si moyses habuerit duplicem spiritum.

A ¶ Ad cuius intelligentiam est prenotandum quod due fuerunt punitiones generales illius populi: et due destructiones et euersiones et incensiones generales illius templi et ciuitatis hierusalem. Prima fuit facta per nabuchodonosor: et caldeos. Secunda fuit per tytum et Romanos. Prima autem fuit propter peccatum idolatrie. Secunda propter odium et homicidium perpetratum contra messiam in lege et prophetis: quia non solum ipsum negauerunt et audire noluerunt: sed etiam occiderunt. Ideo prima captiuitas et destructio fuit remissa et restaurata per Cyrum et ciuitas et templum reedificatum per zorobabel et Jesum sacerdotem magnum. Secunda autem fuit irremissibilis et irreparabilis: vt patet ad oculum. has profecto duas captiuitates et destructiones nouerunt et predixerunt quasi omnes prophete. Primo enim Dauid preuidit et predixit captiuitatem primam per babylonios et eius remissionem: vt patet psalmo septuagesimo octauo et septuagesimo nono et centesimovigesimosexto. Sed perpetuam captiuitatem secundam et irreparabilem predixit psal. lxvii. dicens: destrues illos et non reedificabis eos. Item de secunda captiuitate dicit psal. xciiii. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra &c. Item Esaie. xliii. Educ foras populum cecum et surdum &c. Item Esaie. l. Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram: quia veni: et non erat vir: et vocaui: et non erat qui audiret. hoc idem capitulo. lxv. Item Danielis nono de prima captiuitate et eius remissione et reedificatione dicitur. Rursum reedificabitur platea: et muri et angustia temporis. Sed de secunda captiuitate et destructione dicitur. Post ebdomadas lxii. occidetur christus et non erit eius populus qui eum negaturus est in ciuitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo et finis eius vastitas. et post finem belli statuta desolatio: et vsque ad consummationem et finem perseuerabit statuta desolatio. Sufficit ergo quod omnes prophete in hoc concordant quod secunda destructio et captiuitas erat ventura illi populo: eo quod erat negaturus deum: et non debebat recipere: nec audire messiam in lege et prophetis promissum: immo erat ipsum occisurus. Et omnes concordant in hoc: scilicet quod illa secunda captiuitas erat irreparabilis et perpetua. Et quod populus gentilis erat eligendus et loco populi iudaici substituendus: vt patet per totum discursum prophetarum: que omnia ista prenouerunt et predixerunt in duplici spiritu omnes prophete. Quam etiam vltimam perpetuam desolationem et reprobationem propter peccatum negationis christi preuidit Moyses in duplici spiritu prophete. Deut. xviii. cum dicit deus. prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui et ponam verba mea in ore eius. Loqueturque ad eos quecunque dixero illi. Et quicunque verba que loquetur audire noluerit vltor existam. Ex quibus patet quod Moyses preuidit ex diuina reuelatione duplici spiritu christum nasciturum de illo

Due destructiones hierusalem et templi.

populo secundum carnē. in cuius ore deus pater debebat ponere verba sua: immo deus pater erat locuturus nobis per os christi: quia quicquid habet: hꝫ a pr̄e nascendo: et sic ꝓuidit qualiter deus erat nobis locuturus in carne: et ꝓuidit qualiter ille populus: idest maior pars eius nō erat ipsm auditurus: immo negaturus. Et sic preuidit vltimā et perpetuā visionem et destructionem eorum. Ex quibus patet ꝙ moyses non solum preuidit primam captiuitatē iudeorū futuram propter peccatum idolatrie: sed etiā preuidit secūdā captiuitatem et perpetuam destructionem secundi templi propter peccatum infidelitatis et odij et homicidij perpetrati contra christū. Et hanc duplicem captiuitatem et destructionē populi iudeorum: et templi et ciuitatis predicit moyses in hoc cantico. Et precepit ipm reponi in archa vt esset testimonium cōtra illum populū ne allegarent ignorantiā: quin deus premonuisset eos: et ꝑdixisset eis punitionē sui peccati appellando celum et terraꝫ in testimoniū. In quo cantico duo pricipaliter facit. Primo enī ꝑmittit prohemiū et exordiū. Secundo exequitur narrationē. ibi. Date magnificentiam deo nr̄o. ¶ Quātū ad primū: qꝛ superius dixit moyses ꝙ faciebat hoc canticū in testimoniuꝫ cōtra filios israel: vt ipm nulla deleret obliuio cōtra quos inuocabat celum et terraꝫ. Ideo nunc in exordio huius cantici obtestatur celū et terrā: et appellat eos in testimoniū cōtra illum populū: et petit diuinū auxiliū inuocando nomen domini. Dicit ergo Moyses.

Deut. xxxij.



Audite celi que loquor: audiat terra verba oris mei.

¶ O celi audite que loquor: scꝫ sniam dei datā cōtra ppl̄m iudaicū: et sicut estis imobiles a loco sitis mihi testes ꝯtra istū populum qui rebellaturus et blasphematurꝰ est contra deum suum. Et terra que est imobilis audiat verba oris mei: et sit mihi testis de imobili sententia data a deo contra illum populum: et tam celi ꝙ terra sitis mihi testes qualiter volo predicere sententiam domini et punitionem contra istuꝫ populum propter futurum peccatum idolatrie et infidelitatis: quod perpetraturus est contra dominum et messiam suum ne possit allegare ignorātiam quando euenerint sibi ista mala. Iteꝫ vos celestes et angelice creature audite que loquor vt sitis mihi testes: et terra: idest oēs habitatores terre audiāt verba oris mei que ego annūcio ex parte dei cōtra illum populū rebellē. Deinde sequitur dicit.

l. di. q̄d ē hoc ⁊c. cū exaudiero. et xxxv. q̄. vi. i fine ⁊. viij. q. i. olim.

Concrescat in pluuiaꝫ doctrina mea fluat vt ros eloquiū meum.

Quasi imber super herbam et quasi stille super gramina: quia nomen domini inuocabo.

¶ Captat beniuolentiam dei et petit auxilium et gratiam. Primo vt ipse abunde possit loqui. Secundo vt faciat fructum in populo: et ad hoc inuocat nomē domini tetragrāmaton: qđ est verbū incarnatū. s. iesus christus messias in lege ꝓmissus in cuius virtute moyses fecerat oīa miracula. in cuius fide et ipse omnes fideles vete. test. saluabātur. Unde ait. Ego moyses inuocabo nomē dn̄i q̄ est dn̄s iesus in carne futurus et vēturus sine quo nullū donū: nulla gr̄a pōt nobis dari a patre luminū. hoc inꝗ nomen dn̄i inuocabo vt doctrina mea moralis et ꝓphetica in hoc cātico prenūcianda crescat et abundet vt pluuia solet abundare. Et eloquiū meum fluat affluēter sicut ros: et fluat et crescat ista doctrina super mētes hoīm ad intelligēdū: et sic per volūtates eoꝝ ad opandū: q̄si et sicut imber fluit sup herbā et facit eā germinare et sicut stille cadētes super gramina faciūt ea crescere et prosperari: ita pariter doctrina mea faciat fructum fidei in mentibus audientiū: et fructū charitatis in voluntatibus eorū. Unde est aduertendū ꝙ recte moyses inuocat iesuꝫ qui est nomē dn̄i ad gratiam impetrandā: qꝛ ex reuelatione sciebat eū esse in omnibus mediatorē dei et hominū per quē deus erat remissurus peccata hominū et daturus omnē gratiam: et in virtute cuius et ad cuius inuocationem moyses fecerat omnia miracula in egypto et in mari rubro ⁊c.

Date magnificentiā deo nr̄o dei ꝑfecta sunt opa: et oēs vie eius iudicia. vi. q. i. c. si oia. in glosa.

Deus fidelis et absqꝫ vlla iniquitate: iustus et rectus. Lu. xviij.

Peccauerunt ei et nō filij eius in sordibus.

¶ Premissa inuocatione diuini auxilij in exordio hic icipit suā narrationē: in qua tria facit hꝫ ꝙ hꝫ tres partes ꝑncipales. Nā prīo ꝑdicit primā punitionē illꝰ ppl̄i futurā ꝑpter pctm̄ idolatrie. Secūdo ꝑdicit punitionē secundaꝫ ꝑpter pctm̄ odij mortis xp̄i. Tertio ꝑdicit electionē et substitutionē ppl̄i gētilis ad ecclesiā loco ppl̄i iudaici. secūda ibi. Et dixit. Nā sunt. tertia ibi. Laudate gentes. In prima parte tria facit. Primo enī explicat breuiter beneficia que specialiter ille populꝰ recepit a deo pre nationibus. Secundo ꝑdicit ingratitudinē et apostasiā quā ille populus erat perpetraturus cōtra deū ꝑpter idolatriā. Tertio predicit futurā punitionē et destructionē eorū ꝑpter illud peccatū. scđa ibi. Incrassatus. tertia ibi. vidit dn̄s ad iracundiā. ¶ Quantū ad primū est aduertendū ꝙ ꝑpter quattuor deus est de se magnificādus ab oībus. Primo qꝛ est perfectꝰ et pfecta opa creauit et fecit. Scđo qꝛ sapiēs in cōdendo legem nature. Tertio qꝛ fidelis in ꝓmissis: qꝛ neminē fallit. Quarto qꝛ rectꝰ et iustus in iudicādo: qꝛ tribuit vnicuiqꝫ ꝓm opera sua: vnde ꝑpter ista quattuor tenet magnificare deū nō solū ppl̄s iudaicus: sꝫ etiaꝫ oēs populi: qꝛ oēs equaliter ista receꝑperunt a deo. Dicit ergo moyses: o populi date magnificentiā deo nr̄o ppꝫ bn̄ficia gn̄alia recepta: qꝛ oia opa dei sunt pfecta in sua natura: et sic fecit hoiem

Deꝰ magnificādꝰ ab oibus ꝑpꝫ q̄ttuor.

perfectū in sua natura oēs vie legis eius in q̄bus precipit hoīes ambulare sunt vera iudicia ꝛ iusta et sic ē iust⁹ in condēdo legē ꝛ fidelis in ꝓmissis ꝛ iustus ꝛ rectus absq̧ vlla iniq̄tate in iudicādo et reddēdo vnicuiq̧ punitiōes ꝛ p̄mia ſm merita aut demerita. ex quo pʒ ꝙ oēs tenenť deū magnifica/re. Sʒ perāplius isrł recepit a deo legē ꝛ bn̄ficia: q꞉ magis deus se ostēdit eis amicū dādo legē spe/cialē ꝛc. Jō subdit. Peccauerūt ꝛ nō filij eius. q. d. iste pp̄ls magis tenebať deū magnificare et lau/dare: eo ꝙ elegerat ipm̄ tanq̄ filiū dando ipsi legē specialiter: tn̄ ipsi nō filij. i. nō tanq̄ filij peccaue runt in sordib⁹ ꝛ spurcitijs idolatrie ꝛ alioꝝ scele rum. q. d. ꝙ licet debebant deū magnificare tanq̄ patrē. Tamen ipsi tanq̄ nō filij blasphemauerūt eum in sordibus idolatrie et supstitiōis detestabi lis: et ideo moyses incipit reprobare ꝛ obiurgare totam successionem illius populi dicens.

xxiij. q. 5. lij. c. vi. lvi. d. ca. nasci. **Generatio praua atq̧ peruersa hec/cine reddis domino popule stulte et insipiens.**

Nunquid non ipse est pater tuus qui

de. pe. d. v. c. cōsi/deret. **possedit te: et fecit et creauit te.**

Jo. viij. **Memento dierum antiquorū: cogi/ta generationes singulas.**

gen̄. xlix. **Interroga patrē tuū: et annūciabit tibi maiores tuos: et dicent tibi.**

Quando diuidebat altissim⁹ gētes quando separabat filios.

Adam: cōstituit terminos populorū iuxta numerum filiorum israel.

¶ O generatio praua ꝛ puersa in fide heccine red/dis dn̄o. i. has gr̄as reddis dn̄o ꝓ tantis bn̄ficijs receptis o pp̄le stulte in eligēdo ꝛ insipiēs in iudi cando et cognoscēdo q꞉ contēpsisti bonū et elegi/sti malū: ꝛ tanq̄ insipiēs oblit⁹ es bn̄ficiorū rece/ptorū: et nō cognouisti creatorē tuū ꝛ elegisti crea turā vanā ꝛ falsam cōtemnēdo verū deū oīm crea torē. Nunq̄d ipse deus nō est pater tuus qui prio fecit te quo ad corp⁹ de terra et creauit te quo ad animā de nihilo spirādo in corpus formatum de terra spiraculum vite: ꝛ postea possedit tanq̄ po/pulū peculiarē ꝛ ꝓpriū pre ceteris populis. Me/mento dierū antiquorū a principio mundi et cogi ta gn̄ationes singulas ab adam vsq̧ noe ꝛ abraā et maxime ab abraā quem sperauit de caldea vsq̧ ad exitū de egypto: ꝛ interroga patrē tuū quēcūq̧ carnalē ꝛ patrē tuū abraā qui fuit principiū hui⁹ populi ꝛ maiores tuos scʒ Isaac ꝛ Jacob ꝛ om̄es duodecim patriarchas ꝛ o͂es duces et sacerdotes et dicent tibi totū discursum tue generatiōis ꝛ be neficiorū a deo receptorū per successiones. Et di/cent tibi principiū et modū electionis huius po/puli ad deū ꝛ dicent tibi quando ꝛ quomodo diui debat altissimus gentes et quando separabat fi/lios adam. D ¶ Ad cu'ꝰ intellectū est notan/dum scd̄m hystoriographos: ꝙ descēdentes a tri/bus filijs noe post diluuiū fuerūt diuisi ꝑ asiā eu/ropā ꝛ aphricā in. lxx. gn̄atiōes seu pp̄los siue na tiōes aut regiōes. Itē cū ante edificationē turris babel oēs gn̄atiōes essent labij ꝛ lingue ꝛ idioma tis vnius: tn̄ post ꝯfusionē linguarū diuisi sunt in lxx. linguas. Itē legiť gen̄. xlix. ꝙ oēs aie filioꝝ ia cob: q̄ ingressi sunt in egyptū cū iacob p̄re suo fue runt. lxx. ex quo pʒ ꝙ numer⁹ pp̄loꝝ tā in diuisiōe gn̄ationū filioꝝ noe: ꝙ in diuisiōe linguarum fuit iuxta numerū filioꝝ israel q̄ ingressi sunt i egyptū cū iacob patre suo. Et hoc est qđ dicit hic: interro ga patrē ꝛ maiores tuos: et dicent tibi quando et quomodo altissim⁹ diuidebat gētes post diluuiū et in edificatiōe turris babel ꝛ quomodo separa/bat filios adā in illis duab⁹ diuisiōib⁹. Quō ꝯsti tuit ꝛ distinxit terminos pp̄loꝝ. i. diuisit eos in. lxx. pp̄los et linguas iuxta numerū filiorum israel qui ingressi sunt in egyptum cum iacob patre suo.

Pars autē dn̄i populus eius: iacob funiculus hereditatis eius. xi. q. 3. c. ad mensam.

¶ Et tamē ex illis. lxx. linguis ꝛ pp̄lis de⁹ solū ele git sibi vnū. s. populū israel: quia iacob fuit pars dn̄i ꝛ pp̄ls ꝛ fuit funiculus ꝛ sors ꝛ portio heredi tatis eius. In translatiōe aūt ipsoꝝ. lxx. habetur. Constituit terminos populoꝝ iuxta numerū filio rum dei: qđ idē est eo ꝙ soli filij illius populi dice bantur filij dei. Alia trāslatio hʒ ſm numerum an gelorū: et tūc intellectus potest esse satis confor/mis littere sequenti. Nam vnusquisq̧ populus si/ue natio aut regnū habet ꝓpriū angelū custodē: ꝛ quot sunt populi tot sunt angeli custodes q̄ dn̄r archāgeli inquantū sunt principes regnoꝝ q̄bus danť in custodiā: vt pʒ de angeloꝝ principe regni persarū. Dan. x. Ex quo pʒ ꝙ numerus pp̄loꝝ qui fuerūt diuisi per linguas ꝛ natiōes post diluuium aut in cōfusione turris babel fuit ſm numerū an/gelorū ad custodiā illorū populorū deputatorum. Sed licet deus deputauit vnicuiq̧ illorū ꝓpriū angelū ꝛ principē ad custodiā: tn̄ deus voluit sibi eligere illū pp̄lm in ꝓpriū. Et ipsemet voluit esse ꝓprius princeps ꝛ custos illius populi: licet habe ret michaelē archāgelū in ministrum vt pʒ Dan. x. et hoc intēdit dicere moyses in hoc passu ſm istā translationē. Unde ait. Interroga patrē tuū ꝛ ma iores tuos: ꝛ dicent tibi qualr̄ quādo altissim⁹ di/uidebat gētes: ꝛ separabat filios adā post diluuiū et in cōfusione linguarū turris babel: tūc ꝯstituit terminos pp̄loꝝ. i. nationū et ꝓuinciarū mūdi iu/xta nūerū angelorū deputatoꝝ ad custodiā regno rum. Sed Jacob cū prole sua fuit pars dn̄i et po/pulus eius sibi ad custodiā ꝛ regimē electus: ꝛ fuit funiculus ꝛ sors ꝛ portio hereditaria eius: q꞉ ipse specialiter elegit sibi populū in hereditatē. Unde probo ꝙ dn̄s elegit sibi istum populū in heredita tem et propriam custodiā et regimen. Nam.

Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris et vaste solitudinis. Gen̄. iij. Exo. iij.

Circūduxit eum docuit ꝛ custodiuit quasi pupillam oculi sui.

¶ Dominus inuenit istum populum in terra deserta &c. Quia primo inuenit abraam in chaldea terra deserta & semota a vero cultu diuino et reduxit in terram mesopotamie: et exinde in terrã chanaam vbi edificauit altare domino & incepit inuocare nomen domini Gene.xij. Et exinde inuenit filios israel in loco horroris id est in horrido loco egypti sub duraser uitute et postea inuenit moysen in loco vaste solitudinis iuxta montem oreb custodientem oues soceri sui getro: & vocauit ipsum de rubo et misit ipsum ad pharaonem: et cum multis signis et prodigijs eduxit illum populum de egypto. Et circunduxit ipsum per desertum: et docuit eum legem et precepta in monte synai. Et custodiuit eum ab omni periculo: sicut pupillam oculi sui. Primo custodiuit eum in mari rubro. Secundo custodiuit ipsum et liberauit ab inedia et fame et siti dando ipsi aquam de rupe oreb: et dulcorando aquas marat: et mittendo manna. Et.

Et ptz nu.p to/ tum. **Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos & superuolitans expandit alas suas: & assumpsit eum atque portauit in humeris suis.**

Aqle circa pulloa qua tuor bñficia. ¶ Ad cuius intellectum est notandum secundum naturales et secundum experientiam quod aquila pre ceteris auibus et animalibus nutrit filios suos vnde quatuor mirabilia beneficia ostendit filijs pre ceteris. Nam primo splendide pascit eos et nobilib⁹ cibis id est perdicibus & leporibus et cuniculis &c. Secundo sapienter custodit collocando nidum in altis rupibus ne possit accedere ad tollendum filios. Tertio prudenter docet eos volare et venari et cibum querere volitãs super eos ostendendo eis venationem: vt rapiant et discant cibum puocare. Quarto collocat filios in loco fertili et copioso ciborum: vnde quando filij sunt iã prouecti & habiles ad venandum & querendum cibum. Tunc pater et mater querunt eis locum & terminum semotum et aptum: & portant filios illuc: scilicet masculum et feminam & dimittunt & collocant eos ibi in illo loco fertili & copioso et ipsi reuertũtur ad terminos suos. Ita ergo pariter fecit deus erga illum populum. Nam primo custodiuit eũ ab oi periculo. Scdo cibauit ipsum mãna de celo & coturnicibus. Tertio docuit ipsum dando legem. Quarto collocauit ipsum in terra promissa fluente lacte et melle: et sic deus fuit similis aquile in custodiendo et cibando et docendo collocando illũ populũ. Dicit ergo moyses quod deus circũduxit: et docuit et custodiuit populum sicut facit aquila prouocans ad volandum pullos suos et volitans super eos: vt custodiat et ipsi addiscant volare: et sic deus ad modum aquile expãdit alas suas extendẽdo nubẽ super eos in die ne vrerentur ardore solis: & assumpsit eum quasi sup humeros & asportauit eum per totum desertum. Et.

exo.xiiij **Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo deus alienus.**

¶ Solus deus absque alio deo alieno fuit dux illi⁹ populi per quadraginta annos in toto illo itinere et peregrinatione: tandem autem constituit eũ super illam terram excelsam quam ipsis promiserat: que quidem terra promissionis primo dicitur excelsa: eo quod est sita in alto loco respectu egypti et arabie & chaldee. Et etiam erat excelsa respectu deserti arabie in copia aquarum & fructuũ et omnium ciborum.

Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum. Ut suggeret mel de petra: oleumque de saxo durissimo. Nu.xx/xiij.& xx/xiij.

Butyrum de armento: et lac de ouibus: cum adipe agnorum et arietum filiorum basan.

Et hircos cum medulla tritici: & sanguinẽ vue biberent meracissimum.

¶ Ideo deus constituit et collocauit eum in illa terra et super illam terram fertilem: vt comederet fructus agrorum quibus illa terra abundat & suggeret ille populus mel de petra: quia ibi apes mellificant in cauernis petrarum et rupium. Et suggeret et colligeret oleum de saxo durissimo: quia in terra lapidosa et saxosa crescunt oliue que reperiuntur abundanter in illa terra: et vt suggeret butyrum de armento vaccarum: et lac de ouibus que erant in magna copia in illa terra: quia chananei erant maximi cultores terre. Et ideo plantauerant oliuas et vineas ceteras arbores & seminauerant agros et nutrierant greges ouium et armenta boum in magna copia: quas quidem oues et arietes ducebant chananei de terra filiorum basan: vltra iordanem furto: aut precio: eo quod terra basan illis temporibus abundabat in pascuis et gregibus ouium: & ideo dicit quod constituit dominus illum populum super illam terram copiosam: vt suggeret mel de petra: oleumque de saxo durissimo: et butyrum de armento: et lac de ouib⁹ cum adipe et pinguedine agnorum et arietum filiorũ basan: quia terra filiorum basan abundabat in his. Et vt comederet hircos non cum ordeo: nec cum furfure: sed cum medulla et farina tritici. Et vt biberent sanguinem vue: id est vinum meracissimum et purissimum. Itaque deus dedit eis illam terram et constituit eos dominos super eam vt cõederẽt fructus quos non plantauerant: et frumentum quod non seminauerant: et agnos et arietes quos non nutriuerant: et biberent vinum de vineis quas non plantauerant: que omnia supradicta patent per totum discursum Exo. & Leuitici et Numeri & Josue. Deinde cum dicit.

Incrassatus est dilect⁹ & recalcitrauit: incrassatus impinguat⁹ dilatat⁹ Dereliquit deum factorem suum: et recessit a deo salutari suo. De pen. di.iij.qd ergo.

exo.xxxij. 7.xxxiiij. q.iij.ser. de pe.d. v.psides/ ret.§.do lendū. **Prouocauerunt eum in dijs alienis: et in abominationibus ad iracundiā concitauerunt.**

Immolauerūt demonijs 7 non deo dijs quos ignorabant.

Noui recentesqꝫ venerunt: quos nō coluerūt patres eorum.

xv.q.j.c. merito. §.j.ante finem. **Deū q̄ te genuit dereliquisti: 7 oblitus es dñi creatoris tui.**

¶ Predicit futuram ingratitudinem et scelera: et peccatum idolatrie illius populi. Unde dicit ꝙ ille populus pre ceteris deo dilect⁹ cui deus tot beneficia contulerat et tot signa amoris ostenderat incrassatus est ex abundantia delitiarum: et impinguatus ex abundantia diuitiarum et dilatatus in dominio et honore et sic oblitus beneficiorum a deo receptorum: recalcitrauit contra deum, sicut equus pinguis et delitiosus cōtra dominum. Unde dereliquit deum factorem et creatorem et benefactorem suū. Et recessit 7 apostatauit a deo salutari suo qui totiens saluauerat, et liberauerat eum de captiuitate egypti et de alijs periculis: obliti, tot beneficiorū recesserunt, a deo vero et adheserūt dijs alienis: 7 sic prouocauerūt deum ad furorem et vindictam in dijs alienis: id est colendo deos alienos: et cōcitauerunt eum ad iracundiam in suis abominationibus. Nam, post mortem Josue immolauerunt sacrificia demonijs et, non deo suo vero: sed demonijs dijs suis falsis quos ignorabant esse deos: qui, quidem dij falsi, noui recentesqꝫ venerunt inter eos quos patres eorum Abraam Isaac et Jacob et Moyses et Aaron et ceteri antiqui nō coluerūt: immo abominati sunt et exhorruerunt: quod quidem scelus perpetrarunt filij israel in terra eis data: vt patet per totum discursum libri iudicum et regum. Unde Moyses preuidens talia scelera futura illius populi apostrophat ad eum exprobrando et obiurgando. Et dicit. O popule scelerate dereliquisti deum qui te genuit et honorificauit: et oblitus es domini creatoris tui sequendo deos alienos: quasi dicat, non impunitus abibis propter tantam ingratitudinem. Et ideo. Deinde cum dicit.

iiij.reg. xxv. de pe.d. iij., pductio.§.j. 7.xv.q.j. reuertimini. **Uidit dominus et ad iracundiam cōcitatus est: quia prouocauerunt eum filij et filie.**

¶ Predicit illius populi punitionem et destructionem. Ad cuius euidentiam est primo notandum ꝙ ille populus non semel: sed multotiens apostatauit a deo et secutus est deos alienos. Unde sic, post paruum tempus post mortem Josue fornicatus est cū dijs terre: sed deus incepit eos opprimere per reges finitimos: sed suscitauit eis Othonielē liberauit eos: 7 sic in.cc.annis decies apostatarūt 7 decies de⁹ liberauit eos p iudices quotienscūqꝫ reuertebant ad dñm vt pꝫ p totum discursum libri Judicū: et iterum tempore regum Salomon incepit idolatrare 7 tria templa idolorum fabricare que perseuerauerunt in hierusalē vsqꝫ ad tempora Josue. Item post Salomonem diuisi sunt in duo regna. Unde regnum israel semper perseuerauit in idolatria: et pro maiori parte reges iuda et hierusalem perseuerauerunt in eadem. Sed cum tam reges israel q̄ hierusalem frequenter moniti per prophetas nollent desistere a via sua mala: ideo deus incepit primo attediari contra israel et auertere faciem suam ab eis: et incepit eos successiue punire. Nam primo venit Tetbaglatfalasar rex assyriorum et infestauit regnum israel et asportauit duas tribus cum dimidia que habitabant vltra iordanem, et etiam partē eorū qui habitabāt circa Jordanē et transtulit eos in assyrios.iiij.regum.xxv. quia semper perseuerabant reges israel in eadem idolatria: ideo venit Psalmanaser et transtulit et asportauit in captiuitatem septem tribus cum dimidia que remanebant citra iordanem de regno israel: et sic fuit penitus deletum illud regnū propter scelera sua. Et maxime propter peccatū idolatrie: vt pꝫ.iiij. Reg.xxv. Post mortē aūt Josue incepit deus propter idem pctm̄ punire regnū hierl'm et iuda per reges chaldeorum videns obstinationē eorꝫ. Nāꝫ primo venit Nabuchodonosor et cepit Joachim regem hierl'm et occidit eum et duxit secū pueros oēs de semine regio in Babyloniā inter quos duxit secū Danielē 7 Ananiam Azariam 7 Misaelē cum multis alijs nobilibus. Et isti dicti filij obsides de hierl'm. Iterum post tres annos reuersus est Nabuchodonosor et transmigrauit Hieroniā cum decem milibus nobilium in Babyloniam et constituit Sedechiam in regem hierusalem. Sed cum Sedechias in suis sceleribus cum omni populo perseueraret: permisit deus vt contra regem Babylonie rebellaret: et sic venit Nabuchodonosor in hierusalem et obsedit eam in gyrum.xviij. mensibus: intantū ꝙ matres ex inedia coacte sunt comedere proprios filios et sic capta et incēsa est ciuitas cum templo et a fundamētis euersa: 7 rex oculis orbatus 7 cum omni populo ductus est captiuus in Babyloniam: et ibi miserabiliter interfectus. Et sic fuit finis miserabilis illorum duorum regum propter peccatum idolatrie: quos frequenter deus per suos prophetas monuerat et multotiens eis pepercerat. Et per magna tempora eos ad penitentiam expectauerat. Sed finaliter videns obstinationem eorum. Ideo decreuit a suis regnis eos eijcere: et in terras alienas in captiuitatem et seruitutem redigere: postq̄ maluerunt dijs alienis q̄ proprio deo seruire. Hanc ergo futuram destructionem et captiuitatem predicit Moyses ex parte dei: et comminatur illi populo. Et loquitur semper per verba de preterito propter certitudinem prophetie: et sententie dei. Unde licet deus per magna tempora expectauerit correctionem illius populi: tamen quia finaliter vidit obstinationem 7 incorrectionem eorum. Ideo ad iracundiam concitatus est: quia filij sui et filie quos in filios et populum peculiarem sibi elegerat prouocauerūt eū

xlv. di. c sed illud ad iram et vindictam: q2 est generatio praua ꝛ infideles ꝛ rebelles filij. Ideo.

xxiij. q v. c. si audieris. **Et ait: abscondā faciem meā ab eis: et considerabo nouissima eorum.**

Generatio enim peruersa est: et infideles filij.

¶ Deus ait. Ego abscōdam faciem meam ab eis auxilium et fauorem subtrahendo ꝛ negando. Et cōsiderabo nouissima scelera eorū: idest ſm nouissimam obstinationem ꝛ impenitentiā eorū reprobabo et puniam eos: eo ꝙ est generatio praua et incorrigibilis et infideles filij et apostate ꝛ idolatre. (no. de pdestinatione.) D ¶ Unde notanter dicit considerabo nouissima eorum. quia aliter se habet deus in predestinando hominem et aliter in reprobando. Unde deus nō predestinat hominē: quia nouit ipsum futurum bonum et iustum: immo predestinauit ipm ab eterno: et preparauit gratiā ipsi: vt sit bonus ꝛ iustus: quia elegit nos ante mundi constitutionez vt essemus sancti. ad Ephe. j. Sed per oppositum est de reprobatio. Nam non presciuit: nec reprobauit eos deus ab eterno vt essent mali et damnati. Sed quia presciuit eos semp ꝛ finaliter malos impenitentes ideo eos reprobauit. Et ideo dicit deus de illo populo: quem presciuit in sua idolatria obstinatum. Considerabo nouissima scelera eorum incorrigibilia et nouissimā impenitentiaz et obstinationem eorum. Et scdm illa nouissima puniam eos absq3 misericordia. Et ideo reddens causam subdit.

xxvij. q. j. idolatria. xxvj. q. j. sciendū. **Ipsi me prouocauerunt: in eo quod non erat deus.**

¶ Sequendo deos alienos.

Et irritauerunt me in vanitatibus suis.

xlv. di. ſʒ illud. Et xxiij. q. j non turbatur. ¶ Ex superstitionibus relinquendo verum cultuz Ideo.

Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus meus.

¶ Idest subijciam eos populo alieno: ſʒ babylonico qui non est populus meus: sed alienus.

Et in gente stulta irritabo illos.

¶ Idest contemnā illos et ponam in gente inhumana et crudeli que affligat eos sine misericordia Quasi dicat: sicut idolatrādo me negauerunt esse deum suū: et adheserunt dijs alienis et falsis. Ita ego negabo eos in populū meum et subijciaz eos genti aliene et stulte ꝛ crudeli. Quemadmodū fuerunt chaldei qui ciuitatem et templū incenderunt et eos trucidauerunt et captiuos in babyloniam duxerunt: et crudeliter eos: et absq3 misericordia trucidauerunt et afflixerunt ꝛc. Unde subdit. (xxiij. q. v ſ. vlti.)

Ignis succensus est in furore meo: et ardebit vsq3 ad inferni nouissima.

¶ In illo templo et ciuitate et comburet ciuitatez et templum vsq3 ad infima fosse fundamenta. Unde scheol hebraice idem est quod fossa inferior latine. Nam anteq̄ muri edificentur prius foditur et cauatur fossa in qua faciuntur fundamenta super que edificantur muri et parietes. Et sic dicit ꝙ ille ignis combussit templum et ciuitatem vsq3 ad fundamēta que latebant in fossa inferiori. Et ideo subdit.

Deuorabitq3 terram cum germine suo: et montium fundamenta comburet.

¶ Ignis ille devorabit totam terram iudee cum germine: scilicet cum omnibus arboribus ꝛ vineis et segetibus ꝛc. et comburet fundamenta montiū scilicet predia et possessiones que erant in montibus et radicibus montium: quia omnia combusserunt et destruxerunt chaldei in illa obsidione.

¶ Et nota ꝙ ille ignis non solum intelligitur de igne materiali qui combussit ciuitatem et templum et totam terram: sed etiam intelligitur de igne furoris et ire dei qui accensus et effusus est super illum populum propter supradicta scelera eius: quia totaliter decreuit delere eos. Et ideo subdit. iiij. Regū. xxv.

Cōgregabo super eos mala: et sagittas meas complebo in eis. xv. q. j. reuertimini.

Consumentur fame: et deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Et. xlv. di. ſʒ illū ꝛ. xxiij.

Dentes bestiarum immittā in eos cum furore trahentium super terraz atq3 serpentium. q. v. si audiero.

Foris vastabit eos gladius: et intus pauor iuuenem simul ac virginē lactentem cum homine sene.

¶ Ego cōgregabo super eos multa mala: et prelia et seditiōes: ꝛ sic sagittas meas: idest, sagittas mee vindicte cōplebo in eis per chaldeos in illa obsidione intantum ꝙ consumētur et deficient et peribūt fame et aues: idest chaldei veloces ad modum auium deuorabunt eos morsu amarissimo: ꝛ dentes bestiarum: idest crudelitatez chaldeorum ad moduz bestiarū immittā in eos cum furore trahentiū: idest reptiliū draconū atq3 serpentiū: idest mittā cōtra eos chaldeos qui deuorabūt eos tāq̄ bestie et dracones et serpētes ꝛ griphones ꝛ aqle. Et sic gladi⁹ cum machinis ꝛ tormētis ꝛ telis vastabit eos foris continue inijciendo arma bellica contra ciuitatē. Et intus vastabit eos pauor continuus: vastabit dico iuuenē simul ac virginem ac infantē lactentē in vberibus matris sue cum homine sene. q. d. ꝙ tantus erit strepitus armorum ꝛ machinarum et tormentorum in illa obsidione ꝙ omnes status ꝛ conditiones ab homine sene vsq3 ad infantē lactentē in sinu et vbere matris tremēt et pauebunt videntes eminere eis interitum vsq3 quo deuiant in finalem destructionē et captiuitatem. Que omnia mala fuerunt cōpleta in illo populo et templo ꝛ ciuitate. vt patet quarto regū vltimo. ꝛ. ij. Paralipomenon vltimo ca.

Et dixit vbinā sunt cessare faciā ꝛc. ꝛ qō. iiij homini.

¶ Hec est secūda pars huius narrationis et comminationis quam iudei continuant cum precedenti exponentes totum de destructione hierusalem facta per caldeos nullā facientes mentionem de destructione secūdi templi et ciuitatis de vltima captiuitate facta per romanos. Sed dictum est superius qualiter moyses preuidit in spiritu per reuelationem totum discursuz illius populi vsqz ad xpm et substitutionez populi gentilis: et preuidit destructionē vtriusqz templi. Et ideo postqꝫ superius moyses in persona christi predixit: ⁊ cōminatus est destructionē primi templi ⁊ ciuitatis que facta fuit per chaldeos. Nunc aūt in hac scđa parte predicit: et precōminatur destructionē scđi tēpli et ciuitatis: et perpetuā captiuitatē illius populi que fuit facta per Romanos in vindictaz mortis christi. B ¶ Ad cuius intellectum est notanduz qꝫ iudei ꝑpter peccatū idolatrie et obstinationis merebantur nō solum deleri: et eijci de terra sua: sed totaliter deleri de mundo nullo remanēte nec vnqꝫ ad propria reuerti: sꝫ descēdere ad inferni nouissima: sed deus noluit iudeos totaliter de mundo delere: nec eos in perpetua captiuitate detinere: ne Nabuchodonosor ⁊ sui successores superbirent de victoria sua putantes deū iudeorū esse victum ab eis: et iudeos nō esse traditos sue potestati ꝑpter peccata cōmissa cōtra deū sed in ꝓprijs viribus de ipsis iudeis obtinuisse triumphū. Et ideo deus voluit post. lxx. annos reducere illū populū in terram suā ⁊ excitauit spiritū Cyri vt dimitteret captiuitatem: ⁊ daret licentiam iudeis reedificādi ciuitatez ⁊ templum: vt ibi libere deo seruirent vsqz ad aduentū messie ⁊ deinceps a peccatis abstinerent ⁊ corrigerent: et messiam in lege promissum fideliter reciperent in illo secundo tēplo reedificato: sed ipsi peius peccatū perpetrarunt ⁊ commiserunt contra deum. Nam venit christus deus ⁊ homo messias in lege promissus vt legez declararet: ⁊ eos de captiuitate liberaret: sꝫ qꝛ doctrina xpi erat eoꝝ supbie ꝯtraria ⁊ auaricie: Jdeo cōceperunt inexorabile odiū cōtra eū: ⁊ obcecati in sua malicia cōtra legē ⁊ ꝑ oēm iusticiaz ipsuz morti tradiderūt: ⁊ qꝺ peiꝰ fuit spōte in sua malicia ⁊ obstinatiōe manere voluerūt. ⁊ sic facta sunt nouissima ꝑpłi illiꝰ peiora omībꝰ scelerībꝰ priorībus: idō punitio eoꝝ fuit eterna in corpore ⁊ anima. Nā per Tytū et romanos ciuitas cū templo fuit incēsa: ⁊ ipi ꝑtim fame cōsumpti ⁊ trucidati et totuz residuū in perpetuā captiuitatē ⁊ seruitem fuit destinatum et per totum orbem dispersum: et anime eorū fuerūt ad eternā penam ꝯdēnate. Et sic in corpore ⁊ anima fuerūt puniti. Et hoc est qꝺ predicit et cominatur deus per moysen in hac secunda parte: in qua tria facit. Primo eīm explicat causam quare deus noluit totaliter eos in prima captiuitate de mūdo delere: sꝫ eos a captiuitate in hierusalē reuocare. Secūdo explicat irremissibile peccatum quod commiserūt contra deū et messiam eius. Tertio perditionē eorum ⁊ finalē destructionem: et perpetuam dānationem. Secunda ibi. De vinea sodomoꝝ. Tertia ibi. Nonne hec condita sunt apud me. D ¶ Quantum ad primum est aduertendū qꝫ duplici de causa deus voluit seruare residuū illius populi: et non totaliter de terra extirpare et delere: immo voluit post. lxx. annos eos in terram suam reuocare per cyrū. Prima causa fuit propter superbiam regum babylonie et omniū chaldeorū: ne putarēt victoriā suam contra iudeos prouenisse ex viribus suis et non ex peccato iudeorū: et ne propter hoc contemnerent deum israel dicentes eum esse impotētem ⁊ victū Unde balthasar fecit conuiuiū: et in vasis sacris templi dabat potū concubinis et ceteris in contēptum dei: vt patet Danie. v. Scđa vt remaneret tēpus penitēdi vt recordati punitionis et captiuitatis facte ne iterum peccarēt nec rebellarēt contra deum: sed per punitionē factam de preterito: cauerent peccata de futuro ne amplius rebellarent: cōtra deum in carnē venturuz: sed ipsum reciperent tanqꝫ saluatorem: et messiam: et eius doctrinam sequerentur. Et hoc est quod dicit dominus per moysen in hac parte: vnde ait. Dicens vbinā sunt isti iudei scelerati.

Nota de dei via

Quare

De sal uauit gē tē iudeorum.

Cessare faciam ex hominibꝰ memoriam eorum.

De pe. d. ſ. c. tacitumitas ſ. deꝰ cū

Sed propter iram inimicorum distuli ne forte superbirēt hostes eorū: et dicerent.

Manus nostra excelsa: et non dominus fecit hec omnia.

¶ Cessare faciam memoriam eorum ex hominibꝰ et delebo et extirpabo eos totaliter de mundo: ne amplius nominentur in memoria hominum sm qꝫ merētur peccata eoꝝ. quasi dicat. Jta debuissez facere: scilicet delere memoriam eorum. Sed ego distuli eorum vitam propter iram et temeritatem et superbiam inimicorum suorum chaldeorū Ne forte hostes eorum chaldei superbirent ⁊ gloriarentur de viribus suis: et de potentia sua. Et dicerent et manus et potestas nostra excelsa fecit hec omnia: scilicet superauit et captiuauit iudeos et incendit hierusalem cum templo. Et non fecit hoc dominus deus eorum: immo fuit victus a nobis: nec potuit nobis resistere: quia eius vasa sacra asportauimus in babyloniam: et damus in eis bibere concubinis et familiaribus nostris: vt patet Daniel. quinto. Secūda causa quare deus noluit totaliter iudeos delere sed eos de captiuitate reuocare fecit vt ex preterita punitione castigarentur et corrigerentur: et precauerent futurā et nouissimam rebellionem: sed quando veniret messias reciperent eum. Sed quia hoc non fecerunt iudei: immo totum oppositum. Jdeo subdit Moyses.

Gens absqꝫ consilio est: et sine prudētia: vtinam saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent.

xxiij. q. iij c. i ecclesiastico. ⁊ ix. q. iij c. alioꝝ.

Quomodo persequebatur vnus mille: et duo fugarent decem milia.

¶ Ita gēs iudaica est absq; consilio et sine prudētia ¶ Unde est aduertendum sicut dictum est in principio: q istal doctrina simul est moralis et prophetica. Et ideo simul docet intelligere verum bonum et cauere malū futurum. Ideo dicit q ista gens ē sine consilio inquantum nesciunt discernere inter bonum et malum eorum que sunt ad finem et fuit sine prudentia inquantum nesciuit memorare preterita et disponere presentia et preuidere futura immo semper in omnibus elegit peiorem partem dimittendo deum verum a quo tot bona receperat: et sequendo deos falsos propter peccatum, tot punitiones passus est. et sic illa gens est et fuit semper sine consilio in nō discernendo: et sine prudentia in male eligendo: et malum non cauendo: sed semper ad deteriora precipitando et procedendo vsq; quo Christum occiderunt. Et idō subdit. Utinam isti iudei saperent scripturas idest diligenter explorarent et inuestigarent et perscrutarentur cum sapore scripturarum: quia hoc pertinet ad sapientiam que est de rebus diuinis et altissimis que in sola sacra scriptura reperiunt. Et vtinam intelligerent: idest ad intelligendum scripturas cū humilitate et ratione se prepararēt non ad sensum carnalem: sed spiritualem. Et sic prouiderent idest procul viderent nouissima mysteria de christo et ecclesia: que in scripturis latēt et occultantur et prouiderent quomodo est christus finis nouissimus totius legis et quomodo oēs scripture loquūtur de christo tanq̄ de fine nouissimo. Unde si iudei fuissent vsi bono consilio in discernendo et bona prouidentia in eligendo: et sapuissent et intellexissent sacras scripturas ad verum sensum et prouidissent nouissima mysteria figurata per sacram scripturam nō negassent nec occidissent christum partem pessimam et malam eligendo. Item si cum consilio et prudētia sapuissent et intellexissent victorias et punitiones preteritas quomodo deus puniuerat eos propter peccata sua quotiens peccauerant: prouidissent nouissima: et cauissent iterū peccare. Unde si sapuissent et intellexissent et recordati fuissent quomodo propter ydolatriam totiēs puniuerat eos per finitimos tempore iudicum et Regum: et finaliter per chaldeos fuerūt afflicti destructi et a finibus expulsi et captiuati in babylonia: tunc prouidissent nouissima et non occidissent nec negassent christum. Item si sapuissent et intellexissent omnia supradicta cognouissent et cognoscerent quomodo ciuitas cum templo fuit incensa per chaldeos et populus ductus captiuus et quomodo vnus chaldeus fugabat mille iudeos et duo fugarent decem milia iudeorum in illa obsidione tunc cognoscerent q hoc nō euenit ex defectu et debilitate dei nec ex viribus et potentia chaldeorum aliorum aduersariorū sed ex peccato ydolatrie iudeorum. Unde.

Xps est finis legis.

Nonne ideo q deus suus vendidit eos et dominus conclusit illos. Non enim deus noster vt dij eorum et inimici nostri sicut iudices.

¶ Nonne ideo iudeis euenit ista persecutio: quia deus suus vendidit illos et tradidit in manus inimicorum: et dominus conclusit illos in illa obsidione propter peccata sua supple: et non ex impotentia dei: quasi dicat immo propter peccata illius populi: quia deus noster non est deus victus et impotens sicut dij eorum qui ab eis dicuntur quandoq; victi et impotentes: vt patet in libro Eneidos .i. vbi dicit Iuno. Gens inimica mihi tyrrenum nauigat equor. Ilium in Italiam portans victosq; penates. Item in libro secundo eiusdem Uirgilij.: Heu nihil inuictis fas quenq̄ fidere diuis: vbi alij legunt inuitis idest nolentibus. Ex quo patet q dij Troianorum et aliorum gentilium sunt impotentes et victi: sed deus noster nō est impotens sicut dij eorum: immo est omnipotētissimus de quo inimici nostri fideles possunt esse iudices et testes eo q experti sunt multotiens omnipotentiam dei nostri: vt patet in portentis et signis egypti et in transitu maris rubri vbi dixerunt. Fugiamus israelem dominus enim pugnat pro eis cōtra nos. Exo. xv. Item Seon rex amorreorum et Og rex basan et omnia regna chanaan sunt iudices et testes de omnipotentia dei nostri: quia in egressu terre promissionis non mansit spiritus nec vires in hostibus: intantum q vnus de populo hebreorum fugabat mille de chananeis. Itē nabuchodonosor punitus a deo dixit q nō erat alius deus super terram nisi deus hebreorum Danielis .iij. et .iiij. et .v. Et vltimate Cyrus et Darius reges persarum: qui interfecerunt Balthasarem regem babylonie et subiugarunt regnum et relaxarunt captiuitatem sunt iudices et testimonium de omnipotentia dei: vt patet Esdre primo. Ergo sequitur q destructio regni iudeorum non prouenit ex viribus chaldeorū nec ex impotentia dei: sed ex peccatis iudeorum in tota ergo supradicta particula ostendit Moyses q licet iudei ex suis demeritis et peccato idolatrie meruissent totaliter deleri a memoria hominum: tamen deus voluit eis prolongare vitam propter tria. Primo ne inimici fideles superbirēt et gloriarentur de viribus suis et attribuerent victoriam dijs suis. Secūdo vt iudei saperent et intelligerent scripturas et considerarent punitiones factas et per illas cauerent futura peccata: et prouiderent nouissima mysteria de christo et ecclesia: et reciperent christum in aduentu suo: ne sibi essent iterum rebelles sicut prius. Tertio ne gētiles putarent deum nostrum esse impotentem et victum et non potuisse iuuare cultores suos: sed vt iudei cognoscerent illā punitionē sibi fuisse inflictā propter scelera et pctā sua et propter idolatriā deo permittente ipsos rebellare regi babylonie et per ipsum affligi. Deinde cum dicit.

De9 noster ops

Iudeos viuere voluit deus propter tria

De vinea sodomorum vinea eorum et de suburbanis gomorre. Uua eorū vua fellis: et botrus amarissimus.

Hiere. ix et .xxiij. q .i. ca. viii. et ad Ro. xij.

Fel draconum vinum eorum: et venenum aspidum insanabile.

¶ Predicit ultimum peccatum iudeorum commissum contra deum et messiam in lege promissum. Unde supra dixit deus quod ideo reliquit et reuocauit eos a captiuitate ad terram suam. Primo ut inimici non superbirent deum nostrum impotentem. Secundo ut iudei deinde saperent et intelligerent scripturas et prouiderent nouissima de xpo venturo: et non negarent: sed reciperent ipsum et deinde cauerent rebellare contra deum: sed ipsi iudei fuerunt sine sapientia et consilio et prudentia: quia peiora scelera commiserunt quam prius. Nam ante destructionem primi templi peccauerunt per idolatriam: sed post captiuitatem in fine secundi templi non solum fuerunt deo rebelles negando christum messiam suum. sed etiam ex odio ipsum occiderunt et in eadem infidelitate et obstinatione permanserunt: quorum peccatum et eius grauitatem explicat deus per Moysen per comparationem vinee et vue et vini. B ¶ Ad cuius intellectum

Vinea dicti sunt iudei. est notandum ut patet Esa. v. quod totus ille populus ab Adam et israel usque ad aduentum xpi dictus fuit vinea xpi: ut dictum est psal. lxxix. Ezechie. xvij. Quam vineam coluerunt patriarche et prophete et omnes fideles ve. testa. expectando ut faceret illam salutarem vuam et botrum qui fuit christus: qui quidem botrus et vua fuit torta et expressa in torculari crucis ex qua expressum est vinum sacramentorum ad salutem omnium fidelium simul cum vino generalis redemptionis: et sub tali fide et spe omnes fideles ve. testa. colebant istam vineam et legem Moysi. Sed ista vinea legis iam protulit vuam suam in aduentu suo. et collegium apostolorum et fidelium iam protulerunt fructum fidei colligendo istam vuam per fidem sed synagoga non fecit vuas fidei sed labruscas amarissimas infidelitatis et odij et homicidij contra christum. Et sic ex vinea domini facta est vinea sodomorum et gomorre: et sic patet quod domus israel que erat vinea domini exercituum diuisa fuit in duas partes. Quarum minor recepit christum, per fidem et sic fecit verum fructum: et collegit de vinea legis vuam salutarem qui fuit xpus et qua expressit vinum redemptionis et sacramentorum et sic ista minor portio mansit vera cum suo fructu. Altera autem pars minor non fecit vuas fidei sed labruscas amarissimas infidelitatis odij et homicidij: quia non solum non recepit xpm sed negauit et occidit eum et sic ex lege non collegit fructum salutis et redemptionis: sed damnationis: et sic facta est pars vinee sodomorum tota synagoga iudeorum que xpm negauit usque in hodiernum diem. Et ideo dicit Moyses quia iudei non sapuerunt, legem nec intellexerunt eam: nec prouiderunt nouissima christi que in lege erant figurata et promissa et in prophetis prenunciata. Ideo vinea eorum facta est de vinea sodomorum: idest sterilis et ceca. D ¶ Ad cuius in-

Sodoma dicitur cecitas. tellectum est iterum notandum quod sodoma interpretatur sterilitas, cecitas: aut pecus aut declinatio: dicitur enim cecitas: eo quod ex passione vitiorum percussa fuit cecitate mentis intantum quod perdidit iudicium rationis et omnes effecti sunt bestiales in moribus: quia abutebantur vitio luxurie in masculo. Ideo sodoma interpretatur pecus et bestia. Unde voluerunt abuti duobus angelis qui ingressi sunt in domum Loth: ideo percussi sunt cecitate et sic facti sunt ceci corpore et mente. Unde sodoma cum suburbanis et ciuitatibus adiacentibus submersa et combusta est et sterilis. ut patet Ge. xix. Hoc idem factum est de gomorra cum suis vicis et turibus suburbanis. Ideo gomorra interpretatur cecitas et seditio aut timor popularis et quia populus iudaicus siue synagoga fuit percussa cecitate mentis et odij in aduentu christi: et non fecit fructum fidei: ideo dicitur ceca et sterilis: et bestialis: et sedit sicut sodoma et gomorra. et sic iam non dicitur vinea dni: sed vinea sodomorum et gomorre. Unde sicut societas apostolorum et discipulorum et omnium conuersorum facta est vinea dni per fidem. Ita synagoga per infidelitatem et cecitatem facta est vinea sodomorum et gomorre. ¶ Tertio est vlterius notandum quod sicut in vinea considerantur tria per ordinem. scilicet ipsa vinea que est congregatio vitium et palmitum viridium. Secundo vua que inde colligitur. Tertio vinum quod ex vuis exprimitur. Ita pariter vinea ecclesie fuit ipsa congregatio aplorum sub viro e vnius fidei adunatorum. Fructus autem siue vua huius vinee fuit charitas qua xpm receperunt. vinum autem gratia et effectus redemptionis. Et etiam vinum huius vinee fuit predicatio euangelica et operatio miraculorum: quam apostoli ex fide et charitate expresserunt. Per oppositum synagoga. Nam quia illa vinea erat ceca et in odio contra xpm inueterata. Ideo peperit vuas et botros amarissimos mendacij et falsi testimonij contra christum Et sic fecit deum et legem mendacem quando xpm negauerunt. Unde iudei primo conceperunt odium contra christum in corde et cecitate mentis. Secundo protulerunt mendacium et falsum testimonium et blasphemiam contra eum in ore. Tertio commiserunt homicidium in operatione quando ipsum crucifixerunt. Quarto manserunt in infidelitate et obstinatione et damnatione perpetua. Radix ergo et vitis illius vinee sodomorum est cecitas et odium inueteratum: vua autem fuit mendacium et falsum testimonium et blasphemia dicta contra xpm. vinum fuit homicidium et mors xpi. Acetum autem factum ex illo vino est obstinatio acerrima. et damnatio amarissima: et desolatio que manet et perseuerat in illo populo usque in finem. Hoc est ergo quod intendit dicere Moyses in particula: scilicet quod deus noluit totaliter derelinquere istam vineam in illa captiuitate babylonis imo vocauit ipsam ut saperet et intelligeret legem et nouissima mysteria xpi prouideret: et christum in aduentu suo per fidem reciperet et veras vuas fidei et verum vinum colligeret et faceret etc. Sed totum oppositum fecit. Nam vinea eius synagoga degenerans a lege et recedens a deo facta est de vinea sodomorum et suburbanis Gomorre: per odium et cecitatem mentis et ideo vua eorum fuit vua fellis et botrus amarissimus: quando negauerunt christum et legem et prophetas mendaces fecerunt et falsum testimonium contra Christum dixerunt et amara

In vinea tria considerantur.

conuitia et opprobria infixerunt Et vinum eorum fuit tanq̄ ora conum quando ipsum amare morti et cruci tradiderunt et ipsi acetum felle mixtum porrexerunt: acetum autem eorum fuit venenum insanabile obstinationis et infidelitatis quod in eis perseuerat: quia est eis insanabile sicut venenum aspidum. L ¶Unde synagoga quasi per omnia facta est similis aspidi: nam sicut aspis est surda et excecata: ita synagoga post christum mansit ceca et surda: quia nec potest: nec vult audire veritatem sacre scripture: immo ponit sibi caudam obstinationis in aure dextra: ne audiat vocem euangelicam vt dictum est psalmo quinquagesimoseptimo. Item sicut venenum aspidum est insanabile: ita venenum obstinationis et odij synagoge et peccatum est insanabile vsq̄ ad iudicium. Ita eorum damnatio ven enata est insanabilis et pena irremissibilis et infinibilis sicut peccatum sodome fuit insanabile. Et sic patet quomodo synagoga facta est de vinea sodomorum: et de suburbanis gomorre postq̄ negauit et crucifixit xp̄m. Unde notāter dicit de suburbanis gomorre. Nam sicut sodoma et gomorra habebant suburbana scilicet vicos et rura confinia que participabant peccata et punitionem illarum ciuitatum: quia cum ciuitatibus fuerunt punita suburbana. Et sic manserunt destructa et sterilia. Ita pariter omnia suburbana ipsius hierusalem que consenserunt in necem christi: et omnes iudei qui manent in eadem obstinatione: dicuntur de vinea sodomorum: et de suburbanis gomorre: quia synagoga cum suis suburbanis et sequacib' et obstinatis iudeis dicta est sodoma et gomorra scilicet ceca et sterilis et bestialis et damnata: vt patet Esaie.i. vbi appellat principes synagoge principes sodomorū propter cecitatem et obstinationem et bestialitatem. Item sicut sodoma et gomorra habuerunt suburbana que participarunt peccatum eorum. Ita pariter peccatum cecitatis et odij iudeorum habuit suburbana pctā. Nā ex illa cecitate et odio prupperunt in mendacium et falsum testimonium: blasphemiā et homicidiū et infidelitatē: et obstinationem et venenū insanabile odij et rancoris qđ habent cōtra xp̄m et xp̄ianos. Et ista sunt pctā suburbana illius peccati iudeorum: ideo dicit moyses. Uinea eorum de vinea sodomorum et de suburbanis gomorre. Deinde cum dicit.

Synagoga aspis

xxxij. d. c. erubescant.

Nonne hec condita sunt apud me: et signata in thesauris meis.

Mea est vltio et ego retribuam eis in tempore vt labatur pes eorum.

xxij. q. ij. si q̄libet.

Iuxta est dies perditionis: et adesse festinant tempora.

x. xxij. q. iiij. c. displicet.

¶ Predicit punitionem peccati supradicti: que fuit facta per titum et exercitum Romanorum in destructione secundi templi. Dicit ergo deus. nōne hec scelera supradicta commissa contra christum et messiam condita et reposita sunt apud me et bene signata et sigillata in thesauris meis idest memoria mea que est archa et thesaurus omnium preteritorum presentium et futurorum quia noui omnia anteq̄ fiant quasi dicat non oblitus sum iniuriam factam christo filio meo et ideo dico vobis q̄ mea est vltio id est ad me pertinet facere vltionem et vindictam huius peccati de iudeis. Et ideo ego retribuam eis penam in tempore constituto: sed differo modo: vt magis labatur pes eorum ad alia scelera. Unde hoc dicit q: in illis quadraginta annis quos deus dedit eis ad penitentiam plura scelera commiserunt ad maiorem punitionem et penam eorum Iudei glosant ly vt pro quotienscunq̄ hoc est ego retribuam eis quotienscunq̄ labatur pes eorum ad peccandum vel ly vt potest poni p licet idest licet in illis quadraginta annis labatur pes eorum ad peccandum tñ non diu differetur eorum punitio: quia iuxta est dies perditionis eorum. Item licet modo concedatur eis potestas vt occidant christum tamen iuxta et prope est perditio eorum. Et tempora festinant et properant adesse idest vt cito fiat et compleatur eorum destructio et punitio per Tytum et Romanos. Quia.

Iudicabit dominus populum suum et in seruis suis miserebitur.

xv. q. i. c. firmissime.

¶Hoc dicit. Nam. L. quando deus statuit mittere Tytum et Uespasianum cum exercitu Romanorum cōtra hierusalem. Prius anteq̄ obsideretur apparuit angelus domini et precepit omnibus fidelibus christianis: vt recederent ab hierusalem et fugerent futurum excidium ciuitatis vt ait Eusebius in secunda ecclesiastice hystorie. Et sic christus condemnauit et puniuit omnes iudeos obsessos in hierusalē: sed misertus est eos auisando vt fugerent illam stragem et punitionem: sed tota congregatio malorum et obstinatorum iudeorum mansit et fuit inclusa et obsessa in ciuitate quorum partim fuerunt machinis bellorum in muris interfecti: partim in fame cōsumpti: partim gladio in captione trucidati: et ceteri in captiuitatem dispersi. Et ideo subdit q̄ de' et quilibet alius.

Uidebit q̄ infirmata sit manus: et clausi quoq̄ defecerunt residuiq̄ cōsummati sunt.

vi. qđ. i. sunt plurimi. hie re. ij.

Et dicent vbi sunt dij eorum in quibus habebant fiduciam.

De quorum victimis comedebant adipes: et bibebant vinum libaminum.

iiii. xxviij.

¶Infirmata et debilitata sit manus et ptās illius ppli in illa obsidiōe et clausi et obsessi defecerūt in virtutibus victualibus et in consilio: et omnibus necessarijs et residui consumpti sunt fame et gladio et captiuitate. Et tunc Romani videntes iudeos obsessos, et destinatos a deo dicēt: vbi sunt dij eorū. s. iudeo⁊ in quib' habebāt fiduciā: de quo⁊

victimis et sacrificijs comedebant adipes et pinguedinem et bibebant vinum libaminum et oblationum. Surgant ergo dij vestri: o iudei et opitulentur vobis et protegant vos in hac vestra necessitate: et liberent vos de manibus nostris. A

¶ Et nota ꝙ Romani et gentiles loquebantur secundum consuetudinem eorum. Nam sicut ipsi gentiles colebant plures deos quibus offerebãt diuersa sacrificia. Ita putabant ꝙ iudei colerent plures deos propter multitudinem et diuersitatem sacrificiorum et holocaustorum et oblationum et libaminum. Item putabant ꝙ dij ciuitatis obsesse et capti pariter vincebantur cum ciuite a dijs exercitus vincentis et triumphantis: sicut dictum est de dijs troianorum. Secundum ergo hanc consuetudinem dicebant Romani iudeis obsessis: vbi sunt dij eorum in quibus habebant fiduciam: quasi dicerent: aut dormiunt: aut sunt victi. Et maxime hoc dicebant gentes exercitus eo quod sentiebant quomodo populus obsessus continue clamabant ad dominum in templo et offerebant oblationes et sacrificia. Et tamen deus non exaudiebat eos: sicut dictum est psalmo decio septimo. Clamauerũt ad dominũ nec exaudiuit eos: eo ꝙ iam erat clausum celum orationibus eorum. Et ideo gentes exercitus habebant causam dicendi dij vestri.

xv.q3.v. capi.s. **Surgant et opitulentur vobis: ⁊ in necessitate vos protegant.**

¶ Quasi diceret fortiores sunt dij Romanorum ꝙ iudeorum. Sed ad hoc respondet deus dicens.

de cõse. di.iij.c. vltimo. **Uidete ꝙ ego sum solus et non sit alius deus preter me.**

¶ Quasi dicat vos Romani putatis ꝙ in israel ⁊ hierusalem sint plures dij: et ꝙ dij vestri sunt fortiores dijs hierusalem eo ꝙ non opitulantur eis: nec protegunt eos in hac necessitate et obsidione ⁊c. Et ego dico vobis vt videatis et consideretis bene ꝙ ego sum solus deus: ⁊ non sit alius deus preter me. Et ideo si vellem liberare istum populum ego bene possem liberare. Sed ego dimisi eum propter peccata sua: et sic permisi vt rebellarent contra Romanos: et venirent contra hierusalem: et abstuli et abstraxi auxilium meum et custodiam angelorum ab eis: et tradidi eos in manus vestras puniendos. Et sic non gloriemini nec putetis deos vestros victores: quia ego sum solus deus: nec est alius deus preter me quia dij vestri sunt falsi et impotentes. Et ideo ego per vos Romanos tanꝙ per ministros volui punire istum populum propter peccata sua. Unde.

Ios.di.c. nesci. sap.vi.⁊ xxij.q.s. c.magnũ **Ego occidam et ego viuere faciam: percutiã ⁊ ego sanabo: ⁊ nõ est qui de manu mea possit liberari.**

¶ Et ego occidam istuz populum iudaicum: et viuere faciam populum gentilem per fidez. Et ego percutiam istum populum cecitate et liuore: et sanabo populum gentilem a peccato. Et nõ est aliquis qui possit eruere. s. nec aliquem alius de manu mea. Item quosdam de isto populo occidam per peccatum. Et quosdam eorum faciam viuere per fidem et gratiam: sicut fuerunt apostoli ⁊ etiã multi qui quotidie conuertuntur. Et quosdã ego percutiam cecitate. Et quosdam sanabo per baptismum et penitentiam: et sic nemo potest eruere de manu mea quẽ ego punio. Quapropter sum qui punio istum populum et non dij gentium sicut vos putatis. Et ideo ego Deus.

Leuabo ad celum manum meam: et dicam viuo ego in eternum. xxij.q.v c.pdest.

Si acuero vt fulgur gladium meum: et arripuerit iudicium manus mea. xxiij.q.s. quid cui patur.⁊ xxiij.q.v s.vlti.

Reddam vltionem hostibus meis: et is qui oderunt me retribuam.

Inebriabo sagittas meas sanguine: et gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occisorum: ⁊ de captiuitate nudati inimicorum capitis.

¶ Leuabo manum meam in celum: idest cum iureiurando dicam. Uiuo ego in eternum: idest sicut viuo ego in eternum: ita sententia mea contra populum iudaicum est immobilis: idest quando ego acuero gladium sententie mee vt fulgur contra iudeos: et manus mea arripuerit iudicium: id est proposuerit et decreuerit iudicare eam et punire: tunc reddam vltionem et vindictam hostibus meis iudeis qui me crucifixerunt. Et retribuam vicem his qui oderunt et negauerunt me. Et inebriabo sagittas meas: idest Romanos sanguine iudeorum. Et gladius meus deuorabit carnes eorum in excidio hierusalem. Et inebriabo et satiabo sagittas et gladios meos de cruore inimicorum occisorum. Et captiuitate capitis nudati et abscisi et captiuitate templi nudati et expoliati. Unde iudei glosant de captiuitate nudati: idest capitum abscissorum ponendo singulare pro plurali: vt sepe fit in scriptura. Unde capita abscisa dicũtur nudata et expoliata et separata a corpore. Et sic de cruore iugulatorum et capitum abscisorum Romani satiarunt gladios suos.

Laudate gentes populũ eius q2 sanguinem suorum vlciscetur. Exhortatio ad custodiam mandatoꝝ.

Et vindictam retribuet in hostes: et propitius erit terre populi sui. xv.q.s.c. firmissime.

¶ Hec est tertia pars principalis in qua predicit conuersionem populi gentilis ad christum et ecclesiam. ¶ Unde postꝙ superius predixit fina

lem destructionem illius templi et reprobationẽ illius populi: q2 post predicationẽ euangelij ipsa synagoga iam non amplius fuit de vinea domini: sed de vinea sodomorum et de suburbanis gomore et diaboli. Ideo deus voluit sustinere populum gentilem et vocare ad ecclesiam: vt ex conuersis de populo gentili cum apostolis: et conuersis de iudaismo fieret vna ecclesia. Et sicut populus gentilis qui ante abominabitur deum cũ populo suo: post conuersionem laudauit deum et populũ eius. Ideo conuersus Moyses ad populum gentilem: dicit. O gentes laudate vos populum dei qui remanet conuersus de iudaismo. Postq̃ populus iudaicus reprobatus est: q2 ex populo dei factus est de populo et vinea sodomorum. In hebreo habetur. Exaltate gentes in populo eius. Translatio .lxx. habet. Letamini gentes cum plebe. Et ita allegat hunc textum apostolus ad Roma .xv. Et sic littera est magis clara ad propositũ vnde dicit Moyses. Postq̃ synagoga recessit et est reprobata a populo dei. Ergo vos gentes venite ad fidem christi et letamini cum plebe eius ꝛ gaudete beneficio redemptionis et gratie sacramentorũ postq̃ iudei indignos se fecerunt. Quia christus vlciscetur ꝛ vindicabit sanguinem seruorum: scilicet Stephani et Jacobi et aliorum quez iudei effuderunt. Et etiam retribuet vindictam in hostes tyrannos et reges paganorum qui persecuti sunt ecclesiam et effuderunt sanguinem martyrum: et finaliter christus erit propitius terre: populi sui: idest toti⁹ ecclesie toto orbe diffuse quia finaliter iudeis trucidatis et captis et subiectis et dispersis et tyrannis et infidelibus extirpatis et correctis deus prosperabit ecclesiam suam: qđ impletum est per conuersionem Constantini. A

¶ Ex supradictis patet qualiter doctrina Moysi in hoc cantico nõ solum fuit moralis et exhortatoria et comminatoria: sed etiam prophetica pronuncians gesta futura in illo populo. Et sic Moyses fuit vere propheta in hoc cantico. Et non solum habuit spiritum simplicem prophetie predicens solum ventura in illo populo: vt glosant iudei et quidam catholici hoc canticum vsq3 ad captiuitatem babylonie inclusiue et liberationem eius sed habuit duplicez spiritum prophetie per quam sua prophetia se extendit vsq3 ad christum et ecclesiam: et ad destructionem secundi templi ꝛ ciuitatis: et electionem et substitutionem populi gentilis in ecclesia et populo dei. Unde manifeste predixit Moyses destructionem primi templi et ciuitatis et captiuitatem factã per chaldeos propter peccatum ydolatrie et ingratitudinis: vt patet ab illo loco. Peccauerunt et non filij eius vsq3 ad illum. Et dixi vbinam sunt. Secũdo predicit destructionem secundi templi et ciuitatis propter aliud peccatum grauius. primo q̃ vinea illius populi facta est de vinea sodomoruz et suburbanis gomorre propter cecitatem et amarissimum odium: et venenum peccati eorum factũ est insanabile et irremissibile: quod nõ potest inesse aliud in secũdo templo nisi negatio et mors christi: vt manifeste patet ab illo loco. Et dixi vbi naz sunt vsq3 ad illum locum. Laudate gentes populum eius. Unde post destructionem primi templi et tempus captiuitatis babylonice predicitur reuocatio eorum et prorogatio status illius populi. Ne inimici superbirent et vt ipsi iudei saperent et intelligerẽt et preuiderent nouissima mysteria de christo et ecclesia in lege et prophetis promissa et pronunciata. Sed post destructionem secundi templi et ciuitatis factam per Romanos non promittitur nec predicitur relaxatio huius captiuitatis in qua ꝑseuerant nec predicitur reedificatio templi et ciuitatis. Sed predicitur substitutio populi gentilis. Et vocantur gentiles vt veniant ad ecclesiam ad laudandum deum cuz apostolis. Et recipiantur cum eis ad ecclesiam et gaudeant beneficio redemptionis: sicut fuit prophetatum zacharie .viij. circa finem. vbi dicitur q̃ venient populi multi et gentes robuste ad querendum dominum exercituum in hierusalem et deprecandam faciem domini. Et in diebus illis apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium et apprehendent fymbriam viri iudei dicentes: ibimus vobiscum. Audiuimus enim q̃ deus vobiscum est. Quod fuit impletum quando gentiles videntes signa et miracula et doctrinaz apostolorum sponte et cum conuersis de iudaismo synagoga reprobata et abdicata. Unde de cõuersione et substitutione populi gentilis patet per totum discursum legis et prophetarum. Et hoc voluit dicere Moyses cum concludit. Laudate gentes populum eius ꝛc.

¶ Finitur expositio canticorum ferialium edita per longe reuerendum dominum Jacobum Perez de Ualentia episcopuz Christopolitanum.

¶ Ex hispanorum regum illustri progenie nobilissime filie ac dilectissime domine Elizabeth de billena abbatisse sancti monasterij sancte trinitatis vrbis Ualentie Jacobus Perez episcopus Christopolitanus in filio virginis Salutem.



Angenti cuz affectu orasti sepenumero imbecillitatem meam domina dilectissima: vt qui cõmentarios in psalmos Dauid quõdã ediderã Et cantica ferialia simul cum cantico Ambrosij et Augustini nõ multo post tempore exposuieram. Nunc autem ad canticum virginis expo-

nendum animum appellere non negarem. Indignum enim ac reprehēsibile existimabas: si inter tot labores mihi dudum assumptos canticū tante virginis maneret omissum.
Addebas preterea: ne illius laudibus explicandis calamo parcerem.
Et ne prolixitatis metu: aut quouis alio sinistro respectu: cuncta eius priuilegia: dignitatesq; a deo eidem largitas silentio paterer pertransire.
Et hoc vt habeant que in tuo sacro collegio tecum domino seruiunt virgines et filie: vnde in laudibus virginis die noctuq; contēplentur. Quod quidem opus tam arduum et inextricabile mihi agrediendum per difficile existimaui. Hoc enim est illud psalterium decachordum: quod dauid in suis psalmis in persona virginis marie: et totius ecclesie sepenumero cātandum pollicetur. Quod quidē canticū ipsa intemerata virgo afflata spiritusancto decem breuibus versibus absoluit et decantauit. Quis ergo digne cogitare queat huius cantici inaccessibilem profunditatem: in quo non solum cūcta mysteria ac promissiones patriarcharum: et vaticinia prophetarum fuisse completa in christo dignoscuntur: verūetiam tota veritas euangelica breui sermone referatur. Aut quis deniq; tante virginis laudum immensitatē poterit humanis verbis explicare: et tot beneficia ipsi a deo collata paruo libro conscribere: que illum suo virgineo gremio meruit gestare cui āgeli seruiūt demones contremiscunt: celi parent et muta obediunt elementa. Quid ergo dicam pauper ingenio: egens eloquio presertim cum mihi egritudine oculorum pergrauato non modo calami officio vti non conceditur: verū etiam legendi facultatē liberam video denegari. Verūtamen tante virginis deuotione compulsus: et ea quam erga me semper gessisti charitate conuictus: tuis deuotis exhortationibus satisfacere: & prout mihi desuper fuerit condonatum obedire conabor. Et quid sibi velit virgo Maria in hoc altissimo cantico superno semper fretus auxilio: & tuis tuarūq; filiarum orationib9 premunitis: perscrutari tentabo. Tandem autem ad virginis filium mea verba conuertens simul cum eadem virgine tympanistria nostra hoc psalterium decem chordarum canere incipiam.



Agnificat anima mea dominum.

¶ Huic cantico ꝑponit talis titul⁹ scʒ cāticū v̄ginis marie. Eo q: ipsa ipm edidit: ⁊ pmo cātauit. ¶ Sed sicut dictū est q: totū istud cāticuʒ et eius snia ⁊ itelligētia fundat in v̄bis angeli Gabrielis qn salutauit virginē mariā in incarnatiōe filij dei. Et in verbis Elisabeth quando maria salutauit eam: ideo ad consequendam intelligentiam huius cantici necessario est prehabenda intelligentia illorum verborum. Et ideo anteq̄ veniamus ad expositionem et diuisionem huius cātici breuiter percurremus dicta angeli et Elisabeth Luce primo. Unde ait Lucas euangelista q̄ in mense sexto post conceptionem Johannis baptiste. Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem galilee: cui nomen nazareth. Ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph de domo dauid. Et nomen virginis Maria. In quibus verbis verificantur dicta prophetarum q̄ christus ex virgine erat nasciturus prout predixerat Esaie septimo capitulo. Ecce virgo concipiet et pariet filium ⁊c. Et etiam verificantur promissiones patriarcharū: q̄ xp̄s erat nasciturus ex dauid. Et per cōsequēs de tribu iuda: et de genere Jacob ⁊ abrae secundū carnem sicut eis fuerat ꝓmissus. Et ideo subdit Lucas q̄ Gabriel ingressus ad virginem mariam explicauit suam legationem ex parte dei dicens. Aue gratia plena domin⁹ tecū: benedicta tu in mulierib⁹. In qua quidem legatione et in quibus verbis. C

¶ Quatuor bona noua ⁊ magna beneficia annunciat angelus. Primo virgini marie ⁊ ex consequēti toti generi humano annunciat vniuersalem redemptionem et salutem generis humani cum ait Aue. Scdo annūciat plenitudinē grē quā primo consecuta est Maria ⁊ exinde tota ecclia cum ait Gratia plena. tertio annūciat aduentum filij dei in eius vterum: ⁊ exinde in totam ecclesiam cuʒ subdit. Dn̄s tecum. quarto annunciauit benedictionem et dignitatem marie super omnes mulieres cum subdit. Benedicta tu in mulieribus. D

¶ Ad quoꝝ intellectū est notādū q̄ quatuor mala

Luce .j.

Quatuor noua seu beneficia angelus anūciat marie.

Quatuor mala propter peccatum Ade.

¶ Ad intellectum et argumentum huius cantici est notandum prout scribitur Luce .i. Quod circa tempus incarnationis christi inter fideles illius temporis in quibus manserat vera fides et spes israel et abrae de christo futuro et mysterio nostre redemptionis: fuit vnus zacharias vir elisabeth vnus de .xxiiij. sacerdotibus electis qui secundum vices suas et ebdomadas ministrabant in templo. Et ideo cum iste zacharias vir sanctus et iustus videret sceptrum de iuda esse ablatum et regnum iudeorum in potestate Herodis viri alienigene et tyranni qui multis modis affligebat populum et videret populum iudeorum deprauatum per falsam doctrinam et fermentum scribarum et phariseorum qui iam deprauauerant et corruperant scripturam legis et prophetarum falso modo et ad suum lucrum glosando. Et videret instare tempora aduentus messie eo quod iam erant complete .lxij. ebdomade Danielis prophete in quarum fine promissus christus debebat venire. Hinc est quod diebus ac noctibus deum orabat vt deus mitteret christum filium suum ad liberandum genus humanum de seruitute peccati: et ad liberandum illum populum ab errore scribarum et phariseorum et heretico rum. Et de manu herodis tyranni: vt omnes libere et recte possent deo seruire in iustitia et veritate et sanctitate secundum verum intellectum sacre scripture. ¶ Sed factum est cum zacharias fungeretur officio sacerdotali in templo secundum vicem suam quadam die apparuit ipsi angelus gabriel stans a dextris altaris incensi qui dixit ipsi. Non timeas zacharia quoniam exaudita est deprecatio tua: de acceleratione aduentus christi supple. Unde elisabeth vxor tua: pariet tibi filium. Et vocabis nomen eius Johannem. Et erit gaudium tibi: et exultatio Et multi in natiuitate eius gaudebunt: eo quod ipse erit precursor christi quem totus mundus desiderat supple. Unde iste puer spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris sue. Et multos filiorum israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse preibit tanquam precursor ante illum. idest christum in spiritu et virtute Helie: vt conuertat corda patrum in filios et incredulos deprauatos per scribas et phariseos conuertat ad prudentiam et veram intelligentiam iustorum parare: idest ad parandum domino plebem perfectam: quia preparabit corda eorum vt recipiant christum et legem iustitie eius et euangelice veritatis etc. Sed quia zacharias dubitauit in verbis angeli. Ideo mansit mutus non loquens vsquequo verba angeli fuerunt impleta vt patet Luce .i. Et ideo postquam elisabeth concepit Johannem baptistam. In mense sexto idem angelus gabriel missus a deo nunciauit marie virgini incarnationem filij dei ex ea dando ipsi exemplum de elisabeth que conceperat filium in senectute sua. Unde postquam virgo maria concepit filium dei illico exurgens abijt cum festinatione a nazareth in iudeam: et ingressa domum zacharie salutauit elisabeth. Et mansit cum ea tribus mensibus vsque ad natiuitatem iohannis baptiste: quem suscepit virgo maria in manibus. Et interrogauit zachariam quem vellet vocari eum: qui accepto pugillari scripsit dicens. iohannes est nomen eius. Et tunc apertum est os zacharie. Et plenus spiritusancto: prout christus existens in vtero virginis inspirauit in eum agens deo gratias cantauit hoc canticum dicens. Benedictus dominus deus israel in quo quidem cantico duo principaliter facit. Nam primo agit gratias: quia iam venit christus ad complendum omnia promissa patriarcharum et prophetarum. Secundo dirigit verba ad puerum natum commendando ipsum de officio precursoris: quia erat precursor christi Secunda ibi. Tu puer propheta altissimi etc. ¶ Ad intellectum ergo prime partis est notandum quod tota sacra scriptura legis et prophetarum frequenter apellatur testamentum dei: cuius ratio est. Nam testamentum dicitur a testando: quod idem est quod affirmare. Et ideo vtriusque iuris professores dispositionum omnium bonorum confirmatam per mortem testatoris appellant testamentum. Unde diffinientes testamentum dicunt: quod testamentum est vltima voluntas testatoris .i. dispositio omnium bonorum per vltimam voluntatem testatoris confirmatam: vltimam autem voluntatem appellat illam que per mortem finitur et confirmatur. Et ideo nunquam dispositio testa. est valida nec confirmata nisi per mortem testatoris: eo quod per totum tempus ante testatoris potuit mutare voluntatem: et per consequens dispo-

Maria suscepit Johannem in manibus.

Scriptura dicitur dei testamentum.

positionem suorum bonorũ. Et ideo heres nõ re-
cipit hereditatẽ nisi post mortez testatoris: ideo
illa dispositio omniuz bonorum que facta est per
magnum tempus per testatorem non dicitur do-
natio: nec concessio: sed quedam sponsatio et pro
missio que non sortitur effectum nisi per mortẽ te
statoris. Ex quibus oĩbus ptz ꝙ tota scriptura le
gis et prophetarũ ante aduentũ xpi nõ ꝓprie po
terat dici testamentũ respectu illius populi: sz so
la dispositio te. inquantũ promittebatur eis xps
in carnem venturus: qui eos de seruitute peccati
debebat liberare: et bona spiritualia gratie ⁊ glo
rie in hereditatem conferre. Sed respectu dei sem
per dictum est testamentum inquantum voluntas
dei semper fuit et est firma et immutabilis. Sed
respectu illorum fidelium et nostri nunꝗ fuit ve-
rum testamentum: vsquequo per christum et eius
mortem fuit confirmatum. Unde christus deus q̃
olim illud testamentum disposuerat per promis-
siones factas patriarchis et prophetis. Postea
veniens in carnem confirmauit per suam mortez
et passionem. Et ideo tunc omnes fideles vete. te
sta. simul nobiscum receperunt repromissiones vt
inquit apostolus Ad Hebre. xi. Et sic ptz qualiter
testamentum nouum nil aliud est nisi cõfirmatio
vete. testa. facta per christum in sua incarnatione
et conuersione et morte et resurrectione et ascen-
sione. Et ideo tota scriptura vtriusqꝫ legis nõ est
nisi vnum testamentum. s. ante aduentũ christi di-
spositum: et per aduentum christi confirmatũ: q:
tota sacra scriptura ve. le. nil aliud fuit nisi q̃dam
dispositio testa. Ideo dr psal. lxxxviij. Disposui te-
stamentũ electis meis: sed tota scriptura no. leg.
nil aliud est nisi cõfirmatio veteris facta p mortẽ
xpi. Ideo dicit saluator hic calix nouum testm̃ est in
meo sanguine. i. per meũ sanguinẽ nouiter cõfir-
matũ. j. ad Cor. xi. Et ideo hec est cã quare patri-
arche et ꝓphete et omnes fideles vete. testa. cum
tanto affectu desiderabãt aduentũ christi. s. vt ve-
niret ad cõfirmandũ testm̃ suum: ⁊ vt reciperẽt ꝓ-
missiones faciendas de beneficio redemptionis.
Et hec est causa quare virgo maria et zacharias
et symeon: cantarunt cantica noua agendo grãs
in conceptione et natiuitate christi: eo ꝙ per xpm
totum testamentum vetus in breui erat confirmã
dum: immo iam incipiebat cõfirmari. Et ideo est
videnduz que sunt illa bona in vete. testa. promis-
sa et in nouo testamẽ. per christum confirmata et
completa pro quibus zacharias agit gratias in
No. bo- hoc cantico. E ¶ Ad qđ dr ꝙ primo xps ꝓmisit
na pmis- venire in carnem ad visitandũ plebẽ suaz ⁊ oues
sa vete. suas: vt ptz Ezech. xxxiiij. Scdo ꝓmisit redimere
testa. ⁊c. pplm suũ: vt ptz psal. cxxix. Tertio ꝓmisit exaltare
regnũ dd spũale de ipso carnẽ assumẽdo: vt. ij. Re
gũ. vij. ⁊ xxiij. ⁊ psal. lxxxviij. ⁊ cxxxi. Hoc idem ptz
Esa. vij. ⁊ ix. ⁊ Hiere. xxiij. ⁊ xxxij. ⁊ Ezech. xxxiiij.
Sed talis promissio prius facta fuerat ipsi abrae
Et ideo zacharias in hoc cãtico agit gratias: q:
oẽs illas promissiões putat esse cõpletas postꝗ
mysterium incarnationis erat factum: eo ꝙ chri-
stus in carne assumpta omnia illa erat in breui cõ
pleturus. Et ideo dicit.

Benedictus dominus deus israel: Luce. i.
quia visitauit et fecit redemptionem
plebis sue.
¶ Quasi dicat. q: iam visitauit nos per suam pre-
sentiam et predicationem ⁊ miraculorum opatio
nem. Et iam fecit redemptionem plebi sue p suã
mortem et passionem.
Et erexit cornu salutis nobis: in do- De pse.
mo dauid pueri sui. di. iiij. c. vlti. ⁊. ij.
Sicut locutus est per os sanctorum: reg. vij.
qui a seculo sunt prophetarum eius. Eze. xx
Salutẽ ex inimicis nostris: ⁊ de ma iiij. ps. cxxix.
nu oĩm qui oderunt nos. De pse. dis. ij. ite
Ad faciendã miam cũ patribus no- ratur.
stris: ⁊ memorari testamẽti sui scti. Esa. vij. et. ix.
Iusiurãdum qđ iurauit ad abraam
patrem nostrũ: daturũ se nobis.
Ut sine timore de manu inimicoruz
nostrorũ: liberati seruiamus illi.
In sanctitate ⁊ iusticia coram ipso:
omnibus diebus nostris.
¶ Et iam erexit cornu. i. regnũ salutis nostre in do Gen. l. ⁊
mo. dd pueri sui de virgine maria carnẽ assumẽdo xxix. vij.
per quod mysterium exaltauit domũ dauid: eo ꝙ q. i. sug-
virgo Maria erat de domo Dauid. Et exaltauit gestum.
humanam naturam inquantum dignatus est no- Et d cõ-
stram naturaz assumere. Et ideo de domo Dauid se. d. iiij.
exaltauit et erexit cornu. i. victoriaz nostre salutis c. ꝓprie.
Nam humanam naturam que per peccatum ip-
sius adam erat prostrata: xps erexit ipsaz assumẽ
do et post mortem et passionez in ea resurgendo.
Quattuor ergo modis erexit humanam naturam
prostratam. Uno modo ipsam personaliter assu-
mendo per incarnationem. Secundo modo ipsaz Naturã
liberando per mortem et passionem. Tertio ipsaz hũanaz
glorificando per resurrectionem. Quarto in celo erexit q̃-
inter angelos collocando per suam ascensionem. tuor mo
Et totum hoc fecit xps sicut quondaz locutus est dis.
idest promisit per os. sanctorum prophetaꝝ eius
qui a. seculo et in principio mundi. sunt: idest hoc
fecit vt impleret et verificaret promissiones que
facte sunt eis a seculo et principio mundi discur-
rendo per omnia secula et etates. Nam in primo
seculo et etate xps redemptor fuit promissus ipsi
adam ⁊ abel ⁊ enos ⁊ enoch. Et in secunda etate
fuit promissus ipsi Noe. Et in tertia: ipsi Abraaz
et Isaac ⁊ Iacob. Et in quarta ipsi moysi ⁊ Iosue
Et in quinta ipsi Dauid et omnibus prophetis
primi templi. Et in sexto seculo et etate fuit ꝓmis
sus ipsi Danieli ⁊ aggeo cum prophetis secundi
templi, put dictũ est in cantico virginis. Et ideo
xps venit in carnẽ ⁊ visitauit nos p incarnationẽ.
Et fecit redẽptionem plebi super mortẽ ⁊ passio-
nez. Et erexit cornu salutis nostre per resurrectio
nem et ascensionem: sicut locutus est et promisit p

os sanctorum prophetarum et patriarcharum eius qui sunt et fuerunt a seculo et mundi a principio per omnia secula: et per omnes etates usque ad christum. Unde consecuti sumus salutem per christum ex inimicis nostris: idest saluauit et liberauit nos ex inimicis nostris diabolis: et de manu infidelium qui oderunt nos: et hoc per mortem et passionem et per ecclesiastica sacramenta: et per predicationem apostolorum. Item christus iam visitauit nos et venit ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: idest venit ad liberandum eos de limbo inferni: sicut locutus est et promisit per os sanctorum prophetarum eius et maxime zacharie. ix. qui dixit. Tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu ubi non erat aqua. Item christus dignatus est memorari testamenti: idest promissi et pacti sui sancti veniendo in carnem: sicut locutus est et promisit ipsi David psal. lxxxviij. dicens. In eternum seruabo illi misericordiam meam: et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum semen eius et thronum eius sicut dies celi. Neque prophanabo testamentum meum Et que procedunt de labijs meis non faciam irrita etc. Item christus non solum impleuit testamentum et promissionem factam ipsi David et omnibus prophetis veniendo in carnem. Sed memoratus et recordatus promissionis et testamenti sui sancti: adimpleuit infirmandum quod iurauit ad Abraam patrem nostrum Gen. xij. quando sub iureiurando promisit deus daturum se nobis in carnem ad redimendum nos per mortem et passionem per figuram sacrificij ipsius Isaac: et per immolationem illius arietis. ubi dixit dominus. Per memetipsum iuraui: quia fecisti rem hanc multiplicabo semen tuum sicut stellas celi etc. Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Et semen tuum: scilicet christus possidebit portas inimicorum suorum idest expoliabit infernum eius portas ereas confringendo. Et electo principe huius mundi foras subijciet et possidebit populum gentilem. Et ideo subdit zacharias dicens. dominus Jesus adimpleuit iusiurandum: quod iurauit ad abraam patrem nostrum veniendo in carnem et per mortem et passionem nos liberando: ut liberati de manu diabolorum et infidelium inimicorum nostrorum libere et sine timore seruili seruiamus illi in sanctitate et iusticia in lege euangelica que sanctificat et iustificat hominem: que quidem lex euangelica data per christum dicitur lex libertatis amore future beatitudinis. Et non dicitur lex seruitutis formidine pene temporalis: sicut lex moysi: nec onerosa iugo cerimoniarum sicut illa. Item euangelica dicitur lex iusticie: quia iustificat per fidem articulorum et per charitatem et obseruantiam preceptorum: non solum in effectu: sed etiam in affectu. Et dicitur lex sanctitatis: quia sanctificat per gratiam sacramentorum. Et ideo dicit ut sanctitate et iusticia seruiamus illi omnibus diebus nostris: eo quod lex vetus sub qua in timore seruiebamus non de se sanctificabat: nec iustificabat nisi per solam fidem christi futuri, prout frequenter dictum est. ¶ Nota etiam quod tota ista constructio et sententia potest dependere ab illo

Lex euangelica iustificat.

versu: scilicet sicut locutus est per os sanctorum etc. ut sit sensus. Benedictus dominus deus israel: qui visitauit et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nostre etc. sicut locutus est: idest sicut promisit per os sanctorum prophetarum eius. Nam ipse locutus est. i. loquendo promisit salutem ex inimicis nostris. i. promisit mittere saluatorem: qui saluaret: et liberaret nos de inimicis nostris tam diabolis quam infidelibus et de manu et potestate omnium inimicorum qui oderunt nos. Et hoc locutus est et promisit per Samuelem et Nathan. Et per ipsum David psal. lxxxviij. dicens. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei. Et brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis diabolus non apponet nocere ei. Et concidam a facie eius inimicos eius: et odientes eum in fugam conuertam. Item iam christus visitauit plebem suam: et venit ad faciendam misericordiam patribus nostris: sicut locutus est et promisit in eodem psalmo dicens. Misericordias domini in eternum cantabo. Quoniam dixisti in eternum misericordia edificabitur in celis: et preparabitur misericordia tua in eis etc. Item iam christus erexit cornu salutis nostre assumendo carnem de domo dauid sicut locutus est in eodem psalmo dicens. Disposui testamentum electis meis. Iuraui dauid seruo meo: usque in eternum preparabo semen tuum etc. Item infra. Et veritas mea et misericordia mea in ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. ¶ Item iam memoratus et recordatus est testamenti sui sancti veniendo in carnem: sicut locutus est et promisit memorari testamenti sui dicens in eodem psalmo. Neque prophanabo testamentum meum: et que procedunt de labijs meis non faciam irrita. Item in eternum seruabo illi misericordiam meam. Et testamentum meum fidele ipsi. Item iam adimpleuit iusiurandum: quod iurauit ad abraam patrem nostrum daturum se nobis in carnem: sicut locutus est et promisit ipsi Gen. xxij. Item iam venit christus et liberauit nos de iugo legis et de falso fermento scribarum et phariseorum et dedit nobis legem euangelicam que est lex libertatis et sanctitatis et iusticie: ut de manu inimicorum nostrorum non solum demonum: sed etiam scribarum et phariseorum qui corruperunt legem et de manu infidelium liberati seruiamus illi in sanctitate et iusticia. Et hoc facit christus sicut locutus est et promisit Esa. ij. Quia de syon exibit lex et verbum domini de hierusalem. Item Hiere. xxxi. Dabo legem meam in cordibus eorum et in visceribus eorum scribam eam. Item Malachie. iij. Erunt offerentes domino sacrificia in iusticia: et placebit domino sacrificium iuda et hierusalem etc. ¶ Propter autem omnia que dicta sunt in hac prima parte est aduertendum: quod virgo maria et zacharias et Symeon et etiam angeli in quatuor canticis euangelicis tenent medium inter prophetas et euangelistas. Nam prophete predixerunt de christo et ecclesia omnia que erant mere futura. Et apostoli et euangeliste scripserunt et predicarunt ea que iam erant facta et completa. Sed supradicta quatuor cantarunt de christo et ecclesia ea que partim erant facta: scilicet mysterium incarnationis: et partim incepta sed nondum completa sicut mysterium nostre redemptionis. Nam christus a primo instanti sue incarnationis incepit nostram redemptionem in proposito et affectu: pro nobis patrem orando. Et etiam

Nota.

in effectu: q2 ilico mouit matrez. vt iret ad visitan/dam elisabeth: vt sanctificaret iohãnez baptistã. Et sic respectu xp̄i vnicus fuit act⁹ nõ interpolla/tus nr̃e redẽptiõis a primo instãti incarnationis vsq3 ad ascẽsionẽ inclusiue: vt dictũ est supra psal. xxix. Et hec est cã quare ṽgo maria in suo cãtico: ⁊ zacharias in isto iam p̄dicãt futurã redẽptionem per verba de preterito: nõ solũ propter certitudi/nẽ pphetie: sicut faciebãt pphete. Sed etiã q2 my/steriũ nr̃e redẽptionis iam erat inceptũ: ⁊ de ppin quo cõplendũ. Et ideo dicit ṽgo maria. Fecit po tentiã in brachio suo ⁊c. Et dicit zacharias. Quia visitauit et fecit redẽptionez ⁊c. Et symeon dicit. Quia viderunt oculi mei salutare tuũ ⁊c. Et ange li dixerũt. Gloria i altissimis deo. Et in terra pax hominibus ⁊c. Eo q̄ mysteriũ nostre redẽptionis licet nondũ esset cõpletum: tamen iam erat ince/ptum. Nam qui incepit: plusq̄ dimidiũ habet: vt
mat.xi.⁊ inquit p̄hus ⁊ Horatius. Et ideo isti quattuor lo
xxi.q.iiij quũtur per verba de p̄terito: q2 partim sunt euan/
ca.i.in gelistę ⁊ partim pphete: vt patet intuẽti.
glo.
mat.iij. **Et tu puer propheta altissimi voca/**
⁊ ioh.i. **beris.**
6 pe.d.i. **Preibis enim ante faciem dñi para/**
c.serpẽs **re vias eius.**
malach.
tertio. **Ad dandam scientiam salutis ple/bi eius in remissionem peccatorum eorum.**

Per viscera misericordie dei nostri: in q̄bus visitauit nos oriẽs ex alto.

Illuminare his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

¶ Hec est secũda pars principalis huius cantici in qua cõmendat puerum nouiter natũ: sc3 Iohã/nem baptistã in dignitate officij precursoris. Vñ postq̄ in prima parte egit gratias de beneficio in carnationis benedicendo christũ deum incarna/tum existentẽ in vtero virginis marie: nunc aũt cõ uertit ⁊ dirigit verba sua ad Iohannem nouiter natum: quem virgo maria tenebat in vlnis suis Et sic postq̄ superius p̄dixit xp̄m fore mũdi salua torem ⁊ redẽptorẽ. Hic aũt p̄dicit iohãnem bapti
Duplex stam fore xp̄i precursorẽ. ¶ Ad cuius intellectũ est
cã hu⁹ aduertendũ q̄ zacharias ex duplici respectu ⁊ no
pphie. ticia loquit̃ verba sequẽtia in cõmendationẽ pue ri. Nam primo hoc habuerat ex reuelatiõe ange/li gabrielis stantis a dextris altaris incensi: q̄ ipsi reuelauerat conceptionẽ: ⁊ natiuitatẽ ⁊ sanctita/tem et officiũ iohãnis: quando ipsi dixit: vxor tua elizabeth pariet tibi filiũ ⁊c. Item dixit vltra quo ad officium suum. Multos filiorũ israel cõuertet ad dominũ deum ipsorũ. Et ipse precedet ante il lum in spiritu ⁊ virtute Helye: vt conuertat corda patrũ in filios ⁊ incredulos ad prudentiam iusto storum parare domino plebẽ perfectã. quasi dice ret q̄ sicut Helias tanq̄ precursor precederet xp̄m in secundo aduentu ad cõuertẽdos incredulos ad christũ: ita iohãnes baptista tanq̄ precursor p̄ce/deret eundẽ christũ saluatorẽ in primo aduẽtu di/rigendo corda hominũ ad christũ recipiendu3 ⁊c. Sed quia pro tunc dubitauit zacharias non cre/dens verbis angeli: ideo factus est mutus non va lens loqui vsq3 ad circũcisionẽ pueri. Et ideo tunc data ipsi facultate loquendi manifestauit reuela/tionẽ ipsi factã de sanctitate ⁊ officio pueri dicẽs. Tu puer ppheta altissimi vocaberis ⁊c. Scd̃a aũt causa huius prophetie fuit noua repletio spiritus sancti. Nam licet angelus ipsi illa ante reuelasset tamẽ nõ potuit tunc capere illud mysteriũ. S3 cũ virgo maria teneret puerũ in manibus loquẽs ipsi zacharie petendo quẽ vellet vocare eũ. Tunc chri stus emisit spiritũ ppheticũ in zachariã per vocẽ virginis marie. Et sic zacharias repletus spiritu sancto intellexit distincte reuelationẽ factam ante ipsi ab angelo. Et ideo pphetãdo officiũ precur soris dicit. O puer tu vocaberis propheta xp̄i sal uatoris altissimi. Et nõ solũ propheta sed plusq̄ ppheta. Nam quẽ alij pphete de longinquo pre/dixerunt venturũ: tu digito ostẽdes venisse dicẽs. Ecce agnus dei. Et predicabis ip̄m de ppinquo venturum ad baptismũ: ⁊ legem euangelicã datu rum. Item eris precursor altissimi: eni p quia prei bis ante dñm iesum xp̄m parare: idest ad paran/dum vias eius. ¶ Vñ nota q̄ Iohã. bap. multipli citer p̄iuit ante xp̄m. Nã primo preiuit ante cõce/ptionẽ ⁊ natiuitatẽ ⁊ preiuit ante ip̄m tanq̄ p̄cur sor ad penitentiã faciendã ⁊ ad predicationẽ ⁊ ad baptismũ ⁊ mortẽ p̄nũciauit ip̄m in lymbo pa/trũ: et sic etiã multiplr̃ parauit vias eius. i. p̄para/uit corda hoim ad sequendũ vias xp̄i: et ad sequẽ/dum xp̄m in oibus vijs suis: vñ sicut xp̄s dux ⁊ ca/put et legifer nr̃ per multas vias duxit nos in glo riam suã: sc3 per viã pnie ⁊ baptismi ⁊ obseruan/tie legis euãgelice: ⁊ p viã p̄secutiõis vsq3 ad mor tẽ ⁊ passionẽ. Ita iohãnes fuit xp̄i p̄cursor ⁊ nun/cius in oibus illis vijs ⁊ per oẽs illas vias direxit corda hoim illi⁹ tpis vt reciperẽt xp̄3: vt p3 Mat. iij. ⁊ Marci. i. ⁊ Lu. iij. ⁊ Ioh. i. Nã primo p̄para/uit ⁊ direxit corda hoim ad xp̄m per viã pnie: q2 in tertio anno ingressus est desertum et fuit ibi vsq3 ad. xxix. annũ. Item inde egressus venit in regio/nem iordanis predicãs baptismũ pnie: ⁊ sic diri/gebat hoies in xp̄m per viã baptismi: q̄ quidẽ ba/ptismus lic3 nõ tolleret pctm̃ tamen disponebat hoies ad baptismũ xp̄i qui vere tollit peccatum. Item p̄parauit corda hoim ad legẽ xp̄i suscipien dã quãdo dixit turbis: q̄ h3 duas tunicas det vnã nõ habenti. Et qui habet escas simil̃r faciat. Ite3 q̄n dicebat militib⁹. Neminẽ cõcutiatis: estote cõ tenti stipẽdijs vestris. Itẽ publicanis. nihil ãpli⁹ q̄ cõstitutũ est vobis faciatis ⁊c. Itẽ parauit viam dñi ad p̄secutionẽ ⁊ mortẽ suscipiendã: q2 propter veritatẽ p̄dicandã ab herode caput eius abscisu3 est: ⁊ sic etiã preparauit viã xp̄i ad lymbum: q2 ad/uentũ eius ad liberandos patres in lymbo p̄nun/ciauit. Et sic in oibus preiuit añ faciẽ dñi parare vias eius. Quas quidẽ vias christi preparauit ad dandã ⁊ cõferẽda3 scientiã salutis plebi xp̄i: in re/

Iohes añ xp̄m preiuit.

missionē peccatorū eoꝝ:qꝛ ꝑdicauit baptismū pe/
nitētie in remissionē pctōꝝ dicēs.pniaꝫ agite ap
propinquabit in vos regnū celoꝝ:qꝛ veniebāt ho
mines ad iohānem cōfitētes peccata sua ⁊ bapti
ʒabātur ab eo:vt ptʒ Marci.j. Un̄ licet baptism⁹
⁊ pnia ⁊ doctrina iohānis nō cōferret ꝑ se saluteꝫ
et gratiā:tamē dirigebat in sciam salutis euange
licam ⁊ in baptismū ⁊ sacramēta euāgelica q̄ con
ferunt per se salutē ⁊ gratiā ⁊ remissionē pctōꝝ.
Et ideo oīa q̄ faciebat iohānes anteꝗ xp̄s bapti
ʒaretur:se habebāt ad legē euāgelicā:⁊ ad ecclesia
stica sacramēta per xp̄m instituta tanꝗ via in ter
minū et dispositio ad formā: ⁊ sic preparāt corda
hominū ad formā ⁊ ꝑfectionē suscipiendā ab eis
et dandā per xp̄m.Sꝫ qꝛ oīa ista dedit nobis xp̄s
per viscera misericodie sue: ⁊ merita passiōis ei⁹.
Ideo subdit ꝙ xp̄s dedit plebi sue remissionē pec
catorū eorū nō per auruꝫ nec argentū: sꝫ per visce
cera mie sue:dādo ꝓpriū sanguinē in preciū offe
rendo se pro nobis ad mortē in cruce: in quib⁹ vi/
sceribus mie xp̄s oriens ab eterno ex alto sinu pa
tris visitauit nos ex tpe carnē assumēdo: visitauit
nos em̄ incarnatus et nr̄a hūanitate indutus: vt
nobis posset familiariter loqui ⁊ legē euāgelicā:⁊
vita ⁊ exēplo docere:illuminare:idest ad illuminā
Sedere. dum:et lumē prebere:his qui in tenebris ⁊ in vm/
in tene/ bra mortis sedent:et ad dirigēdos pedes nostros
bris mł/ in viam pacis.¶ Unde est aduertendū ꝙ multipli
tiplicit̄. citer sedebant hoies in tenebris:⁊ vmbra mortis
et multipliciter christus illuminauit et ꝓbuit eis
lumē:et direxit pedes nostros in viam pacis. Nā
primo omnes fideles v.te.sedebāt in limbo infer
ni qui est vmbra mortis ⁊ lacus tenebrarū:sed xp̄s
descēdit ad inferos:⁊ expoliauit lymbū ⁊ purgato
rium:et eduxit eos de illo loco tenebrarū ad lumē
et de illa vmbra mortis ad vitam celestē. Secūdo
sedebat in tenebris idoloꝝ ⁊ vmbra mortis totus
ppl's gētilis:sꝫ ꝑ fidē xp̄i ⁊ ꝑdicationē apostoloꝝ
gentiū ppl's qui ambulabat in tenebris vidit lu/
cē magnā.Esa.ix.Itē tertio totus ppl's israel sede
bat in tenebris cerimonialib⁹ et vmbra mortis le
gis:sꝫ xp̄s sol iustitie eduxit fideles de illa vmbra
mortis et de illis tenebris ad lumē euangelicum
et direxit pedes nostros in viam pacis qui est lex
euāgelica.Unde lex vetus dicitur via vmbrosa et
tenebrosa ratione cerimonialiū: et dicitur vmbra
mortis:quia littera de se occidit:sed lex euāgelica
dicitur via lucis:eo ꝙ illuminat legē veterē. Et di
citur via vite:quia legē veterē mortuā illuminan/
do visitauit.Et dicitur via pacis:eo ꝙ cū deo nos
pacificat ⁊ reconciliat:et qꝛ finis eius est pax ⁊ re
quies eterna:vt patebit in cantico angeloꝝ. Oīa
ergo ista preuidēs ʒacharias per xp̄m faciēda: et
per iohānem baptistā corda hominū ad ista ꝑpa
randa et dirigēda dicit.Tu puer propheta altissi
mi vocaberis:preibis em̄ ante faciem dn̄i parare
vias eius ⁊c.¶ Sꝫ ꝓpter ea q̄ dicta sunt in hoc cā/
Dubia ticco:occurrūt ⁊ insurgūt duo dubia.Quoꝝ primū
duo. est propter illud qđ dictū est in pria parte: scꝫ iu/
Dubiū iurandū qđ iurauit ad abraā patrē nostrū daturū
primū. se nobis.Nā non videtur ꝙ deus per illud iusiu/
randū Gene.xxij.promisit daturū seipsum nobis

et venire personaliter ad nos: sed solum promisit
abrae:ꝙ in semine suo benedicerent̄ oēs gētes qđ
potuit fieri absq̄ hoc ꝙ ipse veniret in carnē.Se/
cundū dubiū insurgit ꝓpter illud qđ dicit. Prei/ Dubiuꝫ
bis ante dn̄m parare vias eius ⁊c.Nā cū tota scri scđm.
ptura legis ⁊ ꝓphetarū nil aliud sit nisi via in xp̄ꝫ
tanꝗ in terminū ⁊ finē:ergo nō potuit venire iohā/
nes baptista ad parādas ⁊ dirigēdas vias in xp̄o
qꝛ iam erāt satis parate per patriarchas ⁊ ꝓphe
tas.Et sic per sacras scripturas poterāt oēs co
gnoscere xp̄m esse messiā in lege ꝓmissuꝫ s̄m opa
que faciebat.¶ Quantū ad primū est dicenduꝫ ꝙ
si subtiliter volumus speculari mysteriū sacrificij abrae
abrae:⁊ ea q̄ ibi scripta sunt: videbimus qualiter deus ꝓ/
ibi deus sub illo iureiurādo ꝓmisit daturū semet misit se
ipsum nobis ad imolandū:⁊ per cōsequēs ꝑsona daturū
liter venire in carnē.Un̄ ibi dicit̄ ꝙ postꝗ de⁹ ꝓhi nobis.
buit ne Abraā occideret puerū Isaac: sed imola/
uit ⁊ obtulit arietē pro filio suo:idest loco filij sui.
Tunc dixit ipsi deus per angelū.Per memetipsuꝫ
iuraui dicit dominus:ꝙ multiplicabo semē tuum
⁊c. Et in semine tuo benedicētur omnes gentes.
Et possidebit portas inimicorū ⁊c.In quibus ver
bis et per quod sacrificium preuidit et fuit ipsi
abrae reuelatū in spiritu:qualiter deus erat in car
nem venturus ad imolandū pro nobis in illo eo/
dem loco vbi abraam imolauit illum arietē loco
isaac filij sui.Et ideo appellauit nomē loci illius
domin⁹ videbit.In hebreo aūt scribitur Adonay
hier.i.dominus videbitur.Et scribit̄ ly dominus
cum illis quattuor litteris scꝫ ioth: he:vau:he:qđ
soli deo ꝯuenit.Et sic est sensus ꝙ dn̄s deus vide
bitur immolari in mōte isto ꝓ toto genere huma/
no:sicut iste aries siue agnus imolatus est deo pro
isaac.Et sic ptꝫ qualiter deus per illud iuiuran/
dum promisit daturū seipsum pro nobis in illo lo
co immolādū in carnē:quia aliter nō appellasset
illum montem dn̄s videbitur nisi qꝛ preuidit in spi
ritu et ꝓmissione xp̄m in carnē venturū ⁊ pro no/
bis in illo monte imolandū. Et ideo dixit xp̄s iu/
deis Jo.viij.Abraā pr̄ vester exultauit vt videret
diē meū vidit ⁊ gauisus est.Un̄ dicūt magistri he Hierlm
breorū:ꝙ duo sancti viri iposuerūt nomē illi ciui/ nomen
tati hierl'm quorū vnus fuit melchisedech rex salē impon/
qui in illo loco obtulit deo panē ⁊ vinū pro abraā tur.
Et iđ appellauit ciuitatē illā salē.i.pacificā. Se/
cūdus fuit abraā qui in altera pte illi⁹ mōtis im/
molauit arietē pro isaac:cui dn̄s apparuit dicēs:
per memetipsum iuraui:ꝙ in semie tuo:bn̄dicētur
oēs gentes.Et ideo appellauit locū illuꝫ in mōte
dn̄s hier.i.dn̄s videbitur.Et sic ex his duobus no
minib⁹.s.hier.⁊ salē cōpositū est hoc nomē hierl'm
qđ interpretat̄ visio pacis:eo ꝙ in illo loco xp̄us
deus factus hō debebat pro nobis imolari ⁊ pr̄i
nos recōciliare ⁊ pacificare.Un̄ xp̄s in mōte syon
fecit cenā cum discipulis ⁊ instituit sacramentum
altaris per quod deo recōciliamur in eodem loco
vbi melchisedech obtulit panem et vinū.Item in
altera parte illius mōtis.s. in mōte caluarie fuit
xp̄s crucifixus in eodē loco vbi abraā immolauit
arietem.Bene ergo merito appellata est illa ciui
tas hierusalē.i.visio pacis:qꝛ ibi ea christ⁹ rex paci

ficus deus et hō visus est pdicare ꝛ miracula facere et finaliꝛ pro nobis imolari ꝛ crucifigi: prout Abraā puidit in spū: qñ imolauit arietē: ꝛ put deꝰ ipsi pmisit sub iureiurādo daturū seipm nobis i carnē. Et iō dicit zacharias in h̄ cātico. Bñdictꝰ dñs deus israel: q: xp̄s veniēs in carnē iā adimpleuit iusiurādū qd̄ iurauit ad abraā p̄rem nr̄m daturū se nobis ꝛc. Ad scōm aūt dubiū est dicēdum: q cū tota scriptura legis et pphetaꝝ nil aliud sit nisi q̄dā via ꝛ dispositio in xp̄m satis et sufficiens ad disponēdū corda ꝛ mētes illiꝰ ppl̄i ad cognoscēdū xp̄m eē messiā in lege pmissuꝫ: ꝛ per ꝯñs ad recipiēdū ipsuꝫ ꝛ legē eiꝰ euāgelicā. Sꝫ auaricia et inuidia ꝛ malicia obcecauit eos ne intelligerēt sacra dei ꝛ scripturas. ¶ Ad cuiꝰ intellectū est aduertendū: q sicut lex vetꝰ fuit data ad duplicē respectū ꝛ finē: ita etꝰ pmittebat in lege duplex p̄miū. Vn̄ illa lex p̄mo fuit data illi pplo ad offiñ siue in signū officiale. s. vt p obseruātiā multitudinis illaꝝ cerimonialiū primo vt ille ppl̄s cognosceret deū creatorē mūdi ꝛ cognoscendo coleret. Scdo vt p talē religionē distinguerent a ceteris nat iōibꝰ sꝫ eēt spāliter dictꝰ ppl̄s dei peculiaris. Et sic p̄mo mō illa lex data fuit ad offiñ siue in signū officiale. Scdo aūt mō data fuit in signaculum fidei xp̄i futuri: inquātū oia illa sacra cerimonialia et sacrificia figurabāt xp̄ꝫ futurū redēptorē ꝛ mysteria nr̄e redēptiōis: ꝛ iō duo erāt ꝯsiderāda i illis sacramētis et sacrificijs ꝛ oibꝰ cerimonialibꝰ. s. offiñ religionis et obseruātie in se. Scdo fides xp̄i futuri sub cuius ptestatiōe illd̄ offiñ a religiosis exercebaꝫ ꝛ illa sacrificia offerebātur. Q: illa sacra ꝛ sacrificia de se nō poterāt tollere peccatū nec iustificare nisi rōne fidei de xp̄o futuro sub cuius ptestatiōe fiebāt: q: nō dabanꝫ in p̄ciū redemptiōis pro pctis: sed in signū ꝛ arā precij futuri p xp̄m in cruce soluēdi: put dctū est psal. xxix. ꝛ in tractatu ꝯtra iudeos. Et iō duplex p̄miū pmittebaꝫ in lege ꝛ pphetis obseruatoribꝰ illiꝰ legis. s. vnū tpale ꝛ alterū spūale. Nā pro obseruātia et obediētia illius religionis pmittebanꝫ ei bona terre tpalia. s. illa terra canaā cū fructibꝰ eius. Sꝫ in p̄miūꝫ fidei xp̄i sub cuiꝰ ptestatiōe obseruabāt illā religionē pmittebaꝫ eis redēptio aiarum et grā xp̄i ꝛ terra viuentiū figurata per illā terrā canaam. ꝛ sic sub tali fide ꝛ spe de xp̄o futuro obseruabant illam legē et religionem oēs patres ꝛ fideles vete. te. Et sub tali fide saluati sunt in christo et receperūt nobiscū repromissionē in aduentu xp̄i. vt inquit ap̄ls ad Hebre. xi. Sed accidit p. xl. annos ante aduentū xp̄i q surrexit secta pharisеorum et scribarum qui negabāt legem esse datam in signaculū fidei: sed soluꝫ ad officiū: ꝛ sic negabant redemptionē spūalem ꝛ futura bona spiritualia. Sed q: isti fingebant sanctitatē ꝛ artam religionē inuita ꝛ incessu ꝛ habitu ab alijs diuisi. Ideo dicti sunt pharisei: quasi a ceteris in sanctitate diuisi. Et sic intm̄ habebantur in veneratione apud ppl̄m: q omnes ciues constituebāt eos executores testamentorum committendo eis filios ꝛ vxores viduas. Et exinde fuit eis data autoritas et potestas a summis sacerdotibus: vt sederent in cathedra moysi: et in cathedra iudiciali: vt possent glosare et interpretari scripturā legis ꝛ pphetarū et iudicare iudicia et discernere cās religionuꝫ ex qua autoritate sunt in superbiā eleuati et auaritia sauciati: ex cā lucri inceperūt tyrānizare destruēdo viduas et pupillos eis cōmissos: ꝛ dilatādo litigia: vt expoliarēt pauperes et impinguarēt domos suas obcecati ergo sic in auaritia et lucro inceperunt glosare scripturas et trahere ipsas ad propositū suū propter lucrū tēporale dicentes q messias non erat venturus ad saluandas aias: nec ad dāda bona spūalia: sed solū ad liberandū eos de iugo et tributo romanoꝝ et ad dominādum toti mūdo et faciendū eos magnos dominos: q: pctā iam tollebanꝫ sufficiēter per sacrificia et oblatiōes et cetera opa legalia. Nā sacrificia et oblatiōes simul tollebāt pctā et multiplicabāt bona tpalia: et hoc faciebāt propter suū lucrū vt ppl̄s offerret multitudinē oblationū ꝛc. Sꝫ quātum sit detestabilis et heretica talis doctrina et ꝯtra sacrā scripturā de se est manifestū. Nā dd̄ iam habebat legē moysi: sed q: sciebat q per illā nō poterat iustificari: iō petebat legē xp̄i iustificātem dicēs. Legē pone mihi dñe viā iusti. ꝛc. ¶ Itē dd̄ dñs etiā in illa terra chanaā: tñ terrā viuentiū petebat dicēs. Portio mea dñe in terra viuentiū. Item Esa. iam habebat ezechiā regeꝫ terrenū: tñ regē spūalem petebat dicēs. Utinā disrūperes celos ꝛc. Et sic ergo scribe et pharisei cuꝫ ista falsa doctrina ꝛ fermento deprauarūt scripturas ꝛ corda hoīm: intm̄ q oēs erāt effecti tpales et carnales: p̄ter paucos: in quibus remāserat vera fides et israel et abrae de xp̄o redēptore futuro: sicut et tota domus parentū virginis marie ꝛ domus zacha. ꝛ Elisa. sctūs Symeon: cū quibusdā fidelibꝰ qui expectabāt redēptorē israel. Et iō fuit necesse q xp̄s mitteret corda hoim que erāt per falsaꝫ doctrinā scribaꝝ et phariseoꝝ deprauata: et dirigeret eos in via et lege dñi per baptismū pnie et veram intelligentiā scripturaꝝ vt reciperent xp̄m et legē eius euāgelicā: vt ptꝫ per oēs euangelistas. Hoc ergo zacha. preuidēs in spū. Primo per reuelationē Gabrielis. Scdo per inspirationē xp̄i existentis in vtero virginis marie tenentis Joanneꝫ baptistā in manibus dicit in hoc cātico. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis eñi ante dominum parare vias eius ꝛc. Et sic ptꝫ expositio cātici zacharie. Et ideo est iam accedendū ad expositionem cantici Symeonis.

Solutio secundi dubij.

Duplex in lege p̄miū: q duplici respectu dabaꝫ lex.

Nota d auaritia pharisеorum.



Nunc dimittis seruum tuum dñe: secūduꝫ verbum tuum in pace. Luce. ij.

¶ Hoc canticum est quartuꝫ in ordine inter cantica euangelica: sed ponitur hic tertium quo ad expositionē propter bonum respectū. Et intitulaꝫ cāticū Symeonis: eo q ipse cantauit spm: qñ xp̄s fuit in tēplo presentatꝰ. Pro cuius argumēto et intelligentia est notandum q quattuor ingentes perfectiones et virtutes testatur ꝛ refert autoritas euāgelica de isto Symeone

vt p3 Luc. ij. Nā primo dicit q̄ erat hō iust⁹: per qd̄ denotat̄ eius rectitudo ⁊ iusticia. Nā iusticia hoīs cōsistit in pformitate eius ad diuinā volun/tatē. Et per pñs in obseruātia pceptoꝝ legis di/uine. Scḋo dicit q̄ erat timoratus: p qd̄ denotat̄ eius autoritas. Nā nō dr̄ q̄s tm̄ timoratus: inquā tum timet deū: sed inquātū reuerendus ⁊ timend⁹ et metuēdus apd̄ ppl̄m pter eius virtutes: q: ho nor est exhibitio reuerētie in testimoniū ꝟtutis vt inquit Tulli⁹. Tertio dicit q̄ erat expectans redē/ptionē isrl̄: p qd̄ denotat̄ ei⁹ vera fides ⁊ spes quā habebat de xp̄o vēturo inter paucos fideles illi⁹ tp̄is: eo q̄ multi alij erant deprauati ⁊ decepti fal so fermēto scribaꝝ et pharisеoꝝ: qui nō expecta/bāt messiam nisi vt daret eis bona terrena put di ctū est in cātico pcedēti. Quarto dicit q̄ spūssctūs erat cū eo: per qd̄ denotat̄ excellētia ei⁹ sctitatis ⁊ contēplatiōis in dono ppbetico ⁊ diuine reuela/tionis. Et iō iste symeon nō solū cognominabat̄ iustus in illa etate: s3 et̄ recognominat̄ iust⁹ p oēs thalmudistas et doctores hebꝛeoꝝ: qui dicunt q̄ dū symeon iustus ministrabat et exercebat sacer/dotale offm̄ in tēplo adhuc pseuerabāt decē anti qua miracula: sed post obitū iusti symeonis nūq̄ visa sunt miracula in scḋo tēplo. Et iō cito venit ad destructionē. ¶ Uidēs ergo iste symeon iustus corda hoīm deprauata. Et verā fidē de vero mes sia in paucis illius tēpoꝛis pmanere et vidēs tpa aduētus xp̄i: ẜm. lxx. ebdomadas Dan̄. iā immine/re: hinc est q̄ sp in suis orōnibus ⁊ sacrificijs iugi ter orabat vt deus mitteret saluatorē ad redimen dū mūdū de seruitute pcti. Cū ergo in talib⁹ orō nibus et ieiunijs iugiter eēt intētus: exaudita est orō sua intm̄ q̄ accepit rn̄sum a spūsctō: nō visu/rū se mortē: nisi prius videret xp̄m dn̄i: put refert Lucas. ⁊ iō. xl. die a nati. dn̄i cū parētes inducerēt puerū in hierl̄m: vt sisterēt eū dn̄o tūc diuina pui/dētia fecit q̄ symeō vnus de. xxiiij. sacerdotib⁹ ve/nit in spū in tēplū ad ministrādū sacerdotiū ẜ3 vi cem suā: qui cū ipi puer iesus pn̄taret̄: accepit eu3 in vlnas. Et vidēs in spū illū eē messiā in lege p/missu3 deū et hoīem. Et vidēs rn̄sum qd̄ accepat a spūsctō eē cōpletū: tūc eleuatis oculis ad prēm agēdo grās cātauit hoc cāticū dicēs. Nūc dimit/tis ⁊c. In quo q̄de3 cātico duo facit. Nā prīo tāq̄ sindicus et pcurator totius israel agit grās deo: qui cōpleuit suū desideriū ⁊ pmissu3. Scḋo red/dit cām sue leticie. scḋa ibi. q: viderūt ⁊c. Quātu3 aūt ad primū est aduertēdū q̄ pax ⁊ q̄es est finis ⁊ termin⁹ cuiuscūq3 negocij: q: negociamur vt ocie/mur. x. Eti. Uñ tm̄ est bonū pacis vt et̄ ipa sit finis belli: vt inq̄t aug. per totū. xix. d̄ ciui. dei: s3 q: xp̄s fuit finis et terminus totius legis ⁊ ppbetaꝝ: q: tota lex ⁊ ppbete desiderabāt xp̄m ipsi pmissu3 ⁊ tendebāt in ipsum tāq̄ in finē et terminū. ꝫ ō sol⁹ terminauit desideriū et pmissiones patriarchaꝝ et ppbetaꝝ ⁊ laborē et iugū legis. ¶ Ex quo seq̄/tur q̄ fuit pax legis ⁊ patriarchaꝝ et prophetaꝝ et oīm fideliū ve. te. q: tota lex quo ad illū actu3 ⁊ ministeriū sacerdotale terminauit cursu3 in xp̄3 in illa die die in illa p̄sentatiōe fctā p symeone3. Jō symeon se habuit ibi tanq̄ sindicū ⁊ procuratore3

Diuisio cantici.

Pax et quies fi nis ne/gocij.

totius legis, et sacerdotij et totius israel. Et ideo in persona oīm illoꝝ agit grās in hoc cātico. Et q: videbat xp̄m tanq̄ pacē et finē legis et pphe/tarum et tanq̄ quietē ⁊ cōplementū desiderij et la boris et seruitutis eoꝝ: iō dicit. Nūc dimittis. O dn̄e seruū tuū in pace et q̄ete et fine mei desiderij et totius israel ẜm ꝟbum et pmissum tuū. Et nō solū ẜm verbū pmissum: qd̄ mihi pticulariter fe/cisti per spm̄ sctm̄. s. nō me visurū mortē nisi prius viderem dn̄m. Sed etiā ẜm ꝟbū ⁊ pmissum: qd̄ fe/cisti oībus patriachis ⁊ prophetis. Et iō ego in persona oīm tibi ago grās. Et iō iā nō timeo mo ri postq̄ scio q̄ in breui liberabis me simul cū oī/bus patriarchis ve. te. de limbo inferni. Et sic di mittis me in pace: ⁊ nō in timore: nec tristicia. Et ideo ago grās: q: dimittis me in pace ⁊ q̄ete. Eo.

Q: viderūt oculi mei salutare tuu3.

¶ Jdest medicū salutarē ⁊ salutiferū ⁊ veꝝ salua/torem quē tu pater in mūdum misisti. — ij. q. vij. testes. §. christus

Quod parasti: ante faciem omnium populoꝛum.

Lumē ad reuelationē gentiū: et glo/riam plebis tue israel. — De cse. dist. ij. c. xp̄s. ⁊ c. sequēti.

¶ Quod quidē salutare parasti ante faciē et noti ciam non solū vnius populi ⁊ nationis: sed oīum ppl̄oꝛum et linguaꝝ et nationū tanq̄ verū lumen ad reuelationē et illuminationem oīm gentium: sc3 totius ppl̄i gētilis: ⁊ ad gloriā et claritatem et honorem plebis tue israel: de qua carnē spālit̄er assumpsit. Nā sicut omnibus fuit promissus tam israelitis q̄ gentilibus ⁊ neminē a peccato liberū reperit: ita pro oībus liberandis et illuminandis venit tanq̄ lux vera illuminans oēm hominem ve nientem in hunc mūdum. Sed est aduertendu3 q̄ licet xp̄s in lege et prophetis fuit promissus tam ppl̄o gentili q̄ israelitico: tn̄ aliter: et aliter. Nā populo israel fuit pmissus venturus ad eos i car nem: puta sumendo ex eis carnem et eis psonali/ter predicando: sed populo gentili pmissus fuit venturus tm̄ per lumen fidei per predicationem aploꝝ. Et q: erat vēturus in carnē tm̄ ppl̄o israel dixit iacob Gen̄. xlix. Nō auferet̄ sceptrū de iuda neq3 dux de femore eius: sed q: erat vēturus ad gē tiles per lumē fidei: iō subdit Jacob. Et ipse erit expectatio gentium. Jtem q: ad solum israel erat venturus in carnē personaliter predicando. Jdeo dicit saluator nō sum missus nisi ad oues que per ierāt domus israel. Mat. xv. Jtem q: ad populū gentilem erat tm̄ venturus per lumē fidei dr̄ Esa. l. Ambulabunt gētes in lumine tuo ⁊c. Et ideo di cit symeon. Lumē ad reuelationē gentiū: per fidē sup. Et gloriā plebis tue israel: veniēdo in carnē: et personaliter predicando ⁊ miracula operando que fuit magna gloria et honor toti israel. S3 istā gloriam et honorem participauit postea popul⁹ gentilis quando illuminatus per fidem christi fa ctus est verus israel. Et sic venit christus ad illu minandum populum gentilem per apostolos et facere ipm verum israel: qui quidem verus israel constat ex cōuersis ex populo iudaico ⁊ gētili sub

Aliter xp̄s fuit promis/sus ⁊c.

Nota.

vno lapide angulari xp̄o cōiunctis. Et per hoc pꝫ breuis expositio huiꝰ parui cātici symeonis. ¶ Ex quibus pꝫ ꝙ oīa supradicta cantica euangelica: nō sunt nisi gratiarū actiones pro beneficio incarnatiōis ⁊ nr̄e redēptiōis facte per aduentū christi qui fuit pax ⁊ finis legis prophetarum.

Luce. ij. ⁊ de pse. d. j. c. nocte ⁊ ca. de hymnis ⁊ c. bij duo.



Loria in altissimis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis.

¶ Hoc est quartū canticū euāgelicū qḋ dicit cāticū siue hymnus angelorū. Eo ꝙ ip̄m cantarūt angeli in hora natiuitatis christi. Pro cuius titulo ⁊ argumēto est notandū prout refert Lucas euāgelista. c. ij. ꝙ in hora natiuitatis christi angelus dn̄i apparuit pastoribus: qui in mōtibus iuxta bethleē custodiebāt vigilias noctis super gregem suū. Qui dixit eis. Euangelizo vobis gaudiū magnū qḋ erit omni pp̄lo: qꝛ natus est hodie vobis saluator: qui est christus dn̄s in ciuitate dauid: ⁊ hoc vobis signū. Inuenietis infantē pannis inuolutū ⁊ positū in presepio. Et subito facta est cū angelo multitudo militie celestis laudantiū et dicentiū. Glīa in altissimis deo. Et in terra pax hoībus bone volūtatis: et sic pꝫ qualiter ⁊ quare istud canticū intitulaꝛ canticū siue hymnus angelorū: eo ꝙ angeli cātarūt ip̄m. Pro cuius quidē argumēti ⁊ cātici ⁊ eius tituli intelligētia q̄nqꜫ sunt vidēda. Primo quare xp̄i natiuitas prius fuit annunciata ⁊ euāgelizata pastoribus ꝙ̄ sacerdotibꝰ et ceteris ꝯditiōibꝰ iudeoꝝ. Scḋo q̄re i christi natiuitate angeli cantarūt nouū cāticū postꝙ̄ natiuitas xp̄i nō ptinebat ad eos: qꝛ xp̄us nō assumpsit naturā angelicā in virtute suppositi: nec venit ad redimendū eam: sed humanā tm̄. Tertio queritur que fuit illa gloria que noniter puenit deo in celo ex christi natiuitate cuꝫ gloria ⁊ felicitas dei non possit augeri: nec minui. Quarto queriꝛ q̄ fuit ista pax quā cōsecuta est hūana natura p xp̄i natiuitatē: cum videamus nunꝙ̄ bella ⁊ prelia post xp̄i aduentū in mūdo defuisse. Quinto queriꝛ in quo cōsistit bonitas volūtatis hoīs: ⁊ per ꝯn̄s q̄ sunt homines bone volūtatis: quibꝰ pax xp̄i fuit collata.

Quare xp̄i natiuitas fuit priꝰ nūciata pastoribꝰ.

¶ Quantū ad primū est dicendū ꝙ quadruplici ratione natiuitas christi fuit prius pastoribus euāgelizata ꝙ̄ ceteris. Primo qꝛ xp̄s in lege tanꝙ̄ pastor fuit p moysen ⁊ ceteros patriarchas ⁊ pphetas figuratus. Scḋo qꝛ tanꝙ̄ pastor fuit pmissus. Tertio qꝛ tanꝙ̄ verus pastor venit in mundū. Et offiū veri pastoris exercuit: ⁊ bonū pastorē se nominauit. Quarto qꝛ xp̄s nō superbis dormiētibus scḋ hoībus simplicibꝰ ⁊ vigilātibus erat cōmissurus gregē suū: ⁊ officiū pastoratus. ¶ Primū q̄ppe pbatur. Nā moyses per quē fuit christus figuratus: pastor erat ouiū ⁊ pascebat oues Jetro soceri sui: cū ipsi dn̄s apparuit in flāma ignis in rubo et tanꝙ̄ pastorē misit ip̄m dn̄s ad liberandū ⁊ educendū illū populū de egypto: ⁊ dirigendū: ⁊ custodiendū ipsum per desertū. Exod. ⁊c. Vn̄ quattuor fecit moyses erga illū gregē dn̄i. Nam primo liberauit ⁊ duxit ip̄m de seruitute ⁊ captiuitate pharaonis. Scḋo p legē moysi datā sanauit eū a morbus ⁊ ritibus egyptiorū q̄bus erat sauciatus ⁊ vulneratus. Tertio pauit cum māna de celo misso. Quarto minauit ⁊ direxit ⁊ custodiuit cum xl. annis p desertū ⁊c. Per que q̄ttuor fuit figuratū qualr xp̄s a pr̄e missus tanꝙ̄ pastor pncipalis sup gregē hūanū debebat ip̄m de seruitute diaboli: ⁊ a pctō liberare: ⁊ ab oi labe pcti p ecclīastica sacramēta sanare. Et pane eucharistie reficere et pascere. Et doctrina euāgelica dirigere ⁊ custodire. Itē abel per quē xp̄s fuit figuratus pastor fuit vt pꝫ Gen. iiij. Itē dauid per quē xp̄s fuit figuratus pastor fuit ouiū ⁊ de postfetātes eduxit ipsum dn̄s ad pascendū pp̄lm suum ⁊ vnxit ip̄m in regē vt pꝫ. j. Reg. xv. ⁊ psal. lxxvij. Itē xp̄s nō solū fuit figuratꝰ p Jacob Amos ⁊ cōplures alios pastores de pp̄lo dei: sed etiā fuit figuratus per Cyruꝫ regē persarū et medorū nepotē astiagis: q̄ priectꝰ in nemora fuit nutritus a quodaꝫ pastore qui fuit etiā pastor ouiū: sed postea cōpertus nepos astiagis factus est rex persarū ⁊ medoꝝ: vt inq̄t Herodotus: q̄ etiā postea liberauit pplꝫ dei de babylonica captiuitate: vt pꝫ esdre. j. Et iō hec est cā quare voluit xp̄s suā natiuitatē priꝰ pastoribꝰ nūciari eo qꝛ pastoribus tanꝙ̄ verus pastor fuerat figuratus in ve. test. ¶ Scḋa rō est: qꝛ tanꝙ̄ verus pastor fuit pphetis promissus ⁊ vaticinatus ⁊ tanꝙ̄ verus pastor ad liberādū ⁊ sanandū gregē suū promisit venire: vt ip̄e ait per Ezech. xxxiiij. Ecce ego requirā oues meas ⁊ visitabo eas: sicut pastor visitat gregē suū: ⁊ liberabo eas de oibꝰ locis in quibus disperse fuerāt in die nubis et caliginis. Et pascam eas in pascuis vberrimis et in montibus israel erūt pascua earū. Et qḋ perierat requirā: et qḋ abiectū fuerat reducā: ⁊ qḋ ꝯfractū fuerat alligabo: et qḋ infirmū fuerat cōsolidabo ⁊c. q̄ oīa fuerunt cōpleta per christum tanꝙ̄ per verum pastorem. Tertia autē rō quare natiuitas christi fuit prius euāgelizata pastoribꝰ: ⁊ quare pastores priꝰ meruerūt audire istud cāticum ab angelis fuit: qꝛ christus tanꝙ̄ verus pastor venit in mundū ⁊ officiū veri pastoris exercuit. ¶ Ad cuius intellectū est aduertēdū ꝙ septē pertinēt ad offm̄ veri pastoris.

Septeꝫ ad offm̄ pastoris

Primo oues de faucibus lupi eripere. Scḋo oues per lupum vulneratas vnguēto sanare. ¶ Tertio oues ereptas ⁊ sanatas pascere. Quarto eas regere et minare ⁊ dirigere. Quinto super gregē ouiū semper inuigilare. Sexto pro defensione gregis si necesse fuerit se ad mortē exponere. Septimo in locum vberrimū ⁊ securum et tutum oues suas introducere. Quas quidem septem cōditiones oēs habuit christus tanꝙ̄ verus et bonus pastor. Nā primo eripuit oues suas de fauce lupi ⁊ draconis qui vltra quattuor milia annorū eas sub iugo ⁊ captiuitate ⁊ seruitute peccati possederat. Scḋo sanauit ⁊ vnxit eas vnguēto sacramētorū. Tertio pane sacramētali eas pauit. Quarto lege euāgelica eas direxit et rexit. Quinto sup gregem suum diligēter inuigilauit ⁊ diligēter custodes dimisit ⁊ ꝯstituit. Sexto p defensione ⁊ redēptiōe earū se morti et persecutiōibꝰ obtulit et obiecit. Septio ⁊ vltimo oues suas i vberrimo ⁊ securo ouili celesti: vbi sempiterno cibo fruentꝛ collocauit. Et ideo ppter

Nota.

Xp̄s pastor

istas septē rōnes xp̄s Joh.x. se bonū pastorē nun/
cupauit: vñ ait. Amē amen dico vobis qꝛ ego sum
pastor bon⁹: bon⁹ pastor aīam suā dat ꝓ ouibus
suis. Et sic pȝ tertia rō quare xp̄s voluit prius pa
storibus suā natiuitatē nūciare. Quarta vero rō
fuit qꝛ xp̄s tanꝙ̄ verus pastor p̄ncipalis cui⁹ oues
erāt ꝓprie. ¶ Nō superbis ⁊ inflatis ⁊ auaris et
crudelibus sȝ hoībus humilibus ⁊ simplicibus ⁊
impijs ⁊ diligenter vigilātib⁹ sup gregē suū: erat
cōmissur⁹ offm̄ pastoratus ecclesie: put postea fe/
cit. Nā nō elegit ad apostolatuȝ ⁊ offm̄ pastorat⁹
ex scribis ⁊ pharisceis ⁊ sacerdotibus peritis: sȝ ex
simplicioribus ⁊ plebeis ⁊ piscatoribus: q̇bus to/
tum gregē suū ⁊ ecclesiā cōmisit. Et inter ceteros
tanꝙ̄ capiti ⁊ vicario Petro q̇ erat de simpliciorib⁹
ecclesiaȝ cōmisit ⁊ oues suas pascendas tradidit
Joh. vlt. dicēs. Pasce oues meas: ⁊ pasce agnos
meos. ⁊c. ¶ Ex supradictis igit̄ quadruplici rōne
pȝ q̄re xp̄s voluit suā natiuitateȝ prio pastoribus
euāgelizare. Et quare pastores meruerūt hoc cā/
ticū angelorū audire. Et hoc de primo quesito. B

Angeli quare hoc canticū cantauerunt.

¶ Ad scđm aūt q̄situȝ est dicēdum ꝙ q̄druplici ex
cā ⁊ rōne angeli cātarunt hoc cāticū nouū ⁊ euan/
gelicū in xp̄i natiuitate. primo qꝛ per fidem incar
nationis xp̄i fuerūt a principio redēpti. Scđo: qꝛ
ꝑ aduentū xp̄i eorum ruina fuit reparata. Tertio:
qꝛ ex tali reparatione eorū glīa ⁊ felicitas fuit ac
cidentaliter augmētata. Quarto: qꝛ glīa dei fuit
effectiue ⁊ extensiue dilatata. Primū autē pȝ. Naȝ
dictū fuit super psal. lxxxi. ⁊. cij. quō in vera fide ⁊
obedientia xp̄i futuri angeli boni fuerūt iustifica
ti: dictū enī fuit ibi qualr̄ oēs angeli fuerūt creati
in grā: tn̄ nō cōfirmati. Et oēs fuerūt viatores añ
lapsum. Qui viderūt quādā sedē preparatā super
oēs choros ⁊ hierarchias angelorū ꝓ hoīe xp̄o fu
turo: quem verbuȝ diuinum debebat assumere in

nota de ꝓlio angelorum cum dracone.

vnitatē persone. Et sic inquātuȝ hō debebat sede
re a dextris. i. in potiorib⁹ bonis patris. Et quia
ille debebat esse deus ⁊ hō. Ideo volebat deus ꝙ
ille xp̄s deus ⁊ hō esset caput ⁊ imperator totius
vniuersi tanꝙ̄ ver⁹ filius dei: ⁊ ꝙ adoraret̄ ⁊ venera
retur ab omibus angelis ⁊ hoībus vero cultu la/
trie. Et hec fuit prima lex in illo principio ⁊ statu
vie angelis a deo ꝓposita. Secūda lex fuit ꝙ deus
predestinauerat quosdam homines q̇ licet essent
inferiores natura: tamen per gratiam debebant
adequari ⁊ collocari inter angelos in gloria: que
q̇dem due leges nō vise fuerunt iuste lucifero ⁊ se
quacibus eius: dixerunt enī ꝙ non erat equuȝ nec
iustum ꝙ aliquis homo descenderet super eorum
hierarchias nec collocaretur inter eos in glīa nec
posset eis principari: cū homo sit inferioris natu/
re. Ideo iustius erat vt filius dei assumeret sup̄mū
angelū in vnitatē ꝑsone cui daret imperium toti⁹
¶ Ad cuius intellectū est valde notādum ꝙ illa circuncisio sortiebat̄ quintuplex signū. Primo signū distinctiuū inquantū distinguebat illum populū a ceteris natiōibus per tale signū carnalis circūcisionis: quia solus ille popul⁹ gerebat circūcisionem in carne. Scd̄o erat eis signū figuratiuū: q2 figurabat passionē xp̄i futuram per effusionē illius modici sanguinis: et figurabat ꝛ significabat abscissionē p̄putij cordis ꝓut dr̄ Deute. x. Circūcidite preputiū cordis vr̄i. Et sic figurabat̄ abscisio pctī per abscissionē illi⁹ pellicule. Tertio significabat quoddā cēsuale tributū. Quarto significabat fidē cōferētis ꝛ recipiētis quā habebat de xp̄o futuro. Quinto significabat p̄ciū ꝑ xp̄m in cruce soluendū: et sic erat signū federis et pacti et signū precij futuri.

No. istā induction em.

¶ Ad cuius intellectū est vlteri⁹ valde notandū ꝙ illud signum federis ꝛ pacti erat simile federi ꝛ pacto bellatorum ꝛ negociatorū qd̄ obseruāt inter eos. Exēpli gr̄a. Nā qn̄ꝙ accidit ꝙ vnus miles capit alium in bello qui quidē captus de iure belli est seruus alteri⁹ et sic est pecunia redimēdus. Sz quādoꝙ accidit tale pactū ꝛ fedus inter eos ꝙ ille qui est redimendus ꝓmittit victori sub fide ꝛ pacto dare pecuniā et preciū redēptiōis in tali tp̄e futuro: sed de p̄nti dat ipsi anulū aut cyrographū manu sua scriptū in signū federis p̄cij ꝛ futuri soluendi: et sic victor permittit ipm̄ liberatū abire: tunc manifestū est ꝙ ille anulus traditus siue illud cyrographū nō fuit solidum preciū redēptionis: sz signū federis ꝛ futuri precij soluēdi ꝛ ꝓmissi. Itē quandoꝙ accidit ꝙ vnus mercator emit ab altero equū vel nauem plenā mercib⁹. Et ilico de presenti tradit ipsi vnū ducatū aut florenū in signū precij vt vēditio sit firma ꝛ rata: et ilico recipit merces promittēs intra mensem vel annū soluere totum preciū. Tunc manifestū est ꝙ nec emptor dedit: nec venditor acceptauit illū ducatū in solidū precium: sed in signū federis ꝛ in signū precij soluendi in tēpore statuto sub federe et pacto inter eos cōposito: que dicitur quedā arra. Ita ergo pariter in ꝓposito est dicendum ꝙ cū totus hō quo ad corpus ꝛ aiam ꝓpter peccatū esset ad mortē ꝛ seruitutē eternā cōdēnatus: ꝛ in potestate diaboli detētus: oportebat ipsum iusto ꝛ sufficiēti precio redimi: qd̄ quidē preciū q2 totum genus humanū debebat redimere oportebat: vt excederet in valore et dignitate totū genus humanū simul ꝛ esset purū ꝛ naturaliter liberū ab omni pctō ꝛ deo gratū de per se ꝛ acceptū: sed tale nō poterat esse nisi passio christi: vt dictū est: ergo nullū aliud preciū erat sufficiēs. Sed q2 misericors deus ab initio statuerat redimere hoiem per xp̄m ꝛ eius passionē: ideo fecit pactū ꝛ fedus cum abraā ꝛ semine eius: vt in signū federis ꝛ precij futuri per xp̄m in cruce soluēdi circūcideret se ꝛ oēs posteriores: ꝛ de p̄senti daret deo et offerret illā circūcisionē in signū precij futuri per xp̄m soluēdi in cruce. Vnde sicut miles nō remittit seruū in virtute cyrographi: nec vēditor tradit merces ipsi emptori in virtute illius floreni dati in signū: sed in virtute fidei qua ꝓmittit soluere in tēpore statuto ita deus nō remittebat pctm̄ in virtute circūcisionis: sed in virtute fidei sub qua dabat̄ illa circuncisio. Et ideo dicit apostolus ꝙ illa circūcisio nō erat nisi signaculū illius fidei ꝛ federis: quia per talem obedientiā ostendebant fidem quam habebant antiqui de christo et eius passione: et sic sub tali federe et pacto ilico filij abrae liberabātur et absoluebātur a peccato. Ex quibus ptz ꝙ de⁹ nō receptabat illam pelliculam que abscindebatur: nec illum modicum sanguinem qui effundebatur in solidum ꝛ sufficiens precium pro redemptione illorum: sed in solum signum precij futuri soluendi per christū. Et sic etiā patres ꝛ fideles veteris testa. nō dabant illam pelliculā ꝛ sanguinē circūcisionis in solidum preciū pro peccato suo: sed in signū futuri precij inquantū ꝓmittebāt et ꝓmittebantur soluere capite in xp̄o capite suo ꝛ redēptore vniuersali: et sub tali pacto ꝛ federe absoluebātur ꝛ remittebātur de presenti: sed semꝑ manebāt debitores in xp̄o: ꝛ hoc fuit pactū ꝛ fedus sub quo abraā accepit circūcisionē pro semine suo: et hoc intendebat dicere deus: ꝛ hoc sonant verba eius cum dixit: hoc est pactū meum quod obseruabitis inter vos ꝛ semē tuū ꝓst te circūcidetur ex vobis omne masculū: ꝛ circūcidetis carnē preputij vestri vt sit signū federis inter me ꝛ vos: et ita masculus cuius caro circūcisa nō fuerit ꝑibit anima illa de populo suo: quia pactū meū irritū fecit: quod declarans Aug. de ciuitate: dicit ꝙ intelligit̄: quia irritum fecit pactum dei quādo peccauit in adam

quasi dicat aīa cuiuscūq̧ hoīs peccauit in adam q̄r irritū fecit pactū meum de fructu ꝓhibito non vescēdo. Un̄ oīs hō manserit seruus pctī lō pono tecū pactū et fedus vt circūcidat̄ oīs mascul⁹ i si gnū federis et ego accipiā illā circūcisionē nō in pctū: sz in signū pcij et i signū federis: vt vnusq̧ circūcisus ꝓmittat soluere p̄ctū solidū et validū p xp̄m. ¶ Et sub federe absoluā illū a debito ser/uitutis in cui⁹ v̄tute remittebat̄ pctm̄. Aliter aūt ꝓibit aīa illa: q̄r semp maneret obnoxia pctō p̄ri/morū parentū. Et sic pt3 q̄ talis circūcisio nō da bat̄ nec fiebat nisi in fide cōferētis et recipientis

Sacrificia et oblatiōes. vete.te. erant signum federis ⁊c.

¶ Octaua cōclu. q̄ sicut illa circūcisio non dabat̄ in preciū ꝓ pctō originali sz in signū federis ⁊ precij futuri: ita p̄ter sacrificia et oblationes ve. te. nō offerebant̄ in solidū p̄ctū ꝓ pctis actualib⁹ sed in signū federis et p̄cij futuri inquantū illi ꝓ/mittebant et protestabant̄ soluere p xp̄m. Et sub tali federe et pacto de⁹ acceptabat illa sacrificia ⁊ de⁹ absoluebat eos a pctō ⁊ debito q̄r illa sacrifi cia ⁊ oblatiōes nō in se realr̄ cōtinebāt p̄ctū sz so lū fiebāt in signū et figurā. Et iō data sunt in qua/tuplex signū sicut circūcisio. s. in signū distinctiuū et in signū figuratiuū futuri sacrificij ⁊ future re/dēptiōis i signū censualis tributi ⁊ feudi: q̄r erat qddā tributū et census quē soluebant. Quarto in

Not. de oblatio nib⁹ patrum.

signū fidei quā de xp̄o futuro habebāt. Quito in signū pacti et federis et ꝓtestationis et p̄cij sol/uendi p xp̄m sicut dictū est. ¶ Nona cōclo. q̄ sicut circūcisio et sacrificia et cetera legalia legis moy si nō offerebant̄ in preciū sed in signū ita pariter sacrificia et oblationes ipsius abel et enoc ⁊ noe et Iob ⁊ melchisedech ⁊ abraā et aliorū fideliū le gis nature nō offerebant̄ in preciū. sed in signū fe deris et precij futuri p xp̄m soluendi. Et illa sacri ficia erant qdā signa fidei illorū quā de xp̄o fu/turo habebāt. Nā s̄m Aug. in lib. Cur de⁹ hō de⁹ ipsi adā ꝓmisit xpm de virgīe nasciturū: et ipsum redēpturū vt sic de instanti miseria doleret tm̄ de suo suoq̧ p̄ratis remedio iam de longinquo gau deret. Uera itaq̧ rōne didicimus vt inq̄t Aug. q̄ ab adā dn̄i prestolabat̄ aduētus ⁊c. Et sic est dicē dū q̄ ille angel⁹ q̄ expulit ada3 de pa̅diso docuit eum modū colendi et exhibēdi latriā deo ⁊ offerē di sacrificia in signū futuri precij et in signū futu/ri sacrificij xp̄i. Et sic adam docuit abel et oēs fi/lios nepotes. Et sic sub tali federe abel offerebat agnū ex primitijs gregis. Gen̄. iiij. ⁊ sub tali fide enoch icepit inuocare nomē dn̄i. q̄ est Iesus verbū incarnatum. Et sub tali fide enoch faciendo bōa opa placuit deo et dn̄s tulit eū Ge. v. et translat⁹ est in pa̅disum Eccli. xliiij. Et sub tali fide fabri/cauit archā noe ex precepto dn̄i. Et edificauit al tare ⁊ obtulit de aīalib⁹ mūdis in signū federis ⁊ precij futuri Gen̄. viij. Itē sub tali fide et federe abraam exiuit de terra sua et venit in terram cha naam ex precepto dn̄i et edificauit altare in be/thel: et obtulit ibi sacrificiū et inuocauit nomen dn̄i Gen̄. xij. Itē sub tali federe et fide melchise/dech obtulit panē et vinū in signum futuri precij Iob offerebat sacrificia ꝓ pctis filiorū Iob. j. et sub tali fide et spe dixit Iob. c. xix. Credo q̄ redē/ptor meus viuit et in nouissimo die de terra surre cturus sum. et rursus circūdabor pelle mea et in carne mea videbo saluatorem meu3. Et sic pt3 q̄ p̄res ve. te. tā legis nature q̄ scripture saluati sūt per solā fidē xp̄i futuri inquantū p illā fidē efficie bant̄ mēbra xp̄i: et iō iā p̄ticipabāt merita passio nis eius q̄bus pctā sunt remissa: et iō in ipso ca/pite suo nobiscū acceperūt repromissiōes. ad he. xj. Et sic pt3 q̄ oīa sacrificia et oblationes patrū tā legis nature q̄ scripture nō erant nisi q̄dam si/gnacula fidei offerentiū oblata in signū figura/tiuū et in signū federis precij futuri p xp̄m soluen di: q̄r oēs ꝓtestabant̄ et promittebāt soluere per xp̄m p̄ctū solidū et sufficiēs. Un̄ p talia opa ꝓfi/tebant̄ et⁹ oñdebāt fidē quā de xp̄o habebat et sic erāt signa fidei eorū. Ex q̄b⁹ oīb⁹ seq̄tur q̄ xp̄s in cruce nō soluit ꝓ oībus preteritis nisi tm̄ ꝓ illis a q̄bus acceperat signaculū fidei et signū future solutionis: aut per sacrificia et oblatiōes factas sub tali fide et protestatione: sicut fuerūt fideles legis nature aut p circūcisionē et cetera legalia si cut fuerūt filij abrae s̄m ꝓmissionē et filij israel q̄ fuerunt sub lege moysi qui nō sunt saluati p opa legis tantū: sed p̄ncipaliter per fidem xp̄i futuri sub cuius federe offerebant oīa illa in signū fede ris. ad Romanos et Galathas et Hebre. ¶ Deci

Baptismus oībus necessari⁹.

ma cōclu. q̄ postq̄ baptismus fuit institutus per xp̄3 oēs fideles ve. te obligabant̄ baptizari: ꝓba tur. Nam oēs acceperant circūcisionē in signu3 fi dei et cum protestatione precij futuri: ergo postq̄ xp̄s contulerat aquis virtutē regeneratiua3 ⁊ for mam sacramento baptismi: et baptismus iam cō tinebat precium sufficiens quod illi promiserant soluere in xp̄o: ergo ilico fuerunt obligati soluere totum precium perfectum per baptismu3 postq̄ oportunitas aderat: et ideo licet Iohānes bapti/sta esset circuncisus: tamē fuit baptizatus per xp̄3 et christus baptizauit oēs apostolos vt credit̄ et misit eos ad baptizandum iudeos in omnem ci/uitatem et locum quo erat ipse venturus vt patet Mat. x. et Luce. x. et hoc fecit xp̄s ad ostendēdum q̄ omnes illi nō acceperāt circuncisionē nisi in si/gnum fidei et in signū federis et precij futuri et si gnum illius baptismi in quo erat sufficiens pre/cium. Ex hoc sequitur q̄ si adam et abel et abraā et moyses et dauid et ceteri fideles vete. testa. vi/xissent vsq̧ ad baptismū xp̄i oēs obligabant̄ ba/ptizari: q̄r sub tali fide et figura et federe recepe/rant illa signacula circūcisionis aut obtulerunt sacrificia et oblationes in lege nature et scriptu/re: ideo xp̄s dr̄ agn⁹ occisus ab origine mūdi apo ca. xiij. Sed ꝯ oīa supradicta arguit̄. Nam vt ait Aug. et pt3 quarto sniarū distinctione p̄ma. Ex quo fuit instituta circuncisio in illo pp̄lo hoc va/luit magnis et paruulis ad ablutionē originalis veterisq̧ pctī sicut mō baptismus Itē beda dicit q̄ idē faciebat circūcisio qđ mō facit baptismus nisi q̄ nō aperiebat ianuā regni celestis: ergo se/quitur q̄ circuncisio per se tollebat et mundabat originale pctm̄. ¶ Ad hec aūt r̄ndet̄ q̄ tam Aug.

Rn̄sio.

q̄ Beda secum portant responsiones suas in di ctis suis. Nam dictum est q̄ in circūcisione tolle/

batur et remittebat pctm originale: sz et hoc nō sequit q illa circūcisio esset instrm manuale cōtinens virtutē et merita passionis xpi: sicut baptismus. Et ideo nō p se tollebat pctm sed in virtute fidei cōferentis: et ideo nullus extra legē poterat cōferre nec ministrare illud sacrm in le. ve. nec p hoc habet q illud sacrm cōferret grāz: q: sic grā dabat nō nisi p fidē cōferentiū et recipientiū circuncisionē: q: opa legis nō iustificabāt per se nisi per fidē xpi futuri. Unde hanc cōclusionem pbat apls per totā eplam ad Romanos et Galath. et Hebreos. ¶ Quantū ad scdm articulū tenebitur iste ordo. Naz primo in gnali pbabitur qualr lex Moysi fuit mortua simul cū xpo et per pñs tunc finiuit cursum suū et cessauit ab officio suo. Scdo hoc idē pbabitur particulariter ab vnoquoq genere pceptorū: z p oēs ptes legis. Primo ergo est presupponendū et aduertendū vt dictū est in prologo: q lex vetus multiplr cōparat ad xpm et legem euangelicā. Nam primo cōparatur sicut motus et via ad suum terminum naturalem. Secundo tanq linee a circunferentia ad centrū. Tertio tanq accidentia ad subiectum. Quarto cōparat eam Augusti. contra aduersariū legis et prophetarum sicut officium ad suum finem in artificialibus. Item quinto Rabi salomō super zacha. cōparat legem et prophetas ad messiam sicut scientiam ad suū obiectū dicens: q oēs prophete non sunt locuti nisi vsq ad tempus messie. Sexto comparatur tanq signum ad suam veritatem et significatum. Septimo apostolus ad Romā. cōparat eam ad christū tanq contractum matrimonialez ad virum. Octauo in epistola ad Collossen. ij. cōparat eam tanq contractum et cyrographū censuale et debitoriū ad creditorem. Et sic christ9 dz terminus et centrum et subiectū et obiectum toti9 le. ve. et dz veritas et vir z creditor legis. Propter omnes ergo istas conditiones et operationes probatur q tota lex fuit simul mortua cum xpo. pbatur ergo primo q tota lex fuit mortua inquantum fuit motus et via ad christū. Nam habitibus existentibus in materia cessat motus. ergo postq lex peruenit ad christū cessauit et fuit cum eo mortua Itē scdo: sicut destructo et sublato centro destruūtur oēs linee ad illud cētruz terminate eo q linea nō potest esse sine puncto terminante: cū sit de ei9 essentia: ita mortuo xpo mortua fuerunt omnia legalia ad ipsuz terminata. Item tertio sicut destructo subiecto destruuntur et deficiunt omnia accidentia que fundātur in eo: ita mortuo christo omnia legalia mortua sunt: eo q christus omnia legalia compleuit: et toti legi voluit esse subiectus quia ideo voluit legi subijci et oīa onera legis super se sumere vt oīa secum crucifigeret et nos ab onere legis liberaret ad Gala. iiij. Item quarto sicut habito fine artis cessat officiuz et omnia que sunt ad finem: vt habita sanitate cessant omnia instrumenta medicalia et omnes medele: ita facta passione christi cessarunt omnia sacramenta et sacrificia et cetera legalia que non fiebāt nisi tanq officia ad xpm qui erat finis eorum. Nam omnia illa fiebant in officium figuratiuū et ostēsuum talis finis. Item quinto: sicut habita scientia alicuius obiecti cessat inquisitio scientie de illo obiecto: et habita et illata conclusione cessat syllogismus et cessant premisse: ita ergo adueniente christo qui fuit obiectū et cōclusio totius legis et prophetarum cessarunt oīa legalia que erat ppositiones premisse cōclusionuz euangelicarum. Item sexto: sicut adueniente significato cessat signum eius: ita adueniēte xpo qui fuit significatū et veritas legis et prophetarū: de necessitate cessauit lex et prophete: sicut adueniēte nauta ad portum cessat signū qd faciebat speculator de ei9 aduentu. Et adueniēte principio mēsis cessauit clamor kalēdarū rome: vt patebit. Et ideo postq oia figuratiua et dicta pphetarū fuerunt implete in cruce: dixit xps. Cōsumatū est: et sic tradidit spm Ad denotanduz q oīa cum eo mouebantur et sic cessauit lex z clamor pphetaz. Itē septimo mortua fuit lex cū xpo: inquantū erat quidā contractus debitorius et cyrographū censuale obligans illū populū ad xpz. vnde sicut contractus debitorius fact9 ad vitā creditoris rūpitur z extinguit: et ānullat p mortez creditoris. Ita ergo mortuo xpo totalr lex Moysi fuit mortua et extincta z rasa: eo q nihil aliud erat nisi quodā cyrographū censuale et ptractus debitorius in quo totus ille ppls se obligauerat seruare illā legē et oīa illa precepta: q: tot9 ille populus se obligauerat seruare illam legem et omnia illa precepta vsq ad mortem testatoris et creditoris: quod patet Exo. xxiiij. nam cum moyses legeret volumen legis: totus populus respōdit dicens: omnia que locutus est dominus faciemus et erimus obedientes z c. Unde tun. Moyses immolauit. xij. vitulos: et tulit medietatem sanguinis et aspersit super altare: z alteram partem super populum dicens. Hic est sanguis federis quod dominus pepigit vobiscum super cunctis cerimonialibus his z c. Per quod moyses voluit significare q illud fedus et pactū et cyrographum obligatiuum non erat soluendum nisi per sanguinez christi mediatoris qui erat futurus de9 et homo. Nam per hoc qd mediam partem sanguinis effudit super altare: voluit significare q deus cui facta fuit illa obligatio: factus homo erat moriturus et sanguine aspergendus. sed per hoc q aliam partē sanguinis sparsit super ppl'm voluit significare q xps p ppl'o erat moriturus z pprio sanguine effuso ipsum ppl'm erat redēpturus et liberaturus. Et sic pz quō tota lex Moysi nil aliud erat nisi quoddā cyrographum et ptractus debitori9 vsq ad mortem xpi. Et p pñs fuit extinctus: et ruptus: et mortu9: et crucifixus simul cū xpo: et per pñs nullus iam tenetur nec obligatur ad legalia. hanc rationem facit apostolus ad Col. scdo. Unde ait. Cum vos mortui essetis in delictis conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta delens quod aduersum nos erat cyrographum decreti quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affigēs ipsum cruci: et expolians pncipatus et potestates traduxit cōfidenter palā triūphans illos in seipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo: aut in potu: aut in parte

Scdz articul9.

Cōparatur lex vetus ad euāgelicam.

Lex vet9 mortua.

dici festi aut neomenie: aut sabbatorum: q̄ sunt vmbra futurorum ⁊c. Ex p̄dictis p3 q̄liter lex moysi fuit rasa ⁊ mortua ⁊ crucifixa cū xpo: inquātū erat quōdam cyrographū obligatoriū ⁊ p̄ct⁹ debitorū⁹ iō āpli⁹ nullus obligat̄ ad obseruātiā legaliū. Itē pbat̄ octauo q̄ lex moysi fuit mortua cū xpo: inquātum erat tāq̄ q̄dā ɔtract⁹ cōiugalis vxoris ad virū vnū sicut vxor nō obligat̄ ad vinculū ɔiugale nisi vsq̄ ad mortē viri: p quam mortem absoluit̄ vxor a vinculo cōiugali ipsi⁹ viri: ita pariter cū de⁹ desposauerit sibi illā plebē p datiōes legis in mōte synai: et tot⁹ ille ppl's se obligauerit ad illā legē seruandā sub federe sanguinis vt dictū est: ergo p mortē dei incarnati q̄ est xps: tot⁹ ille ppl's fuit absolut⁹ a vinculo legis: ⁊ p ɔñs nō āpli⁹ obligat̄ ad legis obseruationē. Vñ hāc rōnē facit apl's ad Ro. vij. vbi ait An ignoratis f̄res sciētib⁹ legem loquor: q2 lex i hoie dñat̄ quāto tpe viuit. Nā q̄ sub viro est mulier viuēte viro alligata est legi: si aūt mortu⁹ fuit vir eius soluta est a lege viri ⁊c. Itaq̄ fratres mei ⁊ vos mortificati estis legi p corpus xpi: vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis deo. Ex supradictis v̄bis vult innuere apl's q̄ ante mortem xpi finis et mariti illi⁹ populi: totus ille popul⁹ obligabat̄ ad seruādam legē: eo q̄ xps vir eius adhuc viuebat in corpore mortali: et tanq̄ mortalis expectabat̄ in lege. Ideo vsq̄ ad eius mortem obligabat̄: sed mortuo xpo viro suo iam nō obligatur ad vinculum coniugale legis: q2 sub tali cōditione ille popul⁹ expectabat xpm spōsum suum vt pro eo moreretur: vt p3 per totum discursum prophetarum. Et sic patet conclusio quomodo tota lex moysi fuit mortua cum xpo quo ad cerimonialia. Sed ista eadem conclusio probatur p̄ticulariter scdm om̄es partes legis moysi. ¶ Ad cuius intellectum est notādum q̄ tota lex moysi cōtinet in se sexcētas tredeci precepta: quorum quedam dicuntur moralia: ⁊ quedam iudicialia ⁊ quedam cerimonialia. Moralia autem sunt illa decem precepta q̄ fuerunt scripta in duobus tabulis lapideis vt patet Exodi .xx. et .xxj. Et dicuntur moralia eo q̄ pertinent ad omnes homines et omnibus sunt communia: sine quibus homines nō possunt ad inuicem conuersari nec conueniri. dicūtur etiam moralia: quia sunt de iure nature: ⁊ pertinent ad moralem iusticiā: quia per ista decem precepta tribuitur vnicuiq̄ quod suum est s. deo latria seruitus quod pertinet ad tria prima precepta prime tabule. Alia autem septem pertinēt ad cōuersationē proximi et ideo ista decem p̄cepta moralia sunt immortalia eo q̄ sunt de iure nature et iam fuerunt obseruata in lege nature licet nō fuerint explicita. Et ideo non precise pertinent ad legem moysi nisi inq̄tum ibi fuerūt magis explicita: quia magis pertinent ad legem nature. De sabbato autem quomodo est morale q̄tum ad substantiam ⁊ cerimoniale q̄tum ad modum dicetur in sequenti questione. Precepta autē iudicialia fuerunt data ad correctionē et punitionē transgressorum: quia aut dirigūt hoies ad seruāda p̄cepta moralia: aut puniūt trāsgressores p̄ceptorum dando oculum pro oculo ⁊ dentem pro dente ⁊ vitā pro vita: ista aūt precepta iudicialia q2 partim erāt moralia ⁊ partim cerimonialia: iō partim mortua sunt cum christo vt patebit. In tertio autē ordine sunt ⁊ erāt precepta cerimonialia et dicebantur cerimonialia rōne modi agendi et significandi: eo q̄ disponebant ad modū colendi deum que quidem cerimonialia erant in quadruplici genere. Nam quedam pertinebant ad sacra: quedā ad sacr̄a: quedam ad sacrificia et oblationes: ⁊ quedam ad obseruantias seu abstinentias. Sacra aūt erāt illa que ad cultum diuinū dedicabantur et sacrificabantur. Et ista erant quinq̄ s3 q̄ quinq̄ sacrificabantur ⁊ dedicabantur ad cultum diuinum. Nam primo dedicabātur persone. Scdo loca. Tertio tēpora. Quarto ornamenta personarum. Quinto vtēsilia templi ⁊ loci sacri. Persone autem dedicate: q̄dam dedicabantur ⁊ sanctificabatur ad colendum deū: et iste erat solus ⁊ totus populus duodecim tribuum israel: q2 sol⁹ ⁊ totus ille ppl's erat electus ad colendum vnum deū creatorem omnium: quedam aūt persone dedicabātur ad ministerium cultus diuini: sicut erant sacerdotes ⁊ leuite ⁊ cantores ⁊ ianitores ⁊c. Et isti erant de sola tribu leui. Quedam autem persone sanctificabantur ⁊ purgabant̄ a peccato ⁊ immūdicia sicut erāt peccatores ⁊ leprosi ⁊ menstruate ⁊c. vt p3 in Leuitico. Iste ergo erāt psone que sacrificabantur ⁊ disponebant̄ ad diuinū cultum ⁊ habilitabātur ad ipsum. Loca vero cōsecrata ⁊ dedicata ad diuinum cultum erant Hierusalem ⁊ tēplum siue tabernaculum et archa. Tempora aūt dedicata ad cultū dei: erat principaliter sabbatū: exinde festum azimorū ⁊ penthecostes: et tubarū: expiationis: et tabernaculum ⁊c. vt Leuitici .xxiij. Ornamenta dedicata ad diuinum cultum erant ornamenta sacerdotis: s3 ephot: rationale: ⁊ humerale: ⁊ mitra ⁊c. Utensilia autem templi erant candelabra ⁊ mortariola ⁊c. Omnia ergo ista quinq̄ supradicta scilicet persone loca et tempora et ornamenta ⁊ vtensilia dicebant̄ sacra siue sancta: eo q̄ ad cultum diuinum erant consecrata ⁊ sanctificata ⁊ dedicata ⁊ habilitata: qd erat primum genus cerimonialiū. In secundo genere erant sacramenta qua dicebantur illa quibus sacra consecrabantur. Et ista erant tria. Nam in primo loco erat circūcisio qua sanctificabātur oēs filij israel. In scdo erat vnctio qua vngebantur soli sacerdotes et reges vt habetur Exo. xxx. In tertio loco erant purgationes et lotiones et aspersiones quibus purgabant̄ peccatores ⁊ leprosi ⁊c. vt p3 in leuitico que dicebant̄ sacramēta: eo q̄ cōsecrabant ⁊ sanctificabant personas ⁊ loca ⁊c. In tertio genere cerimonialiū erant sacrificia distincta q̄ offerebāt psone sacrificate in locis sacris: que quidem sacrificia et holocausta fiebant ex certis animalibus mūdis: vt p3 in Leuitico ad qd etiā genus cerimonialiū pertinēt oblatiōes. In quarto tandē gñe cerimonialiū ponebantur obseruātie ⁊ abstinentie a cibis ⁊ rebus immundis puta nō comedere porcū nec anguillā ⁊c. vt p3 ibidem. Ad ista ergo q̄tuor genera reducūtur oīa p̄cepta cerimōialia: q2 aut erāt de sacris aut de sacramē/

No. p̄cepta legis moysi.

Sacra dicebantur quinq̄.

Sacra. erāt tria.

tis aut de sacrificijs ⁊ oblationibus: aut obseruā
tijs ⁊ abstinētijs que oīa dicebātur cerimonialia
inq̄tū respiciebāt ⁊ obseruabāt modū ⁊ p̄sonas ⁊
loca ⁊ tēpora ⁊c. ad quādā significationē de futu/
ris mysterijs: qꝛ deus nobiliori ⁊ cōuenientiori ⁊ di
gniori modo poterat coli et placari vt patebit er
go talis cult⁹ totus erat cerimonialis ⁊ significa
tiuus: qꝛ cerimonia nō dicit nisi modū et figurā ⁊
significationē: qꝛ oīs cerimonia quecūq̄ sit fit ad
significādū aliud: vt ptꝫ in cerimonijs q̄ fiūt in ser
uitio ⁊ honore regū. ¶ His habitis ⁊ notatis: po
nitur prima particularis conclusio ꝙ oīa sacra et
sanctificata legis veteris mortua sūt cū xp̄o i cru
ce. ista ꝯclusio p̄bat̄. Prio quo ad p̄sonas ⁊ gene/
rationē carnalē personarū q̄ sanctificabant̄ et de
dicabant̄. Nā dictū ē ꝙ nō circūcidebant̄ nisi filij
israel: nec vngebant̄ nisi sacerdotes de tribu Leui
et reges de tribu iuda: sꝫ oīa ista ordinabātur ad
xp̄m: tāq̄ in finē. Et iō xp̄s s̄m carnē voluit esse de
gñe israel ⁊ israelita: ⁊ circūcisus: ⁊ voluit esse de
tribu iuda et leui. p̄pter regnū et sacerdotiū: eo ꝙ
ille due tribus coniungebantur in cōiugio: et hoc
voluit facere xp̄s vt secum crucifigeret generatio
nem carnalē filiorum israel: et regnum ⁊ sacerdo/
tiū legale: et sic voluit esse rex et sacerdos. Et ideo
cū xp̄o mortua est gñatio carnalis filiorum israel
⁊ generatio carnalis regum ⁊ sacerdotū: ⁊ sic mor
tua est generatio legalis ⁊ regnum ⁊ sacerdotiuꝫ
legale cū xp̄o. Ex quo sequit̄ ꝙ iudei interficiēdo
xp̄ꝫ interfecerūt gñationē israel carnalē ⁊ regnuꝫ
et sacerdotiū. Et sic ipsimet se p̄uarūt regno ⁊ sa/
cerdotio. Itē seq̄tur ꝙ cū xp̄o mortua sūt oīa orna
mēta sacerdotalia in lege scripta scꝫ ephot ⁊ mi/
tra et rōnale ⁊c. eo ꝙ talia ordinabant̄ in ip̄ꝫ tāq̄
sacerdotē ⁊ finē regni ⁊ sacerdotij: ⁊ sic etiam cum
eo fuit mortuum sceptrū regale t̄pale eadē rōne.
Et sic ille pp̄ls extūc fuit priuat⁹ regno ⁊ sacerdo
tio p̄ut p̄phetauerat Osee. iij. dicens. Dies mul
tos sedebūt filij israel sine rege ⁊ sine principe et
sine sacerdotio. ¶ Scd̄a conclusio ꝙ cum xp̄o fuit
mortua iudea ⁊ hierl̄ꝫ ⁊ tēplū cū archa ⁊ cū oībus
vtēsilib⁹: et tota terra israel p̄bat̄. Naꝫ de⁹ elege/
rat illū pp̄lm: vt ex eo nasceretur messias s̄ꝫ carnē
et elegit illā terram israel: vt in ea xp̄s p̄dicaret: ⁊
miracula faceret: ⁊ illā ciuitatē et templū: vt in ea
legē declararet: et moreret̄: ⁊ resurgeret. Et p̄pter
ista mysteria nostre redēptionis p̄phete desidera
uerūt ⁊ comēdauerat illā terram: et ciuitatē ⁊ tem
plum: eo ꝙ oīa ordinabātur ad xp̄m ergo omnia
mortua sunt ⁊ crucifixa cū xp̄o qui erat finis gr̄a
cui⁹ oīm illoꝝ: habito ergo fine cessant oīa q̄ sunt
ad fineꝫ: ⁊ cessant oīa instrumenta que sunt facta
p̄pter illū finē. Iteꝫ xp̄s crucifixus est in iudea et
hierl̄ꝫ tāq̄ in loco ad hoc deputato et electo ergo
locus fuit crucifix⁹ cū eo: ⁊ sepult⁹. hoc probatur ex
experientia per ea mysteria que facta sunt. Nam
terremotus factus est per vniuersam terrā in mor
te xp̄i: ⁊ monumēta p̄phetaꝝ ap̄ta sunt. Et tēpli
velū scissuꝫ est qd̄ cooperiebat sancta sanctorū et
sic oīa secreta que ibi latebāt fuerūt manifestata:
ad notādum ꝙ iam templuꝫ illud materiale non
amplius erat necessariuꝫ: eo ꝙ omnia signa legis

Oia sa/cra ⁊ sanctifica/ta legis veteris sunt cuꝫ xp̄o mor/tua.

Iudea ⁊ hierl̄m ⁊ tota ter/ra israel cum xp̄o morit̄.

et dicta p̄phetarum erant in xp̄o completa ⁊c.
¶ Tertia conclusio. ꝙ cum xp̄o mortuū fuit pasca
et sabbatum ⁊ oīa tempora legis ad diuinū cultū
deducta p̄batur. Nam xp̄us fuit crucifixus in die
pasche et sepultus: et per totam diem sabbati mā
sit in sepulchro: ergo dies pasce fuit crucifixus cū
xp̄o ⁊ sepult⁹: ⁊ dies sabbati stetit cū xp̄o in sepul/
chro. Et sic tā pasca q̄ sabbatū fuit cum xp̄o mor
tuum: qꝛ sicut locus fuit mortu⁹ cū xp̄o: ita ⁊ tēpus
eo ꝙ ad hoc fuit ordinatū pasca vt xp̄s in eo more
retur: ⁊ sabbatū vt in eo per totam diem christus
in sepulchro iaceret mortuus et quiesceret. Et sic
tam sabbatum q̄ pasca fuit mortuum cū christo.
Et hoc apparet per signum. Nam christo morien
te in die pasce: tenebre facte sunt p̄ vniuersam ter/
ram a sexta hora vsq̄ ad nonam: et sol passus est
eclipsim: ⁊ luna non dedit lumē: ad denotandū ꝙ
pasca cum oībus festis legalibus: ⁊ cum tota ciui
tate Hierusalem et templo ⁊ cum tota terra israel
tunc fuit eclipsatum ⁊ mortuum: quod vere fuit de
signatum per illam eclipsim factam preter natu/
ram: ⁊ terremotuꝫ. Et sic in eodem die cum christo
fuit pasca sepultum: et altera die que fuit post pa
rasceuen: que fuit magnuꝫ sabbatum venerunt iu/
dei ex parte pylati ad sigillandum sepulchrum et
claudendum. Et sic clauserunt et sigillauerūt sab
batum in sepulchro simul cum christo et māsit sab
batum sepultum cum christo. ¶ Quarta conclu/
sio. ꝙ pasca et sabbatum iudeorum fuit incinera/
tum et putrefactum in sepulchro probatur. Nam
nec pasca nec sabbatum surrexit cum christo ergo
manserunt in sepulchro: et per consequens ibi fue
runt incinerata. Nam christus non surrexit in die
sabbati: sed in die dominico. Et sic sola dies do/
minica resurrexit cuꝫ christo: pasca et sabbato ma
nentibus in sepulchro. Unde christus noluit resur
gere in die pasce nec in sabbato: ad designanduꝫ
ꝙ nec pasca nec sabbatum debuit resurgere cū eo
sed ambo cum infirmitatibus christi perpetuo in
sepulchro incinerata manere. Ex quibus patet ꝙ
nec pasca nec sabbatum est amplius celebrandū:
nec obseruandum: cum ambo sint mortua ⁊ sepul/
ta: et per consequens incinerata postq̄ cum chri/
sto non surrexerunt: sed sola dies dominica debet
coli et celebrari in memoriam dominice resurre/
ctionis eo ꝙ sola illa surrexit cum christo: vt pate
bit in sequenti questione. ¶ Quinta conclusio ꝙ
omnia sacramenta veteris legis fuerunt mortua
et crucifixa cum christo. probatur. Nam dictuꝫ est
ꝙ omnia sacramenta fuerunt ordinata ad sancti/
ficandum: puta circūcisio ad sanctificandū solos
israelitas: ⁊ vnctio ad sanctificādos reges ⁊ sacer
dotes: ⁊ lotiones ⁊ aspersiōes ad sanctificandos
coinquinatos: ⁊ que ista oīa ordinabātur ad sc̄tifi
cationes quas xp̄s debebat complere ⁊ facere in
cruce. Et ideo xp̄s voluit sumere circuncisioneꝫ vt
illā in cruce crucifigeret. Et sic circuncisio fuit cru
cifixa cum carne xp̄i. ⁊ ibi fuit crucifixa vnctio re/
gum et sacerdotuꝫ: quia tota p̄sona xp̄i fuit vncta
⁊ tincta cruore ⁊ sanguine suo. Et fuit crucifixa ani
mis lotio ⁊ asp̄sio legalis q̄ fiebat ad mūdationē
peccatorū ⁊ inmūdoruꝫ: qꝛ ibi christus p̄priū san

Pasca ⁊c.

Nota.

Sacra ve. leg. cuꝫ xp̄o crucifi/xa.

guinē ꝑ immūdicia: et ꝑ pctīs oīm effudit vt la/uaret crimina oīum: q̄ quidē effusio et vnctio fuit figurata per lotiones et aspsiones legis veteris.

Sacrificia etiā et blasphemationes. ¶ Sexta cōclusio. ꝙ cū xp̄o fuerūt crucifixa ⁊ mortua oīa sacrificia et oblationes ve. le. ꝓbat̄ vt di/ctū ē ꝙ oīa illa erāt signa et figura hui⁹ sacrificij vt dictū est ꝙ illa nō offerebant̄ in preciū sed in signū federis et in signū et arrā huius precij quod xp̄s soluit in cruce ꝓ oībus preteritis et futuris: ergo oēs ille arre et oīa illa signa fuerunt simul mortua et crucifixa cū xp̄o. Et per eandē rōnem fuit mortu⁹ cū xp̄o esus siue cōuiuiū agni pasca/lis qḋ nō fiebat nisi in figurā ⁊ signū huius sacri eucharistie: qḋ xp̄us instituit in die iouis scā: in quo mysterio duo fiebant scʒ immolatio et esus siue cōuiuiū: ad significandū ꝙ xp̄s agnus q̄ tol/lit pctā mundi prius erat immoland⁹ in ara cru/cis postea in eucharistia spūaliter epulandus et -endus sicut quotidie fit in ecclesia. ¶ Septima

obseruātia ⁊ abstinētie. cōclusio. ꝙ oēs obseruātie et abstinētie et discre/tiones ciborum fuerunt mortue cum xp̄o. Pro/bat̄ q: oīa illa data sunt in figurā abstinentie vi/tiorū: nā ꝑ porcū significabat̄ luxuria: et ꝑ griffuʒ rapina ⁊c. a q̄b⁹ figuralr̄ illi ꝓhibebātur abstine/re: q̄ oīa erāt declarāda ꝑ messiā in lege ꝓmissum vt ptʒ Deute. xviij. sed iam Christus oīa ista de/clarauit Mat. xv. q̄n dixit ꝙ non quod intrat per os coinquinat hoīem: sed blasphemia et adulte/ria et homicidia et cetera vitia et immunda que exeunt de corde hec coinquinant hoīem. Et sic te/nent talmudiste ꝙ messias quem frustra expectāt debet eis oēs illas obseruantias declarare: et li/centiare eis porcum et cetera ꝓhibita. ¶ ¶ Octa/ua cōclusio. ꝙ oīa iudicialia precepta fuerunt cō/pleta et mortua cū christo. Probatur: nam simul/ter illa partim erant cerimonialia inquantum si/gnificabāt ꝙ christus erat restitutur⁹ fructū abla/tum per Adam et inquantum figurabant ꝙ chri/stus erat daturus dentem pro dente: et oculum ꝓ oculo: et vitam pro vita omniuʒ. Nam quia adā ex raptu cibi vetiti totum genus humanū in mor/tem precipitauit. Ideo christus restituit fructum in arborem crucis cuʒ seipsum pro illo futuro ob/tulit et ibi restituit dentem pro dente et vitam ꝓ vita: quia totus homo quo ad corpus mortu⁹ est pro ipso ꝑuaricatore et latrone ⁊ homicida adaʒ Et sic ptʒ ꝙ xp̄s fuit punitus pro illo pctō: ⁊ in eo fuerunt exercitata et cōpleta illa p̄cepta iudicia/lia: et per pn̄s in eo fuerūt mortua. Et ideo eccle/sia nō exercet illa: nec vult punire tali genere sup/pliciorū: postq̄ iaʒ xp̄s cōpleuit illa: sed remittit oēs pctōres ad pniam que datur loco illorum iu/diciorum: vt patebit infra. ¶ Nona ꝯclusio. ꝙ lex

Lex mosayca cessare debuit. mosayca debuit cessare per mortē et passionē xp̄i hec ꝯclusio ꝓbat̄ multiplici rōne et auctoritate. Et primo rōne defectus virtutis: q: in se non ha/bebant tantam virtutē vt possent illa legalia tol/lere pctm̄ et iustificare et gratificare hoīem ad vi/tam eternam: vt dictum est in primo articulo. Se/cūdo ꝓbatur ista cōclō ꝓpter legis limitationem erat eñi illa lex limitata scʒ gn̄atione loco et tpe. Nā primo illa lex nō fuit data nisi soli ꝓplo israe/litico: ⁊ circūcisio nō potuit dari nisi solis mascu/lis: et ministerium diuini cult⁹ solis leuitis: et sa/cerdotiū solis filijs aaron. Et sic p̄ma lex erat li/mitata rōne vnius gn̄ationis. Scd̄o rōne loci: q:

Quomō illa lex erat limitata. nō erat seruanda nisi in terra ꝓmissiōis. Deu. vj. Et agnus pascalis nō poterat immolari: nec edi nisi in hierl'ʒ: et sacrificia nō poterāt mactari: nec offerri nisi i illo tēplo. deu. xvj. et sic pʒ d̄fect⁹ liber/tatis et vniuersalitatis illi⁹ legis ⁊ ꝑ pn̄s nō erat cōdignus cultus latrie debitus diuie maiestati. Nā sicut deus est vniuersalis creator et cōserua/tor et redēptor: ita ipsi debet̄ latria ꝑ oīa vniuer/salis cōis oībus gn̄ationibus et oīb⁹ locis ⁊ tpi/bus: vñ si latria nō exhibebat̄ deo nisi i illo tēplo ergo nō poterat exhiberi in oī tpe et in oī hora er/go debuit cessare. Tertio ꝓbatur ista ꝯclusio rōne idignitatis sacrificioꝝ: nā munera ⁊ sacrificia de/bent esse cōdigna diuine maiestati et sapie et bo/nitati: eo ꝙ sub tali rōne debet̄ deo cultus latrie sʒ illa sacrificia erāt diuine maiestati incōdigna cū essent oblata et imolata ex aialib⁹ brutis in q̄/bus preciū erat vile et impurū: igit̄ querēdū erat munus diuine maiestati cōdignū et purū et p̄cio/sum et charū de sᵉiet acceptabile: nō brutū. Quar/to ꝓbat̄ ista cōclō inquantū lex mosaica nō fuit data gr̄a sui: sed in signū future v̄itatis ꝑ xp̄m ad implende: ergo debuit cessare q̄n fuit ipleta et ve/rificata ꝑ resurrectionē xp̄i ꝓut dictū est. Quinto ꝓbat̄ eadē cōclusio iquantū tota lex moysi: ⁊ oīa legalia mortua fuerūt simul̄ cū xp̄o: et nō resurrexe/runt cū eo q: tūc cōpleuerūt officiū et cursum suū et manserūt in sepulchro incinerata: ⁊ ꝑ pn̄s ꝑdi/derūt suas vires et suū officiū: et ꝑ pn̄s cessarunt q: ꝓpter aliud nō fuerāt instituta nisi ad signifi/candū ⁊ in signū pacti et federis: et ad ducendū ⁊ dirigendū illū ppl'm vsq̄ ad xp̄m in quo oīa illa erāt verificāda: et a quo ille ppl's erat recepturus veritatē repromissionis sub cuius fide et ꝓsta/tione obseruabat illa legalia. Ex oībus ergo su/pradictis seq̄tur correlarie ꝙ cessante lege moysi

Lex euāgelica debuit succedere et hec facit. debuit succedere lex euangelica: eo ꝙ supplet ⁊ sa/tisfacit oībus defectib⁹ legis moysi ⁊ v̄ificat oēs eius figuras: et verificat totā legem et ꝓphetas. Nam primo lex euangelica explicat fidē necessa/riam ad nr̄am salutem per. xij. articulos. in q̄bus explicatur trinitas personarū sub vnitate et sim/plicitate vnius substantie et essentie diuine et ex/plicat bn̄ficium creationis et oīa mysteria et be/neficia nostre redēptionis et glorificationis pro/pter q̄ debet̄ deo vera latria. Scd̄o lex euāgelica explicat verū intellectū preceptorū moralium. vt ptʒ Mat. v. et. vj. ⁊c. et continet septē ecclesiastica sacramenta: que in se realiter cōtinēt xp̄m in quo est tota plenitudo diuinitatis sicut est sacrificiuʒ eucharistie: aut cōtinent realiter preciū passio/nis christi sicut sunt cetera sacr̄a. Et sic possunt mundare hominem ab omni peccato: et ipsum iu/stificare. Item tertio lex euangelica est vniuersa/lis et illimitata: quia baptismus est communis vtriq̄ sexui: et omnia sacramēta sunt communia omni generi: et omni populo: et lingue quia per totum orbem terrarum fuit predicata: et in ea nō

est exceptus; iudeus: nec grecus: nec barbarus. ad Ro. per totũ. Et sic a solis ortu vsq; ad occasuz offertur sacrificiũ mediatoris ꝓ oibus et exercent oia sacramẽta. Et hoc fit in oi tẽpore et hora: nã quãdo in nr̃o hemispherio est nox: in alio est dies et quando in nr̃o hemispherio est hora nona aut decima: in altera pte mundi est hora tertia rũ ⁊c. ⁊ sic nulla est hora nec momẽtũ quin in aliqua parte mundi offeratur deo sacrificium et exhibeatur deo vera latria: qḋ nõ poterat fieri in lege veteri quãdo sacrificiũ offerebatur in hierusalẽ. Item quarto lex euangelica supplet totũ defectũ legis q: verificat et complet oia que illa significabat et figurabat vt dictũ est. Itẽ quinto: q: lege ve. manente incinerata in sepulchro sola veritas euangelica surrexit cum xp̄o. Ex quibus pz ꝙ illa debuit cessare et ista succedere cui nulla altera lex est successura: vt patebit. Sed licet ista cõclusio possit probari multiplici auctoritate veteris testamenti: tamen solũ adducentur alique autoritates que per iudeos nõ possunt negari. vnde Esaie. ij. Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini supra verticem mõtium: et eleuabitur super omnes colles. Et fluent ad euz omes gentes et ibunt populi multi: et dicent venite ascendamus ad montem domini et ad domum dei iacob et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis suis: q: de syon exibit lex et verbum dñi de hierl'm. Ex hac autoritate sequitur ꝙ totus populꝰ gentilis erat venturus ad doctrinaz xp̄i messie et petiturus ab eo doctrinam nouam ⁊ legẽ nouaz q: nõ dicũt docebit nos vias moysi: sed docebit nos vias suas. i. legẽ suã nouã. Scḋo seq̇tur ꝙ preter legẽ moysi q̇ exiuit de synai debebat alia exire de hierl'm: et per ꝯ̃ns illa lex moysi que exiuit de synai debebat cessare. Itẽ hoc idẽ ꝓbatur Hier. xxxi. vbi dr. Ecce dies venient dicit dñs et feriã domui israel et domui iuda fedus nouũ: nõ s̃m pactũ qḋ pepigi cuz patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti: pactũ qḋ irritũ fecerunt: sed hoc erit pactum qḋ faciam cuz domo israel post dies illos dicit dñs. Dabo legem in visceribus eorum et in corde eorũ scribam eam ⁊c. Ex hac autoritate patet ꝙ messias in lege promissus aliam legez nouam debebat dare: nõ scriptam in tabulis lapideis: nec in chartis sicut fuit lex moysi: sed scriptam in cordibus et visceribus hominuz per propriam predicationẽ. Hoc idẽ patet Danie. ix. vbi dicit post. lxij. ebdomadas ab edificatione secundi templi vngetur sanctus sanctoruz et firmabit pactum; ebdomada vna occidetur xp̄s: ⁊ in medio ebdomadarũ deficiet hostia et sacrificium: et nõ erit eius populus qui eũ negaturus est: et postea vsq; ad cõsummationem et finem erit in tẽplo statuta desolatio. Ex hac auctoritate ostenditur manifeste quõ christus erat vẽturus post. cccccxxiiij. annos ab edificatione secundi templi: et quomodo debebat firmare et dare legem nouam: et pactum multis: et non solũ populo iudaico. Et quomodo debebat cessare hostia et sacrificiũ: ⁊ ꝑ cõsequens tota lex moysi qḋ totũ videmus esse completum. Hoc idem pz per thalmudistas et ea que scribuntur in libro cãhadrin: et in studio Helie. ꝙ sex milia annorum est mundus: duo milia vanitatis: et duo milia legis: et duo milia regis messie. Ex quo pz ꝙ lex moysi nõ debebat durare nisi ꝑ per duo milia annorũ: incipiendo a tp̄e circuncisionis. Ex quo etiam pz ꝙ lex moysi iam cessauit in xp̄oꝰ put latius patebit in sequenti questione.

¶ Quarta cõcl'o. ꝙ legalia nõ solũ per mortẽ xp̄i fuerũt mortua et inutilia et inualida: sicut inquit Hiero. Sed post publicationẽ euangelij fuerunt et sunt mortifera obseruantibus ea. Prima pars pz per ea que dicta sunt q: oia fuerũt mortua cũ xp̄o et sepulta et nõ surrexerũt cũ eo q: ibi cõpleuerunt cursum et officiũ suum: q: nõ fuerunt data gr̃a sui: sed in signũ federis ⁊ pacti ⁊ in signũ p̃cij et per ꝯ̃ns ibi ꝑdiderunt vires suas: vt inquit hierony. super epistolã ad galathas. Itẽ idẽ Hiero. ait super Mat. omelia de puella resuscitata per xp̄m. ꝙ nisi prius mundate fuerint manus iudeorum que sanguine plene sunt synagoga eorũ mortua nõ surgit. per quod intendit Hieronymus ꝙ synagoga mortua conuertetur ad christum in fine mundi: sed pronũciat o euãgelio inutilis ⁊ inualida manet post mortem et resurrectionem xp̄i. Scḋa pars probatur per Aug. Et hoc multipl'r. Primo q: post mortem xp̄i iudei offerũt rem mortuam et putridam et inutilem obseruando legalia ergo talia sunt eis mortifera. Secũdo: q: rumpunt et violant pactum ⁊ fedus: nã illa data fuerunt in pactum et fedus christi vẽturi firmata per aspersionem sanguinis in signum ꝙ per sanguinem christi erat illa lex soluẽda. sed iam venit xp̄s et aspersit sanguinem suum super populum ꝓut fuit figuratum Exo. xxiiij. Et iam soluit precium pro omnibus: ergo sequitur ꝙ post precium solutum iudei rumpunt et violant pactum et contemnunt precium et sacrificium pro nobis oblatum: ergo talia sacrificia et omnis legalis obseruantia est eis mortifera: eo ꝙ fit cum contemptu dei. Tertio hoc idem probatur inquantum per talez obseruantiam falsificant legem et prophetas: nam per talem obseruantiã negant xp̄m venisse. ergo negant et falcificant legem et ꝓphetas: qui nihil aliud clamabant et significabant nisi xp̄m in carnem venturum: et per mortem et passionem mundũ redempturum. et sic falsificando sacram scripturam et auferendo verũ significatum et veritatem ab ea: faciunt deũ mendacem qui locutꝰ est in lege et ꝓphetis. Et sic nõ solũ obseruantia legis est eis mortifera: sed intelligentia et falsa glosa quam dant ipsi scripture est eis mortifera. vnde dicit Aug. de vnico baptismo contra donatistas. ꝙ in eadẽ lege et scriptura veteris testamẽti christiani fiunt boni spiritualiter et bene intelligendo: et iudei fiunt mali literaliter et false intelligendo: q: litera occidit spiritus autem viuificat. Quarto obseruãtia legaliuz est iudeis mortifera inquantũ est ꝓhibita nõ solũ ꝑ xp̄m qui est ille ꝓpheta quem deus ꝓmisit Deu. xviij. qui legem iam declarauit: sed etiã sunt ꝓhibita ꝑ prophetas oia legalia post xp̄z sicut fuit ꝓbatũ psal. xix. vbi dicit xp̄s ꝑ os dauid. Sacrificiũ et obla

Legalia sunt mortifera.

Per obseruãtiã legaliuz negant xp̄m venisse.

tionē noluisti:aures autē pfecisti mihi holocau
stū ꝓ pctō nō postulasti ⁊c. Itē psal.xlix. Nō acci-
piā de domo tua vitulos neqꝫ de gregib⁹ tuis hir
cos. Itē Esaie.lxvi. Ad quē respiciā nisi ad paup
culū ⁊ cōtritū spū ⁊ tremētē ſmones. Qui imolat
bouē q̄si q̇ interficitvirū q̇ mactat pec⁹ q̄si q̇ excere
brat carne:q̇ offert oblatiōes q̄si q̇ sanguinē suillū
offert q̇ recordat̄ thuris q̄si q̇ bn̄dicat idolum. Ex
dictis i p̄cedēte ⁊ isto caplo ptꝫ manifeste quō tē
pore messie legalia debebāt cessare ⁊ quō post eī⁹
aduētū oia illa debebāt esse deo abomiabilia:si-
cut homicidiū ē deo abomiabile. Vn̄ dicit ꝙ sicut
homicidiū ⁊ sacrificiū idoloꝝ ⁊c. erāt tūc ꝓhibita
ita legalia sunt ꝓhibita post aduētū xp̄i. hoc idē
ptꝫ Malac.j. vbi dic. dn̄s. nō ē mihi volūtas i vo
bis dic. dn̄s ⁊ mun⁹ nō accipiā de manu vr̄a. Ab
ortu eni solis vsqꝫ ad occasuꝫ magnū ē nomē meū
in gētib⁹ ⁊ i oi loco sacrificat̄ ⁊ offert̄ noi meo ob
latio mūda q: magnū ē nomē meū i gētib⁹ dic. do
min⁹ exercituū. Et vos polluistis illud in eo ꝙ di
citis mēsa dn̄i cōtaminata est:⁊ qō supponit̄ con
temptibile est cum igne q̇ illud deuorat ⁊c. Ex su-
pradictis patet ꝙ post resurrectionem xp̄i non so-
lum sunt mortua legalia:sꝫ ⁊ mortifera:et non so-
lum cessarunt offerri:sed et sunt deo abominabi-
lia:⁊ ꝑ cōsequēs sunt nobis prohibita:quia ita
sunt ꝓhibita sicut in lege erant prohibite carnes
suille:⁊ sicut homicidium ⁊ sicut sacrificiū idoloꝝ
vt ptꝫ ex dictis Esaie.⁊ ꝑ Malachiā patet ꝙ oia
legalia sunt immunda post aduētū xp̄i:ergo sunt
prohibita. Et ostenditur etiā ꝙ sacrificia veteris
legis erant insufficientia et imperfecta eo ꝙ non
poterāt offerri nisi in hierusalē et in solo illo po-
pulo israelitico:⁊ ꝑ ɔn̄s sacrificiuꝫ generale erat
ab omnibus gentibus offerenduꝫ:⁊ in omni loco:
sicut deus est creator et redemptor tam gentiliuꝫ
q̄ iudeoꝝ. Et ideo dicit deus per Malachiā ꝙ a
solis ortu vsqꝫ ad occasum offertur mihi oblatio
munda:q: magnū est nomen meū in gentibus ⁊c.
Itē denotat ꝙ iudei post aduentum xp̄i polluūt
nomē dn̄i offerendo sacrificia legalia ⁊ repreben
dendo xp̄ianos offerētes sacrificium mediatoris
per hoc qō ait. Et vos polluistis illud in eo ꝙ di-
citis mēsa dn̄i ɔtaminata est ⁊c. Ex plurib⁹ aliīs
autoritatibus ꝓbatur legalia esse ꝓhibita ⁊ deo
odiosa ⁊ abominabilia:⁊ ꝑ cōsequens hoib⁹ mor
tifera post aduētū xp̄i:sed cā breuitatis ista suffi-
ciāt. ¶ Quātum ad tertium articulum in quo que (*Tertius articul⁹*)
ritur de eternitate legis est valde aduertenduꝫ ꝙ
eternuꝫ in sacra scriptura dicitur valde equiuoce (*Eternū dr equo-*
de diuersis. Et ratio est ista. nam eternuꝫ dicit̄ ab (*ce.*)
euo siue ab etate qō idē est qō vita siue esse:q: viue
re viuētibus ē eē. Et sic viuere siue vita ⁊ eē. valde
equoce dicit̄ de deo ⁊ creaturis nā deus ē et viuit
ꝑ suā essentiaꝫ:⁊ ideo est sua vita ⁊ sua etas ⁊ suū
esse. Et ideo de solo ipso dicitur quod est. Exo.iij
ego sum q̇ sum:et qui est misit me ad vos. et vbiqꝫ
dicit̄ in prophetis viuo ego dicit dominus:quasi
dicat. solus ego habeo vitam a meipso ⁊ sum vita
mea. oia aūt alia viuunt qui participant esse ⁊ vi
tā a deo:ideo nō sunt sua vita:nec suuꝫ esse sed di
cuntur esse adiectiue:et sic dicuntur viuere sub ali

quo respectu ⁊ secūdū quid ⁊ nō simplr:q: licet ha
beāt vitā:tn̄ hn̄t ipsam terminabilē ⁊ successiuā:si
cut sunt oia ista et alia. Et ideo eē ⁊ vita siue viue
re valde equiuoce dicit̄ de deo ⁊ creaturis. Nā li (*Viuere*)
cet āgeli habeāt totā simul:tn̄ hn̄t ipsam termina (*dicit̄ eq̄-*)
bilem ⁊ depēdentē ⁊ participatā sed oia alia di- (*uoce de*)
cunt̄ esse ⁊ viuere successiue sub tpe ⁊ motu etiā vi (*deo ⁊ crea-*)
ta eoruꝫ est magis equiuoca. Sed q: eternū dicit̄ (*turis.*)
ab etate q̇ idē est qō vita:ideo sicut vita ⁊ etas di-
cit̄ equoce de deo et creaturis:ita parit̄ et eternū:
q: nihil aliud est nisi equale seu coetaneū alicui vi
te aut etati:⁊ sic quot sunt etates ⁊ vite tot sūt eter
nitates:⁊ sic alia est etas ⁊ vita dei ⁊ alia creatura
rū:ita alia est eternitas dei ⁊ alia creaturaꝝ:nam
eternitas dei ē iterminabilis vite tota sil' ⁊ pfecta
possessio:sicut dicit Boetius.iiij. de cōsolatione.
Et eternitas angeli est sua vita ⁊ duratio tota si-
mul:sꝫ terminabilis:et eternitas hominis est sua
etas ⁊ vita non tota simul:sed terminabilis et suc
cessiua:⁊ sic vnūqōqꝫ hꝫ suā etatē ⁊ eternitatem:q:
eternū dr. inquantū est alicui etati et vite coeuum
et coequale in duratione:et sic dicimus ꝙ caput
meū est mihi eternū.i. est mihi equale in duratiōe
q: q̄tū durabit vita mea tātū durabit caput meū:
et ecōuerso. ⁊ sic dicimus ꝙ respirare est mihi eter
nū.i. durās per totam vitā meā ⁊ etatē. Et sic di-
xit rex geth ipsi dd. Eris mihi seru⁹ sempitern⁹.i.
ꝑ totā vitā ⁊ etatē tuā.ij. re. Et sic eternū nihil ali
ud est nisi res durans siue durabilis per totā eta-
tē ⁊ vitā ⁊ ꝑ totū seculū alicui⁹. Q: ergo hebrei di
stinguūt mūdū ꝑ multa secula siue ꝑ multas eta-
tes in sua successiōe:ergo necesse est vt diuidat̄ ip
suꝫ ꝑ multas eternitates:⁊ tūc aliquid erit eternū
siue sempiternū vni seculo ⁊ etati:⁊ alteruꝫ alteri.
Vn̄ q̇dā distinguūt munduꝫ ꝑ tria secula siue eta (*Nota.*)
tes:vn̄ scribitur in lib. cābadrin qō legit̄ in studio
Helye. ꝙ sex milia annorū est mūd⁹ duo milia na-
ture:et duo milia legis:et duo milia regis messie
aliquid ergo fuit eternum p̄me etati:aliō fuit eter
nū etati ⁊ sclo legis:⁊ istatuit circūcisio q̇ durauit
ꝑ totū illud seculū ⁊ etatē legis. Et isto mō data
fuit circuncisio ipi abrae sub federe sempiterno.i.
per totā illā etatē ⁊ sclm vsqꝫ ad messiam q̇ fuit se
cūda etas et seculū mūdi ſm illā computationē.
Et ita pariter dedit et ꝓmisit semini suo terram
canaam in possessionem eternā.i. ꝙ possiderēt eā
per totuꝫ illud seculū legis vsqꝫ ad xp̄m:qō ita in
veritate factum est:nā post modicum tēpus perdi
derūt illā terrā. Et sic pariter est dicēdū de sabba
to ⁊ ceteris legalibus q̇ data sunt in fedus eternū
eo mō quo dictū est.i. per totuꝫ illud seculū ⁊ eta-
tē vsqꝫ ad aliud seculū messie exclusiue ⁊ sic oia il-
la fuerunt sempiterna cuꝫ illa etate vsqꝫ ad xp̄m.
Et hoc cōfirmāt ipsimet iudei cū dicunt ꝙ lex nō
debebat durare nisi per duo milia annoꝝ inter se
culū nature ⁊ sclm messie ergo ſm eos lex nō erat
eterna simplr:sed solū ſm qd:inquātum erat du-
ratura per totū illud sclm ⁊ etatem. Et isto modo
sacramētū altaris dr eternū Mat.xxvj. cum dicit
xp̄s. Hic est calix noui ⁊ eterni testamenti eo ꝙ du
rabit per totū tp̄s gratie ⁊ nullum aliud succedet.
Et sic patet ꝙ multa dicunt̄ sempiterna in sacra

membrorũ instituẽdo baptismũ et sic verificauit oẽs locutiones et purgatiões et cetera sacra purgatiua que fiebãt in lege in figura baptismi. Secũdo fuit passus et in cruce imolatus et oblatus. Et sic vĩficauit occisionẽ agni pascalis et oĩa sacrificia et holocausta et oblationes que fiebãt in lege in figura sue passiõis ꝛ sacr̃i eucharistie. Itẽ fuit sepultus ꝑ totã diẽ sabbati in sepulchro. Et sic vĩficauit qetẽ sabbati legalis. Itẽ eduxit fideles ve. te. de lymbo inferni. Et vĩficauit figurã liberationis filiorũ isrl' de egypto. Itẽ resurrexit et ascẽdit in celũ. Et sic vĩficauit dicta ꝓphetaꝝ: vt patebit infra. Et sic ptz ꝙ xp̃s totã legẽ et ꝓphetas vĩficauit exẽplariter in se. ¶ Quarta cõclu. ꝙ xp̃s nõ solũ vĩficauit in se legẽ moysi quo ad p̃cepta cerimonialia: sed etiã declarauit et vĩficauit in se p̃cepta iudicialia. Pria ps ptz ꝑ supradictã tertiã cõclusionem. Scd̃a pars ꝓbat̃. Nam inter iudicialia ponitur Exo. xxi. Primo ꝙ si qs percusserit virũ aut mulierẽ et secuta fuerit mors: tunc ille morte moriat̃: et det vitã ꝓ vita. Et si mutilauerit aliqđ mẽbrũ det oculũ ꝓ oculo et dẽtẽ ꝓ dẽte ꝛc. Hoc aũt preceptũ iudiciale vĩficauit xp̃s in se ꝓ pctõ p̃morũ parentũ in quo fuit homicidiũ et furtũ: q2 oẽs filios et posteros occiderũt: et honis gratuitis expoliauerũt. Et fuit ibi blasphemia ꝛ sacrilegiũ: inquantũ deitatẽ vsurpare tẽtauerũt. Et iõ xp̃s in cruce voluit ꝓ oĩb' mori et dare mortẽ tpalẽ ꝓ nr̃a morte eterna: et vitaȝ ꝓ vita et aĩam ꝓ aĩa: et dentẽ ꝓ dẽte: et oculũ pro oculo et totũ pro toto: et ptẽ ꝓ parte. Et sic vĩficauit illud preceptũ iudiciale: ꝛ multa alia: q2 pro pctĩs oĩm preteritorũ et futurorũ mortu' est: et pro oĩbus furtis et rapinis et adulterijs et ceteris sceleribus satisfecit in sua passione. Itẽ nõ solũ vĩficauit in se precepta iudicialia ꝓ oĩb' satisfaciendo: sed et ipsa iudicialia declarauit mutãdo forũ et penã iudicialẽ secularẽ in pnialeȝ et spũalem. ¶ Ad cui' intellectũ est notãdũ ꝙ ille for' iudicialis ꝛ punitio ve. le. figurabat forũ et punitionem pnialẽ legis euãgelice ꝑ xp̃m instituendã. Nã lȝ in punitione pniali per xp̃m instituta nõ det̃ oculus carnalis: et dẽs pro dente: tñ dat̃ oculus pro oculo: et dens pro dente: et vita pro vita ciuiliter. Nam qñ venit homicida aut mutilator mẽbrorũ aut latro ad cõfitendũ tũc ecclesia siue sacerdos lȝ nõ interficiat corporalr̃ homicidã: siue mutilatorẽ penitenteȝ tñ precipit ipsum occidi a mundo. i. ꝙ fiat religiosus: ꝛ p̃uet seipsum delitijs mũdanis: et iugiter agat pniaȝ: et oret ꝓ illo quẽ occidit et vita priuauit et ꝙ nutriat filios ei' quẽ occidit. Et ita p̃iter p̃cepit mutilatori ꝙ nutriat et ꝓprijs bonis tpalibus illũ cuius mẽbrũ mutilauit. Itẽ precepit latroni vt restituat furtuȝ et oẽ male ablatũ: ꝛ etiã satisfaciat pro dãno illato: ꝛ sic precipit luxurioso vel auaro vel iracũdo vt abscidat mẽbrũ qđ scandalizat spũ nõ corpalr̃ sed spũalr̃: ꝛ hoc ex precepto xp̃i Mat. xviij. Si ocul' aut pes tuus scãdalizat te: erue eũ ꝛ ꝓijce abs te quod est intelligendũ de mẽbro corpali: sed spũali. s. de mala intentione et cogitatione ꝛ peruerso proposito et occasione. Et ad hoc propositum dicit infra caplo. xix. ꝙ multi castrauerũt seipsos ꝓpter regnũ celorũ q põt cape capiat ꝛc. ¶ Et ita xp̃s oẽs pctõres remittebat ad pniam dicẽs. Uade et ampli' noli peccare et sic lȝ nõ lapidauerit adulteraȝ lapidibus materialibus: tñ lapidauit eam lapidibus spũalibus. s. cõpũctionis et cõtritionis et pnie. Et sic est dicendũ de ceteris pctõribus. Nã lȝ xp̃s nõ occidebat eos quo ad substantiã tñ occidebat in eis pctm̃ suscitando in eis fidẽ et grãm: vt inqt Aug. Et sic p̃iter istis penitentibus mutilauit mẽbra malarũ cogitationũ ꝛ occasionẽ. sȝ lȝ xp̃s nõ interficiat ilico corpalr̃ pctõres obstinatos et ip̃enitẽtes tñ finalr̃ iterficit eos morte eterna. Et ita xp̃s lapidauit et interfecit lapidib' eternis synagogã iudeoꝝ adulterã ꝛ obstinatã: q dimisso' negato ꝓprio viro xp̃o fornicat̃ cũ diabolo. Ex supradictis ptz qualr̃ Rabi moyses de egypto idigne et ip̃rudẽter reprehẽdit Jesum nazarenũ redẽptorẽ nr̃m q dicit in sentẽtijs de pnia ꝙ Jesus nazarenus lȝ eẽt vir bon' et simplex et fuerit cã destructionis oĩm idolorũ ꝛ superstitiõis gentiliũ: tñ sua doctrina nõ fuit vtilis mũdo nec reipublice: eo ꝙ nullũ puniebat: sed oĩbus malefactorib' parcebat: vt ptz de adultera: quaȝ absoluit a morte ɔtra legẽ moysi. Uñ dicit ꝙ si talis lex seruaret̃ scȝ ꝙ reus nõ puniretur sed oĩbus parceretur: tunc respublica destrueretur: nec possent ciuitates et regna cõseruari nisi pctã punirẽtur. Et sic patet doctrinam eius non esse bonam. ¶ Ad hoc respondetur: ꝙ iste Rabi moyses cõtradicit sibiipsi si bene volumus aduertere. Nã ipsemet dicit. Jesus nazarenus fuit vir bonus et optimus intantum ꝙ destruxit detestabilem idolatriam de mundo ergo sequitur ꝙ fuit vtilis toti mundo et deo dilectus et conformis auferendo tantum scelus de mundo. quia virtuosus est conformis et nulli inutilis: sed omnibus prodest: vt inquit Plato. Item iste homo multipliciter decipitur. Primo. quia christus nunq̃ prohibuit prauos puniri: q2 per ipsum qui est vera sapiẽtia reges et principes mundi regnant: vt puniẽdo mala, et remunerando bona exerceant iusticiam. Et sic christus iaȝ habet reges ꝛ principes seculares qui puniunt malos et incorrigibiles tpaliter ẽm demerita eorum in foro iudiciali. Sed vltra hunc gladiũ secularẽ voluit vti xp̃s gladio spũali pniali: qui est multo nobilior: qui qdem gladius nõ occidit: nec mutilat substantiã: sed pctm̃ interimit ꝛ abscidit ab aĩa. Et iõ xp̃s pctõres ad pniam remittebat: ergo nõ relinqbat eos impunitos. Nã pnia ẽm Aug. est quedã dolẽtis vĩdicta puniens in se quod dolet cõmisisse. Et sic pnia vere punit peccatum in reo. ¶ Unde ponitur pro cõclusione ꝙ pnia peramplius et perfectius punit pctm̃ ꝙ lex secularis: et ꝙ lex vetus puniebat qđ tripliciter probat̃. Nã magis satisfacit deo et proximo et pfectius iustificat pctõrẽ. Probat̃ primũ et scđm. Nam qñq3 homicida suspensus per legem secularem nõ recipit mortem patienter: et sic nõ satisfacit deo nec restituit ablatum: et sic non satisfacit proximo: nec etiam iustificat peccatorem postquam manet incontritus et impenitens. Sed

xp̃s verificauit in se legalia.

Forus seu punitio ve. le. figurabat sacramẽtũ pnie.

xp̃s peccatores ad penitentiam remittebat.

Rabi moyses xp̃m reprehendit

Pnia plus amplius punit pctm̃ ꝙ lex secularis.

vera pnia prio satisfacit deo p verã cõtritionẽ et ppo tñ nõ peccãdi. Scdo satisfacit proximo resti/tuẽdo ipsi ablatũ in effectu vel in affectu ꝛ pmis/sione. Tertio iustificat seipm pterita pctã plãgẽ/do ꝛ futura nõ cõmittere pponẽdo. Itez pbat ea dẽ cõclusio sic. Illa pũitio est pfectior ꝛ magis suf ficiens q̃ delet ꝛ extinguit pctm̃ qd diabol' plan tauit ꝛ seruat substãtiã quã deus creauit: ꝙ illa q̃ destruit substãtiã ꝛ nõ extiguit qñcꝫ pctm̃: sꝫ pnia est hmõi respectu punitiõis sclaris: g est pfectior. Minor ptꝫ. Nã p pniam totalr delet ꝛ extinguit pctm̃ qd diabol' psuasit: et cõseruat nõ solũ aia: sed etiaz corp' vt ille vltra possit bñ opari: ꝛ opa mie exercere: ꝛ p defuncto quẽ occidit semp orare ꝛ p filijs ei' subuenire ꝛc. Pũitio aũt sclaris extin guit substãtiaz ꝛ qñcꝫ nõ extinguit pctm̃: ꝛ aufert locũ ꝛ tps bñ operandi. Et sic nõ satisfacit pxio. Itẽ pnia est magis vtilis pxio ꝛ reipublice ꝙ pu nitio legalis legis veteris. Nã illa mutilabat mẽ brũ: scꝫ oculũ aut manum delinquẽtis de quo nul la vtilitas prouenicbat leso nec satisfaciebat in/iuriam passo sed pnia nõ aufert mẽbrũ corpale vt ille possit satisfacere leso op̃ib' manuũ suaꝝ: aut vt restituat ablatum. Et sic pnia non solũ est ma/gis vtilis iniuriam passo: sed etiam toti reipubli ce: inquantum non vult mortez peccatoris: sed vt magis conuertatur ꝛ viuat: ꝛ seruiat deo et prosit proximo. Et sic cõplures criminosos nouimus p penitentiam liberatos: qui ardentius seruierunt deo ꝛ reipublice perutiles steterũt post actã peni tẽtiã. Ex quib' patet ꝙ gladius pnialis multo p fectior et vtilior est ꝙ gladius secularis punitio/nis. Ideo xps qui in primo sui aduentu venit tãꝙ vniuersalis redemptor ꝛ totius generis humani reparator: noluit vti gladio seculari: sed peniten/tiali ꝛ salubriori. Nec ex hoc prohibuit nec impe diuit gladium iudicialez secularis punitiõis quẽ principibus seculi ante tanꝙ deus commiserat nec invtẽdo gladio penitẽtiali destruxit precepta iudicialia veteris legis: immo declarauit illa in/quantum figurabant punitiões penitentiales le gis euangelice. Et sic patet ignorãtia et imprudẽ tia ipsius rabi moyses: qui ignorãs sacramẽtum pnie reprehẽdit xpm putãs ꝙ xps remittẽdo pec/catores ad pniaz relinquebat eos impunitos: cũ punitio penitẽtialis sit multo perfectior ꝛ magis satisfaciens deo ꝛ proximo: ꝛ magis iustificans de linquẽtem ꝛ magis vtilis reipublice. Ex quibus omnibus ptꝫ ꝙ xps nõ fuit cõtrarius nec dissipa tor legis moysi: imo fuit cõseruator ꝛ instaurator: qꝛ primo obseruauit eam lr̃aliter. Scdo declara/uit eam doctrinalr ꝛ spũaliter verũ sensum ꝛ intel ligẽtiã ostẽdẽdo. Tertio verificauit legem et pro/phetas in se realiter ꝛ exemplariter: qꝛ omnia que erant in lege figurata et in prophetijs vaticinata: in sua passione et resurrectiõe cõpleuit ꝛ cõsum/mauit vt ptꝫ per discursum euãgelicũ. Ex quibus etiam ptꝫ ꝙ sicut lex moysi erat ab illo populo li teralr obseruãda: ita per xpm erat spũaliter decla randa in suo aduentu et per ipm quo ad officium literale terminãda et ablẽda. Et sicut ille popu lus erat obligatus ad obseruãdã illã legẽ lr̃aliter sub cõminatione illarũ penaꝝ ꝛ maledictionum. Ita pariter erat obligat' ad audiẽdã declaratio nẽ legis faciẽdã per xpm: ꝛ ad credẽdũ et obedien dũ ipsi: et hoc sub eadẽ cõminatione ꝛ p ɔñs erat obligat' ad seruãdã legẽ spiritualr sꝫ declaratio nẽ faciẽdã p xpm. Et sic nõ obligabant ad seruã/dã legẽ lr̃aliter nisi vsꝙ ad declarationẽ faciẽdã per xpm. Et sic per cõsequens ptꝫ etiam ꝙ postꝙ lex moysi est iaz declarata: ꝛ litterale officiũ est iã terminatum et abolitũ p passionẽ xpi: et veritas legis est iam pmulgata in euãgelio: ꝛ cerimonia lia officia sunt iã phibita tanꝙ mortua: sequit ꝙ veritas euangelica est seruãda tanꝙ salubris ꝛ ce rimonialia vitanda et execranda tanꝙ mortifera. Et inde lex moysi nõ destruitur: nec violat: immo verificatur et statuitur et ratificat et obseruatur. Ex hoc patet miserabilis cecitas iudeoꝝ. ¶ Quã tum ad scdm articulũ est notãdũ ꝙ sicut lex moysi nõ erat mere carnalis: sꝫ principalr spũalis rõne finis: put dictum est: ita pariter promisit messiaz et redemptorem spiritualem ꝛ nõ carnalr: sed spi ritualr viuẽtem. Et sic in suo officio non debebat esse carnalis sꝫ spũalis. Et p ɔñs spũalr debebat operari in suo officio: ꝛ in spiritualia bona: et non carnalia cõcedere. Et ideo est aduertendũ ꝙ oẽs pphetas ꝙ xps messias in lege promissus septez erat principalr inter cetera facturus. Naz primo erat in secũdũ tẽplũ venturus. Secundo erat legẽ nouam et perfectam et vniuersalem et communẽ oibus gentib' et nationibus datur'. Tertio erat pro oibus moriturus: et oẽs a pctõ per mortẽ suã liberaturus. Quarto erat resurrecturus: et post re surrectionẽ vlr regnaturus in celo et in terra et in inferno. Quito debebat mittere suos discipulos ex iudeis cõuersos per totũ orbem: qui totũ popu lum gentilem debebant xpo subijcere ꝛ oia idola delere. et diabolũ ex hoc mũdo eijcere. Sexto de bebat populum iudaicum incredulũ ꝛ obstinatuz dissipare: ꝛ in perpetuam captiuitatẽ destinare ꝛ subigere. Septimo in fine mundi in scdo suo ad uẽtu ꝛ finali iudicio suos fideles in corpore ꝛ aĩa glorificare et felicitare. ¶ Sed primuz: scꝫ ꝙ mes/sias erat venturus in scdo templo pbat. ¶ Ad cu ius intellectũ est aduertendum ꝙ quatuor pphe/te fuerunt cõcitatores ad edificãdũ scdm tẽplum scꝫ Daniel aggeus zacharias ꝛ Malachias. Qñ oẽs isti quatuor clare et manifeste p̃dixerunt et p phetarunt qualiter xps messias erat venturus ad illud scdm templum et daturus legẽ euangelicã ꝛ moriturus. Et qño illa ciuitas secunda simul cuꝫ templo ꝛ sacerdotio erat destruenda pp̃ter pctm̃ mortis xpi. Et quomodo noua ciuitas hierusalez erat per xpm edificãda: ꝛ per totũ orbem diffusa. Et hoc pbatur Danielis.ix. vbi dicit angelus da nieli. Scito ꝛ aiaduerte ab exitu sermonis vt iterũ edificet hierusalem vsꝙ ad xpm ducem ꝛc. Item Aggei.ij. Adhuc modicum est ꝛ ego mouebo celũ et terram et mare et aridam et mouebo omnes gẽ tes: ꝛ veniet desideratus cunctis gentibus: et im/plebo domũ istam gloria: dicit domin' exercituũ Meũ est argẽtũ ꝛ meũ est aurum dicit dñs exerci tuũ. Magna erit gloria istius domus nouissime

Secũd' articul'

Christ' erat. vij. factur'.

Christus erat in scdm tẽplũ venturus.

plus q̄ prime &c. Ex his verbis sequitur primo q̄ nō debebat xp̄s multū tardare: p hoc qd̄ ait. Adhuc modicū est &c. Scd̄o sequitur q̄ xp̄s nō solū erat ventur⁹ ad saluādū iudeos: sed et gētiles cū ait. Cōmouebo oēs gētes: & veniet desiderat⁹ cūctis gētibus. Tertio sequitur q̄ xp̄s erat ventur⁹ in illud scd̄m templū quod post captiuitatē babylonie edificabatur per esdrā et neehiam et zorobabel ad instantiam aggei & zacharie. Quarto sequitur q̄ glīa quā xp̄s debebat afferre ad illd̄ tēplū nō debebat cōsistere in auro et argēto: sed in bonis spiritualib⁹: p hoc quod ait meū est argētū & aurum. Itē sequitur etiā q̄ in bonis spiritualibus magis debebat pollere scd̄m templū q̄ primum. Nā licet in secūdo tēplo nūq̄ fuerit archa federis cū tabulis legis: nec cū māna et virga aaron: eo q̄ fuit cōbusta simul cū tēplo p caldeos tn̄ in scd̄o templo fuit xp̄s deus et homo rex & sacerdos figuratus p archā federis qui fuit in tēplo p̄sentatus: & in eo miracula fecit: et legē euangelicā predicauit: & legē moysi declarauit: ideo subdit q̄ maior erit gloria dom⁹ istius nouissime q̄ prime. Item sequitur q̄ post illud scd̄m tēplū nullū aliud erat materialiter edificandū in hierusalē: per hoc qd̄ ait. Maior erit gloria hui⁹ dom⁹ nouissime q̄ prime. Nā si illa erat dom⁹ nouissima ergo post illam destructam per Tytum et romanos: nulla alia materialis expectatur. Et p̄ pherer iā venit in illā domū ante ei⁹ destructiōē per qd̄ potest patere cecitas & falsa spes iudeor̄. Itē eadē ɔclusio pbatur manifeste zacha. ix. Nam postq̄ in primis capitulis p̄dixit reedificationē scd̄i tēpli & ciuitatis: & multa alia ventura in illam ciuitatem & templum dicit. Exulta satis filia syō et iubila filia hierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator ipse pauper ascēdēs sup asinā et super pullū filium asine &c. quod fuit impletū: vt p₃ per oēs euāgelistas. Et sic patet manifeste qualiter xp̄s erat venturus in illud scd̄m templū p̄ut omnes hebrei antiqui glosant istum passum intelligentes de rege messia. ¶ Hoc idem probatur Malach. iij. Nam postq̄ in duobus primis capitulis predixerat dissolutionē & immundiciā sacerdotū illius secundi templi & ciuitatis: ex consequēti in tertio capitulo predicit aduētum christi in secūdū templū. Vn̄ ait. Ecce ego mittam angelum meum & preparabit viam ante faciem meā & statim veniet ad tēplū sanctum suū dominator quē vos queritis: & angelus testamēti quē vos vultis &c. ¶ Ex supradictis autoritatib⁹ istor̄ quatuor pphetar̄ tenebant pro articulo fidei oēs antiqui hebreor̄ q̄ rex messias erat ventur⁹ in illud scd̄m tēplū. S₃ q₂ nōdū viderūt eum: ideo multi eor̄ dixerūt q̄ rex messias iā venit s₃ nōdum manifestauit se vsq₃ ad tempus. Interim aūt vadit occult⁹ peregrinādo p mundum inter pauperes & leprosos pro pctō iudeor̄. Et ad hoc allegant illud Esa. liij. Nos reputauimus eū quasi leprosum &c. Ex quibus oībus p₃ manifeste q̄ messias quicunq₃ sit ille iā venerat anteq̄ scd̄m templum destrueretur p romanos. Et in hoc cōsistit tota pturbatio iudeor̄: q₂ vt euadant & fugiant hanc manifestā veritatem dicūt multa vana & enormia et risu di

gnissima: et hoc de primo officio messie in lege p̄missō. Scd̄m officiū regis messie erat: q₂ erat daturus legē nouā vniuersalē & cōmunē oībus gētib⁹ et nationibus. Hoc primo pbatur Esa. ij. vbi dicitur. Et erit in nouissimis dieb⁹ preparatus mons domus domini in vertice montiū: & eleuabitur super celos. Et fluent ad eū oēs gentes. Et ibunt populi multi et dicent. Venite ascēdam⁹ ad montē domini & ad domum dei Jacob: et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis eius: q₂ de syon exibit lex & verbū dn̄i de hierusalē &c. Itē infra ca. li. Attendite ad me popule meus: & tribus mea audite: q₂ lex a me exiet & iudiciū meū in lucē pplor̄ requiescet &c. Item Hiere. xxxi. Feriā domui israel et domui iacob fedus nouū nō s̄m pactū qd̄ pepigi cum patribus vestris in die quādo apprehendi manum eorum: vt educerē eos de terra egypti: pactum qd̄ irritū fecerūt post dies illos dicit dominus: dabo legē meam in visceribus hominū et in corde eor̄ scribā eam &c. Et supradictis & multis alijs p₃ qualiter rex messias erat legem nouā daturus preter legē moysi. Sed tertiū: sc₃ q̄ xp̄s rex messias erat moriturus & occidendus a suis & genus humanū a peccato liberaturus: iam satis pbatum est in expositione libri psalmor̄: et maxie psal. xxi. & xxxiij. et. xxxv. & lxviij. vbi dd̄ magis videtur euāgelista q̄ ppheta. Sed hoc magis manifeste patet Esaie quinquagesimo. vbi christus deus factus homo dicit. Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus faciem meam non auerti ab increpantibus et conspuentibus in me &c. Item ca. lij. de christo rege messia dicit de⁹ pater &c. Ecce seruus meus exaltabitur et sublimis erit &c. Sed immediate c. liij. dicit et explicat totam mortem et ignominiosam passionem eius pro peccatis omnium. Unde ait. Uere languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit Et nos reputauimus eum quasi leprosum et percussum a deo & humiliatum. Ipse autem humiliatus est propter iniquitates nostras & attritus est ppter scelera nr̄a &c. p totum. Quod quidem capitulū nō potest itelligi dici de rege messia: q̄ erat p populo moritur⁹ s₃ Rabi moys. & oēs antiquos iudeor̄. S₃ quidā eorum vidētes q̄ hoc fuit impletū in iesu xp̄o: quē nos in messiā recepim⁹. Ideo cōfusi euenerūt i tantā vesaniā dicētes q̄ duo expectātur messie: sc₃ vnus primus vocat⁹ Jucefabē effraim. Et ali⁹ Abē dauid de tribu iuda. Et sic dicunt q̄ totū istud. liij. capitulū loquitur & verificatur de messia Jucefabē effraim: q̄ ē moritur⁹ p defensione populi isrl̄: quē occidet gog & magog: s₃ post surget messias aben dauid & resuscitabit messiā iucefaben effraim: & cōgregabit oēs iudeos ex omnibus partibus mūdi: & tunc pugnabit cōtra gog & magog iuxta hierusalem: & vicet eos. Et tūc tāq̄ victor & triūphator edificabit nouam hierusalem: vbi prius erat: inquā introducet omnes filios israel ex omnibus partibus mūdi congregatos &c. Sed quantum sit vana & irridenda ista fictio: dictū est psal. xx. Verūtamē₃ moderni iudei videātur fugere quodā falso colore & fictione veritatē hui⁹ capituli: tamē nullo colore aut via possunt

xp̄s erat datur⁹ legē nouam.

Christ⁹ messias erat pro oib⁹ moriturus.

Nota.

vitare manifestā passionē xp̄i reuelatā Danieli
ꝓphete.ix.c.vbi dicit gabriel angel⁹ danieli.Se-
ptuaginta ebdomade abbreuiate sunt sup ppl'm
tuū ⁊ sup vrbē sanctā tuā:vt ꝯsummet̄ preuarica-
tio ⁊ finē accipiat pcm̄ ⁊ deleatur iniquitas ⁊ ad
ducat̄ iusticia sempiterna ⁊ impleat̄ visio ⁊ ꝓphe
tia:⁊ vngat̄ sanctus sctōꝝ.Scito ⁊ aīaduerte ab
exitu sermonis vt iterū edificet̄ hierl'm vsq; ad xp̄z
ducē ⁊c.put supradictum est.s.post ebdomadas.
lxij.occidet̄ xp̄s ⁊c.Ex quibus ṽbis predicebant̄
no.istas decē veritates. decē veritates ꝓphetice.Prima q xp̄s erat ventu
rus post.cccclxxiiij.annos a reedificatiōe scōi tē-
pli que sunt.lxij.ebdomade annoꝝ.Scōa veritas
q xp̄s erat a suis occidēdus ⁊ negādus.Tertia q
per mortē xp̄i erat implenda oīs visio ⁊ ꝓphetia
ꝓphetaꝝ.Quarta q mors xp̄i debebat auferre oē
pcm̄ ⁊ delere oēm iniquitatē:⁊ adducere oēm iu-
sticiā ⁊ grām vniuerso mūdo.Quinto q xp̄s erat
vngēdus rex ⁊ baptizandus pro nobis. Sexta q
ppl's iudeorum erat negaturus xp̄m.Septima q
ex hoc erat reprobādus.Octaua q post mortē xp̄i
debebat deficere hostia ⁊ sacrificiuz:⁊ cessare lex
moysi.Nona q ciuitas hierl'm simul cū tēplo erat
destruēda.Decima q desolatio ⁊ reprobatio sy-
nagoge ⁊ oīm legaliū ⁊ captiuitas iudeoruz erat
duratura vsq; ad ꝯsummationē ⁊ finē mūdi. Itez
q xp̄s rex messias deberet mūdū redimere ⁊ pr̄es
vete.test.de lymbo per passionē liberare.Pz za-
cha.ix.vbi postq̄ dixit.Ecce rex tuus venit tibi iu-
stus ⁊ saluator ⁊c.postea subdit.Tu ṽo in sangui
ne testamēti tui eduxisti vinctos de lacu vbi non
erat aqua ⁊c.Itē.c.xij.Effundā sup domū dd̄ ⁊ su
per habitatores hierl'm spm̄ grē et precū:⁊ aspi
cient ad me quē cōfixerūt ⁊ plangēt eum ⁊c.Et sic
pz manifeste qualiter xp̄s rex messias erat occidē
messias xp̄s erat resurrecturus. dus vt totū ppl'm a pctō liberaret.¶ Quartū aūt
mysteriuz:scz q xp̄s erat a mortuis resurrecturus
et post resurrectionem regeneraturus: licet sit sa-
tis probatum per totā expositionem libri psal.⁊
precipue psal.xx.⁊.xxix.⁊.xl.⁊.lxvij.tn̄ manifeste pz
Esa.xi.per totū vbi inter cetera dicit.In die illa
radix iesse qui stat in signū populorum ipsum gē-
tes deprecabuntur:⁊ erit ei⁹ sepulchrū gloriosuz
⁊c.Ex quo pz q si sepulchruz eius est gloriosum:
ergo absq; incineratione ⁊ putrificatione resurre
xit i corpus gloriosum ⁊ īmortale.Itē Esa.postq̄
per totū.liij.explicauit mortem ⁊ passionem xp̄i:
postea per totum residuum vsq; ad finem libri p̄-
dicit gloriam regni eius vniuersalis ad ostenden
dum q a mortuis resurrexit:⁊ postea regnauit in
celo ⁊ in terra:quia mortui non regnant super vi-
uos.Sed hoc idē magis clare pz Osee.vi.vbi di
citur.Venite et reuertamur ad dominum:qr ipse
cepit ⁊ sanabit nos percutiet ⁊ curabit nos:viuifi
cabit nos post duos dies: et tertia die suscitabit
nos:⁊ viuemus in conspectu eius sciemus seque-
xp̄s erat edificatur⁹ nouam hierusalez. murq; vt cognoscamus deū ⁊c.In quibus verbis
manifestatur distincte resurrectio christi:que fuit
cā nostre future resurrectiōis:put patebit.¶ Qui
tum aūt mysteriū:scz qualiter christ⁹ rex messias
post resurrectionē suaz debebat edificare nouam
hierl'm ⁊ introducere in eā totū ppl'm gentilem:et
mittere suos discipulos per totū mūdū ⁊ destrue
re oīa idola:⁊ eijcere diabolū de mūdo:et subijce-
re sibi totū ppl'm gentilē ⁊c.lz satis sit ꝓbatū per
totā expositionē libri psal.⁊ spāliter psal.xvij.et
xviij.⁊.lxvi.⁊.lxvij.⁊.lxxi.⁊.cix.tn̄ manifestius pro
batur per totū librū Esaie maxime a.xl.c.vsq; ad
finē vbi in fine cōcludit.Ponā in eis signū ⁊ mit-
tā ex eis qui saluati fuerūt ad gētes in mare ⁊ in
africam et lidiam tenentes sagittā in italiā ⁊ gre
ciam et ad insulas maris longe ad eos qui nō au
dierunt de me:et nō viderūt gloriā meā:⁊ annun-
ciabūt gloriam meā gētibus ⁊c.Hoc idē manife-
stissime pz Hieremi.xvi.vbi post reprobationem
iudeoꝝ dicit.Ego mittā piscatores multos ⁊ pi-
scabūtur eos.Et subdit infra.Ad te gētes venient
ab extremis terre:et dicēt vere mēdaciū possede-
rūt pr̄es nostri:vanitatē que nō ꝓfuit eis ⁊c. Itez
hoc idē pz Osee.i.⁊.ij.sed clarius zacha.viij.vbi
dr̄.Ecce venient ppl'i multi ⁊ gētes robuste ad q̄ren
dum dn̄m exercituū ⁊ in hierl'm ad deprecandam
faciem domini hec dicit dominus exercituum.In
diebus in quibus apprehendēt decē hoīes ex oī-
bus linguis gentiū:et apprehendent fimbriā viri
iudei dicētes:ibimus vobiscū. Audiuimus enim
qm̄ deus vobiscū est.Hoc idē pz infra.c.xiij.vbi
dr̄.In die illa erit fons patēs domui dd̄ ⁊ habitā-
tibus in hierl'm in ablutionem pctōris ⁊ menstrua
te:et erit in die illa dicit dn̄s exercituū:disperdaz
oīa noīa idolorum de terra:⁊ nō noīabunt̄ vltra:
et pseudo ꝓphetas et oēm spm̄ immūdum aufe-
rā de terra ⁊c.¶ Sextū aūt mysteriū.s.qualiter iu-
Christ⁹ ppl'm iudaicum debebat reprobare ppter pctm̄ ⁊c. dei ꝓpter pcm̄ mortis xp̄i erāt reprobādi: et sa-
cerdotiū ⁊ regnū coꝝ extinguēdū:et nouū sacrifi-
cium instituendū:et ppl's gentilis eligēdus ⁊ sub
stituendus lz satis sit explicitū per totā expositio
nem libri psalmoꝝ:et maxime psalmo.xxi.⁊.xxxix.
et.xlix.⁊.l.⁊.lxvij.⁊.lxxi.⁊.lxxxi..et.cviij.et.cix.tamē
manifestius pz p totū Esaiā ⁊ oēs alios prophe
tas in quibus nō est aliqua pars in qua nō repro
betur ppl's iudaicus propter ingratitudinē:⁊ eli-
gatur populus gentilis.Sed destructio templi ⁊
sacerdotij et dissipatio illius populi maxime et
manifeste pz Dan̄.ix.vt dictū est.¶ Septimū aūt
mysteriū:scz.qualiter in fine mūdi post miserabi-
Iudei i fine mūdi ꝯuertentur. lem exitum et interitū antixp̄i ppl's iudeorū sit ad
xp̄m conuertendus et reuersur⁹ per predicationē
Helye et Enoch:et qualiter postea xp̄s sit ventu-
rus ad iudiciū generale:et qualiter debet oēs re-
suscitare:scz iustos i corpora gloriosa:vt recipiāt
vltimā pfectionē et felicitatem:impij aūt in sup-
pliciū eternū ⁊c.Licet satis diffuse sit dictū p to-
tam expositionē psalmoꝝ maxime psalmo.i.⁊.ij.
et.xx.et.l.et.cix.tn̄ qualiter xp̄s oēs iustos in fine
mūdi debet glorificare et ab eis omnē miseriam
corporalē auferre manifeste predicitur Esa.xxv.
vbi dr̄.Precipitabit mortē in sempiternū:et aufe
ret dominus deus lachrymā ab omni facie terre:
et opprobriū populi sui auferet de vniuersa terra
q: dn̄s locutus est et dicent in die illa.Ecce deus
noster iste expectabimus eum et saluabit nos iste
dn̄s sustinuimus:eū et exultabimus et letabimur
in salutari eius:q: requiescet manus dn̄i in monte

isto ⁊c. Itē hoc idē ptʒ per totū. Itē vltimum iudicium et glorificatio iustoꝝ manifestissime predicitur Daniel.xij. vbi dr̄ ꝙ multi de his qui dormiūt in puluere terre euigilabūt: alij in vitā eternā: alij in opprobriū: vt videāt semp. Qui aūt docti fuerint fulgebūt q̄si splēdor firmamēti: ⁊ qui ad iusticiaʒ erudiūt multos q̄si stellas in ppetuas eternitates ⁊c. Itē iudei ꝙ conuertent̄ ad xp̄m in fine seculi ptʒ Osee.iij. vbi dr̄ ꝙ post h̄ reuertent̄ filij israel et querēt dn̄m deū suū: ⁊ dauid regē suū: et pauebūt ad dn̄m: et ad bonū eius in nouissimo dieꝝ. Itē hoc idē ptʒ zacha. vltimo per totū. Sed ꝙ cōuersio ppl'i iudeoꝝ in fine seculi sit faciēda ad p̄dicationē Helye patet Malachie.iiij. vbi dr̄. Ecce ego mittā vobis Helyam prophetā anteꝙ veniat dies dn̄i magnus ⁊ horribilis ⁊ cōuertet cor patrū ad filios ⁊ cor filioꝝ ad patres eoꝝ ne forte veniāt ⁊ percutiāt terrā anathemate. Ex quib' oībus ptʒ per oēs prophetas q̄d in his septem cōsistebat p̄ncipal'r totū offm̄ regis messie in lege ⁊ prophetis pmissi. Primo q: erat venturus in fine secūdi tēpli. Scd̄o q: erat nouam legem daturus. Tertio q: erat per mortē mūdū redēpturus et liberaturus a seruitute diaboli. Quarto quia erat a mortuis resurrecturus et post mortem regnaturus. Quinto q: per discipulos suos erat totū populū gentilē cōgregaturus ⁊ conuersurus. Sexto q: erat iudeos crucifixores suos reprobaturus: et sacerdotiū simul cū cerimonialibus ablatur'. Septimo q: in fine seculi erat mūdū iudicaturus: et post ppl'm iudeoꝝ per Helyam vocaturus et oēs fideles glorificaturus: prout ptʒ per oēs prophetas. ¶ His habitis sit hec prima conclusio. ꝙ Jesus xp̄s venit in scd̄m tēplū et in fine ante destructionē eius: sicut pphetarūt Daniel et Aggeus ⁊ zacharias et Malachias probat̄. Nā xp̄s natus est .xlij. āno cesaris Augusti: et fuit .xl. die in tēplo symeoni presentat'. xij. anno disputauit cū doctoribus vt ptʒ Lu.ij. ⁊ .xxx. anno tp̄e Tyberij cesaris fuit baptizat': et ieiunauit ⁊ per tres annos miracula fecit ⁊ .xxxiij. Tyberij cesaris fuit crucifixus: ergo sequit̄ ꝙ venit ad scd̄m tēplū an̄ destructionem eius: q: templū nō fuit destructū: immo durauit vsqꝫ ad imperiū Vespasiani. Et sic ptʒ ꝙ xp̄s venit tp̄e determinato et ante pphetato. ¶ Scd̄a cōclusio. ꝙ xp̄s dedit legē nouā euāgelicā in hierusalē et mōte syon et oliueti: et in terra pmissionis sicut dictū fuerat per oēs pphetas. Nā p̄io iuxta mare in deserto ascendit in montē et sedens docuit discipulos suos legem declarando: vt ptʒ Mat.v.vi. et .vij. Itē in hierl'm predicauit in omnibus festiuitatibus. et in monte syon instituit sacramentū altaris: et misit spm̄sctm̄ in discipulos: ⁊ aperuit eis sensuʒ ⁊ scripturas: vt patet Luce vltimo. et actuū .j. Et ex mōte oliueti misit oēs apostolos ad predicandū euāgeliū oī creature. Marci vltimo. et actuū .j. Et sic ptʒ ꝙ in xp̄o fuerūt verificate prophetie de datione legis noue. ¶ Tertia conclusio. ꝙ xp̄s passus et occisus est a suis: p̄ut locuti sunt prophete: immo oīa que locuti sunt prophete de morte et passiōe regis messie: fuerūt verificata in xp̄o. ¶ Quarta p̄clo. ꝙ xp̄s resurrexit

Xp̄s venit in secundum templū.

Xp̄s dedit legē nouam.

Xp̄s est mortu'.

Xp̄s resurrexit.

a mortuis tertia die ⁊ ascendit in celū quadragesimo die: prout scribūt ⁊ testant̄ oēs apostoli ⁊ euāgeliste: et regnauit per totū orbē: prout fuit oībus manifestū. Vn̄ lʒ iudei negēt xp̄i resurrectionē ⁊ in celos ascensionem: tn̄ nō p̄nt negare eius regnuʒ vniuersale cū postea viderint ip̄m per vniuersum mūdū regnare super oēs reges ⁊ pplos: vt pbatū fuit psal.ij. et .lxx. et .cix. ¶ Quinta cōclusio. ꝙ xp̄s edificauit nouā hierl'm toto orbe diffusam et introduxit in eaʒ totū populū gentilē: sicut locuti sunt pphete. probat̄. Nā p̄io xp̄s ꝯgregauit illā sanctam societatem virorum et mulierum in monte syon qui erant centum viginti vtriusqꝫ sexus: vt ptʒ Actuum primo. super quos misit spiritumsanctū in die Pentecostes: a quo receperunt septem dona gratiarum: et sic armati armis spiritualibus egressi a cenaculo in eadem die conuerterūt tria milia vt patet Actuum secundo. Sed quia christ' preceperat eis in suo ascensu dicens. Ite peruniuersum mundum et predicate euangelium omni creature ⁊c. Item Actuum primo. Accipietis virtutem superuenientis spiritussancti in vos et eritis mihi testes in hierusalem et in omni iudea et samaria: et vsqꝫ ad vltimum terre. Ideo oēs apostoli et discipuli per receptioneʒ spiritussancti ab hierusalem inde egressi diffusi sunt per totū orbeʒ terrarum predicantes euangeliuʒ toti populo gētili: et sic Mattheus cum successoribus suis conuertit totam ethiopiam: et Marcus cum successoribus suis totam Egyptum et Arabiam et totam Affricam. Et symeon et iudas babyloniam ⁊ parthiam et mediam. Et bartholomeus et thomas omnes indias. Et paulus et Joannes greciam et asiam minorem. Et idem paulus et petr' et discipuli eoꝝ totaʒ italiā ⁊ galliā. et Jacobus et discipuli eius totam hyspaniaʒ ⁊c. Et sic patet ꝙ christus edificauit primo istam hierusalem: scʒ ecclesiam supra illos sanctos lapides in monte syon: sed postea fuit dilatata et diffusa per totum orbem a solis ortu vsqꝫ ad occasum: et ideo tota ecclesia dicitur hierusaleʒ. Primo quia in illa hierusalem materiali fuit inchoata et exinde deriuata fuit et per totum orbem dilatata: et ideo retinet nomen hierusalem et syon a sua origine: sicut flumina retinent nomen sue originis ⁊ sui fontis sicut Iberus et Araxes. Secundo tota ecclesia dicitur hierusalem et syon ratione proprietatis et nominis interpretationis. Nam hierusalem interpretatur visio pacis: et syon dicitur specula: ꝗ quia in sola ecclesia videtur et speculatur deus p verā fidē: iō sola ecclīa meret̄ dici hierl'm ⁊ syon. Nā illa hierlʒ materialis nō pp se dcā est hierlʒ. p pphetas nisi i q̄tū xp̄s erat ibi vidēdus ⁊ ibi erat eccl'aʒ edificatur': put dictū fuit in expositione libri psalmoꝝ: ⁊ maxie psal.xlvij. et quinquagesimo. et in questione precedenti. Nam illa hierusalem per christum messiam edificanda: nō poterat esse materialis et parua in illa terra palestine et iudee: sed erat futura spiritualis toto orbe diffusa et dilatata: in qua continentur omnes gētes ⁊ natiōes ⁊ ppl'is ethiopū ⁊c. Et sic xp̄s iam vocauit et congregauit oēs filios israel s̄m spi

Xp̄s edificauit nouam hierl'm.

ritum et pmissionē ad istā veram hierlm. ¶ Sexta cōclusio: q iudei ppter mortē xpi fuerūt dissipati et per mundū dispersi et tēplū et ciuitas destructa et sacerdotiū ablatū: sicut predixit Daniel pphā et ceteri pphete. Ista cōclusio per vnā partē de se est manifesta: sed q hoc fuerit factū ppter mortē xpi nō solū asserit a nobis: sz etiā a magistris eorum: vñ dicit Rabi moyses q Jesus nazarenus dicebat se esse Messiā: sed hoc nō est verum: qz Messias debebat cōgregare et reformare filios israel: sed hoc nō fecit christus immo fuit occisus: et fuit causa destructiōis israel et totius populi iudaici. Itē Josephus dicit q causa destructiōis hierusalem et totius populi iudeorum nō potuit esse nisi aliquod magnum peccatū: et istud non potuit esse nisi mors Jesu nazareni: aut Joban. baptiste: aut Jacobi iusti. Itē Rabi samuel africanus dicit in epistola ad suū amicū q non pōt recipere aliam causam quare tanto tēpore durat ista captiuitas eorum: nisi qz patres eorum iniuste occiderūt Jesum xpm virum iustū. Unde volēs per scripturas inuestigare propter qd peccatū iudei laborant in hac longa captiuitate: nō potest reperire nec assignare aliam causam: nisi qz occiderūt Jesum nazarenum virum sanctum et iustū. Item iudei moderni continue maledicunt christū dicentes q propter ipsum perseuerant dispersi per mundū in hac captiuitate. Item ipsimet iudei ppter aliud nō maledicunt et habent odio christū: nisi quia oēs asserunt christū fuisse dissipatorē ciuitatis hierusalē et totius populi iudeorū: et sic hec conclusio satis est omnibus concessa et manifesta. Ex quibus supradictis sequitur vna correlaria et irrefragabilis cōclusio: scz q Jesus nazarenus quē colit christiana religio fuit et est verus Messias in lege promissus. Ista cōclusio probata est per singula ex cōcessis a iudeis. Nā licet iudei moderni nō concedant redēptionē animarū factā per xpm nec eius resurrectionem: eo q talia fuerunt eis insensibilia tamen non possunt negare omnia alia: scilicet q Jesus venit in fine templi: cum magna gloria et potestate miraculorū. ¶ Sed dicunt quidam eorū q Jesus nazarenus quando fuit in egyptū furatus est nomē dei tetragrāmaton: et cum illo nomine: et in virtute eius faciebat illa miracula. Sed in hoc cōcludunt propositū nostrū cōtra seipsos: nā oēs magistri eorū cōcedunt q illud nomen dei est incomprehensibile et ineffabile. Cuius virtutem et declarationē nemo potest scire et declarare nisi solus deus et rex messias. Et omnes asserunt q rex messias in virtute illius nominis habet declarare enigmata legis et subijcere totum orbē. Ex quibus omnibus sequitur q si Jesus nazarenus habuit et possedit illud nomē: ergo vel fuit deus aut messias eius. Item nō possunt negare scdm: quia omnes concedunt q xps dedit et condidit hanc legem euangelicā quā obseruant christiani. Nec negant tertiū: quia oēs concedunt q patres eorū occiderunt xpm. Nec possunt negare quartū. Naz licz negent resurrectionē: tamē nō possunt negare quin christus regnauerit vbiq post mortem suam. Nec nimis negant sextū: quin christus sit causa sue destructionis et captiuitatis. Sed multominus possunt negare quintuz. Nā manifestū est ad sensus q totus pplūs gētilis relictis idolis cōuersus est ad fidē xpi. Et iō licz iudei oia alia velint ex cecitate et malitia negare: tn sola ista cōclusio quā negare nō pnt est sufficiēs ad pbādū iesum xpm fuisse messiā in lege pmissuz: et ad cōfundēdū iudeos. Nā cū in oib⁹ iuis psal. et oēs pphe in suis pphetijs nil aliud clamant nisi q solus messias in lege promissus debebat auferre et destruere oia idola et omnem supstitionē ppli gētilis: et subijcere pplm gētilē ad colēdū nomē dei abraā: Jsaac: Jacob: et nomē dei israel. Et hoc per baptismū aque: vt pbatū est Esa. xii. et Exech. xxxvi. et zacha. xiij. Et oēs pphe clamāt qualiter solus messias debebat cōdere magnā hierusalē a solis ortu vsq ad occasuz et introducere in eam omnes populos gentiū credentes in deum israel. Sed oia ista operatus est solus Jesus nazarenus. Nā in die ascensionis misit oēs apostolos et discipulos per totū orbē dicens. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spūssancti Matthei vlt. Itez Mar. vlt. Ite predicate euāgeliū omni creature. Et qui baptizatus fuerit: saluus erit et c. Sed nos videmus manifeste q totus populus gētilis per baptismū venit ad fidem et adorauit deum israel relictis idolis: immo totus populus christianus qui descendit ab illo populo gentili nullū alium deum adorat: nisi deum Abraā: Jsaac: et iacob sicut deū israel q est trin⁹ et vnus et creator et fact⁹ homo: vt videbit. Et oia ista apparēt ad sensum: que iudei non possent negare: immo dicit Rabi moyses in sentētijs Regū et de penitētia: q solus iesus nazarenus destruxit et abstulit idolatriā de mūdo. Et ideo sola ista cōclusio de conuersione populi gentilis est sufficiens ad probandū iesum xpm eē messiam: et ad cōfundendū oēs iudeos. Sed iudei moderni adhuc volunt proteruire dicētes q xpus non subiecit totū orbē: nec oēs nationes ipsi obediunt: quia maiorē partem mundi possident sarraceni: qui nō colunt iesum christū. Sed ad hoc iā responsum est psal. lxxi. et cix. Quia successiue per omnes partes mundi omnia idola fuerunt destructa per apostolos et eorū successores: et totus populus gētilis venit ad fidē christi. Sed anno. cccc-cccclxvi. surrexit Pseudo propheta machometus et peruertit et decepit totam arabiā et syriā: et traxit omnes illos nouos et simplices xpianos ad suaz falsam sectā: cuius successores vi armorum subiecerūt totā africā et magnā partē asie cogētes eos seruare ritum machometi: inter quos habitat magna multitudo xpianorū. Et iō hoc nō tollit veritatē oim pphetarū: qz xps vbiq successiue regnauit et regnat aut tpalr aut spūaliter: imo sarraceni licz nō credāt xpm esse deū tn asserūt ipm esse filiuz dei et genitū ex spū dei: et sic venerantur ipm tanq summū prophetā. Et ideo oia scripta et dicta in lege et prophetis fuerunt verificata in christo tanq in vero Messia. Sed licet omnia supradicta non possint negare: tamē adhuc non cessant proteruire et perseuerare in sua malicia et obstinatione dicentes quod antequā veniat Messias est venturus

Iudei dissipati ppter xpi mortem.

Nota.

Iudei dicūt xpm furatum esse nomen dei tetragrāmaton.

Obiectio.

Nota de machometo.

helyas prout dictuz ꝛ argutū est in principio. Sz
nondū venit Helyas: ergo Jesus nō fuit messias
Item nec etiā xp̄s ipleuit officiū veri messie: qꝛ nō
abstulit mortē nec omnē lachrimā ꝛ miseriā de ter
ra: quia oēs reliquit mortales ꝛ passibiles sicut
ante: et per cōsequēs nō fuit perfectus redēptor.
Rhsio. Sed tā ad primū ꝙ ad scdm respōdet̄ ꝙ miseri iu
dei nesciūt distinguere inter primū ꝛ scdm aduen
tum xp̄i. Nam duplex aduētus xp̄i promittitur in
Duplex xp̄i aduentus. prophetis. Nam in primo aduentu erat venturus
christus ad dandā legem ꝛ redimendū genus hu
manū a peccato ꝛ ad operādū oīa sex supradicta
Et in scdo aduētu erat vēturus ad iudicandū oēs
et ad tribuendū eis premiū scdm opera eorū: pu
ta ad glorificādum iustos et resuscitandū eos ad
immortalitatē ꝛ gloriā: et impios ad penā sempi
ternā. In primo aūt aduētu preuenit xp̄m Johan.
baptista: sed in scdo aduētu ante iudiciū est ventu
rus Helias et Enoch ad cōuertendū iudeos in fi
ne mundi. Unde de primo aduētu dr̄ Esa. xl. Vox
clamātis in deserto parate viā dn̄i. ꝛ videbit om
nis caro salutare dei. Sed de scdo aduētu in quo
est christus vēturus ad glorificandūz dicit̄ Esaie
xxv. ꝙ veniet ad p̄cipitandā mortem ꝛ ad auferen
Obiectio. dā oēm lachrymā a facie terre. Itē de prio aduētu
dicit Dan. ix. c. ꝙ. lxx. ebdomade abbreuiate sunt
vsqꝫ ad christū ducem: et post sexagitaduas ebdo
Rhsio. madas occidet̄ christus ꝛc. Sed de scdo aduentu
christi dicit. c. xij. ꝙ multi q̄ dormiūt i terre pulue
re euigilabūt: alij in vitā eternā: alij i opprobriū
vt videāt semp. Qui aūt docti fuerūt fulgebūt q̄si
splēdor firmamēti ꝛc. Itē zacha. de prio aduentu
dicit ca. ix. Exulta filia syon: ecce rex tuus venit ti
bi iustus ꝛ saluator ꝛc. Sed de scdo aduentu dicit
ca. xiiij. Ecce dies venient ꝛ diuidēt spolia tua in
medio tui ꝛc. Itē malachias p̄dicit vtrūqꝫ aduen
tum cū suo precursore. Nā in primo aduētu predi
cit Johā. baptistā p̄uenire xp̄m cū ait ca. iij. Ecce
ego mittā angelū meū q̄ preparabit viam ante fa
ciē meam: ꝛ statim veniet ad tēplū sanctū suū do
minator quē vos queritis ꝛc. Sed in scdo aduētu
predicit p̄uenire Helyā ante xp̄m: cū ait cap. iiij.
Ecce ego mittā vobis Helyā pphetā anteqꝫ ve
niat dies dn̄i magn⁹ ꝛ terribilis: q̄ erit dies iudi
cij. Et sic patet deceptio et vana spes iudeorum
qui expectāt Helyā anteqꝫ veniat Messias ad re
dimendū mūdū a pctō: cū Helias nō sit pmissus
nisi in scdo aduētu anteqꝫ xp̄s veniat ad iudicium
Sed adhuc obstant iudei perseuerātes in sua ob
stinatiōe dicētes ꝙ christus non edificauit nouā
hierusalē: imo destruxit eam: nec cōgregauit oēs
filios israel in eā: immo dissipauit eos ꝛc. Sz ad
hoc iam respōsum est per totam expositionē libri
psalmorū. Et dictū est in p̄cedēti ꝟ p̄nti questiōe
quia christus nō erat conditurus ciuitatem mate
rialem paruā in illo arcto loco palestine: sed ciui
tatem spiritualē et magnā toto orbe diffusam q̄
incepit ab illa hierusalē materiali. Et fuit p apo
stolos dilatata vsqꝫ ad oēs termios terre. Ad quā
vocauit oēs filios isrl̄ scdꝫ carnē. Sz qꝛ noluerūt
venire: iō cōgregauit in ea oēs filios israel spiri
tuales ex vtroqꝫ populo. Et sic patet eoꝝ cecitas
et deceptio: qꝛ talis redēptio debebat esse vniuer
salis toti⁹ hoīs q̄ntū a peccato. Sed adhuc ob
stant iudei perseuerātes in sua cecitate et dicen
tes ꝙ sequeret̄ ꝙ persona redēptoris christi non
fuerit perfecta: qꝛ nō perfecte redemit genus hu
manum a peccato et pena ipsius adam postqꝫ nō
redemit ipsum in corpore et aīa: qꝛ nō restituit no
bis immortalitatē et impassibilitatē quā perdi
dit Adā: qꝛ adhuc manent mortales xp̄iani bapti
zati et subiecti oībus infirmitatib⁹ et miserijs si
cut iudei et sarraceni. Ad hoc iā responsum est su
per psal. cij. ꝙ xp̄us iam perfecte redemit nos quo
ad corpus et aīam per suam resurrectionē: et rede Xp̄s caput ecclesie.
mit nos a pctō et penalitatibus corporis. ¶ Ad
cuius intellectū est notandū: sicut iam dictum est
in expositione psal. xxix. ꝙ qꝛ xp̄s fuit caput eccle
sie et vniuersalis redēptor a patre destinat⁹ ideo
oīa gesta et facta et dicta sua princibant ad actuz
nr̄e pfecte redēptionis et recuperationis bonorū
que pdidimus in adā: et reparationis facture et
ruine ꝛc. Et ideo xp̄s per suā passionē nō solum
meruit nos redimere a pctō quo ad aīam: sz etiā
meruit pfecte redimere nos ꝛ repare ruinā corpis
s. liberare nos a penalitatib⁹ corpalibus quas in
currim⁹ in Adam. s. a morte corporali ꝛ ceteris in
firmitatibus ꝛ defectibus restituere nobis imor
talitatē ꝛ impassibilitatē ꝛc. Et ideo post passio
nem voluit tertia die immortalis ꝛ impassibis et
gloriosus resurgere: vt posset sua mēbra ꝛ fideles
sicut seipsum immortales ad gloriam resuscitare
quā potestatē illico voluit exercere: qꝛ cū eo multa
corpora sanctoꝝ patrū vet. testa. surrexerūt ad glo
riam: ꝛ apparuerūt multis: vt ptꝫ Mat. xxvij. Sz
vt nos possemus merita sue passionis participa
re ipse voluit instituere baptismū ꝛ cetera ecclesia
stica sacra quibus cōtulit virtutē sue passionis et
resurrectionis vt per illa posset merita sue passio Per sacramenta participam⁹ xp̄i passionem.
nis ꝛ resurrectiōis in nos trāsferre. Et sic nos reci
piendo baptismū ꝛ cetera sacramenta participa
mus merita sue passionis ꝛ resurrectiōis. Et ideo
quādocūqꝫ q̄s in nomine trinitatis baptizat̄: illico
participat merita passionis ꝛ resurrectionis chri
sti: ꝛ per cōsequens liberatur a seruitate ꝛ macula
peccati in anima: ꝛ meretur resurgere post mortē ꝛ
liberari ab oībus penalitatib⁹ corporalib⁹: ꝛ me
retur immortalitatē Ideo dicit apostolus ad Ro
manos. vj. ꝙ sicut oēs sumus baptizati in xp̄o: ita
oēs mortui ꝛ sepulti sum⁹ ꝛ resurrexim⁹ cū eo. quia
sicut xp̄s surrexit qui fuit primitie resurrectionis:
ita et nos resurgemus. ꝛ sic dicit Augustinus ꝙ li
cet sancti martyres et fideles non surrexerunt in
actu per baptismuz: tamen iam surrexerunt in me
rito. Per quod vult innuere Augustinus et Ambro
sius quod omnes nos per baptismum statim libe
ramur a peccato in anima: et licet non illico libere Infirmitates corporales non tollūtur per baptismū.
mur a penalitatibus et miserijs corporalibus in
actu: tamen tunc per baptismum liberamur in ha
bitu et in merito: quia meremur resurgere ad glo
riā in nouissimo die. Sed causam quare sicut p ba
ptismū illico tollitur peccatum anime: non tollunt̄
iste infirmitates corpales: ꝛ efficimur ipassibiles
et immortales: assignat Augu. libro de baptismo

paruulorum et.xxij.de ciuitate dei.c.iiij.vbi assignat duplicē cām. Quarum prima est: q2 si ablato pctō p baptismū nō relinqret nobis experimētū mortis nec aliarum infirmitatū: tūc nulla eēt pugna martyrum: nec virginū: nec aliorum iustorū: et per ɔ̄ns nulla esset eorum corona: quā nullus pōt adipisci nisi legitime certauerit ad Thimo.iiij. ¶ Scda causa est: q2 si vt baptismus ilico tollit pctm̄ ab aīa: ita tolleret infirmitates a corpore: et redderet homines impassibiles et immortales: tūc oēs homines mūdi currerēt ad baptismū nō cā merendi vitam futurā eternā: sed cā ppetuandi et gaudēdi in hoc mūdo. Et sic nullū esset meritum: nec desideriū vltimi finis. ¶ Tertia causa pōt assignari: nam si p baptismum ilico tollerentur iste infirmitates q̄ sunt nobis instrumenta operādi et merēdi per grām ea que sunt supra hūanā naturā: tūc sequeret q ruina angelica nō posset reparari: q2 tunc hoīes non possent adequari in meritis per gratiā angelis q̄ ceciderūt: et per ɔ̄ns nō possent hoīes sedes et mansiones eorum possidere: et sic maneret ruina angelorum irreparata: que nisi per magnā violentiam non pōt reparari per hoīes qui sunt inferioris nature: q2 regnū celorū vim patitur: et violēti rapiūt illud. Mat.xi. Ex quibus pt3 q iste infirmitates relicte sunt nobis post baptismū ppter malum et bonum nostrum: et propter bonum curie triumphantis. Et sic infirmitates sunt bonis bone: et malis male: q2 bonis cedūt ad meritū et gloriā: et malis ad detrimentū et penā eternā. Et sic pt3 qualiter xp̄s fuit verus et perfectus redēptor: nō solū hūane nature: sed etiā angelice. Ex oībus etiā dictis in tota ista qōne pt3 qualr xp̄s obseruauit et adimpleuit et verificauit legē moysi et totam scripturā pphetarum: et q̄ñ pfecit et cōsummauit officium veri messie: et per ɔ̄ns fuit verus messias in lege p missus. Sed nunc restat respondere ad argumēta iudeorum modernorum in principio adducta. ¶ Ad primum ergo hn̄ dicūt q op3 Helyam preuenire aduentū messie &c. Respondetur q deus per Malachiam promiserat duplicem aduentū xp̄i cū duplici precursore sicut dictū est. Nam primo pmittit mittere messiam ad auferenda sacrificia veteris legis et ad dandū sacrificium mundi et commune omnibus gentibus: cum dicit capitulo primo. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituū et munus nō accipiā de manu vr̄a. Ab ortu em̄ solis vsq3 ad occasum magnū est nomen meum in gentibus et in omni loco sacrificat et offertur mihi oblatio munda &c. Itē ca.ij. reprobat sacerdotium veteris legis cum suis sacerdotibus. Item.c.iij. promittit mittere xp̄m messiam cū suo precursore ad illud templum secundū vt purget filios leui: et offerant sacrificia iusta. vnde ait. Ecce ego mittam angelum meum qui preparabit viam ante faciem meam: et statim veniet ad templū sanctum suum &c. Ex quo pt3 q messias prio erat venturus ad illud templum pro suo precursore. qui fuit Joannes baptista: vt probatum est et completum in primo aduentu christi. Sed in eodem capitulo promittitur messias venire secūdo ad iudicium cum dicitur. Et accedam ad vos in

Rñsio ad argumenta.

Ad primum.

articulū est p̄rio notādū: s̄m Arist.ij.phisico.ꝛ.vi. metaphi.ꝙ sciētie distinguūtur penes modos cō siderādi ꝛ abstrahēdi. Et sic diuersi artifices p̄nt cōsiderare de eadē re: sꝫ aliter ꝛ aliter. Nā mathe matic⁹ ꝯsiderat lineā q̄ realr̄ ē in materia sensibi- li: sꝫ ꝯsiderat eā p̄ter materiā ꝑ̄cisiue abstrahēdo: q: nō ꝯsiderat eaꝫ nisi ꝓut est recta vel curua: ꝓut causat aliā ꝛ aliā figurā eq̄lē vl' ineq̄lē ꝛc. Sꝫ phs ꝯsiderat lineā in materia sensibili ꝛ ꝓut est in ma teria phisica: ꝛ inq̄ātū ē termin⁹ corꝑis mobilis. Et sic differt phisicus a metaphisico: q: imediate cōsiderat formas substantiales ꝓut recipiunt̄ in materia ꝑ motū ꝛ ḡnationē: ꝛ formas accidētales ꝓut recipiunt̄ in materia ꝑ alteratione. Ille autē cōsiderat solas formas accidētales.s.lineā: ꝛ figu rā abstrahēdo a materia ꝑ solā ꝯsideratione: iō ta liū abstrahētiū nō fit mēdaciū s̄m Ari. Sꝫ differt methaphisic⁹ ab vtroq: q: ꝯsiderat alia q̄ sunt ab stracta s̄ꝫ eē ꝛ cōsideratione.s. deū ꝛ itelligētias vt p̄ꝫ.xij.metaphi. Q: sol⁹ metaphisic⁹ ꝯsiderat de deo s̄m suam substantiam ꝛ essentiam. Nam licet phisicus consideret de deo aliquo modo: tamē nō s̄m substantiam ꝛ essentiam sed prout est primus mouens vt patet.viij.phisicorū ꝛ p̄rimo celi. Sꝫ differt rursus theologus viator a metaphisico. Quia licet ambo considerent de deo: tamē aliter et aliter. Nam metaphisicus ꝯsiderat de deo ꝓut est vnū tm̄ primū ens simplicissimum ꝛ act⁹ pur⁹ et metrum ꝛ mensura ꝛ causa omnium entiū in es sendo: et prout oēs species procedunt ab eo sicut numeri ab vnitate a quo dependet celum et tota natura et omnia entia: vt patet per Aristotelem et commentatorem.ij.ꝛ.v.ꝛ.viij.ꝛ.xij.metaphi. Et patet per Auicennam et algazel in sua meta- phi. Sed theologus accipiens et presupponens omnia supradicta a metaphisico considerat illaꝫ primam et summam essentiam diuinaꝫ prout est communicata tribus personis ab eterno: puta ꝓ ut est communicata a patre filio per eternam ge- nerationem. Et ab vtroq spiritusancto per aspi- rationem. Et sic considerat vnum solum deuꝫ sim plicissimum in substantia et trinum in personis. Et ꝓut est causa efficiens et principiuꝫ oium rerū per creationem ex tempore. Considerat preterea deum in filio id est qualiter verbum assumpsit hu manitatem in vnitate persone: et per ꝯñs sicut cō siderat vnam substantiam in tribus personis in deo: ita considerat duas naturas in xp̄o sub vna ꝑsona. Itē sicut cōsiderat tres ꝑsonas in vna sub stantia et natura diuina: ita considerat duas na- turas in vna persona filij naturā scilicet diuinaꝫ et humanā. Itē sicut considerat vnū deū in trinita te: ita cōsiderat diuinum verbū in humanitate as sumpta. Itē rursus cōsiderat istū xp̄ꝫ deū et hoieꝫ fuisse pro nr̄a redēptione in cruce crucifixū: et si- cut cōsiderat verbuꝫ in humanitate personaliter vnituꝫ. Itē considerat xp̄m crucifixum et cōclaua tum. Itē rursus considerat qualiter christus est in sacramento altaris sub illis accidentibus post verba cōsecrationis: et sic considerat xp̄m conse- cratum in sacramento. Ex quibus omnibus pa- tet ꝙ cōsideratio theologica aliquo modo est sub stantialis phisice cōsiderationi. Nam sicut phisi- cus cōsiderat formas in materia et vt in materia sunt et nō preter materiam: ita theologus cōside rat deū in tribus personis ꝛ nō preter tres perso nas: nec cōsiderat vnā personā sine altera cū sine ad inuicē relatiua. Et ita pariter cōsiderat verbū in carne et humanitate ꝛ nō preter illā humanita tē assumptā vt inquit Hiero. in sermone de assum ptiōe virginis marie. Et ita etiaꝫ considerat xp̄m consecratum in sacramento ꝛ non preter sacramē tū et illa accidentia vt inquit Augustinus in sen- tentijs prosperi. Et ita pariter theologus ꝛ chri- stianus considerat xp̄m redemptorem et in cruce affixum et non preter crucē. Unde sicut de ratiōe forme generabilis et corruptibilis philosophice cōsiderate est ꝙ sit in materia phisica et sensibili: ita de rōne dei theologice ꝛ viatore fidei cōside- rari est ꝙ sit trinus ꝛ vnus in trinitate personarū. Et ratione v̄bi incarnati ꝙ sit in humanitate. Et rōne christi cōsecrati ꝙ sit sub accidētibus. Et de rōne xp̄i redēptoris ꝙ sit in cruce ꝛ vt intelligat̄ et consideretur et contēplet̄ in cruce. ¶ Sed q: ex cō sideratione et cōtemplatiōe seq̄tur fides ꝛ credu- litas in theologo xp̄iano q: fides p̄supponit cōsi derationem: ideo xp̄ianus sicut cōsiderat deū: ita credit ipsum. Sed q: considerat et cōtemplat̄ deū trinū et vnū et incarnatū in filio: et cōtēplat̄ chri- stū crucifixū et consecratuꝫ in sacramēto altaris. Et ideo firmiter credit vnum deū in trinitate ꝛ tri nitatē in vnitate: ꝛ credit verbum incarnatū. Et ꝑ ꝯñs xp̄m verum deum et hominem: et credit xp̄m crucifixum in cruce. Et credit verum christuꝫ deū hominem esse in eucharistia. Et per consequens non credit deum sine trinitate personarum nec credit verbum sine humanitate assumpta: nec xp̄ꝫ consecratum sine accidentibus sacramētalibus: nec credit christum redemptorem ꝛ crucifixū sine cruce. Sed quia adoratio presupponit fidem in christiano: quia sicut credit deuꝫ: ita adorat. ergo sicut xp̄ian⁹ credit deum trinū ꝛ vnuꝫ: ita adorat. Aliter esset falsa adoratio. Et sicut credit deuꝫ in carnatum: et credit xp̄m esse deum et hominēꝫ seꝫ deum incarnatum: ita adorat deū incarnatum. et ita adorat xp̄m crucifixū in cruce: ꝛ cōsecratuꝫ sub accidētib⁹ in altari ꝛc. Et per ꝯñs sicut non ado- rat deum preter trinitatē: nec vnā personam sine alia: ita nō adorat v̄bū sine humanitate: neq xp̄ꝫ redemptorem sine cruce: q: sicut humanitas coe- xistit personaliter in verbo: ita crux coexistit triū- phaliter xp̄o redemptori: ꝛ ꝑ cōsequens sicut hu- manitas xp̄i coexistit verbo qui est principaliter ter minus adorationis: ita crux coexistit xp̄o in ado- rando sicut in credendo. Et ita est dicēdū de acci- dentibus sacramētalib⁹ in eucharistia. ¶ Ex qb⁹ p̄ꝫ ꝙ xp̄ianus in suo termino adorationis inclu- dit trinitatē personarū ꝛ humanitatem xp̄i ꝛ crucē et accidentia sacr̄alia in eucharistia. Et ideo oīa ista dicunt̄ adorari cū principali termino adora- tiōis vt magis patebit. ¶ Sed vlteri⁹ est valde ad uertēdū s̄m Aristo. ꝛ cōmentatorē p̄mo phisico. ꝙ licet phisicus ꝯsideret formas in materia: tn̄ ꝑ se nō pōt: nec valet intelligere seorsuꝫ materiā nisi ꝑ

Marginal notes: Sentie distiguū tur pe nes mo dos cōsi derādi. — De cōsi deratio ne sequi tur fides. — Nota.

analogiam ad formā ꝛ ratio est. Naꝫ nihil potest intelligi nisi ꝓut est ens in actu: qꝛ vnūquodqꝫ tā/tū hꝫ de intelligibilitate quātū hꝫ de entitate: sed maria pria de se nō ē ens neqꝫ qd nec q̄lis nec quā/ta. Et ideo sicut de se nō habet entitatē: ita nō hꝫ intelligibilitatē. Nec est nihil. Nā licet nō sit ens actu: tñ est ens i potētia. Et iō est ꝓpꝛie nihil ſm Aristotelē ꝛ Augu. Et sic tenet mediū inter ens: et nihil ſm cōmētatores: inq̄tū potest habere esse ꝑ formam a qua depēdet in essendo: ꝛ per quē hꝫ eē specificum: ꝛ reponit̄ in pꝛedicamēto. Et ideo si/cut depēdet a forma in essendo: ita in intelligēdo. Et iō dicit Aristo. q̄ nō pōt intelligi nisi ꝑ analo/giā ad formā: inq̄tum simul intelligitur cum for/ma a qua habet esse ꝛ entitatem. Ita ergo pariter est dicēduꝫ de humanitate xp̄i. Nā de se seorsum nullā habꝫ rationē adoratiōis: qꝛ ratio adoratio/nis cōpetit soli deo rōne summe oīpotētie ꝛ eter/nitatis ꝛc. Sed illa humanitas ſm essentiam suā et substātiam nō est deus: nec eterna: nec oīpotēs immo est creata ex tēpoꝛe: sed qꝛ recepit esse ꝑso/nale diuinū: per quod illa humanitas personatur et supponit̄. Et ideo sicut materia prima efficit̄ intelligibilis ꝑ analogiā ad formā a qua recepit esse actuale ꝛ entitatiuū inquātū intelligit̄ simul cū forma: que ꝑ se intelligitur: ita pariter huma/nitas xp̄i efficitur adorabilis per analogiam ad verbū a quo hꝫ esse ꝑsonale inq̄tū simul cū verbo adorat̄: cui personaliter coexistit tāq̄ termio ado/ratiōis. Nā adoratio terminat̄ ad ꝑsonā verbi: ꝛ sic sicut forma materialis intelligit̄: ita verbū in/carnatum adoratur. Et sic sicut ratio intelligibi/litatis pꝛincipaliter attribuitur formę: sed ana/logice attribuitur materie actuate ita pariter ra/tio adorationis pꝛincipaliter attribuitur verbo diuino: sed analogice attribuitur humanitati as/sumpte. Hanc vero sentētiam confirmat beatus Hieronym⁹ in sermone de assumptione virginis circa medium vbi ait. Quapropter nec nos hoīeꝫ seorsum colimus quod nephas est: nec adoram⁹: sed magis verbū incarnatū qui ꝓpꝛiū sibi coꝛp⁹ animatū vniuit ita vt de⁹ caro fieret: ꝛ nō in aliuꝫ quēlibet: sed in semetip̄m qui vnus ꝛ ver⁹ dei fili⁹ sꝑ erat. Idcirco nō aliū q̄ eūdē ipsūqꝫ dei filiū co/lim⁹ ꝛ adoram⁹: q̄ nihil in se ꝑ assumpturo hoīe ē auct⁹: nihilqꝫ q̄ v̄bū caro fctm̄ ē iminut⁹ vł imuta/t⁹ iō: ꝛ vn⁹ idēqꝫ sꝑ cū p̄re fili⁹ adorat̄ sꝫ vn⁹ idēqꝫ xp̄s fili⁹ dei atqꝫ hoīs fili⁹: q̄ ꝛ diuia gessit ꝛ hūa/na. Siq̄dē inseparabilit̄ atqꝫ idiuisse cōes xp̄s ha/buit actiōes: sꝫ itelligēde sint opeꝝ q̄litates: cōtē/plādūqꝫ est sꝑ: ad q̄ pꝛobata hūanitas carnis: ꝛ ad q̄ inclinet̄ altitudo diuinitatis: ita vt per oēs textū sancti euāgelij videatur nihil caro sine v̄bo agere: neqꝫ verbum sine carne quicquam efficere: vnde quod cōcipit ꝛ parit virgo: sicut nō sine po/tētia verbi: ita non sine veritate carnis nascit̄ ꝛc. Et supꝛadictis patꝫ qualiter sicut verbuꝫ non est sine humanitate: ita nō adorat̄ sine ipsa: licet ver/bum per se ꝛ pꝛincipaliter adoretur. Et sic ptꝫ q̄ illa humanitas nō adoratur per se: nec est termi/nus adorationis pꝛincipalis: sed qꝛ includit̄ ꝛ co/existit termio adoratiōis: ꝛ sic adorat̄ ꝑ analogiā

Not. de xp̄i hūanitate.

Humanitas nō ē adoratiōis terminus.

ad verbū diuinū: cui ꝑsonaliter coexistit: ꝛ a quo ꝑ/sonaliter ꝛ analogice depēdet ꝛ supponit̄. ¶ Et ita pariter est dicendū de accidētib⁹ in sacramē/to eucaristie: quā lꝫ accidētia nullo modo de se ha/beant rationem adorationis: cum sint res create: tamē quia xp̄s cōsecrat⁹ est sacramētaliter in eis vel sub eis: non q̄ illa accidentia sint in xp̄o tanq̄ in subiecto: cuꝫ existant miraculose sine subiecto: nec q̄ xp̄s sit in eis tanq̄ in loco: sed est in eis tāq̄ in sacramēto. vnde sicut de rōne verbi incarnati ē q̄ sit in humanitate: ita de ratiōe xp̄i cōsecrati est q̄ sit sacramētaliter sub illis accidētibus. nā de/structis accidētibus nō manet amplius xp̄s cōse/cratus ibi. Et ideo dicit Augu. in sentētijs ꝑꝑeri q̄ sacramētū altaris ex duobus cōstat. s. ex sacra/mēto. i. ex illis accidētib⁹ sacramētalib⁹. ꝛ ex re sa/cramēti. s. ex xp̄o ibidē ꝯsecrato sub illis accidēti/bus ꝛ sub illo sacramēto latēte: ꝛ sic pꝫ q̄ de rōne xp̄i cōsecrati est q̄ sit sub sacramētalibus acciden/tibus. Sꝫ qꝛ dictū est superius q̄ dōs sicut cōside/rat̄ ꝛ creditur ita adorat̄: eo q̄ fides pꝛecepit ado/rationē ꝛ latriā. Iō sicut fidelis xp̄ian⁹ credit esse xp̄ꝫ deū ꝛ hoīeꝫ in illo sacramēto ꝛ cum illis ꝛ sub illis accidētibus ita adorat xp̄ꝫ. Et ideo xp̄ianus non adorat illa accidētia seoꝛsuꝫ: sꝫ xp̄ꝫ cōsecratū sub illis accidētib⁹ siue in illo sacramento. Et sic pꝫ q̄ illa accidētia non adorantur de se nisi ꝑ ana/logiā ad xp̄ꝫ consecratum inquātū sunt q̄si taber/naculum eius. Et ita etiam pariter est dicendum de cruce. nā crux de se ꝛ seorsum nullam habet ra/tionem adorationis: nec ratione materie lignee aut argentee: aut lapidee: nec ratione forme siue figure que est quedam qualitas de quarta specie: et sic tam quo ad materiam q̄ quo ad formam est pura creatura. Et ideo de se nullam habet rōnem adorationis. Sꝫ fidelis xp̄ian⁹ ꝑ analogiā ad xp̄ꝫ adorat illā hūanitatē. i. deum in humanitate siue deū humanatū: incarnatū. Et sic sꝑ hꝫ deum pꝛo pꝛincipali obiecto adorationis: eo mō quo dictum est. Nam dictum est q̄ consideratio ꝛ con/templatio pꝛecedit fidem et fides pꝛecedit cultuꝫ latrie ꝛ adorationem. Et ideo fidelis chꝛistianus videns crucem contemplatur ꝛ considerat xp̄m in cruce pendentem ꝛ extensum. Et sic adorat xp̄m crucifixum ꝛ extensum in illa cruce. Et sic illa crux quam intuetur coexistit ꝛ includitur termino ado/rationis qui est chꝛistus ibi contemplatus ꝛ cre/ditus. Et sic simul adorat crucem cū xp̄o vel ꝓpter vnde xp̄ianus nō adorat xp̄m propter crucem sed crucem pꝛopter xp̄m: quem pꝛincipaliter et per se intendit adorare extensum ꝛ crucifixum in illa cru/ce. Ideo dicit Augustinus in sermone de marty/ribus qui incipit In omnibus scripturis ꝛc. Dō sicut q̄si moyses suspēdit serpētem in ligno in he/remo: ꝑp̄ls qui attendebat serpentem sanabatur a moꝛsu serpentum. Ideo modo quēcūqꝫ momoꝛ/derit astutia sathane intueatur xp̄m in cruce pēdē/tē ꝛ sanabitur ꝛc. Modo clarū est q̄ xp̄ianus non pōt xp̄m intueri pēdētē in cruce nisi ꝑ contempla/tionē ꝛ fidem. Et per ꝯñs xp̄ianus sic adorat xp̄m pendētem et extensum in cruce. Et sic adorat chꝛi/stum crucifixum in illa cruce contēplatum ꝛ consi

Accidentia non adorantur.

Not. de cruce.

deratū. Et pp̄hs adorat crucē simul cū xp̄o: ⁊ per pn̄s per analogiā ad xp̄m. Vn̄ si quis vellet adorare quādā crucē nō p̄siderādo nec credēdo crucifixū illa talis adoratio eēt falsa ⁊ sacrilega. Et iō eccl̄ia in hymnis et canticis ⁊ antiphonis nunꝗ̄ nominat crucē quin memoret xp̄m in ea pendētē vt ibi. Pange lingua gloriosi preliū certaminis ꝑ totū. Et sic et̄ beatus Andreas qn̄ perductus est ad crucē: in qua erat crucifigendus dixit. Salue crux preciosa in qua pepēdit magister meus xp̄s que mēbris dn̄i mei Jesu xp̄i tanꝗ̄ margaritis ornata fuisti ⁊c. Modo manifestū est ꝙ xp̄s nō fuerat crucifixus in illa materiali cruce: in qua erat beatus Andreas crucifigēdus. Sed q2 btūs Andreas cōtemplabatur xp̄m in ea extēsum ⁊ crucifixū: ideo genibus flexis latrie adoratiōe adorās eā. i. xp̄m crucifixū in ea dicebat. Salue crux p̄ciosa ⁊c. Ex quibus pt3 ꝙ sicut illi claui materiales cōiunxerūt xp̄m et affixerūt ipm xp̄3 ipsi cruci: ita contēplatio et fides beati Andree cōiungebat ⁊ affigebat xp̄m in illa cruce: et sic adorabat xp̄m in illa cruce: ⁊ crucē per analogiā ad xp̄m. Et sic adorat quilibet fidelis christianus. ¶ Item nō solum crux separata a christo nō est adoranda: de q̄ minus videtur inesse: sed et̄ si hūanitas christi separetur a v̄bo per aliquā potentiā nō esset adorāda vn̄ ait Augu. de verbis dn̄i: et allegat᷑ a magistro tertio sniaꝝ. dis. ix. vbi ait. Ego dn̄icam carnē: immo perfectam in xp̄o hūanitatē ideo adoro: quia a diuinitate suscepta ⁊ deitati vnita est: vt nō aliū et alium: sed vnū eundēꝗ̄ deū et hoiem dei filium esse cōfitear. Denicꝗ̄ si hoiem separaueris a deo illi nunꝗ̄ credo: nec seruio velut si quis purpura3 vel diadema regale iacens inueniat nunq̄d ea conabitur adorare. Cū vero ea rex fuerit indutus periculū mortis incurrit: si ea cū rege adorare q̄s cōtempserit: ita etiā in xp̄o dn̄o hūanitatē nō solam vel nudā: sed deitati vnitā: sc3 filiū vnū deū veru3 et hoiem verū si q̄s adorare contēpserit: eternal᷑ morieť. Ex quibus verbis Aug. pt3 ꝙ si hūanitas separetur a verbo nō esset adoranda: ergo minus est adoranda crux a xp̄o separata: nisi cōsideretur xp̄s crucifixus in ea: nā sicut hūanitas xp̄i intantum adoratur inquantū est vnita verbo. Ita crux adoratur inquantum xp̄s intelligitur ⁊ contēplat᷑ crucifixus in ea. Nam in stabulo sunt multe palee cancellate ad modū crucis: tn̄ nullus illas cruces adorat postꝗ̄ in eis nō cōsiderat: nec contemplat᷑ xp̄m crucifixum: q2 in veritate sicut v̄bum siue de⁹ incarnatus est ille qui vere ⁊ per se adorat᷑: ita xp̄s crucifixus vere adorat᷑. Et sic pt3 ꝙ oēs iste locutiōes sunt intelligēde nō ad sensum quē faciūt: s3 in sensu in quo siue ad quē fiūt. Unde ista locutio xp̄s hō adorat᷑. est sic intelligēda et verificāda. s. deus incarnatus: et humanatus: siue deus factus hō adoratur. Ita etiā ista. sacr̄m eucharistie adoratur. est sic intelligēda et exponenda. s. xp̄s consecratus adoratur: aut xp̄s sub sacr̄o adorat᷑. Item ista locutio. crux adoratur. est sic exponēda ad sensum in quo fit. s. xp̄s crucifixus adorat᷑ ⁊ colit᷑. Et sic iste locutiōes ⁊ actus latrie nullū afferūt incōueniēs: q2 cōicantur idiomata rōne vnionis: nā l3

crux nec etiā xp̄i humanitas est adoranda.

talia idiomata que soli deo per se conueniūt cōicentur creature ꝑpter vnionē ad deū: tn̄ nō verificatur absolute de aliqua creatura: nisi per analogiā ad deū: cui vnita est illa creatura: vn̄ l3 xp̄s de⁹ et hō dicat᷑ creator ⁊ eternus: tn̄ nō inquātu3 hō sed inquātū deus. Et sic adoratur xp̄s deus ⁊ hō non rōne hūanitatis: sed rōne diuinitatis. Et sic adorat᷑ christus crucifixus: nō absolute rōne crucis: sed ratione diuinitatis inquantū deus. Et sic adoratur humanitas christi per analogiā ad verbu3 cui personaliter vnitur. Et sic etiā d᷑ crux adorari per analogiā ad xp̄m cui triūphaliter vnitur Nā sicut ex specie intelligibili et intellectu fit vnū in actu et intelligendo: vt ait Aristo. iii. de aīa. Ita ex cruce et christo factū est vnū inquantū christus vniuit et induit crucē ad pugnādum et ad vincendum ⁊ triūphandū de diabolo. Et ideo sicut christus redēptor consideratur incarnatus: ita christus triūphator consideratur crucifixus. Et ideo sic adoratur simul cū humanitate et cruce: eo modo quo dictū est. ¶ Per supradicta ergo pt3 rn̄sio ad miseros ⁊ cecos iudeos ⁊ ceteros infideles: q2 christiana religio non adorat hoiem purum seorsum: q̄ adorat christum: sed adorat deū incarnatum ⁊ humanatum. Nec adorat panem in altari: sed adorat christū consecratū in illo sacr̄o sub illis accidentibus que ante consecrationem fuerūt panis q̄ modo sunt miraculose sine subiecto: nec religio christiana adorat lignū aut lapidem quādo adorat crucem: sed adorat christū deū et hoie3 quē contēplatur crucifixum et extensu3 in illa cruce s̄m Augu. Et sic nec adoratur ibi christus sine cruce: nec crux siue christo: immo per analogiā ad christum sicut materia intelligitur per analogia3 ad formā. Sed miseri iudei ⁊ sarraceni nō sunt digni attingere tantū sacr̄m et mysterium. Et ideo nos agamus gratias: quibus datū est nosse mysterium regni dei. Sed est valde aduertendum ꝙ maior ratio adorationis reperitur in humanitate christi assumpta: ꝙ in cruce. aut accidētibus sacramentalibus eucharistie. Nā l3 ex christo et accidentibus fiat vnum sacr̄m et ex christo et cruce fiat vnus triūphator: tn̄ non fit vna persona: sicut ex verbo et humanitate. Ideo est magna differentia in tali vnione ⁊ analogia. ¶ Quantum aūt ad argumentū qd̄ faciunt iudei et sarraceni de imaginibus est aduertendū ꝙ tripliciter representantur nobis res absentes aut preterite et etiā future Primo per vocem et locutionem. Scd̄o per scripturā siue lecturā. Tertio per imagines et picturas. Et sic percipimus voces per auditū ⁊ picturam et scripturā per visum: qui quidē duo sensus maxime sunt sensus discipline: vt pt3 in prologo metaphisice: ⁊ in libro de sensu ⁊ sensato: eo ꝙ maxime deseruiunt intellectui ad sciam et noticiam rerum capessendam. Intellectus ergo cuiuscunꝗ̄ fidelis per visum percipit gesta patriarcharum ⁊ prophetarum et gesta christi et sanctorum representata in picturis aut in scripturis et per auditum percipit eade3 representata per voces. Et sic intellectus plus cum volūtate inherēs credit firmiter ea que sibi sunt representata. Et sic adorat

Adorando xp̄m adorat᷑ de⁹ icarnatus.

Rn̄sio ad argumēta de imaginibus.

Tripliciter representant᷑ nobis res absētes.

deum creatorē ⁊ redēptorē put credit, per illa re-
presentantia: qz actus latrie lz sit actus volūtatis
tñ qz includit et presupponit fidē. Ideo est actus
simul intellectus ⁊ volūtatis ⁊ totius partis rō-
nalis: cui deseruiūt sensus exteriores representā-
do res absentes. Et sic ptz qz pars rōnalis. s. intel
lectus ⁊ volūtas et memoria: nō adorat: nec colit
imagines ⁊ picturas aut literas scriptas quas vi
sus videt: nec adorat voces quas auditus percipit: sz
adorat deum siue xp̄m qui per illas picturas aut
imagines sculptas aut scriptas aut per voces in
tellectui representatur. Vñ qñ profertur hoc nomen
Iesus oēs flectimus genua adorādo xp̄m deuz et
hoiem adoratione latrie: tūc manifestū est qz non
adoramus hoc nomē Iesus vocale hñs duas aut
tres syllabas fluxibiles: sed adoramus xp̄m v̄buz
incarnatū per illas syllabas significatū. qui ma-
net in eternū in se realiter: et in nostro intellectu ⁊
memoria obiectiue: vt inquit Aug. sup Ioannez.
Ita ergo pariter nō adoram⁹ imaginē xp̄i ligneā
aut lapideā: sed xp̄m verū per illā imaginē repre-
tatū. Et iō dicit Augu. qz fideles xp̄iani habeant
oculos ad imagines ⁊ picturas: sz cor fixū in deo
qz qđ cōferūt scripture peritis ⁊ doctis hoc idem
cōferūt picture ⁊ imagines plebeis et populari-
bus et indoctis: qz picture sunt scripture pplorū.
Vñ intellectus et intentio fidelis xp̄iani non ma-
net: nec terminatur in imagine aut pictura: sz trāsit
in xp̄m representatū per picturā: ⁊ sic contēplan-
do imaginem adorat xp̄m. Secus aūt est de ima-
ginibus sctōꝝ: nam qñ fidelis ⁊ deuotus xp̄ian⁹
contēplatur picturas ⁊ imagines sctōꝝ: nō ado-
rat imagines: nec sanctos adoratione latrie: sed
veneratur sanctos et rogat vt orent deū pro eo: ⁊ re
presentent deo orationes quas fecit. Et sic ptz qua-
liter religio xp̄iana adorando xp̄m nō adorat ho
minem seorsum: sed deū incarnatū ⁊ humanatuz:
et quando adorat xp̄m in altari: nō adorat panez
nec accidentia panis: sed adorat xp̄m consecratū
in illo sacramento sub illis accidentibus sacrali
bus: que nec sunt subiectiue in xp̄o: nec xp̄s in eis
localiter: sed sacramentaliter: immo illa acciden-
tia manent miraculose sine subiecto: postq̄ sola
substantia panis fuit cōuersa in corpus christi p
ut supradictū fuit. Et ita pariter qñ dr crux ado-
rari non adorat religio christiana crucem seorsuz
sed christū crucifixum quē in cruce contemplatur
extensum ⁊ affixum. Et sic nō adorat creaturā: sed
deū vnitū creature aut personaliter: aut sacramē-
taliter aut triūphaliter: eo modo quo dictum est.
¶ Ex oibus supradictis in hac qōne ptz rñsio ad
argumēta in principio facta: nā per ea que dicta
sunt in pmo articulo ptz respōsio ad pmū ⁊ scōm (Ad pmū ⁊ scōm.)
argumentū: qz lex euāgelica est dignior lege moy
si magnitudine miraculoꝝ: ⁊ certior certitudine le-
gislatoris et testium et scriptoꝝ. Itez, per dicta in (Ad tertium.)
secundo articulo ptz responsio ad tertiū argumē
tum: qz lex euangelica in ordine suorū articulorū
credibilium est possibilis et rōnabilis et vera fun
data super quandā veritatē necessariā et impossi
bilem aliter se habere. Item ex dictis in tertio ar- (Ad quartum.)
ticulo ptz responsio ad quartū articulū qz lex euā-
gelica est pia et religiosa in sua fide ⁊ cultu: qz in
humanitate christi adorat deum incarnatum: ⁊ in
altari christum cōsecratū: et in cruce christū cruci-
fixum. Et sic semp adorat vnū verū deuz lz sub ali
quo respectu. Per imagines ēt nō adorat: sed ve-
neratur sanctos per illas imagines et picturas
representatos. Et sic religio christiana semp ma-
net castissima in suo cultu. ¶ Ex oibus ergo supra
dictis in toto isto tractatu ptz qualiter lex moysi
quo ad oia cerimonialia et officia debuit cessare
per aduentū christi: eo qz oia sacrificia ⁊ sacramē
ta non fuerūt data nisi in signū fidei christi futu-
ri: ideo de se non poterant hoiem iustificare nisi i
fide christi futuri: put probatum est in pria qōne
huius tractatus. Item ptz qualiter sabbatū vsua
le debuit cessare celebrari in die septimo post re-
surrectionē christi: eo qz cum pascha mansit incine
ratum in sepulchro: et ibi compleuit offm̄ et cur-
sum suū: ideo debet celebrari dies dñica: eo qz sur
rexit simul cū christo. Et sic est dicendū de ceteris
legalibus festiuitatibus que oia fuerunt data in
signū. Et ideo compleuerūt offm̄ ⁊ cursum suū in
christo qui fuit finis et terminus legis: prout di-
ctum fuit in scđa qōne. Itē ptz qualiter illa terra
pmissionis materialis ⁊ terrena nō fuit precisuz
premium patriarchis ⁊ pphetis pmissum: sz erat
figura futurorū bonorū spiritualiū que oēs fide-
les acceperūt in christo post resurrectionē pter
fidē et spem quā habuerāt de christo futuro. Vñ
pter obseruantiā legis dabatur eis illa tpalis
terra: sed pter fidē christi futuri pmittebatur eis
terra viuentiū in celo per illam terrā pmissionis
significata. ¶ Et sic oia pmissa in lege erant spi-
ritualiter intelligenda: que quidez bona christus
erat daturus prout dictū est in qōne tertia. Item
ptz qz iesus christus fuit messias in lege pmissus
eo qz impleuit oia que de eo scripta erant in lege
et prophetis: prout probatum est in. iiij. q. Item
patet qualiter lex euangelica merito debuit suc-
cedere legi Moysi: eo qz dignior est in miraculis
et certior certitudine scriptorum ⁊ testium: ⁊ qz est
veritas legis et prophetarū. Et sic patet qualiter
est verissima in sua fide ⁊ credulitate: ⁊ sanctissi-
ma et castissima in suo cultu et adoratione prout
pbatum est in hac vltima qōne. ¶ Et sic etiā ptz
qualiter iudei manent cōfusi et ceci in sua ignorā
tia affectata et preparata. Quia obcecauit eos
malicia eoꝝ ne intelligerēt sacra dei que latēt in
lege ⁊ pphetis. Et sic manēt heretici: eo qz manife
ste deuiant a veritate legis ⁊ prophetarū: ⁊ a fide
quā habuerūt patriarche et prophete de christo
quem apostoli ⁊ discipuli receperūt in suo aduen
tu: que fuit repromissio et hereditas bonoꝝ spiri-
tualiū gratie in presenti: et glorie in futuro: de qui
bus loquitur lex et prophete. Item ex supradi-
ctis etiam sequitur quedam alia corelaria pclo:
scilicet qz omnes iudei moderni sunt heretici in
lege Moysi et prophetis. probatur. Nam de- (Iudei sunt heretici.)
uiant a veritate sacre scripture legis et propheta
rum. Ergo sunt heretici. Tenet consequentia. Nā
heresis nil aliud est nisi deuiatio a veritate sacre
scripture vtriusq; testamē. Antecedens probatur

Nã oẽs patriarche ⁊ ꝓphete vixerũt in fide xp̄i futuri expectãtes vt eos redimeret a seruitute peccati: ⁊ morte eterna: ⁊ acciperẽt ab eo repromissiões scʒ gratiã in p̄nti: et gloriã in futuro: vt probatuʒ est. Sed iudei moderni ⁊ sui p̄decessores cõtẽpserunt xp̄m ⁊ humanã redẽptionẽ: ⁊ oĩa bona grẽ et glorie: et expectãt falsum messiaʒ qui tribuat eis bona tp̄alia: ergo totaliter cõtradicũt veritati sacre scripture legis ⁊ ꝓphẽtarũ: ⁊ fidei ⁊ spei illorũ. Et per ꝯñs oẽs sunt heretici quotquot manẽt i eadem obstinatiõe post aduentũ xp̄i. Vñ aũt prouenıat eis ista heresis videbitur in fine totius tractatus. ¶ Sʒ dubitaret forte aliq̄s vñ ꝓuenit iudeis modernis talis praua ⁊ heretica intelligẽtia scripture legis ⁊ ꝓphetarũ. Ad qđ respõdetur ꝙ hoc ꝓuenit eis ex falsis ⁊ hereticis traditiõibus scribarũ et pharizeorũ: qui xp̄m crucifixerũt: ⁊ hoc q̄si morbo hereditario. Ad cuius euidẽtiã est notãdũ ẜm Josephũ .xviij. libro antiquitatũ: ⁊ .ij. de bello iudaico: circa principiũ regni octauiani quasi per xl. annos ante natiuitatẽ xp̄i multe secte surrexerẽt in hierlm ⁊ iudea: et per totã terraʒ israel: inter q̄s fuerũt due secte principales. Nã primo surrexit secta saduceoꝝ qui de sacra scriptura nõ recipiebãt nisi quinq̀ libros moysi: ⁊ sic spernebãt totum residuum sacre scripture veteris testa. negãtes angelos esse ⁊ futurã resurrectionẽ: spernentes etiã nuptias. Cõtra quos surrexit secta pharisеorũ ex filijs symeõ prout dictũ est psal. ij. ⁊ .lxxi. ⁊ .cxxxvi. q̇ recipiebant oẽs libros vete. testa. colẽtes nuptias et asserẽtes angelos esse ⁊ expectãtes futurũ messiam qui oẽs filios israel debebat liberare de iugo romanoꝝ. Et quia isti fingentes arctã religionem erant diuisi in habitu ⁊ mõ viuendi a cõmuni vita aliorũ: ideo dicti sunt pharisei: idest diuisi a phares qđ est diuisio. Que quidẽ secta fuit valde acceptabilis populo ꝓpter simulatã et fictã religionem intantũ ꝙ oẽs relinquebant eos executores testamentorũ suorũ ⁊ tutores pupillorũ ⁊ viduarũ. Et q2 p̄ ceteris supradicti pharisei dabãt studiũ et operã scripture legis ⁊ ꝓphetarũ: iõ fuerunt admissi et assumpti a summis sacerdotib9: et acceperũt potestatẽ iudicãdi ⁊ determinandi cãs sedẽtes sup cathedras moysi loco illorũ .lxx. quos elegit moyses ex p̄cepto dei ad iudicãdas ⁊ audiẽdas ⁊ discernẽdas causas ⁊ ad litigia sedãda ⁊ dirimenda in pp̄lo. Et etiã acceperũt potestatẽ legẽdi et glosandi legẽ ⁊ ꝓphetas ⁊ declarãdi toti populo. Est verũ ꝙ de eadẽ tribu symeon fuerũt multi in lege ⁊ prophetis periti qui licet nõ seruarent eandẽ religionẽ cũ phariseis quantũ ad habitum et diuisum modũ viuendi: tamẽ ꝓpter eoꝝ peritiã et litteraturã fuerũt etiã admissi simul cum phariseis ad discutiẽdas causas ⁊ litigia: ⁊ declarãdas et glosandas sacras scripturas: et isti sunt dicti scribe a scribẽdo ⁊ ordinãdo scripturas causarum Sed q2 isti scribe et pharisei alleuiabant sacerdotes ab onere et labore huiusmodi: ideo fuerũt assumpti et recepti simul cũ sacerdotib9 ad portionẽ ⁊ partẽ decimarũ ⁊ oblationũ. Et tunc cõuersi ad auariciã inceperũt abuti officio ⁊ potestate cogitãtes ipinguare domos suas ⁊ augere diuitias. Et sic iceperũt destruere populares dilatãdo cãs et litigia deuorãtes domos viduarũ ⁊ pupillorũ. Et facti acceptores personarũ opprimebãt pauperes fauendo diuitib9 ꝓpter munera. Conuersi ergo totaliter scribe et pharisei ad auaritiã ⁊ iam agendas diuitias: et honores capessẽdos: ⁊ videntes ꝙ obseruãtia p̄ceptorũ cerimonialiũ erat magis vtilis ad lucrũ ⁊ ipinguãdas domos eoruʒ ꝙ̄ obseruãtia preceptorũ moraliũ: ⁊ hoc ꝓpter oblationes ⁊ sacrificia: ⁊ decimas: et cetera donaria: q̄ oĩa eis cedebãt in lucrũ. Ideo decreuerũt p̄ponere p̄cepta cerimonialia p̄ceptis moralibus dicentes ꝙ oĩa p̄cepta cerimonialia maxie p̄cepta oblationũ ⁊ sacrificiorũ respiciũt imediate deũ ⁊ cultum eius. Moralia aũt ꝓ maiori parte pertinent ad proximũ: ⁊ ideo dicebant ꝙ ꝓpter cerimonialia poterãt omitti moralia. Et hoc dicebãt ꝓpter auariciaʒ et lucrũ suũ: eo ꝙ maiorẽ vtilitatẽ cõsequebãtur ex sacrificijs: ⁊ oblatiõib9: ⁊ decimis: ⁊ ceteris donarijs q̄ pp̄ls offerebat: ꝙ̄ ex obseruãtia preceptorũ moraliũ. Et sic cõdiderũt plures falsas traditiões ⁊ iniquas ⁊ hereticas in fauorẽ cerimonialiũ: que totaliter cõtradicebãt preceptis moralib9. Inter quas traditiões posuerũt octo vł nouẽ dogmata heretica cõtra veritatẽ legis ⁊ ꝓphetarũ. Nam primo dogmatizabãt pp̄lo ꝙ magis obligabaẗ vnusquisq̀ ad offerẽda sacrificia ⁊ oblatiões sacerdotib9: ꝙ̄ ad subueniendũ parentibus pauperibus: ⁊ largiẽdas elemosynas egentis eo ꝙ magis obligaẗ homo deo qui dedit nobis illa bona ꝙ̄ proximo. Et sic cũ falsa religiõe palliabant et colorabãt suam auaritiã ⁊ ambitionẽ. Sʒ hanc perfidã doctrinã ⁊ venenosum fermentũ execrat et improbat saluator Mat. xv. ⁊ Marci. vij. improperãs eis istã falsam traditionẽ exhortatur discipulos vt caueãt a fermẽto ⁊ tali falsa doctrina scribarũ ⁊ phariseorũ. Itẽ scđo dogmatizabãt populo ꝙ ꝙ soli filij abrae scđm carnem erant saluandi. Et tertio dicebant ꝙ absq̀ penitentia ⁊ restitutione per solas oblationes ⁊ lotiones filij israel scđm carnẽ poterãt saluari: postq̄ solis eis facta est repromissio. Sed has duas falsas ⁊ hereticas doctrinas execrat et improbat beatus iohannes baptista Matthei. iij. ⁊ Luce. iij. dicẽs scribis et phariseis. Genimina viperaꝝ quis vos docuit fugere a ventura ira: facite ergo fructus pñie: ⁊ ne ceperitis dicere. Patrẽ habemus abraã. Dico enĩ vobis q2 potens est deus de lapidib9 istis suscitare filios abrae. In quib9 verbis ostẽdiẗ hereticã eẽ doctrinã scribarũ et phariseorũ: quia absq̀ penitentia ⁊ restitutiõe ⁊ fructibus dignis pñie nullus põt saluari per opa legis. Itẽ ostẽdiẗ ꝙ repromissio nõ erat facta filijs israel ẜm carnẽ sed scđm spiritum et fidem. Et ostẽdit etiã qualiter oẽs gentiles qui adorabãt idola lapidea poterant fieri filij abrae ẜm spiritũ ⁊ saluari per fidẽ christi. ¶ Item quarto dogmatizabãt scribe ⁊ pharisei cõtra precepta secunde tabule erga proximum vnde dicebant ꝙ precepta negatiua non obligabant hominem ad peccatũ quo ad effectum et propositũ: sed solum quo ad effectum: vnde licʒ quis ꝓposuerit ⁊ laborauerit occidere hominẽ: aut adulterari cuʒ

Marginal notes: vñ iudeis ꝓueniat praua scripture intelligentia. — No. contra scribas et phariseos. — Pharisei ꝯ precepta secunde tabule dogmatizabant.

vxore alterius nō peccabat postq̄ tale propositū et deliberatio non venerat ad effectum. Et sic nec ille erat homicida: nec iste mechus aut adulter. Sed hanc hereticā doctrinam et fermentū corruptiuū execrat vt dixit christus eliminādum Mat. v. cū ait apl'us. Nisi abūdauerit iusticia vr̄a plusq̄ scribarū ⁊ phariseorū non intrabitis in regnuꝫ celorum. quasi dicat. tenendo doctrinā falsam ⁊ hereticam eorū nō potestis saluari: quia falsificant legē: nā nō solum qui occiderit hominē est reus inferni ⁊ peccat mortaliter: sed etiā qui irascit̄ fratri suo: aut cū ira aut odio dixerit racha: aut fatue ⁊c. Et sic docet christus ꝙ heretica est ⁊ falsa illa doctrina et intelligētia phariseorū que soluꝫ prohibet manū ⁊ effectū. Itē nō solū qui actualiter coit cum muliere est mechus vel adulter: sed quicunq̄ viderit mulierē ad cōcupiscendū eam: iam mechatus est in corde suo. ¶ Itē quinto dogmatizabant ꝙ dicere mendaciū nō erat peccatū nisi fieret cuꝫ periurio: puta iurādo per deum: aut per hierusalē aut per celū: aut per templū. Hanc aūt falsam doctrinā execrat xp̄s dicens nō solum omne iuramētum illicitū est peccatū mortale: sed etiā omne mēdaciū: q: nostrū affirmare et negare nō dꝫ esse cuꝫ iuramento nisi in causa necessaria sed soluꝫ est est: aut nō nō: quasi dicat ꝙ negando veritatē: aut affirmādo qđ non est: peccatū estiliꝫ nō fiat cum iuramento.

phariseí dicebāt mēdacium non eē pctm̄.

¶ Itē sexto dicebant ꝙ odire inimicū nō erat peccatū: nec cōtra preceptū dei: quia deus nō dicit: non diliges amicū tuū sicut teipsum. Leuit. xix. Ergo non prohibet quin habeamus odio inimicum: et per cōsequens non est peccatū ⁊c. Hanc falsam doctrinā execrat christus dicens ꝙ non solum tenemur diligere amicum: sed etiam inimicū orando pro eo: vt deus conuertat eum ad viam salutis: quia licet peccatū sit abhorrendū et destruēdum in homine: tamē natura est diligenda ꝓpter deum ad cuius imaginē facta est. ¶ Item septimo dicebant ꝙ absq̄ peccato vnusquisq̄ poterat vindicare se de inimico et euellere inimico dentē pro dente: et oculum pro oculo ⁊c. quia ad hoc obligatur omnis reus: vt pꝫ Exod. xxi. Sed hanc falsam doctrinā execrat xp̄s ibidē dicēs ꝙ licꝫ illud preceptum sit in foro iudiciali: tamē nullꝰ debet sibi vēdicare vltionē particulariter: imo vnusquisq̄ tenetur remittere iniuriā proprio: imo percussus in vna maxilla debet p̄bere aliā propter deuꝫ. ¶ Itē. viij. dogmatizabāt ꝙ deus nō ꝑmittebat nisi premiū tēporale in terra pro obseruantia legis: ideo ⁊ ipi nō curabāt thesaurizare nisi in terra. Quā falsam et hereticā doctrinā execrat ibidē xp̄s dicēs. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: sed in celo ⁊c. ¶ Itē nono oia q̄ scribe ⁊ pharizei faciebant nō querebāt iustitiā ꝯsciētie: sed vt apparerēt boni corā hoibus faciebāt bona in apparētia expectantes p̄miū ab hoibus in hoc seculo, nō curantes de alio. Quorū opera execrat xp̄s dicēs. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis coram hominibꝰ ⁊c. ¶ Itē decimo dogmatizabāt scribe et pharisei ꝙ messias nō erat venturus ad saluanduꝫ israel: nisi prius veniat helyas ꝓpheta: ꝓut scribit̄ Malachi. iiij. Mittam vobis helyā ꝓphetā anteq̄ veniat dies dn̄i magnꝰ ⁊ terribilis ⁊c. Et ideo qn̄ miserūt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohānē: inter cetera interrogauerūt ipsuꝫ an esset helyas. Ioh. i. Itē inter ceteras opiniones q̄s ppl's habebat de xp̄o: qdaꝫ dicebāt ipꝫ esse helyā Mat. xvi. Et ideo scribe ⁊ pharisei dicebant populo ꝙ xp̄s nō erat messias: eo ꝙ nōdū venerat helyas. Sꝫ hoc procedebat ex cecitate eorū: quia nesciebant distinguere inter primū ⁊ scđꝫ aduentuꝫ xp̄i: in quo helyas est vēturꝰ. Ideo hāc ignorātiā ⁊ dubitationē remouit xp̄s a mentibus apl'orum Mat. xvij. Vn̄ quādo apostoli viderūt moy. ⁊ helyam loquētes cū iesu in trāsfiguratione putarūt helyā venisse tāq̄ p̄cursorem: sed cuꝫ neminē viderunt nisi solū iesum: ideo descendētes de mōte dixerunt xp̄o interrogantes eum. Quid ergo dicunt scribe ꝙ helyā opꝫ primo venire. Quibꝰ respōdit xp̄s dicēs. Helyas quideꝫ venturus est ⁊ restituet omnia. Dico aūt vobis ꝙ helyas iā venit: ⁊ nō cognouerūt eum sꝫ fecerunt in eo quecunq̄ voluerunt ⁊c. Et tunc cognouerunt discipuli ꝙ de iohāne baptista dixisset eis ⁊c. In q̄bus verbis ostēdit eis christus ꝙ duplex erat eiꝰ aduētus. Nā in primo venerat ad redimendū genus humanū a peccato per mortem et passionē: in quo aduentu p̄uenerat iam eum iohānes baptista in spiritu et ꝟtute helye. Sed iterū in fine mūdi erat christus venturus ad iudiciū generale: ante quē erat venturus helyas in persona ad predicandū iudeis et cōuertendo eos ad christuꝫ prout dictum est. Sed scribe ⁊ pharisei malitia et odio obcecati hoc nō cognoscētes christū negauerunt: et in hac infidelitate remanserūt: et morbo hereditario suis hanc cecitatem reliquerūt. Nam prius expectant helyam q̄ veniat messias eorū. Et sic prius inuocāt helyā q̄ messiā. Unde quādo circūcidūt pueros in synagoga: preparāt duas sedes: vnam pro helya quē credunt venire ⁊ ibi adesse in circūcisione: ⁊ alterā sedē preparant pro rabino qui exercet actū circūcisionis. Et sic cōtinue manēt in ista cecitate: quā quondam morbo hereditario habent ex fermento scribarū ⁊ phariseorū.

Quod dicūt messiam nō eē vēturū nisi primo venerit helyas.

¶ Item. xi. dogmatizabant scribe et pharizei ꝙ in eis nullū esset peccatū nature: nam postq̄ erant filij abrae ⁊ israel s̄m carnē et erant liberi ab omni peccato nature: vnde non putabant circūcisionē eis esse datā ad tollendum peccatū nature qđ omnes traximus ab adam: sed tm̄ esse datā ad distinguēdos filios abrae a ppl'o gentili: q: solū populū gentilē putabāt naturaliter peccare ꝓpter idolatriā. Et sic per circūcisionē putabāt euadere pctm̄ populi gētilis: sꝫ ꝑ sola sacrificia ⁊ oblatiōes ⁊ purgatiōes ⁊ lotiones putabant sufficiēter purgare oēe peccatū. Et sic putabāt ⁊ dogmatizabāt opa legis moysi sufficiēter et plene iustificare hoiem ab omni peccato in propria virtute. Et ex hoc inferebāt ꝙ messias in lege ꝓmissus nō erat liberaturꝰ: nec redēpturus israel a peccati seruitute: quia per opera legis sufficienter liberabātur ab omni peccato: sed messias in lege promissus solū erat eos a seruitute temporali et captiuitate romanoꝝ liberaturꝰ. ¶ Idem dogmatizabant ꝙ messias nō erat daturus bona spi

dicebāt in eis nō eē pctm̄ nature.

ritualia:sed tm̄ temporalia in illa terra sic. Et sic dicebant ꝙ postꝙ̄ messias nō erat daturus eis bona spūalia:sȝ soluȝ tēporalia:nec erat eos liberaturus a naturali seruitute peccati:sed solum a seruitute et captiuitate temporali:ideo dicebant ꝙ messias non debebat esse deus sed purus homo. Et ideo Johā.viij.quādo xp̄s dixit eis. Si filius vos liberauerit veri liberi eritis. Responderunt. Nos semen abrae sum⁹:⁊ nemini seruiuimus vnꝙ̄ Quomodo tu dicis. Liberi eritis: quasi dicerent nos naturaliter liberi sumus a pctō. Quib⁹ respōdit christus. Amē dico vobis:quicunqȝ facit pctm̄ seru⁹ est peccati. Sȝ vt ondēderet xp̄s ꝙ lȝ ipi essent filij abrae ſm carnem tamē propter hoc non euadebant pctm̄ cuȝ essent filij diaboli ſm imitationem. Et sic nō possent euadere pctm̄:nisi christus faceret eos filios abrae ſm spiritū et promissionem. Et ideo subdit xp̄us. Scio ꝙ filij abrae estis scōm carnē.sup. Sed qꝛ estis a patre diabolo ſm imitationem. Ideo opera pr̄is vestri et desideria ei⁹ vultis facere. Nā sicut ille in veritate sui creatoris in qua creatus est nō stetit:sed ex inuidia desiderauit et ꝓposuit me occidere:ita vos tanꝙ̄ filij diaboli desideria eius vultis facere ⁊ adiplere eo ꝙ nō statis in v̄itate legis peruertēdo verū sensum et intelligentiā legis ⁊ ꝓphetarū deprauando scripturas ꝑ v̄ras falsas traditiōes. Scḋo volendo me occidere ex inuidia imitātes diabolū q̄ ab initio ꝓposuit ⁊ desiderauit me occidere volēdo occupare et vsurpare locū meū ⁊c. put dictū est in expositione psal.lxxxj. Ex q̄bus supradictis ptȝ ꝙ scribe et phariseí nō intēdebāt:nec desiderabant liberari a pctō ꝑ Messiā:qꝛ iā putabāt se esse liberatos ꝑ opa legis a pctis ꝓprijs cōmissis. Et sic solū expectabant liberari ꝑ messiā a seruitute tꝑali. Et expectabant eū solū:vt daret eis bona tēporalia. Et ideo sic negabāt messiam esse deū. Et iō dicebant xp̄o de ope bono nō lapidamus sed de blasphemia qꝛ hō cū sis:te deū facis ⁊c. Ex supradictis oībus ptȝ doctrinā scribarū ⁊ phariseoꝝ fuisse hereticā qḋ pbaꝛ. Nā totaliter ꝯtradicebat v̄itati legis et ꝓphetarū et peruertebat verū sensum sacre scripture:vt ptȝ intuēti. Itē illa doctrina est heretica q̄ tollit finem optimū legis et ꝓphetarū:sed doctrina scribarū et phariseorū est huiusmodi:igiꝛ est heretica. Maior ptȝ Minor probaꝛ. Nā illa doctrina tollebat et negabat finē legis negando xp̄m. Nā illa lex ordinabaꝛ in christū tanꝙ̄ in suū finē:vt daret gr̄am in p̄nti et gloriā in futuro:sed illa doctrina negat christū redemptorē ⁊ glorificatorem. ergo tollit ⁊ negat finē optimū legis et ꝓphetarū. Nam lex ⁊ prophete expectabant xp̄m redemptorem et iustificatorem et glorificatorem et gratificatorē vt patet per totuȝ discursum prophetarū sed doctrina scribarū et phariseorū negat oīa ista:⁊ nō expectat liberationem a peccato et obseruantia legis:sed solum liberationē a captiuitate et seruitute temporali:nec expectat bona spiritualia: sed tantum temporalia vt dictum est:ergo tollit bonum et optimum finem legis:et per cōsequēs dissipat legem legē et ꝓphetas:⁊ sic est heretica.

Doctrina scribarū heretica.

Et ideo saluator tanꝙ̄ hereticā et blasphemam condēnauit totā illā doctrinā:vt ptȝ Mat.v.⁊.vi.et.vij.et.xv.⁊.xxiij. Et appellat eā fermentū corruptionuȝ legis et ꝓphetarū a quo monet nos cauere et fugere.vt ptȝ Mat.xv. Et hec fuit causa quare scribe et pharisei cōspirarūt in mortem xp̄i:eo qꝛ cōdēnabat tanꝙ̄ hereticā doctrinā eorū. vt ptȝ per totū discursum euāgeliorū. ¶ Sed qꝛ ipsi scribe et pharisei manserūt cōfirmati et obstinati in tali heretica doctrina per xp̄m condemnata. Iō transtulerūt eā in suos successores tanꝙ̄ morbuȝ pestiferū et hereditariū. Ad cui⁹ intellectū est iterū notādū ꝙ postꝙ̄ post xp̄i mortē scribe et pharisei per publicā famā et multa signa et miracula nouerunt xp̄m resurrexisse:ꝓpter qḋ multi de ꝓplō cōuertebanꝛ ad xp̄m cōfitentes ipsum fuisse verū messiam in lege et ꝓphetis promissum:tūc ad ꝑuertendā opinionē ꝓpli quā de xp̄o habebat coniurati sunt ondēdere quāt lex moysi erat in se ꝑfecta et nullo mō abolēda sed in eternū duratura. Secūdo quāt messias in lege ꝓmissus nō debebat esse deus nec dare bona spūalia sed tꝑalia:nec debebat redimere isrl̄ a pctō qꝛ iā hoc opabatur lex sed solū debebat liberare israel a seruitute et captiuitate tēporali Romanorū:et ꝙ erat ventur⁹ cuȝ magna potestate tēporali et maiestate:vt oīa supradicta posset efficere. Et ex hoc arguebant ⁊ predicabant populo iesum xp̄m nō fuisse messiaȝ. Et ideo per oēs illos quadringētos ānos cōtradixerunt aplī. Sȝ postꝙ̄ post destructionē ciuitatis viderunt se nihil profecisse contra discipulos christi et christianā religionem:immo videbant eam augeri:tunc recurrerunt ad magicas artes. Et sic vt suam perfidiam fortius possent astruere asciuerūt in societatem suam quēdam necromāticum et magum nomine May:ꝛ genere idumeum et fecerunt ipsum proselitum precibus et muneribus instruendo in lege et prophetis cum falsa intelligentia et detestabili fermento eorū. Sed cuȝ iste May:ꝛ esset iaȝ de se versutus et astutus:vt cōplaceret phariseis excogitauit iniquum modum ad cōfirmandam et augendam maliciam eorum. Et dixit qualiter deus duplicem legē dedit moysi in monte synai. Primo vnam scriptam in tabulis et in chartis: et aliam oretenus et secretam. Unde moyses solum manifestauit legem scriptā populo:que continetur in illis quinqȝ libris qui habentur apud omnes sed nō manifestauit legeȝ secretam oretenus datam:sed illam tantum manifestauit Josue cum pacto:vt ille tantum manifestaret suo successori. Et sic dicebat iste sacrilegus mayrꝛ illa lex per successores venerat vsqȝ ad ipsum cui precepit deus vt manifestaret eam omni populo hebreorum propter instantem necessitatem:qꝛ multi iudeorum conuerte⁹bātur ad christum ne iudaismus destrueretur:quam quidē legem appellauit thorase be alpe:idest legem ore datam:et etiam appellauit eam misna:idest secundam legem:in qua quideȝ lege cōtinētur multa erronea et cōtraria veritati:sed inter cetera cōtinetur ꝙ prima lex nō fuit data nisi ad quadam instructionem temporalem:sed ista secūda est de

No. cōtra phariseos.

ultima intentiõe dei tanq̄ declaratio p̄me. Et q̄ ista scḋa dȝ corrigere p̄mam cū sit maioris autoritatis et de ultima intẽtione dei. Et sic ꝯtinet multa ꝯtra ꝟitatẽ lr̃e ꝑuertendo verū sensum p̄me legis quā habemus ad falsum ꝓpositum eorū. Et ꝯtinet etiā oẽs traditiões pharisæorū ut ostenderet eas a deo ordinatas. Oẽs aūt istas traditiões cõtentas in isto misna siue scḋa lege postea redegit in scriptis q̇dā appellat⁹ rabi indanassi: qui ꝟm alios vocaꝛ rabi monoa in quodā volumine multis libris diuiso: qḋ iudei appellāt misna .i. scḋaȝ legẽ. Sed tp̄e magni cõstantini videntes Rabini hebreorū totū pp̄lm gẽtilẽ ꝯuerti ad xp̄m ⁊ destrui oīa idola et oīa tẽpla idolorū ꝯsecrari in ecclias xp̄i: ex cui⁹ occasione maxīa multitudo iudeorū cõuertebatur ad xp̄m: eo q̄ manifeste patebat xp̄m fuisse verū messiā: postq̄ in noīe suo oīa idola delebātur ꝟm oracula oīm ꝓphetarū. Hoc ḡ videntes rabini iudeoꝝ ꝯgregati sūt in babylonia egypti in magna multitudie: q̇ supradictū misna ꝓlixius et copiosi⁹ exposuerūt et in plures libros diuiserunt. Quā q̇dẽ scripturā thalmud appellauerunt in quo quidẽ thalmud multa falsa et ꝯ rõnẽ et naturā ⁊ bonos mores ꝯfinxerūt.

Nota de diuersis doctrinis iudeorum.

Inter cetera enī dicūt q̄ qñ moyses accepit supradictā duplicē legẽ in monte synai: ꝑiter fuerunt cū moyse aīe oīm ꝓpharū .s. Esaie et Hieremie et aliorū q̇ singuli suas singulas acceperūt ꝓphetias q̇ q̇dem aīe ꝓphetarū postea tp̄ibus suis venerūt ad corpora sua: et sic suis tp̄ibus manifestarūt in israel suas prophetias. Itẽ tertio dicūt q̄ ibidẽ fuerūt aīe oīm rabinorū qui cõposuerūt thalmud: et ibi in monte synai acceperunt intelligentiā legis et ꝓphetarū et totā doctrinā traditam in ipso thalmud: que quidẽ aīe venerunt ad sua corpora tp̄e magni cõstantini que tradiderunt thalmudicam doctrinam in verbis thalmud. Et ideo dicūt q̄ illa doctrina non pōt mentiri postq̄ fuit tradita a deo simul cū lege et prophetis: quā quidẽ doctrinam thalmudicā legūt ⁊ obseruāt hodie oẽs Rabini iudeorum: et cū ea regūt iudaismū et iudeos simplices: et in tali deceptione et cecitate ꝑseuerant. Ex supradictis oībus ergo pȝ q̄ doctrina thalmudica quā hodie iudei obseruāt habuit ortum a secta scribarū et pharisæorū. Nam hodie adhuc tenent ⁊ obseruāt documẽta falsa et heretica supradicta. Nā adhuc tenẽt primū falsuȝ documentū .s. q̄ magis obligatur hō honorare ſpm magistrū legis quẽ appellāt rabi: q̄ honorare patrem et matrem: et magis subuenire ipsi Rabi q̄ pr̄i et matri. Itẽ obseruant scḋm et asserunt q̄ soli filij abrae et israel ꝟm carnẽ sunt saluandi. Iteȝ asserunt tertiū q̄ absq̄ pnīa et resurrectione male ablati saluātur seruādo legalia et doctrinā thalmudicā. Itẽ asserūt q̄ malū ꝓpositū et voluntas nō obligāt ad pct̄m nisi sequaꝛ effectus. Itẽ asserunt q̄ mẽdaciū nō est pct̄m sine periurio: et ideo nō faciunt consciẽtiam mẽtiri christianis ⁊ alijs nationibus. Item asserunt aliud falsum documẽtum q̄ licitum est vendicare iniuriā quocunq̄ modo. Item q̄ licitum est habere odio inimicū: et ledere quocūq̄ modo ipsum. Item dictis et factis ducunt vitā simulatā et fictā maxime contra xp̄ianos. Itẽ ultimo tenẽt q̄ totū premiū legis est tp̄ale: et nihil credunt spūale.

Tenent iudei h̄ heretica documẽta.

Et sic pȝ q̄ ista doctrina thalmuldica hȝ ortū a falsa doctrina scribarū et pharisæorū quā xp̄s increpat et execrat Mat. v. et vi. et xxiij. Itẽ obseruāt et asserūt tria alia heretica et magis detestabilia documenta. Primo q̄ lex moysi est ad eternuȝ duratura quo ad cerimonialia. Scḋo q̄ lex moysi nō promittit nisi tp̄alia bona. Tertio q̄ messias in lege et ꝓphetis ꝓmissus nō erat venturus nisi ad liberandū israel a captiuitate tp̄ali et ad dandū bona tp̄alia. Ex quibus cõcludit iesum xp̄m nō fuisse messiam. Et sic pȝ q̄ iudei moderni nil aliud obseruāt nisi traditiones falsas scribarū et pharisæorū ⁊ thalmudistarū: et ꝑ ꝯñs doctrinā hereticā per xp̄m cõdẽnatam et reprobatā tanq̄ fermentū corruptiuum legis et prophetarū. Que quidem doctrina ideo dr̄ heretica et corrupta eo q̄ tollit et negat totā veritatẽ et verū finẽ p̄ncipaliter et finaliter intentū et expectatū in lege ⁊ ꝓphetis. Nā tota lex ⁊ ꝓphete nil aliud clamabant nec expectabāt nisi xp̄ȝ futurū declaratorẽ legis et ꝓphetarū et futurū redẽptorẽ per mortẽ et passionẽ: et futurū glorificatorem per suā resurrectionẽ.

Quare iudeorū doctrina est heretica.

tū ad q̄rtū capl̄m de fine huius lib. est aduertēdū ꝙ salomon duplicē finē assignat ⁊ notat in hoc li. s. vnū ꝓpheticū ⁊ alterꝫ anagogicū. Prim' finis ⁊ imediat' erat vt eccl̄ia p illo statu. s. ppl's isrl' reciperet xp̄m in spōsuꝫ ⁊ verū messiā ⁊ redēptorē in suo p̄rio aduētu q̄n veniret ⁊ appareret in carne. Qđ notaꝶ. c. iij. in q̄rto cātico cū dr. Egredimini filie syon ⁊ videte regē salomonē in dyademate quo coronauit eū mr̄ sua in die despōsatiōis illi' ⁊c. q. d. O israelite ⁊ iudei cū videritis xp̄m deū icarnatū venientē in carnē: ⁊ p̄dicantē vobis egredimini a iugo legis ⁊ relinq̄te cerimōias ⁊ oīa legalia et recipite xp̄m in regē ⁊ messiā ⁊ redēptorē: ⁊ recipite doctrinā ⁊ legē ei' euāgelicā. Scđs vero finis qui vltimat' ⁊ anagogicus est: vt vnaqueq; aīa fidelis postq̄ est iā p xp̄m redēpta: relinq̄t ista mundana trāsitoria: ⁊ iūgaꝶ spōso suo xp̄o p charitatem ⁊ anhelet ad superiorē p̄rīā ⁊ cupiat dissolui: ⁊ eē cū xp̄o. Et tādē vt tota eccl̄ia i fine mūdi itroducaꝶ ad nuptias celestis glie ⁊ p̄rie cū spōso suo xp̄o. Qđ notaꝶ in fine toti' libri: cū spōsus vocat spōsaꝫ dicēs. Que habitas in hortis fac me audi revocē tuā: ⁊ ipa r̄ndēs dicit. Fuge dilecte mi: esto filis capree hynnuloq; ceruorꝫ sup mōtes aromatū. q. d. Fugiam' ab hoc miso mūdo ⁊ duc me tecū in p̄rīaꝫ celestē. Et ꝓꝫ istū finē moralē ⁊ anagogicū oēs sacri doctores antiq̄ exposuerunt istū librū: vñ sicut toti erāt sc̄ti ⁊ feruētes charitate non curabāt de sensu ꝓphetico hui' libri: nā p̄supposita fide postq̄ iā eramus redēpti: nō laborabāt nisi deducere aīas ad amorē sui spōsi ⁊ creatoris et redēptoris: ⁊ sic Orige. ⁊ btūs hiero. ⁊ aug. ⁊ greg. ⁊ btūs bernard' ⁊ venerabilis beda magis attenderūt in hoc libro ad sensuꝫ moralē ⁊ anagogicū q̄ ad ꝓpheticū ⁊ l̄ralē: intm̄ ꝙ vix apđ modernos intelligiꝶ ⁊ hr̄ sensus ꝓphetic' hui' libri pp cās iā dictas. B ¶ Et iō q2 nō solū charitas: sꝫ ēt fides icipit frigescere i mūdo ⁊ studiū sacre scripture ⁊ eius fidelis itelligētia multū minuꝶ: hinc est ꝙ postq̄ deo fauēte exposui librū psalmorꝫ dđ iuxta sensuꝫ l̄ralē ⁊ ꝓpheticū. Jō in p̄nti conabor cum dei adiutorio ⁊ auxilio ꝓꝫ grāꝫ mihi desup dataꝫ detegere ⁊ reserare itellectū ⁊ sensuꝫ ꝓpheticum sub metaphoris ⁊ pabolis i h̄ libello latētē ⁊ clausuꝫ. Uerūtn̄ valde mihi difficile vr̄ op' tā arduuꝫ aggredi velle tētare. Tū pp difficultatē materie: q2 de reb' altissimis ⁊ ieffabilib' mysterijs. s. icarnatiōis ⁊ redēptiōis. Tū pp latitudinē materie: q2 de toto discursu eccl̄ie ab adā vsq; ad iudiciuꝫ. Tū pp formā tradēdi ⁊ tractādi hui' libri: q2 ꝓcedit mō metaphorico mlt̄iplici. s. epithalamico et bucolico ⁊ georgico. Tū pp defectū hūani auxilij nam oēs sacri doctores antiqui relicto sensu prophetico ⁊ l̄ra ꝓ maiori pte exposuerūt istū librum tm̄ quo ad sensum moralē ⁊ anagogicū. Jtē quia Orige. q̄ primus post aplos attentauit exponere istū librū tm̄ fecit duas omelias q̄s btūs Hiero. transtulit ex greco in latinū. Jn quibus vix absoluit primū capl̄m huius libri. Jtē btūs hiero. fecit q̄tuor omelias i quib' vix absoluit scđꝫ capl̄m huius libri. Jtē btūs Bern. edidit. lxx. omelias siue sermones: in quibus vix attingit et explet tertium capl̄m huius libri. Solus aūt venerabilis beda ⁊ btūs greg. exposuerūt ⁊ expleuerūt totū librū sed solū ꝓm sensuꝫ moralē ⁊ analogicū sicut ceteri doctores. Et iō cū grādi veneratiōe suscepta ⁊ p̄supposita doctrina supradictorꝫ sanctorꝫ doctorꝫ: ⁊ cū grādi hūilitate sp inuocato diuino auxilio q̄d sibi velit iste libellus iuxta sensuꝫ ꝓpheticū ⁊ l̄ralē experiri conabor: et iō in noīe iesu ad ei' expōneꝫ accedam'. ⁊ primo ad expōnē tituli: deinde ad expositionē tractatus. A ¶ Un̄ huic libello ꝓꝫ latinos p̄poniꝶ talis titulus. s. Cātica cāticorꝫ salomonis: ꝓm vero hebreos. cāticū cāticorꝫ ipi salomoni. Et sic videꝶ dr̄ia inter nos ⁊ hebros in positione et ꝓnūciatiōe huius tituli quē p̄posuit esdras huic libro: nā nr̄a trāslatio sonat mlt̄a cātica cōtineri in h̄ libello. Et l̄ra hebraica sonat eē tm̄ vnū cāticū. Sꝫ in h̄ nulla est difficultas: q2 totus iste liber pōt dici vnū cāticū vl'e: ⁊ multa pticularia cātica ꝓut patebit in diuisiōe ⁊ ꝓsecutiōe libri. Sꝫ est valde notāda dr̄ia: nā p nr̄am trāslationē denotaꝶ ꝙ salomō fecit istū librū. Et p l̄ram hebraicaꝫ notaꝶ ꝙ totū istud cāticū dirigiꝶ ipi Salomoni. et sic vr̄ ꝙ Salomō fecerit h̄ cāticū ꝓ seipso et sibiipsi. et sic nullū eēt q̄rendū mysteriū: nec spūale sacr̄m: nec aliq̄ ꝓphetia in h̄ libro qđ eēt erroneū ⁊ hereticū: q2 tūc iste liber nō eēt ānumerand' inter libros sacri canōis. Qđ eēt ꝯ dicta in primo caplo huius ꝓlogi: ⁊ iō p hmōi errore vitando et dr̄ia trāslationū huius tituli declarāda est p̄mo notanduꝫ sicut dictū fuit in ꝓlogo expōnis libri psalmorꝫ tractatu. iiij. ꝙ oīa noīa p̄riarcharꝫ ⁊ ꝓphetarꝫ fuerūt eis iposita ꝓphetice ex diuina ꝓuidētia ⁊ inspiratiōe ꝓphetica ꝓm officia et ꝓprietates eorꝫ inquātū fuerūt figura xp̄i futuri ⁊ iquātū xp̄s fuit figuratus in eis. C ¶ Et sic dicit aug. et Leo papa ꝙ xp̄s fuit occisus in abel: et liberauit eccl̄iam figuralr̄ in noe. Et fuit figuratus p̄rgētiū in abraā ⁊ imolatus in ysaac ⁊ b̄ndictus in iacob: et liberauit eccl̄iam siue genus hūanū ō captiuitate diaboli i moyse ⁊ itroduxit fideles i terra viuētiū in Josue: et passus est ⁊ resurrexit in dđ et edificauit eccl̄iaꝫ in salomōe ⁊c. ⁊ sic xp̄s fuit verus abel et verus noe: et verus dđ: ⁊ verus salomō Et q2 illi nō fuerūt nisi figura ⁊ pictura xp̄i: iō xp̄s Mat. xij. iudeis q̄rentibus signū de celo ⁊ in q̄ potestate faciebat miracula: r̄ndit dicens. Generatio praua ⁊ adultera signū q̄rit: ⁊ signū non dabiꝶ ei: nisi signū Jone ꝓphete: q2 sicut Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus et tribus noctib': ita erit filius hoīs in vētre terre: et subdit. Ecce plus q̄ Jonas hic. Jtē regina austri venit audire sapiam salomōis a finib' terre et ecce plus q̄ salomō h̄. q. d. ꝙ ille fuit ionas in figura: sꝫ xp̄s fuit plus q̄ ionas et verus ionas: q2 tertia die resurrexit ō sepulchro. Jtē xp̄s fuit verus et plus q̄ salomon: q2 ille accepit sciam ad mēsurā: et solū venit regina austri et quidā finitimi ad audiendā sapiam eius: sꝫ xp̄s accepit grām et sciam sine mensura: et ad ei' doctrinā et legē euāgelicā venerūt oēs gētes a solis ortu et occasu et ab aquilōe et austro: et iō xp̄s fuit verus salomō ille aūt fuit solum figura et pictura huius. Et ita pariter est dicenduꝫ: ꝙ ille sa

lomō dictus est deo amabilis:solū figuralr̄ respe
ctu xp̄i:q2 ille fuit amabilis deo solū in iuuētute:
sed in senectute fuit deprauatus:⁊ deo fact⁹ odio
sus:s3 xp̄s fuit sp̄ deo p̄ri dilect⁹ in quo sibi sp̄ cō
placuit et cui sp̄ fuit obediēs vsq3 ad mortē crucis
Itē salomō fuit figuralr̄ intm̄ dict⁹ ecclīastes in/
quantū ꝯgregauit in se p studiū et doctrinā scias
hūanas creatas et diuinas. S3 xp̄s dict⁹ est ver⁹
et plus q̄ ecclīastes:q2 ip̄e fuit lux vera q̄ illūina/
uit salomonē:et locutus est p oēs p̄triarchas et p
phetas. Et postea locut⁹ est nobis in carne:⁊ illu
minauit oēm hoīe3 venientē in hūc mūdū:⁊ sic p3
q̄liter xp̄s est verus salomō et verus deo dilectus
et verus ecclīastes:et q̄liter salomon nō fuit sorti
tus hm̄ōi noīa:nisi inquātū fuit figura xp̄i. Et sic
ergo est dicendū: q q2 ille salomō tp̄alis et terre/
nus fuit gr̄a xp̄i veri salomōis. Jō cōposuit istū li
brū de xp̄o salomōe sp̄uali:dirigēdo ip̄m salomo
ni sp̄uali:q̄ est vere deo p̄ri dilectus et ver⁹ ecclīa
stes et verus ꝯgregator oīm dissipatoꝝ:⁊ ver⁹ cō/
gregator oīs v̄tutū et veritatū. Est ergo sensus hu
ius tituli q salomō terrenus:et figuratiuus fecit
hūc librū directū ꝟo salomoni sp̄uali:qui est xp̄s
deus:hō sp̄osus eccl'e. L ¶ S3 nūc restat querē
dū q̄re d3 cātica cāticoꝝ.i.q̄re additē libro cātico/
rum? Ad hoc breuiter videtur q l3 genitiuus plu
ralis addit⁹ supra noīatiuū seu quēcūq3 obliquo
rū cōiter denotet aliquā excellētiā seu excessu3 su/
per oēs eiusdem gn̄is vt ꝑpheta ꝑphetaꝝ p̄hus
p̄hōrum:l3 etiā istud cāticū salomōis excedat oia
cantica moysi:et alioꝝ prophetaꝝ in sublimitate
⁊ ꝓfunditate ꝑphetie:tn̄ nō excedit cātica dd̄:cu3
probatū sit in prologo libri psalmoꝝ dd̄ fuisse exi
miu3 oīm prophetarū in profunditate prophetie
de xp̄o et eccl'a. Et iō ille genitiuus pluralis non
denotat excellentiā altitudinis prophetie in salo
mone:s3 dicit excellentiā in cōprehēsione multitu
dinis snie sub breuitate sermonis:eo q salomon
cōprehendit in istis paruis decē cāticis snialiter
totū discursu3 legis ab abraam et moyse vsq3 ad
tp̄m:et exinde vsq3 magnū cōstātinu3. Et etiā in/
quātu3 in his decē canticis cōprehēdit supficialr̄
oia cātica dd̄ p̄ris sui:et oia cantica moysi:⁊ alioꝝ:
et sic d3 canticū cāticoꝝ.i.ꝯtinens oia alia cātica
q2 l3 dd̄ in.cl.psalmo cōprehēderit totā legē et ꝓ
phetas et totum nouū testm̄:tn̄ salomō in breuio
ri sermone fuit abbreuiator snie p̄ncipalis ipsoꝝ
psalmorū dd̄. Et sic in hoc opus dicitur canticu3
quasi abbreuiatoriū psalmorum et canticoru3 dd̄
vnde sicut hypocrates cōplexus est totu3 corpus
medicine in breuib⁹ cāticis:qui dn̄r amphorismi
et etiā Auicenna postea voluit abbreuiare magis
cantica hypocratis sub paucioribus et breuiori/
bus canticis. Ita pariter salomon sub decem cā/
ticis voluit cōprehendere et abbreuiare oēs psal
mos dd̄:immo totū discursum legis et ꝑphetarū
Item hec est cā quare esdras intitulauit istū librū
cātica cāticoꝝ. B ¶ S3 postea venit ꝟgo maria
que fuit p̄ia ꝑphetissa et tympanistria et prima
euāgelista noui testamēti q̄ cōposuit illud breuis/
simum cāticū.s. Magnificat aīa mea dn̄3.in quo
sub decem versibus cōplexa est totā legem et pro/
phetas et totū nouū testm̄:in quo simul fuit ꝓphe
tissa et euāgelista vt p3. Et iō illud canticū virgi
nis meret̄ dici cāticū cāticoꝝ et psalteriū decem
chordarū q2 superat oia cantica et oēs psalmos:
⁊ ideo p̄cipue cātat ipsum ecclīa in officio vespe/
rarum prout declaratū est in expōne illius cātici
virginis marie. Ex supradictis p3 qualr̄ iste liber
d3 cantica canticoꝝ:et q̄uō salomon terrenus fe/
cit ipsum de salomone sp̄uali sponso ecclesie. C
¶ Declarato igit̄ titulo deueniendū est ad tracta
tu3:et primo ad eius diuisionē:scd̄o ad eius expo
sitionē. Quē quide3 tractatū quidā antiquoꝝ di/
uiserūt per.viij.cap. Alij aūt.s.origenes ⁊ Hiero.
diuiserūt ip̄m per dragmata. et sic quot sunt peti/
tiones ⁊ interrogatiōes in tot partiones diuise/
rūt eū in suis expositionibus. Sed satius et cō/
modius mihi videt̄ vt diuidamus ipsum per can
tica ⁊ per ꝯn̄s per mysteria:eo q in quolibet canti
co cantat̄ ⁊ explicat̄ aliqd̄ distinctū mysteriū euā
gelicū:et sic quot sunt cātica in hoc libro tot erūt
principales p̄tes eius in exponēdo. Sed q2 dictū
est: q materia principalis intēta in hoc libro sunt
mysteria euangelica totius discursus eccl'e chri/
sti ab incarnatione vsq3 ad iudiciū et marie vsq3
ad ꝓsperitatē ecclie datā tp̄e constantini vsq3 ad
iustinianū ꝓut salomon preuidit in sp̄ū ꝯtēplan
do totū discursum vet.test.vsq3 ad suū tp̄s. Jō est
aduertendū q decē principalia mysteria ꝯsidera/
uit et cōtemplatus est salomon in vet.test.in qui/
bus preuidit in sp̄ū tanq̄ in speculo decē myste/
ria futura in nouo testō:de quibus fecit decē can/
tica in hoc libro. A ¶ Et ideo anteq̄ accedat̄ ad
expositionē et diuisionē huius libri:sunt presup/
ponenda et prenotāda illa septem p̄ncipia:q̄ ego
posui in expōne libri psalmoꝝ tractatu.iij.cum il
lis decem regulis siue clauibus ad aperienda my
steria noui testamenti que latebant sub figuris ⁊
gestis ⁊ ꝓmissionibus ⁊ gn̄aliter sub lr̄a vet.test.
Quorum principiorum primum est istud: scilicet
q tota sacra scriptura vtriusq3 testamenti est ab
ipso deo tradita et reuelata:puta in primo testa/
mento per patriarchas et prophetas. et in secun
da testamento per verbum incarnatum. Ex quo
p3 q sacra scriptura nō pōt mentiri:nec ipsi ali/
quod falsum subesse. Scd̄m principium: q in diui
nis est trinitas ꝑsonaꝝ cū vnitate ⁊ simplicitate
substātie.s. q licet p̄r fili⁹ ⁊ sp̄ūssanctus sint tres
ꝑsone relatiue:tn̄ sunt vnus deus ⁊ vna sub̄a. Ter
tium q verbum diuinū filius patris assumpsit ve
ram carnem aiatam ex virgine maria in vnitate
suppositi:itaq3 q xp̄s est verus deus et verus ho/
mo. Quartum q christus in illa hūanitate assum
pta pro nostra redēptione fuit vere passus et mor
tuus et resurrexit ⁊c. Ex cuius passiōis virtute ha
bent virtutē et efficaciā oia ecclīastica sacr̄a: et a
quo tanq̄ a capite descendūt et deriuantur oīa
genera gratiarū et donoꝝ sp̄ūalium in totā eccle
siam. Quintū principiū: q nō solū xp̄s est caput ⁊
sponsus eccl'e:sed et est finis et terminus ⁊ veri/
tas totius legis veteris et prophetarum. et per
consequens tota scriptura legis et propheta/
rum nil aliud fuit nisi via in christum: et signum

et figura et vmbra:itaqz nihil fuit dictum:nec gestū in veteri testamento gratia sui:sed in figurā ꝛ pro phetiaz christi que erat finis legis ꝛ prophetarū: que omnia fuerunt completa ꝛ verificata per christum prout ibi fuit ostensum. Sextum principium ꝙ christus nō solū fuit ꝛ est caput ꝛ spōsus eccle sie ꝛ finis ꝛ terminus legis ꝛ prophetiaꝝ in quo finiuit cursum lex ꝛ prophete. Sed etiā xp̄s ē mediator dei ꝛ hominū. Nā sicut deus pater per filium verbuz suum oīa creauit:ita per eūdem filiū suum incarnatuz genus humanū recreauit ꝛ reparauit: ꝛ sic christus est medius propitiator ꝛ aduocatus et procurator et fideiussor et interpres et iudex inter nos ꝛ patrē ꝛ medi⁹ dispēsator oim bonorū:vt ibi fuit ꝓbatū. Septimū principiū est ꝙ sicut xp̄s est metrū ꝛ principiū ꝛ mēsura ꝛ fons oīm bonorū effectiue:ita diabolus est principium ꝛ causa oim malorū ꝛ pctōꝝ persuasiue. Itē nō solū prenotanda sunt supradicta septē principia. Sed etiaz ille decē regule ꝛ claues que fuerūt assignate in codez tractatu ad aperiēdas scripturas sacras ꝛ enigmata eaꝝ. C ¶ Quarū prīa ē de eēntia ꝛ ꝑsona. Scd̄a de xp̄o deo ꝛ hoīe. Tertia de xp̄o capite ꝛ ecclesia spōsa sua siue corpe mystico. Quarta de natura et grā. Quinta de spū ꝛ lrā. Sexta de sensu verborū in quo fiunt ꝛ nō qnqꝫ quē faciūt. Septia de secularis ꝛ etatibus diuine legis ꝛ vni⁹ ecclie ab adam vsqꝫ ad iudiciū. Octaua regula de diabolo ꝛ eius corpore. Nona de specie ꝛ genere siue de toto ꝛ parte tā in numeris q̄ꝫ in locis ꝛ natiōib⁹. Decia regula de figuris ꝛ tropis grāmaticalibus:ꝑut ibi ad lōgū fuit explicatū. Que quidē septē principia et decē regle marie sūt necessarie ad aperiēda misteria sacra q̄ sub metaphoris ꝛ enigmatibus latent in hoc libro in quo salomō sub metaphora sponsi ꝛ sponse ꝛ pastoris ꝛ regis ꝛ agricultoris ꝛ horti ꝛ vinee ꝛ p̄dicit oīa mysteria xp̄i ꝛ ecclie ꝛ nr̄e redemptiōis. Sumēdo parabolas ex gestis ꝛ ꝓmissionibus ꝛ vaticiniis scripture ve.te. sicut fecit dauid in libro psalmorū. B ¶ Quia salomō cōsiderando ꝛ cōtēplādo misteria sacre scripture ve.te ibi tanqꝫ in speculo preuidit in spiritu ꝓphetico futura decē misteria xp̄i ꝛ ecclie ꝛ totius nr̄e redēptiōis. Nā p̄rio cōtēplatus est oēs ꝓmissiōes de xp̄o futuro redēptore fctās patriarchis ꝛ ꝓphetis ve.te. ꝛ specialiter desideriū filioꝝ israel existētiū i egypto petētiū liberari de illa captiuitate:ī q̄b⁹ preuidit in spū totū desideriū patriarchaꝝ ꝛ ꝓphetaꝝ ꝛ oim fideliū tā viuoꝝ q̄ꝫ mortuorū existētiū in lymbo inferni expectātiū xp̄m vt veniret ad redimēdū gen⁹ humanū de captiuitate peccati ꝛ de lymbo. Scd̄o cōtēplat⁹ est salomō totā fabricā arche ꝛ tabernaculi quod de⁹ precepit fabricari ipsi moysi ꝑ quā fabricā salomō p̄uidit in spū totū mysteriū incarnatiōis. Tertio cōtēplabat̄ salomō qualiter de⁹ intrauit i archā ꝛ loquebat̄ ꝛ docebat moysen de tabernaculo. Per qd̄ mysteriū p̄uidit p̄dicationē xp̄i in humanitatē ꝛ dationē legis euāgelice. Quarto ɔtēplat⁹ est peregrinationē ipsi⁹ arche ꝑ desertū a cui⁹ facie mota est terra ꝛ facta sunt multa miracula. Per qd̄ p̄uidit in spū totam peregrinationez xp̄i ꝑ terrā ꝓmissiōis faciendo stupēda miracula multo maiora. Quinto ɔsiderauit ascēsum moysi in mōtes abarin ꝛ fasga:vñ ɔspexit totaz terram ꝓmissam ꝛ cōsiderauit diuisiōes ꝛ partes ei⁹ put de⁹ ostēdebat sibi:vt pꝫ Deut.xxxiiij. Per qd̄ mysteriū preuidit Salo. qualr̄ xp̄s lustrata tota terra ꝓmissiōis debebat ascēdere hierosolymā ad p̄dicādū ꝛ crucifigendū ꝛc. Sexto ɔsiderauit et ɔtēplatus est salomō qualr̄ moysen post mltos labores ꝛ vexatiōes sibi illatas ab illo duro pplo mortu⁹ est in vertice fasphe:nec ampli⁹ visum est corp⁹ ei⁹ illi pplo. Per qd̄ p̄uidit salomō q̄lr̄ xp̄s erat moriturus in mōte crucis in hierl̄m:quē iudei ceci amplius nūqꝫ erāt visuri. Septimo cōsiderauit salomō qualr̄ iosue fuit substitut⁹ dux ꝑ moysen ꝛ introduxit illū pplꝫ i terrā ꝓmissiōis. Per qd̄ mysteriū p̄uidit resurrectionē xp̄i:ꝛ q̄lr̄ xp̄s post resurrectionē debebat introducere in terrā viuentiū oēs fideles ve.te. quos eduxit de īferno ꝛ de captiuitate diaboli. Octauo ɔsiderauit salomon qualr̄ iosue elegit .xij. duces:cū quib⁹ adept⁹ est totā terrā ꝓmissiōis cū signis ꝛ portētis. Per qd̄ mysteriū p̄uidit i spū q̄lr̄ xp̄s post resurrectionē debebat mittere .xij. aplos ad p̄dicādū euāgel. omni creature q̄ totū pplꝫ gētilē subiecerūt iugo xp̄i diabolo foras electo. Nono ɔsiderauit totū discursū filii⁹ populi vsqꝫ ad tēpora dd̄ ꝛ oēs afflictiōes q̄s passus est a finitimis tpe iudicū ꝛ oēs victorias q̄s d̄ eis obtinuerūt:ꝛ finalr̄ ɔtēplatus est victorias ipsi⁹ dauid ꝛ quō subiecit sibi nō solū totā terrā israel sꝫ etiā oēs pplos infideliū finitimoꝝ fecit sibi tributarios. Per qd̄ p̄uidit salomō in spū decē et etiā quattuordecim persecutiōes imperatoꝝ ꝛ tyrānorū cōtra ecclesiā tpe martyrū: ꝛ quō ecclia debebat sibi subijcere totū pplꝫ gētilē. Decimo ɔtēplabat̄ salomō ꝓspitatē sui regni ꝛ pacē ꝛ multitudinē diuitiarū:ꝛ quō ex p̄cepto dd̄ edificauerat illud templū magnificū ꝛ ampliauerat ꝛ ditauerat illā ciuitatē ꝛ regnū ꝛc. Per qd̄ misteriū p̄uidit in spū qualr̄ ecclesia xp̄i post multas ꝑsecutiōes multo sanguie martyrū effuso debebat ꝓsperari ꝛ ꝑ totū orbē libere ampliari ꝛ quietari post ɔuersionē Cōstātini. De supradictis q̄ decē mysterijs euāgelicis q̄ erāt faciēda in toto discursu noui te. Salomō fecit decē cātica in hoc lib. sumēdo parabolā ex supradictis mysterijs vete.te. Et sic i vno quoqꝫ cātico cantat vnū mysteriū euāgelicū. Naꝫ in primo cātico cātat totū desideriū oim fideliuꝫ veteris testamenti xp̄m expectātiū. In scd̄o cantico cātat mysteriū incarnatiōis xp̄i. In tertio cantat mysteriū vocatiōis aplorū ꝑ xp̄m ꝛ electionis eoꝝ. In quarto cātat visionē xp̄i in carne ꝛ pegrinationē ꝛ opationē miraculorū. In q̄nto cātat ei⁹ ascēsum in hierl̄m ꝛ exhortationē eius ad iudeos ꝛ ditationē ecclie in bonis spūalib⁹. In sexto cantat xp̄i mortē ꝛ passionē ꝛ mysteriū nr̄e redēptionis. In septio cātat qualr̄ apostoli post receptionem spiritussancti p̄dicauerūt xp̄m eē verū messiā populo iudaico ꝛ in hierl̄m. In octauo cātat missionē apostolorum ad predicandū per vniuersum orbem. In nono cantat cōflictū et pugnā ꝛ victoriam martyrum. In decimo cantat prosperitatez et pacem ecclesie datā per Cōstantinū. ¶ Primū

canticū incipit ibi. Osculet me osculo oris sui. Secundū ibi. Dū esset rex i accubitu suo. Tertiū ibi Vox dilecti mei iste venit saliēs in mōtib⁹. Quartū ibi. Que est ista q̄ ascēdit per desertū. Quintum ibi: q̄ pulchra es amica mea. Sextum ibi. Surge aquilo ꝛ veni auster. Septimū ibi. Adiuro vos filie hierusalē: si inueneritis dilectū meū. Octauum ibi. Quo abijt dilect⁹ tuus. Nonū ibi. Quid videbis in sunamite ꝛc. Decimū ibi. Que est ista q̄ ascēdit de deserto delicijs affluēs. B ¶ Ad maiorē āt euidentiā eorū que dicta sunt ꝛ dicēda est aduertēdū q̄ sacra scriptura vet. te. duob⁹ noīb⁹ ḡnaliter nūcupat̄. Nā primo dr̄ testamentū dei inquantū deus ꝑmisit illi pplo bona futura ꝛ inquantū illa ꝑmissio erat cōfirmāda et cōplenda per mortem testatoris. Vñ testamētum dicit̄ de testor testaris: qd̄ idē est qd̄ cōfirmare ꝛ ratificare: ꝛ sic intantū dicitur testamentū inquantū est cōfirmatū per vltimam volūtatē testatoris: sed q: vltima volūtas est illa que per solam mortē testatoris terminat̄ et finitur. Ideo nunq̄ dicit̄ testamentū ratuz: vsq̄ quo est confirmatū per mortē tēstatoris: q: per totum tempus ante poterat etiā testator mutare volūtatem. Et ideo heres nunq̄ accipit: nec possidet hereditatē nisi post mortē testatoris: q: tunc est validū testamētū. Ex quib⁹ sequitur q̄ scriptura vete. leg. nō fuit vete. test. sed dispositio testamēti: nec dicit̄ testamentū nisi inquātū erat cōfirmandū per mortem dei testatoris. Et per ꝯñs oportebat vt deus moreretur ad hoc q̄ testamentū ꝯfirmaret̄: q: aliter māsisset caducū ꝛ vanū. Sed q: deus est essentialiter imortalis et infallibilis ꝛ etern⁹: q: in eternū ꝑmanet idē ꝛ anni ei⁹ nunq̄ deficiēt. psal. ci. et iō oportuit vt de⁹ fieret ꝑsonalr̄ hō: ꝛ vt ille hō assumptus personalr̄ deus moreret̄ ad ꝯfirmanduz testamentū dei: et vt cōpleret oīa ꝑmissa. Et sic ꝑ mortē ꝛ sanguinē xp̄i fuit cōfirmatū totū vetus testamentū: vt p3 ad Heb. ix. ꝛ x. Et iō patres ꝛ fideles vete. test. nō potuerūt adipisci repromissiones nisi simul nobiscū per mortē xp̄i. ad Heb. xi. Et sic p3 qualiter scriptura legis et ꝓphetaruz intantū dicebat̄ testamentū dei: inq̄tū erat per mortem et sanguinē christi ꝯfirmandū: et ideo dixit christus Hic calix nouum testamētū est in meo sanguine. i. nouiter in meo sanguine cōfirmatum. i. ad Corin. xi. A ¶ Secundo modo scriptura legis et prophetarū dicebatur pactū siue fedus despōsale. inquātum deus elegit sibi illum populum in populum peculiarem et proprium. et ille populus accepit deum in deum. et dn̄m et pastorem spiritualem: et promisit obseruare legem eius. vt patet Exo. xix. xx. et. xxiiii. et per totuz discursum legis et prophetarum. vnde Exod. xix. dicit deus. Si audieritis vocem meā et custodieritis pactum meum: eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est eñi omnis terra et vos eritis mihi in regnū sacerdotale: et gens sancta ꝛc. Cui respōdit populus. Cuncta que locutus est dn̄s faciemus. Itē hoc idem respōdit totus populus qñ moyses legit eis volumē legis vt patet Exo. xxiiii. Ideo tūc moyses ad confirmationem illius desponsationis ꝛ promissionis immolauit. xii. vitulos. et effudit vnā partē sanguinis sup altare et alterā ptē sup ppl̄m dicēs Hic est sanguis federis quod pepigit vobiscū dominus super cunctis sermonibus his ꝛc. ¶ Ad denotādū et significādū q̄ illud testamentū et illud fedus desponsale non poterat cōfirmari nisi per sanguinem xp̄i spōsi huius populi. ex quibus patet q̄ sicut illud testamētū nō poterat confirmari et adipleri nisi ꝑ mortē ꝛ sanguinē xp̄i testatoris. Ita illa despōsalia siue despōsatio fctā iter dn̄z ꝛ ppl3 nō poterat cōfirmari nec adipleri ꝛ ratificari nisi ꝑ presentiā deivēturi i carnē. Eo q̄ talis desponsatio facta fuerat per verba de futuro: et per sponsum in carnem familiariter venturū et cū spōsa locuturū et cōuersaturum. C ¶ Ex supradictis patet. ꝛ prout dictuz fuit in prologo expositionis libri psalmorū q̄ vna lex et vnū testamētum dr̄ totus discursus sacre scripture et totius ecclesie ab adam vsq̄ ad iudiciū. ꝛ hoc scd̄m substātiā ꝛ etiaz rōne vnius xp̄i crediti. Sed totus iste discursus diuiditur principaliter in duo tēpora. s. ante aduentum xp̄i: et post aduētū eiusdē. Tēpus eñi ante aduētum respectu dei dicebatur tēpus disponēdi et promittēdi: inq̄tuz deus promittebat futurā redēptionē et glorificationē et restaurationē toti generi humano. ꝛ disponebat illū populū per illa legalia ad recipiēdū xp̄m in suo aduētu. Sed respectu earū rerum que gerebātur et fiebāt: dicebatur xp̄s figurandi et significandi quia omnia illa fiebant et contingebāt illis in signū et figurā futurorum S3 respectu p̄riarcharū ꝛ ꝓphetarū quib⁹ fiebāt ꝑmissiōes dicebatur tēpus desiderādi ꝛ expectādi et petēdi. q: oēs desiderabant et expectabāt et petebant xp̄m futurū redēptorem et glorificatorem tanq̄ sponsuz et saluatorem. Et sic patet qualiter tempus añ aduentū christi fuit tempus promittēdi et disponendi et figurandi et significādi et desiderādi et petendi et expectandi. Totū autem tēpus aduentus xp̄i: ꝛ totius discursus noui testamēti fuit tēpus adimplendi promissa et confirmādi disposita et verificandi signa legalia et figuras: siue ea que erant figurata et significata. Et respectu omnium fideliū fuit et est tēpus colligēdi et recipiendi. Quia per aduentum xp̄i oēs fideles veteris test. simul nobiscuz receperunt promissiōes. s. fructus omnium promissionū vt ait apostolus ad Hebre. xi. Et nos colligimus et messuim⁹ messes quas patres veteris test. seminarūt vt ait saluator Iohan. iiii. Ex quib⁹ omnibus patet qualiter xp̄s adimpleuit et verificauit oīa q̄ fuerūt in veteri testamēto disposita et ꝑmissa figurata. Et sic etiaz cōfirmauit te. ab initio institutū. et cōpleuit et cōfirmauit spōsalia antiqua et ideo lex euāgelica: ꝛ totum nouum test. nil aliud est: nisi veritas et confirmatio veteris testamenti in quo tēpore omnes fideles receperūt oīa que fuerunt promissa ꝛ desiderata ꝛ petita in veteri testamēto. ꝛ sicut totū illō tempus fuit tēpus desiderandi ꝛ petendi ꝛ significandi: ita istud dicitur tempus recipiēdi ꝛ faciēdi. vñ non solū xp̄s verificauit oīa q̄ in lege veteri fuerūt ꝑmissa ꝛ figurata: s3 adhuc nos verificam⁹ ꝛ iplem⁹ oīa illa seruādo legē euāgelicā et exercēdo ecclesiastica sacr̄a: q̄ nil aliō sunt: nisi quedā veri

tates illorũ signorũ legaliũ. et sic sa credo et opan do recipim⁹ fruct⁹ ꝓmissionũ. C ¶ Oia g̃ supradi cta ↄsiderãs et ꝓuidẽs in spũ salomõ fecit istũ li bellũ in quo voluit oñdere totũ igeniũ suũ qꝛ sub breuib⁹ et difficilib⁹ ⁊ obscuris ṽbis ↄscripsit to tũ discursũ vtriusq̃ testi. Et iõ iste libellus reddit᷑ difficilioꝛ ad intelligendũ eo ꝙ oia q̃ scripta sunt in vtroq̃ te. de xp̄o et ecclia. et oia q̃ dd̃ cãtauit in ci. p̃o. voluit salomõ cõplecti i h̃ libello sub tripli ci metaphora. s. sub metaphora spõsi et spõse et sub metaphora pastoris ⁊ gregis. Et sb̃ metapho ra agricole et vinee siue horti et iõ istud op⁹ sit vo cat᷑ epithalamicũ et bucolicũ et georgicũ et pp̃ h̃ reddit᷑ difficillimũ ad intelligẽdũ. s. rõne stili ⁊ rõ ne breuitatis nã i. x. cãticis cõplectit᷑ totũ discur sum vtriusq̃ te. sub supradicta triplici metapho ra. Vñ i prio cãtico cãtat totũ desideriũ et oẽs pe titiones patrũ ve. te. ⁊ sic explicat tp̄s desiderãdi et petẽdi et expectãdi. Et in nouẽ cãticis subseq̃n tib⁹ cãtat totũ discursum ecclie ab incarnatione xp̄i vsq̃ ad tp̄a ↄstãti. et iustinia. et ẽt vsq̃ ad finẽ mũdi: vbi erit gñalis glificatio. In q̃b⁹ nouẽ cãti cis cãtant᷑ nouẽ mysteria de xp̄o et ecclia ꝓut pa tebit. In q̃b⁹ satisfacit et ãnuit. ↄsiderio et petitio nib⁹ patrũ ve. te. ꝑ singula. Procedendo ergo ad expositionẽ huius lib. seruabit᷑ iste ordo. Nã p̄mo ponet᷑ text⁹ cuiuslibet cãtici ꝑ ṽsus distict⁹ Scdo ponet᷑ eius expositio. Incipit ergo canticũ p̄mũ.

Cãticuꝫ primuꝫ.



Sculet᷑ me osculo oris sui.
Qꝛ meliora sunt vbera tua vino.
Fragrantia vnguentis optimis.
Oleum effusum nomen tuum.
Ideo adolescentule dilexerunt te.
Trahe me post te.
Curremꝰ in odorẽ vnguẽtoꝝ tuorũ.
Introduxit me rex in cellaria sua.
Exultabimus et letabimur in te.
Mẽores vberuꝫ tuorũ super vinum.
Recti diligunt te.
Nigra sum sed formosa filia hierl̃m.
Sicut tabernacula cedar.
Sicut pelles salomonis.
Nolite me cõsiderare ꝙ fusca sum.
Quia decolorauit me sol.
Filij mr̃is mee pugnauerũt ↄtra me
Posuerũt me custodẽ in vineis.
Vineam meã non custodiui.
Indica mihi queꝫ diligit aia mea.
Vbi pascas.
Vbi cubes in meridie.
Ne vagari incipiam.
Post gregem sodalium tuorum.
Si ignoras te pulchra inter mulieres
Egredere et abi post vestigia greguꝫ tuorum
Et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum.
Equitatui meo in curribus pharaonis assimilaui te amica mea.
Pulchre sũt gene tue sicut turturis.
Collum tuum sicut monilia.
Murenulas aureas faciemus tibi.
Vermiculas argento.



Sculet᷑ me osculo oris sui. Hoc est pri mũ canticũ huius li. in quo introducit᷑ ecclia p̄oris testi tanq̃ sponsa: et xp̄us tanq̃ eiꝰ spõsus ad loquẽdũ et iõ p̄ñs canticũ hꝫ duas ptes p̄ncipales. nã i p̄ia ponit᷑ et explicat᷑ sponse diu desiderata petitio. Secũdo spõsi gr̃osa respõsio ibi. Si ignoras te o pulchra C ¶ Quantũ g̃ ad p̄mũ ꝓ fundamẽto toti⁹ hui⁹ lib. est valde notandũ ꝙ indigẽtia et carentia ali cuius boni amissi est cã desiderij recupandi ipsiuꝫ sꝫ firma ꝓmissio est cã firme ⁊ vehemẽtis fidei et spei rei ꝓmisse. Et ita accidit in adã qꝛ cũ ipe añ lapsum fuisset creat⁹ in illa opulentia ⁊ felicitate nullã patiẽs idigentiã: tñ cũ statuit et tẽtauit de scendere ab hierl̃m in hierico trãsgrediẽdo diui nũ preceptũ tũc incidit in latrones: q̃ expoliaue rũt eũ oibus bõis ↄtuitis et vulnerauerũt et sau ciauerũt et plagis in corpe ⁊ aia affecerũt ⁊ semi uiuũ reliq̃runt et sic ille erat opulentus et felix et dñs illius ciuitatis. Cui ẽt post lõgã vitã tpales erat ꝓmissa alia nobilior felicitas eterna i celesti p̃ria pp̃ talẽ igratitudinẽ fuit p̄uat⁹ p̄ñti et futu ra felicitate et expulsus ab illa ciuitate et fctũs exul ꝑ hãc vallẽ lachrimarũ et sepatus a facie dĩ. Et sic fctũs est miser et idigẽs oib⁹ bonis nõ solũ spũalibus sꝫ ẽt tpalib⁹. vt pꝫ Ge. iij. et inde ẽ ꝙ manet isitũ desideriũ oibus hoibus recuperandi illã imortalitatẽ et totũ illũ felicẽ statũ. B ¶ Sꝫ dicit Aug. in lib. Cur de⁹ hõ. ꝙ deus cõpatiẽs mi serie et indigẽtie ipsius ade ⁊ toti⁹ posteritatis ei⁹ ꝓmisit ei mittere filiũ suũ in carnẽ q̃ eũ ab oi mi seria et captiuitate redimeret et sibi recõciliaret et i p̃riã amissaꝫ et felicitatẽ reduceret: et h̃ fecit de⁹ ne adã desperaret sꝫ lꝫ de instãti miseria val de doleret: tñ de sui sueq̃ posteritatis remedio iã de longinquo gauderet. vñ Aug. ↄcludit dicens. Vera itaq̃ rõne didicimꝰ: ꝙ iã ab adã domini ꝑ stolabat᷑ aduentꝰ. C ¶ Ex q̃bus ṽbis aug. sequit᷑ ꝙ miseria et indigentia ipius ade et totius poste ritatis eiꝰ fuit cã diuine ꝓmissionis de xp̄o futuro et talis promissio fuit causa fidei et spei ⁊ deside rij ipsius ade de xp̄o futuro. Ex qua fide et spe et desiderio adam cũ tota sua posteritate fidelium

semꝑ expectabat et petebat xp̄m venturū ad redi
mendū ipsum. ¶ Scđo sequit̃ q̄ ecclesia xp̄i prio
fuit xp̄o desponsata ꝑ fidē in adā. Qđ ꝓbat̃: naꝫ
si adā cū tanto desiderio expectabat xp̄m vt inqt
Aug. ergo iā tūc habebat fideꝫ de xp̄o futuro. Qꝛ
spes nō est sine fide et charitate effectiua: qꝛ quod
credimus et amam⁹ cū desiderio expectam⁹. et iđ
est dicēdū q̄ sicut de⁹ ꝓmisit ipsi mittere ipsū chri
stū in redēptorē in adā credidit ipsuꝫ vēturū et ꝓ
misit ipsi fidē et ꝓmisit ipsi exhibere cultū latrie
sub tali fide ꝛ spe xp̄i futuri. in qua fide adā cū to
ta sua posteritate fideliū saluabat̃ et sic adā ꝓut
fuit doct⁹ a deo: docuit filios suos exhibere latriā
deo ī signū fidei đ xp̄o futuro et sic abel offerebat
oblationē de agnis gregis et Cayn de frugibus
Ge. iiij. A ¶ Et qꝛ latria nō solū cōsistit ī obla/
tione ꝛ adoratiōe: sꝫ ēt in oratiōe. Iđ legit̃ Ge. iiij
q̄ enos incepit inuocare nomē dn̄i. i. xp̄m v̄bū in
carnatū qđ est nomē dn̄i vt ꝓbatuꝫ fuit psal. viij.
Nā illud nomē dn̄i quatuor lr̃is scriptū significa
bat xp̄m v̄bū incarnatū: quē oēs p̄res ve. te. inuo/
cabāt et expectabant. Itē enoch placuit deo in il
la etate et dn̄s tulit illū Ge. iiij. ꝛ trāslatus est in
ꝑadisum Eccli. xliiij. Sed qꝛ sine fide impossibile
est placere deo ad Heb. xi. ergo sequit̃ q̄ enos et
enoch iā habebāt fidē de xp̄o futuro: et erāt mem
bra eius et ꝑ ꝯn̄s cōtinuabāt eccl̃iam xp̄i et ciui/
tatē dei et sic expectabāt xp̄m futurū tāq̄ spōsum
sibi ꝓmissum et sic ptꝫ q̄ v̄a latria et ꝑfecta fuit
deo exhibita in prima etate in signū xp̄i futuri et
per ꝯn̄s sequit̃ de ecclesia in prima etate iaꝫ fuit
xp̄o per fidē despōsata qꝛ iā expectabat eū et iam
ei exhibebat latriā seruitutem. B ¶ Itē sequit̃ q̄
ecclesia sponsa nō solū ab abel: sed etiā icepit ab
adā sed postea fuit diuisa in duas ciuitates. Naꝫ
Cayn diuisus est a ciuitate dei ꝛ ꝯstituit ciuitatē
diaboli cū suis seq̄cibus vt ondit Aug. ꝑ totū lib.
xv. de ciui. đi. Abel aūt mansit tāq̄ verus ciuis in
ciuitate dei: et fuit occisus ꝓpter verā innocētiā
suā in figura xp̄i. Iđ abel nō đr p̄mus ciuis eccl̃ie
sed p̄mus iustus et martyr q̄ mortu⁹ est ꝓ iusticia
et innocētia in figura xp̄i q̄ fuit p̄mus qui effudit
sanguinē in figura xp̄i ꝛ pro xp̄o vt pꝫ Mat. xxiij.
adam auteꝫ fuit primus ciuis et fidelis huius ci/
uitatis: cui primo facta est ꝓmissio de xp̄o futuro
et primus qui ꝓfessus est et expectauit xp̄m futu/
rum. et qui exhibuit cultum latrie: et docuit filios
suos in quo primo ecclesia despōsata est ipsi xp̄o
per fidē et spem et charitatē et exinde tota ciuitas
dei et cōgregatio fidelium xp̄m futurū credentiū
et expectantiū fuit dicta sponsa xp̄i. C ¶ Est ve/
ruꝫ q̄ ista sponsa semꝑ creuit in fide et ꝑfectione
per successum tp̄is sicut cōtinue recepit nouas ꝓ
missiones et nouos modos colendi deum. Nam
Noe accepit nouā promissionē de xp̄o per archā
et signū arcus federis. Per qđ preuidit mysteriuꝫ
incarnationis et nostre redēptionis. Et sic Noe
cōstruxit altare et obtulit aīalia munda in signuꝫ
fidei christi futuri. Itē ipsi abraā facta est noua ꝓ
missio Ge. xv. Qn̄ deus dixit. Suspice celū et nu/
mera stellas si potes: sic erit semē tuū ꝛc. Ubi cre/
didit abraā de sua generatione fm̄ carnē xp̄m fu
turum et verbū incarnādū. Iđ ꝓpter talē fidē re/
putatū est illi ad iusticiā. Qꝛ in tali fide xp̄i futuri
ante circūcisionē fuit iustificatus vt ptꝫ ad Rom.
iiij. et Gal. iiij. Iteꝫ alia ꝓmissio facta est eidem
abrae Gene. xxij. ꝓpter obedientiā et fidē. Qn̄ vo
luit immolare isaac filiū suū. Cui deus sub iureiu
rando ꝓmisit xp̄m venturū: ꝛ in eo oēs gentes re/
ḡnandas et bn̄dicendas: et appellauit locū illuꝫ
in quo fuit immolatus aries pro isaac. In monte
dn̄s videbit. vn̄ in lr̃a hebra. habet̃. In mōte dn̄s
videbit̃. q. d. in isto monte vbi imolasti istū arietē
dn̄s iesus xp̄s videbit̃ imolari et crucifigi in redē
ptionē totius ḡnis hūani. De quo mysterio dicit
saluator Io. viij. Abraā exultauit vt videret diem
meū vidit et gauisus est: ꝑ fidē supple. C ¶ Ex
q̇bus ptꝫ q̄ despōsatio xp̄i et ecclesie facta et ince
pta est in adā et abel. Sed iā fuit magis cōfirma
ta in abraā. Et sic fuit vehemēti⁹ fuit xp̄s ī abraā
desideratus. Itē ista desponsatio et vnio xp̄i et ec
clesie iā fuit magis cōfirmata et expressa et figu/
rata in isaac. Ge. xxvij. qn̄ iaꝫ decrepitus et cecu/
tiens vocauit Esau priogenitū suuꝫ vt bn̄diceret
eum sed iacob scđo genitus natus ex cōsilio ma
tris simulato habitu surripuit bn̄dictioneꝫ: vnde
isaac sentiēs fragrantiā vestimētoꝝ ipsius iacob
dixit da mihi osculū fili mi. Ecce odor filij mei si
cut odor agri pleni: quem bn̄dixit dn̄s ꝛc. In quo
mysterio preuidit isaac totū mysteriū v̄bi incar/
nationis: et ecclesie cū xp̄o despōsationis et incor
porationis. Preuidit enim qualiter filius dei ver/
bum eternū debebat osculari hūanitatē et carnē
suscipe de ḡne ipsius iacob et vnire eā sibi in vni
tate ꝑsonali. Et preuidit etiā in spū osculū et de/
sponsationē eccl̃ie cū xp̄o ꝑ mysticā vnionem. Et
preuidit fragrantiā vestimētorū hūanitatis xp̄i.
i. fragrantiā virtutū et scītatis et donorū et ḡra
rum: et fragrātiā eccl̃iasticorū sacr̃oꝝ euaporātē
ex meritis passionis. Per quā virtutē sacr̃orū ec/
clesia iā erat xp̄o despōsanda et vnienda. B ¶ Itē
ista desponsatio incarnationis et eccl̃ia cum xp̄o
vnionis iā fuit magis ꝓmissa et cōfirmata et fi/
gurata in Iacob Gen. xxviij. qn̄ in somnijs vidit
scalā cuius summitas tāgebat celū: et ṗs īferior
tangebat terrā et vidit dn̄m innixū scale et ange
los ascendentes et descendentes ꝛc. vbi preuidit
iacob totū mysteriū icarnatiōis. s. qualr̃ de⁹ erat
iungendus hūanitati ꝑ incarnationē in vnitate
ꝑsone ꝛ qualr̃ tota eccl̃ia erat xp̄o vniēda et incor
poranda in vnitate mystica. Itē ista desponsatio
fuit iā magis ꝯfirmata ī eodē iacob gen. xxxij. qn̄
luctat⁹ est āgelo in forma viri nec voluit ipsuꝫ di
mittere vsq̄ quo bn̄dixit eū vbi sortit⁹ ē hic nomē
isrl̃. vn̄ dicit. Uidit dn̄m facie ad faciē vbi iacob
preuidit totū mysteriū incarnatiōis et eccl̃ie cum
xp̄o desponsationis inquantū de⁹ in forma hūa/
na bn̄dixit eū ꝛc. et facie ad faciē ipsi locutus est
ꝛc. Itē hec despōsatio fuit magis ī ipso iacob cō/
firmata gen. xlix. qn̄ bn̄dicēs filio suo iuda dixit.
Iuda te laudabūt fratres tui ꝛc. et nō auferet̃ sce
ptrum de iuda ꝛc. Itē ista desponsatio christi ec/
clesie tam fuit magis confirmata et manifestata
in plebe israelitica qn̄ eduxit ipsam de seruitute

egyptiaca ⁊ fecit ipaȝ pplꝫ sibi peculiarē ⁊ dedit ipi legē spālē exo.xix. qñ moyses exposuit populo oēs ꝯmones legis. Et rñdit ois ppls dicēs oia q̄ locutꝰ ē dñs faciemꝰ. Itē ista despōsatio xp̄i ⁊ ecclie fuit iā magis manifestata ⁊ explicata i eodeȝ pplo exo.xxiiij. qñ moyses ꝯgregauit totū pplꝫ ⁊ legit sibi totū volumē legis ⁊ occidit.xij. victimas iuxta numerū tribuū filioꝝ isrl' vñ totꝰ ppls rñdit dicēs. Oia q̄ locutꝰ ē dñs faciemꝰ ⁊ erimꝰ obedientes.⁊c. Et tūc moyses ad ꝯfirmationē talis pacti et ꝓmissiōis ⁊ despōsatiōis sparsit vnā ptē sanguis sup pplꝫ ⁊ alteraȝ sup altare. Per qd mysteriū fuit figuratū q̄lit illa despōsatio debebat impleri ⁊ ꝯfirmari ꝑ sanguinē xp̄i futuri: ꝑ quē sanguinē illō testm̄ erat ꝯfirmādū ⁊ sic ꝑ tale pctm̄ ille ppls ꝓmittebat se receptuꝝ xp̄ȝ ventuꝝ. Idō moyses effundēdo illū sanguinē sup pplꝫ dixit. Hic ē sanguis federis qd pepigit vobiscū dñs sup cunctis ꝯmōib' his. Itē ista dspōsatio fuit iā magis explicita ⁊ ꝯfirmata i eodē moyse ⁊ pplo exo.xxxiij. cū dñs de tabnaculo loq̄bat moysi facie ad faciē: sicut solet loq̄ amicꝰ ad amicū. Cui moyses dixit. Dñe si iueni grām corā oclis tuis mitte quem missurꝰ es ⁊c. Cui dñs finalr mysteriū incarnationis ꝓmisit cū dixit. Posteriora .i. hūanitatē meaȝ videbis quā hūanitatē vidit postea moyses cū helya in mōte thabor i trāsfiguratiōe xp̄i mat.xvij. Itē ista despōsatio icarnatiōis xp̄i ⁊ ecclie iā fuit magis explicita ⁊ manifesta ipi moysi Deu.xviij. Cui deꝰ dixit. Prophetā suscitabo de medio fratrū tuoꝝ similē tui ⁊ ponā vba in ore suo loquet q̄ ad eos oia q̄ dixero illi ⁊c. Ex quo ptȝ q̄lr xp̄s in lege ꝓmissus debebat eē similis moysi in hūanitate: ⁊ debebat eē deꝰ imo verbū dei q: deꝰ debebat ponere vbū suū in hūanitate ⁊ ꝑsonalr nobis loqui et ecclīaȝ sibi ꝑ legē euangelicā mystice vnire et ꝑsonalr ⁊ ꝑñtialit osculari. Nā legit Exo.xx. ꝙ cū cūctus ppls audiret voces ⁊ lāpades ⁊ sonitū buccine mōtē q̄ fumigātē. Qui ꝑterriti ac pauore ꝑcussi: steterunt procul dicētes moysi: non loquat nobis dominꝰ ne forte moriamur. Tūc autē dñs ꝓmisit mittere filium suū in carnē q̄ tāq̄ verꝰ spōsus absq̄ terrore familiarit loqueret eis: ⁊ declararet eis legē datā dicēs. Prophetā suscitabo eis de medio fratrū tuoꝝ similē tui ponā verba in ore eius loqueturq̄ ad eos quecunq̄ dixero illi. Et q̄ verba eius que loquetur non audierit: vltor existā ⁊c. vt ptȝ Deuter.xviij. Ex quib' ptȝ ꝙ illa despōsatio non fuit facta ꝑ verba de pñti in presentia sponsi sed per verba de futuro in absentia sponsi per Moysen tāq̄ ꝑ ꝓcuratoreȝ xp̄i futuri. Et per ꝯñs illa despōsatio nunq̄ fuit cōfirmata nisi per presentiaȝ xp̄i: qui per verba de pñti familiariter locutus est illi plebi: ⁊ despōsauit sibi ipsaȝ declarādo legem ⁊ prophetas. Item sequitur scdo ꝙ simul cum lege data fuit ꝓmissus xp̄s interpres et declarator legis in mōte sinay. Itē sequitur tertio ꝙ sub eadē pena q̄ se obligauit totꝰ ille ppls ad obseruādā legē dei datā in monte sinay: sub eadē pena se obligauit ad audiēdū ⁊ sequendū christū in suo aduentu tanq̄ verum interpretē ⁊ declaratoreȝ legis ⁊ ꝓphetaꝝ ꝑ hoc qd ait. Qui vba q̄ loquet audire noluerit vltor existā ⁊c. Q: simul cuȝ lege fuit ꝓmissus xp̄s deus incarnatus interpres ⁊ declarator legis. Sed ꝯ posset aliq̄s instare dicens: ꝙ ꝓmissio huiꝰ ꝓphete nō facta est in mōte sinay simul cū datiōe legis: sed in cāpestribus Moab cuȝ Moyses resumeret legē vt ptȝ Deu.xviij. ad hoc rñdet ꝙ si bñ ⁊ distincte volumꝰ attēdere vba moysi Deu.xviij. videbimꝰ manifeste qualr deus ꝓmisit illū ꝓphetā in mōte oreb simul cuȝ datione legis vñ ait moyses ad pplm. ꝓphetā de gēte tua ⁊ de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dñs ipm audies vt petisti a dño deo tuo in mōte oreb. qñ cōcio cōgregata est. atq̄ dixisti vltra nō audiam vocē dñi mei et ignem hunc maximuȝ amplius nō videbo ne moriar et tūc ait dñs mihi Bñ oia sunt locuti ꝓphetā suscitabo eis de medio fratrū suoꝝ similē tui ⁊c. Ex q̄bus ptȝ ꝙ ista ꝓmissio de xp̄o futuro facta est in mōte oreb simul cū datione legis: q: lȝ moyses omiserit scribere illā promissioneȝ Exo.xx. tn̄ supplendo explicat ipsam deut.xviij. vbi repetuntur ea que ibi dicta sunt et supplent ea que ibi fuerūt omissa. Ex quo patet ꝙ in datiōe legis facta fuit desponsatio dei cum illa plebe in ꝑsona omnium successorum et per ꝯñs illa desponsatio facta fuit ꝑ verba de futuro in absentia sponsi et ideo nō poterat cōfirmari nisi per eius ꝑsentiā et per incarnationē sponsi q̄ ore ad os erat populo familiarit locuturꝰ: ⁊ legē et ꝓphetas declaraturꝰ: et spōsalia cōfirmaturus ⁊ cōpleturꝰ vñ sicut ꝑ mortē ⁊ sanguinē erat testm̄ ꝯfirmaturꝰ ita per ꝑsentiā erat sponsalia cōpleturus. Et hoc est osculū ꝑsentie sponsi qd petit sponsa dicēs osculet me osculo oris sui ⁊c. Itē q: nō solū illa plebs israelitica ꝯm carnem erat xp̄m susceptura et sibi desponsanda in aduentu suo: sed etiā plebs gentilis. Ideo desponsatio xp̄i ⁊ ecclie nō solū manifesta et facta in populo israelitico carnali: sed et in populo gentili. nam melchisedech rex Salem q̄ erat de populo gentili tanq̄ sacerdos dei altissimi in fide xp̄i futuri obtulit panē et vinū deo ꝓ abraam in toto corpore mystico vt ptȝ Gen.xiiij. Itē Iob nō de genere Iacob: sed de Esau expectauit xp̄m in carne vēturum cum dixit. Credo ꝙ redēptor meus viuit et in carne mea videbo deū saluatorē meū ⁊c. Iob.xix. Itē multi de pplo gētili exierūt de egypto ⁊ iūcti sūt cū filijs isrl ⁊ cepert legē simul cum eis. Item Ruth moabita de populo gentili exiuit de terra et cognatione sua ⁊ iuncta est populo israelitico dicens. Populus tuus populus meus ⁊c. Et sic in persona et figura totius populi gentilis ad fidem xp̄i venturi fuit xp̄o desponsata. Itē ista despōsatio iam fuit magis explicita ⁊ manifestata in dd cui facta ē de xp̄o multiplicr ꝓmissio vt pȝ.ij. Re.vij. ⁊ .i. Paral.i. ⁊ ꝑ totū librū psalmoꝝ. Itē ista despōsatio incarnatiōis et xp̄i ⁊ ecclie iā fuit magis explicita in Esa. ⁊ Hie. et ceteris ꝓphetis q̄bus facta fuit reuelatio ⁊ maxie in daniele cui nō solū mysteriū incarnatiōis ⁊ passionis xp̄i fuit reuelatū: sed etiā locus ⁊ tp̄s vt ptȝ dan.ix. Ultio aūt de ꝓpinquo ista despōsatio facta fuit ⁊ manifestata ipsi zacharie cui dcm̄ est ab angelo: exaudita est orō tua. Luc.i. Itē fuit fa

cta et reuelata ipsi symeoni q̇ rñsum acceperat a
spũscto nõ visurũ se mortẽ nisi prius videret xp̄m
dñi .Lu.ij.Sed p̄ ceteris clari⁹ fuit reuelata talis
despõsatio ipi virgini marie p mltas epyphãias
et reuelatiões añ diẽ incarnatiõis:lʒ ignoraret p
sonã de qua eẽt fili⁹ dei carnẽ assumptur⁹.qꝛ solũ
hoc didicit ṽgo Maria experimẽtalr qñ gabriel
angel⁹ fuit ad eã missus dicẽs.Aue maria gr̃a ple
na ꝛc.Luc.j.Vñ lʒ ãte nõ ignoraret futurũ myste
riũ incarnatiõis:tñ ignorabat modũ et p sonã:p
ut ipsa rñdẽs angelo dixit.Quõ fiet istud ꝛc. L
Ex toto supradicto discursu sequiẽ p̄rio ꝙ tota ec
clia fideliũ ab adã vsq₃ ad virginẽ mariã inclusiue
fuit despõsata xp̄o futuro p fideꝫ.Scdo sequiẽ ꝙ
talis despõsatio nõ fuit facta p verba de p̄nti:sʒ
p ṽba de futuro:qꝛ sicut xp̄s nõdũ erat incarnat⁹
nec pmissus de p̄nti sʒ de futuro.Ita pmittebant
ipʒ recipe i suo aduẽtu:vñ lʒ fides xp̄i esset eis ha
bitualr ꝛ actualr p̄ns:tñ ei⁹ obiectũ erat futuruꝫ:
tñ sub tali fide ꝛ spe iustificabanẽ ꝛ saluabantur.
Tertio seq̄tur ꝙ tal' despõsatio ñ fuit facta ill' p̄ri
b⁹ ꝛ fidelib⁹ psonalr ꝛ p modũ psone p̄ntis:sʒ p p
curato:ẽ ꝛ p modũ psone absẽtis.Sicut mlte mu
lieres q̄nq₃ despõsanẽ alicui viro absenti p pcura
torẽ:q̄ q̄dẽ despõsatio cõfirmaẽ postea p p̄ntiam
spõsi:qñ ipa psonalr ꝛ p̄ntialr videt spõsũ:ꝛ psõa
lit recipit eũ ꝛ osculaẽ ab eo.Ita ḡ fiebat mõ factũ ẽ
in illa despõsatiõe ecclie ve.te.Nã null⁹ eoꝝ po-
tuit essentialr videẽ nec locut⁹ est cũ deo nisi p sub
stãtiã mediã ꝛ p ãgelũ repñtãtẽ deũ:vt ait Aug.
sup Gen. A ¶ Et sicut ꝙ moyses loq̄baẽ deo fa-
cie ad faciẽ.Exo.xxxiij.dicẽduꝫ ꝙ ibi nõ sumiẽ fa-
cies p diuina eẽntia:qꝛ tal' visio facial' fuit negata
ipi moysi vt ptʒ ibidẽ:sʒ sumiẽ ibi facies equiuo-
ce p ãgelo p quẽ de⁹ loquebaẽ:ꝛ in quo de⁹ tanq̄
in facie ꝛ p faciẽ repñtabaẽ ꝛ noscebaẽ:vt ait Au
gu.ij.de trinitate.c.xvij.nã de⁹ p ãgelos loqueba
tur ꝛ dedit legẽ moysi vt ait ap̄ls ad Heb.j.ꝛ btũs
Stephanus Act.vij.Quõ aũt intelligiẽ ꝙ moyses
vidit deũ facie ad faciẽ:iã declaratũ est in plogo
libri psalmoꝝ tractatu.ij.Nũc aũt sufficit scire ꝙ
fideles ve.te.nõ viderũt xp̄ꝫ nisi p fidẽ:ꝛ p figuras
et p pmissiões ꝛ reuelatiões.ꝛ tanq̄ vẽturo pmi-
serũt fidẽ ipi.ꝛ in ei⁹ futuro aduẽtu pmiserũt ipʒ
recipe:ꝛ sic tanq̄ futurũ pmittebãt ipʒ recipe.Et
sic iã exhibebãt ipi latriã futurũ p figuras sacri
ficioꝝ ꝛ sic ptʒ ꝙ illa despõsatio erat p modũ ver
boꝝ de futuro ꝛ p modũ pcuratoris:qꝛ mediãtib⁹
ãgelis:ꝛ p modũ psone absentis.Tertio sequiẽ ꝙ q̄
to magis tardabat venire xp̄s:tãto magis cresce
bat desideriũ illi⁹ spõse vidẽdi psonalr ꝛ p̄ntialr
spõsum suũ xp̄ꝫ:ꝛ sic vehemẽti⁹ desiderabat acce-
lerari aduẽtũ spõsi:vt eã repararet et liberaret de
manib⁹ inimicoꝝ:ꝛ eã sanaret:ꝛ nobilib⁹ vestib⁹ di
uersaꝝ grãꝝ ornaret et decoraret:ꝛ sacris ample
xib⁹ ei⁹ frueretẽ:ꝛ osculis eius cõsolaretẽ.Hoc ḡ de
siderium hui⁹ spõse et has petitiões explicat.et cã-
tat spõsa in hac prima pte hui⁹ primi cãtici Sa-
lomõis in psona oim fideliũ ve.te.cũ dicit Oscu-
letur me osculo oris sui. B In quo cãtico' septẽ
petit ista spõsa ab ipo sponso.Nã p̄mo petit p̄n
tialiter ꝛ psonalr p incarnationẽ osculari. Scdo
petit trahi a spõso p psonalẽ p̄dicationẽ ꝛ vite sci
tatẽ.Tertio petit i thalamũ spõsi itroduci. Quar
to plebs gẽtilis petit cũ plebe israelitica i aduẽtu
spõsi sociari.Quito petit a nigredie idolatrie de-
albari.Sexto petit pasci pabulo sacroꝝ ꝛ fidei ar
ticuloꝝ.Septio petit sub vmbra spõsi q̇escere:ꝛ p
regi.scda ibi.Trahe me post te.tertia ibi.Introdu
xit me rex i cellaria sua.quarta ꝛ quita ibi. Nigra
suꝫ sʒ formosa.sexta ꝛ septia ibi.Indica mihi quẽ
diligit aĩa mea. C ¶ Quãtũ ḡ ad p̄mũ est aduertẽ
dũ ꝙ osculũ dicit quadã vnionẽ:sʒ qꝛ xp̄s q̄druplr
erat nobis vniẽd⁹.s.p icarnationẽ:ꝛ p ↄuersationẽ
ꝛ familiarẽ doctrinã:ꝛ mysticã icorpationẽ:ꝛ per
glificationẽ:put pmissuꝫ erat in vet.te.Iõ spõsa
ħ q̄druplex osculũ petit a xp̄o spõso. Et q̄drupli-
ci osculo petit osclari.s.osculo icarnatiõis. Scdo
osculo' euãgelice doctrie ꝛ familiaris ↄuersatiõis
Tertio osculo mystice incorpatiõis ꝛ redẽptiõis.
Quarto osculo glificatiõis.Qꝛ ḡ vt supradictuꝫ ẽ
ista spõsa p mltas repromissiões fuerat xp̄o p pcu
ratores ꝛ ṽba de futuro in ve.te.despõsata p lõgã
morã ꝛ discursuꝫ tp̄is spõsuꝫ suũ xp̄m expectaue-
rat.Iõ ↄfracta lõga mora desiderãs p̄ntiaꝫ spõsi
petit ab eo p̄ntialr ꝛ psonalr osculari:ꝛ posita i ta
li ↄtẽplatiõe dicit intra se.Vtinã spõsus me⁹ xp̄s
osculeẽ me osculo oris sui p ṽba de p̄nti:ꝛ psona
liter ꝛ p̄ntialr p seipꝫ:ꝛ nõ p pcuratores:sed loq̄ẽ
ipe mihi p se ꝛ nõ p moy.ꝛ p p̄riarchas ꝛ pphetas
nec p angelos sicut locutus ẽ in toto ve. te.Sʒ ve-
niat ipe psonalr in carneꝫ:ꝛ osculetur me p̄rio illo
osculo incarnatiõis:ꝛ accipiat carnẽ de mea gña-
tiõe:sicut pmisit in p̄ncipio ipi Ade qñ eiecit ipʒ de
paradiso ꝛ sicut pmisit Noe p signũ arc⁹ federis.
Gen.viij.ꝛ sicut pmisit Abrae Gen.xv ꝛ.xxij.dicẽs
In semine tuo bñdicenẽ oẽs gẽtes.Itẽ osculeẽ me
illo osculo incarnatiõis qõ petiuit Isaac in perso
na Jacob qñ dixit.Da mihi osculũ fili mi.Gene.
xxvi.Et sicut pmisit ipi Jacob Gene.xxviij.p visio
nẽ scale:ꝛ Gene.xxxij.quãdo luctatus est cũ ange-
lo.Itẽ osculeẽ me illo osculo incarnatiõis qõ pro
misit ipsi dauid.ij.Reg.vij.dicẽs.Suscitabo semẽ
tuũ post te egredieẽ de vtero tuo.Et stabiliam re-
gnum eius in eternũ:ꝛ ille erit mihi in filiuꝫ ꝛ ego
ero illi in patrẽ.Itẽ psal.lxxxviij.Semel iuraui da
uid:et nõ mẽtiar:semẽ eius in eternũ manebit. Itẽ
psal.cxxxi.De fructu vẽtris tui ponã sup sedẽ.tuaꝫ
ꝛc.itẽ Esa.vij.Ecce virgo cõcipiet ꝛ pariet filiũ ꝛ
vocabiẽ nomẽ ei⁹ emanuel ꝛc.Itẽ Iere.xxxi.Ma
gnum faciet dñs sup terrã:femina circũdabit vi-
rũ.Itẽ zacha.ij.Ego ipse veniã:ꝛ habitabo in me-
dio vestri ꝛc.Itẽ spõsus meus nõ soluꝫ osculeẽ me
osculo incarnatiõis:sʒ etiã osculo familiaris pre
dicatiõis ꝛ legis euãgelice ditiõis:sicut de⁹ pmi-
sit Moysi.Deut.xviij.dicẽs pphetã suscitabo de
medio fratrũ similẽ tui in humanitate:ꝛ ponã ver
ba mea in ore eius loqueturq₃ ad eos omnia que
dixero illi.Item osculetur me illo osculo doctrine
euangelice:de quo dixit Esaie scdo. Venite ascen
damus ad montẽ domini:et ad domũ dei iacob:ꝛ
docebit nos vias suas:et ambulabim⁹ in semitis
suis:qꝛ de syon exibit lex:ꝛ verbũ dñi de hierusalẽ.
Item Esa.liij.pp̄ter hoc sciet populus me⁹ nomẽ

Ue ē ista q̄ ascēdit p d̄sertū. ¶ Hoc est q̄rtū cāticū in quo cātat pgressuз xp̄i per totā terrā pmissiōis vocādo filios israel ad fidē. Qd mysteriū preuidit salomon in spū p progressum et pegrinationē ꝛ ascēsuз arche federis ꝛ tabernaculi per desertū. B ¶ Ad cuius intellectū est aduertendū q quinqз cōtēplatus est ꝛ cōsiderauit salomon in illa archa federis cū sua peregrinatiōe. Prio materiā ex q̄ fuit fctā: qз ex lignis setbynis et ēt ex lignis cedrinis q̄ marie abūdant et crescūt in libano. Scđo ɔsiderauit eiꝰ vnctionē qз ex vnguēto confecto et myrrba ꝛ cynamomo et balsamo: vt ptз Exo.xxx. ꝛ vlti. Tertio ɔsiderauit ornatū eius: qз ex cortinis diuersoꝝ coloꝝ. Quarto ɔsiderauit custodiā eius: qз sexcenta tria milia quingenta quinquaginta viroꝝ custodiebant tabernaculū et archā dn̄i. Quinto cōsiderauit peregrinationē ꝛ ascensuз illiꝰ tabernaculi p totū desertū cū signis ꝛ miraculis et pdigijs a cuius facie mota est terra a facie dei iacob. In quibꝰ q̄nqз mysterijs preuidit salomon totā peregrinationeз xp̄i per terrā pmissionis ostendendo se esse deū per signa et miracula: vñ per h̄ q illa archa fuit fabricata ex lignis setbynis et cedrinis preuidit Salomon hūanitatē xp̄i: scз q̄liter illud corpꝰ erat formandū ex puris sanguinibꝰ v̄ginis ope spūsancti ꝛ tota illa hūanitas debebat ɔstare ex carne setbyna imputribili et incorruptibili et ex aīa cedrina nulli pctō obnoxia nō solū in psona: sз nec etiā in natura. Et per h̄ q in illa archa fuit repositū māna et v̄ga moysi et tabule legis p̄uidit q̄liter xp̄s debebat esse deus ꝛ hō rex et sacerdos: put dictū est in scđo cātico. Et per hoc q illa archa fuit puncta illo p̄ciosissimo vnguēto diuersoꝝ aromatum preuidit salomon q̄liter aīa xp̄i erat vngenda vnguēto aromatico sapīe ꝛ intellectus ꝛ oīm donorum ꝛ v̄tutū nō ad mēsurā: vt posset oībus sua dona cōicare tanq̄ caput. Itē ēt possumus dicere q per illā vnctionē p̄uidit oīa dona spūsancti ꝛ vnguēta oīm sacroꝝ que debebāt fluere a xp̄o in corpus mysticū. Itē per ornatū cortinaꝝ tabernaculi preuidit ornatū pfectionū ꝛ v̄tutū et grāꝝ xp̄i. Itē per illos sexcenta tria milia quingētos quinquaginta qui custodiebāt tabernaculū ꝛ archā cū gladijs et ensibus p̄uidit.lx.reges cū suis regnis qui venerūt ad fidē xp̄i defendētes nomē eius cū gladijs et armis tpalibꝰ et p̄uidit ēt.lx. prelatos cū gladijs et ensibꝰ ecclīastice ptātis fidē xp̄i defendētes ꝛ.lx. doctores p̄ncipales ecclīe.s. Augu. Ambro. Hiero. Eusebiū et Basiliū: ꝛ ceteros defendētes fidē xp̄i cū gladijs sacre scripture vtriusqз testamenti. Itē p hoc q illa archa pgrediebat per desertū ascendēdo in terrā pmissionis in qua dicebat deus sedere sup duo cherubin a cuius facie tota terra mota est pp̄ter signa et pdigia: p̄uidit salomon q̄liter xp̄s deus in illa hūanitate tanq̄ in archa psonalr latēs ꝛ sedēs sup duo testamēta debebat exire in desertū galilee ꝛ plustrare totam terrā cū signis et miraculis: put ptз p totum discursuз euāgelicū. Hoc ergo puidēs salomō in spū fecit hoc cāticū: in quo itroducit filias hierlз primo ad loquēdū admirātes sup p̄sentia xp̄i ꝛ pp̄ter mirabilia opa eius: in quo duo facit. Nā primo facit qđ dictū est. Scđo ponit sodaliū sponsi rn̄sio. Scđa ibi. En lectulū salomōis. C ¶ Quātum ergo ad primū: qз spōsa in cātu superiori rogauerat sponsum vt lustraret totā terrā israel vocando eā ad fidē. Iđ xp̄s spōsus q̄ ante nō fuerat cognitus nisi aplīs ꝛ discipulis descēdens de mōte incepit pambulare terrā galilee ꝛ ostendit se in publicū faciendo signa ꝛ miracula vt ptз Mat. viij. et per totū discursuз euāgelicū ꝛ sic oēs ppl̄i sequebant ꝛ mirabant sup doctrina et miraculis eius. Admirātes ergo filie hierlm videntes illam archā hūanitatis xp̄i dicunt. Que est ista archa q̄ ascendit et pgreditur per desertū galilee odorifera sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe ꝛ thuris et vniuersi pulueris pigmētarij. In hebreo habet: sicut vapores fumi. Et tūc lr̄a est magis plana: q̄si dicāt Que est ista hūanitas siue deꝰ in humanitate qui ascēdit in carne hūana per desertū odoriferꝰ sicut vapor fumi myrrhe ꝛ thuris ꝛ vniuersi pulueris apothecarij: q̄si dicāt. Ita pcedit

odoriferus euaporãs ex se odores v̄tutū ꝛ doctri
ne ꝛ sanctitatis et miraculoꝝ: sicut archa federis
cuius odorē sequebant̃ filij isrl̃. q. d. ꝙ ita sequū
tur istū xp̄m oēs ppl̃i ꝑ desertū galilee: sicut oēs
filij israel sequebant̃ illā archā ꝛ tabernaculum
odoriferū per desertū arabie. Totū ēt hoc pōt re
ferri ad totā societatē xp̄i et apl̃oꝝ ꝛ totius multi
tudinis q̄ sequebat̃ xp̄m. Vn̄ ppl̃i galilee vidētes
xp̄m cū tota illa societate admirãtes dicūt. Que
est ista societas q̄ sequit̃ istū iesum xp̄m: sicut po
pulus isrl̃ sequebat̃ archā dn̄i. Nā sicut ille ppl̃s
currebat post odorē ꝛ in odorē vnguētoꝝ illi⁹ ar
che ita tota ista societas sequit̃ xp̄m in odorē ei⁹
v̄tutū ꝛ eius sctitatis ꝛ signoꝝ: qꝛ sequebat̃ eum
multitudo magna ꝑpter signa q̄ faciebat. Joan.
vi. Ad hoc rn̄det chorus sodaliū xp̄i. s. chorus apo
stoloꝝ et etiā angeloꝝ dicēs. En. i. ecce lectulū sa
lomonis. q. d. Aspice ꝙ ista hūanitas quã videtis
est lectul⁹ magni salomonis. s. regis pacifici qui
est xp̄s. Nā sicut deus ibat et latebat in illa archa
ve. te. figuratiue: ita deus latet nūc in hac hūani
tate ꝑsonalr̄ tanꝙ in archa ꝛ tabernaculo. Et iō
sicut tūc ambibāt archā dn̄i sexcenta tria milia
quingēti quinquaginta cū armis corporalib⁹ ad
defensionē tabernaculi. Jta nūc lx. reges cū suis
regnis ambiūt xp̄m ꝛ defendūt fidē euāgelicam
oēs tenentes gladios ꝛ doctissimi ad bella: ꝛ isti
sunt ex fortibus isrl̃. i. totius ecclie toto orbe diffu
se: qꝛ lx. reges cū suis regnis venerunt ad fidē xp̄i
post cōuersionē magni ꝯstãtini. qui oēs defende
bāt ecclīam ꝛ fidē euāgelicā cū armis ꝛ gladijs ꝛ
ensibus tpalibus. Jtē. lx. p̄lati principales ecclie
toto orbe diffuse tenentes gladios ecclīastice po
testatis ambiūt xp̄m defendēdo fidē eius. Jtē. lx.
principales doctores ecclie ex fortibus ecclie am
biūt xp̄m oēs tenentes gladios euāgelice doctri
ne ꝛ doctissima tela spūalia ambiūt xp̄m. Et en
sis doctrine vtriusq; testi scindens ex vtraq; parte
est sup femur vniuscuiusq; ad defensionē xp̄i pro
pter timores. i. contra timores ꝛ; incursus noctur
nos. i. contra nocturnos ꝛ cecos incursus iudeoꝝ
et hereticoꝝ ꝛ oīm fedeliū. vn̄ oēs incursus iudeo
rum et infideliū ꝛ hereticoꝝ dicūtur nocturni: eo
ꝙ ꝑcedūt ex cecitate ꝛ ignorãtia affectata ꝛ ꝑpe
trata ꝛ ex malicia que obcecauit eos ne intelligãt
sacra dei: que latēt in sacra scriptura. q. d. ꝙ illa
hūanitas xp̄i est archa ꝛ tabernaculū dei figura
ta per archā ve. te. Et tota ecclīa dei toto orbe dif
fusa fuit figurata per illos sexcenta tria milia q̄n
gentos q̄nquaginta: qui sequebant̃ archā. Nam
sexcēta tria milia sunt. lx. decies. x. milia. Et sic ille
nūerus figurabat nūerum. lx. regū xp̄ianoꝝ qui
venerūt ad fidē xp̄i tpe constãtini: ꝛ figurabat nu
merū. lx. prelatoꝝ aut doctorū ecclie. Et pōt etiaꝫ
dici ꝙ ponit̃ nūerus determinatus ꝑ indetermi
nato sicut q̄nq; fit in scriptura. Et etiā per illos.
lx. fortes pn̄t intelligi. lx. gn̄ationes que precesse
rūt ab adā vsq; ad xp̄m. in quib⁹ xp̄s fuit figurat⁹
vt ptꝫ in libro gn̄ationis xp̄i. Nā ab adā vsq; ad
abraā inclusiue fuerūt. xx. gn̄ationes: ꝛ ab abraaꝫ
vsq; ad virginē mariā precesserūt. lx. gn̄ationes vt
ptꝫ in mat. Et sic cōputant̃. lx. gn̄ationes ab adā
vsq; ad v̄ginē mariã i q̄bus xp̄s fuit figurat⁹. Nā
vnusq̄sq; illoꝝ qui ponunt̃ in illo ordine gn̄atio
nis figurabat xp̄m ꝛm aliquã virtutē. Et sic oēs
illi. lx. ambiūt lectū salomonis. s. hūanitatē xp̄i te
nentes singulos gladios aut enses virtutū ad de
fendendū xp̄m ꝯ timores nocturnos iudeoꝝ ꝛ he
reticoꝝ ꝛ oīm infideliū: qꝛ per figuras ꝛ mysteria
aut vaticinia oīm illoꝝ ꝑbantur mysteria xp̄i ꝛ ec
clesie: ꝛ marie mysteriū incarnatiōis ꝛ nr̄e redem
ptionis. Deinde cū dicit. Ferculū fecit sibi rex sa
lomon de lignis libani ꝛc. explicat mysteriū incar
natiōis ꝛ informatiōis corporis xp̄i ex puris san
guinibus v̄ginis marie. B ¶ Ad cuius intelle
ctum est aduertēduꝫ ꝙ in hoc ꝯueniunt oēs iudei
nobiscū: ꝙ in toto isto libro per salomonē intelli
gūt deū. Dicūt eni oēs magr̄i iudeoꝝ ꝙ iste salo
mon qui noiatur in hoc libro est ipse deus rex pa
cificus. Et iō est vidēdū q̄s est iste lectulus ꝛ fer
culū qđ fecit sibi deus de lignis libani. Ad hoc di
cunt miseri ꝛ ceci ꝛ nocturni iudei moderni: ꝙ ille
lectulus et ferculuꝫ qđ fecit sibi deus est sola illa
archa et illud tabernaculū qđ deus precepit sibi
fieri per moysen in qua archa deus ferebat̃ ꝑ de
sertum. Et sic exponunt totū istud canticū: sꝫ ma
nifeste apparet eoꝝ cecitas et deceptio. Nā illud
tabernaculū aut archa nō fuit fcā ex lignis liba
ni: sed ex lignis sethym materialib⁹ ꝛ spinosis vt
dictū est. Nec fuit cōstrata et ornata media chari
tate per filias hierl̃m. Qꝛ tūc hierl̃m erat habita
ta per gētiles idolatras ꝛ sceleratos. Nec est dicē
dum ꝙ mr̄ sua coronauerit deū in illa fabricatio
ne tabernaculi materialis. Et iō est dicendū ꝑut
dictū est ꝙ salomon materialis ꝯditor hui⁹ libri
per illā fabricā illius tabernaculi et arche mate
rialis preuidit in spū totū mysteriū incarnatiōis
et desp̄ōsationis ecclie cū xp̄o dn̄o. Nā ꝑ illaꝫ ar
chā factā ex lignis sethynis et ex lignis cedrinis
similibus illis q̄ crescunt in libano preuidit ꝛ itel
lexit salomon hūanitatē xp̄i constitutā ex carne se
thyna et aia cedrina ois veneni peccati fugatiua
et per vnctionē arche et tabernaculi intellexit to
tum mysteriū passionis s. q̄liter xp̄s erat vngend⁹
vnguento myrrhe passionis: et per ornatuꝫ corti
narū intellexit ornatū virtutum et donorū christi.
Et per ppl̃m sexcenta sꝫ milia virorum armatoꝝ
ambientium archam intellexit ecclesiam toto or
be diffusam per. lx. regna et per illam coronā que
circundabat archam intellexit humanitateꝫ ꝛ car
nem qua virgo maria coronauit ꝛ vestiuit v̄bum
diuinū filium suum in die desponsationis et icar
nationis: et hoc est qđ cantat salomon propheti
ce in hac parte: vnde ait. O filie hierusalem ꝛ ani
me fideles vos admiramini dicentes. Que est ista
que ascendit per desertum ꝛc. Ego dico vobis ꝙ
iste est lectus: idest humanitas in qua residet per
sonaliter rex salomon deus tanꝙ in archa et ta
bernaculo quem regem Salomonem: scilicet xp̄ꝫ
deum et hominem ambiunt et colunt cultu latrie
lx. fortes: idest. lx. reges fideles cum suis regnis ꝛ
sexaginta prelati et sexaginta doctores omes te
nentes gladios doctrine euãgelice et enses sacre
scripture vtriusq; testamenti ad defendendum

tabernaculū ecclesie christi cōtra timores ⁊ incursus nocturnos iudeorū et hereticorū et oīm fidelium: vñ iste rex salomō deus fecit ⁊ fabricauit sibi istā humanitatē tanq̄ ferculū ⁊ currum siue archā in qua fertur verbū diuinū. B ¶ Illa em̄ humanitas dicitur quasi ferculū siue feretrū in qua fertur ⁊ portatur deus: et hanc hūanitatē fecit deus ex lignis libani albissimis et mundissimis: scʒ ex carne serbyna quā ex puris sanguinibꝰ v̄ginis opere spūssancti formauit in vtero: ⁊ ex anima cedrina quā in illa carne creauit et infudit: ex quibꝰ resultat humanitas quā personaliter et suppositaliter assumpsit simul tempore; in qua humanitate fecit colūnas argenteas septē donorū spūssancti nō ad mensurā: et fecit sibi reclinatoriū aureuʒ humilitatis: quia humiliauit seipsum formā serui accipiēs. Itē fecit in ea ascensum et thalamū purpureū varietate gratiarū et virtutū: et etiam fecit ascensum purpureum diuersoꝝ graduū perfectionum sanctitatis: quā domum sue humanitatis cōstrauit et ornauit media charitate ⁊ dilectiōe: qꝛ nō solum parietes: sed etiaʒ pauimentū huius humanitatis cōstrauit ⁊ ornauit media charitate: et omnia ista fecit propter filias hierusalē qui sunt oēs fideles deum per fidem videntes. Nam propter fideles iste rex pacificus christus accepit istā humanitatē: vt in ea pateretur ad saluādos ⁊ liberandos fideles: et ꝓpter nos fecit illas septē colūnas argenteas: vt nobis dona spūssancti cōmunicaret. Et propter nos fecit sibi reclinatoriū aureū humilitatis vt sua passio esset nobis meritoria: et fecit ascensum purpureū ⁊ media charitate ꝯstrauit vt oēs ad ipsum aspiceremus ⁊ cum per charitatē et ceteras virtutes imitaremur ⁊ sequeremur et sic pʒ ꝙ oīa que accepit et fabricauit christus in illo ferculo ⁊ archa humanitatis accepit ꝓpter filias hierusalē: scʒ ꝓpter aīas fideles et redēptionē ⁊ vtilitatē nostrā. Qꝛ xp̄s nō solū fuit nostra redēptio: sed etiā speculū ⁊ exēplū vite nr̄e. Et ideo subdit exhortādo plebē israeliticā ⁊ om̄es fideles vt recipiant istū regē xp̄m in messiā ⁊ redēptorem cum viderint ipsum venientē in carnē: vnde ait. O filie syon. i. o plebs israelitica et plebs hierosolimitana: et oēs anime cōtemplatiue egredimini a iugo legis ⁊ vmbra cerimoniarū: et o vos gētiles egredimini a falsa superstitiōe ⁊ spurcitia idoloꝝ et nolite iudei ampliꝰ respicere cerimonialia: nec archam materialē ve. te. nec vos gētiles velitis respicere et adorare falsos deos: sed videte regē Salomonē xp̄m i diademate hūanitatis carnis: quo diademate carnis coronauit et induit eum virgo maria mater sua in die despōsationis illius scʒ in die incarnatiōis xp̄i qñ hūanitas illa fuit v̄go despōsata et personaliter assumpta et vnita in vnitate suppositali ⁊ personali: que quidē incarnatio et desponsatio facta fuit in die letitie cordis eius scʒ marie v̄ginis: qꝛ inter septē gaudia v̄ginis marie illud fuit primū. B ¶ Propter aūt ista verba que dicta sunt est maxima altercatio inter magistros hebreoꝝ: vñ legit̄ in medras syrassirim. i. in glosa canticoꝝ: ꝙ dicit Ra. Iohan. Quesiuimꝰ totam scripturā et nō inuenimꝰ ꝙ hersabe fecerit coronā filio suo salomoni. ideo mirandū est q̇d vult dicere. In diademate quo coronauit eū mater sua. Ad qḋ r̄ndet ꝙ Ra. Symeō q̄siuit hoc dubiū a Rabi eleasar dicēs. Audisti vnq̄ a p̄re tuo rabi vucef. qui erat sapiēs hō: que fuit illa corona quā hersabe iposuit salomoni filio suo. Cui eleazar r̄ndit dicēs ꝙ ille rex Salomō est deus q̇ in pricipio dilexit multū plebē israeliticā ⁊ vocauit eam filiam ꝑut legit̄ psal. xliiij. Audi filia ⁊c. Itē dilexit eam magis et vocauit eam sororē Canticoꝝ. iiij. Aperi mihi soror mea ⁊c. Itē dilexit eam multo magis ⁊ vocauit eā matrem Esaie. l. Attēdite ad me pp̄ls meus ⁊ tribus mea ⁊ mater mea: ⁊ sic iste salomon est deus: ⁊ ista mater dei est plebs israelitica: que eū coronauit ꝑut dicit salomō in hoc cātico. Quo audito rabi symeō osculatꝰ est rabi eleazar dicēs tm̄ hoc mihi placet ꝙ nolo amplius hodie a te audire. Ex quibꝰ pʒ ꝙ isti rabini tacite cōcedūt deū accepisse carnē ex plebe israelitica: qꝛ licʒ deꝰ vocet illā plebē suā per creationē ⁊ adoptionē ⁊ sororem per despōsationē tamē nullo mō pōt eaʒ matrem appellare nisi per assumptionē: et sic hec caro est illa corona qua eum virgo maria mater dei coronauit ⁊ vestiuit et circūdedit in die icarnationis et letitie cordis sui. A ¶ Sed est iterū aduertēdum ꝑut dictū est in scd̄o cātico ꝙ sicut illa archa que reposita fuit in tabernaculo moysi figurabat xp̄m deū ⁊ hoiem incarnatū: ita illud tabernaculum in quo reposita est archa figurabat primo virginē mariā in qua et in cuius vtero fuit xp̄s repositus: et ex qua carnē assumpsit: et ꝯsequētia aūt figurabat totā ecclesiā in qua xp̄s habitat per fideʒ et sic virgo maria dr̄ tabernaculū maternū ipsius xp̄i ⁊ tota eccl'ia dicit̄ tabernaculū mysticū in qua deus habitat per fidē: ⁊ ideo tota eccl'ia dr̄ spōsa xp̄i in cuius thalamo inhabitat: et etiaʒ quelibet aīa fidelis dr̄ tabernaculū ⁊ tēplū xp̄i in qua habitat ꝑ gratiā: et ideo tota fabrica supradicti lectuli et ferculi Salomonis pōt exponi et v̄ificari primo de v̄gine maria. Scd̄o de tota ecclesia. Tertio de aīa cuiuslibet fidelis. Nam rex salomō ⁊ pacificus xp̄s fecit ipsi lectulū ⁊ ferculū ⁊ tabernaculū maternū ex lignis candidissimis ⁊ purissimis libani: scʒ ex carne setbina icorruptibili: quā ante aīationē sanctificat: et ex anima cedrina veneni serpētis fugatiua: quā in illa carne creando sanctificauit: ⁊ oībus gratiīs ⁊ virtutibus ornauit: ⁊ totā illam ꝑsonā in eodē instāti creatiōis vnguēto myrrhe sue passionis perunxit: qꝛ illa gr̄a qua aīa v̄ginis fuit in pricipio sui esse s̄ctificata ⁊ infusa ipsi data ex meritis passiōis xp̄i. C ¶ Et iō peccatuʒ nature nō potuit in personā virginis marie trāsire qꝛ ꝑ gratiā illa fuit p̄ueñta: et ꝑ ꝯñs nunq̄ culpe origiali fuit ꝑsonalr̄ obnoxia: et sic fuit maria differētia inter mariā ⁊ xp̄m: nā xp̄us fuit solus inter mortuos liber: nō solū in ꝑsona: s; etiā in natura: qꝛ nō ex ope adam ꝯceptus est sed ope spūssancti. Sʒ qꝛ v̄go maria fuit cōcepta ex ope adā naturali ḡnatiōe: ideo fuit obnoxia ⁊ obligata simul cum ceteris in natura: sʒ qꝛ fuit p̄uenta ꝑ gr̄aʒ s̄ctificātem in sua creatiōe ⁊ animatiōe: ideo nunq̄ fuit obnoxia nec obligata i ꝑsona: qꝛ q̄diu fuit idiuiduū

et persona humana semper fuit in gratia: et semp fuit spirituale tabernaculum dei et sponsa christi q: ante fuit spõsa q̃ mater:et ante cõcepit xp̃z mẽte q̃ carne:vt inquit Augu. Itẽ virgo maria fuit illud ferculũ et lectus quẽ salomon ornauit et in quo fecit colũnas argenteas septem donorũ spiritus sancti. Et reclinatoriũ aureum humilitatis: in q̃ xp̃s reclinauit:quã hũilitatẽ deus respexit: et per quã hũilitatẽ in ea voluit reclinari:et i ea fecit xp̃s ascensum purpureũ oim virtutũ. Et totã illã aiaz virginis cõfirmauit media charitate et dilectione et oia illa ornamẽta dedit xp̃us virgini matri sue pp̄ter filias hierusalẽ.i. pp̄ter oẽs aĩas fideles et deuotas vt aspiciãt in virginẽ mariã tanq̃ in speculũ:et imitẽtur et ꝯsequãtur eam per om̃es virtutes et in sanctitate vite ꝛc. Et ideo salomõ in isto cantico non solũ exhortaẗ filias hierusalẽ:vt egrediantur ad videndũ christũ incarnatũ et sequãtur et recipiãt eum: sed etiã vt videãt virginẽ matrem que coronauit et vestiuit eum carne. et in qua reclinauit christus pp̄ter suã humilitatẽ et charitatem Ideo monet vt eam imitẽtur ꝛc. Item per hoc ferculũ et lectulũ quẽ salomõ fecit ex lignis libanis intelligitur etiã ecclesia xp̃i toto orbe diffusa: quã xp̃s ex duobus lignis libani:scz ex duobus pp̄lis adunauit et myrrha et vnguẽto odorifero sue passionis perunxit. In qua fecit septẽ colũnas argenteas in die pente. quibus tota ecclesia sustentatur et in ea reclinaẗ per humilitatẽ:et eam media charitate ꝯstrauit. Et ascensum purpureũ septẽ ecclesiasticoꝝ sacramentoꝝ ordinauit:que quidẽ septẽ ecclesiastica sacramenta dicuntur purpurea: eo q̃ sanguine christi sunt purpurata cuius passiõe habent totam virtutẽ et merita. Tota ergo ecclesia christi dicitur lectulus et ferculũ et tabernaculum qd̃ sibi xp̃us fabricauit et ornauit et decorauit: et hec dicta sunt de quarto cantico.

Incipit quintum canticum.



Quã pulchra es amica mea. Quã pulchra es. Oculi tui columbarũ: Absq3 eo qd̃ intrinsecus latet. capilli tui sicut greges capratum.
Que ascendunt de monte galaath.
Dentes tui sicut greges tonsarum.
Que ascenderunt de lauachro.
Omnes gemellis fetibus.
Et sterilis non est inter eas.
Sicut vitta coccina labia tua
Et eloquium tuum dulce.
Sicut fragmen malipunici
Ita et gene tue.
Absq3 eo quod intrinsecus latet
Sicut turris dauid collum tuum.
Que edificata est cum ppugnaculis.
Mille clypei pendent ex ea.
Omnis armatura fortium.
Duo vbera tua sicut duo hynnuli gemelli capree.
Qui pascuntur in lilijs.
Donec aspiret dies et iclineẗ vmbre.



Quam pulchra es ꝛc.

Hoc est quintũ canticum in quo Salomon cãtat patrimonium et dotem ipsius ecclesie sponse xp̃i:quo xp̃s dotauit ecclesiã spõsam suam. Vñ postq̃ in superiori quarto cãtico cantauit salomõ pulchritudinẽ xp̃i sponsi ecclesie. Ideo in hoc quinto cantico cantat pulchritudinẽ ecclesie spõse eius: prout p̄uidit in spũ per pp̄hetiã balaam. Nu. xxiiij. Ex qua quidẽ prophetia assumpsit Salomõ propositionẽ et parabolam ad faciendũ istud quintum canticũ. B

Ad cuius intellectũ est notandũ q̃ duo fuerunt qui preuiderunt ornatum et prosperitatẽ ecclesie christi per ornatum et prosperitatẽ illius populi peregrinãtis per desertũ cum archa. Quorum primus fuit balaam: secundus moyses. Ideo ambo benedixerunt illum populũ in figura et persona ecclesie xp̃i:vnde legiẗ Nume. xxiij. et xxiiij. q̃ vidẽs Balac rex moabitarũ mltitudinẽ populi israel venientem ad terrã suam:fecit venire Balaam ariolum et magũ ad maledicendũ illum populũ. Sed cum balaam imolasset septẽ vitulos et septẽ arietes in monte fagor:facta fuit ipsi reuelatio a domino de toto discursu et prosperitate illius populi vsq3 ad christũ ex illo populo nasciturũ. Unde per prosperitatẽ et ordinẽ illius exercitus cum archa peregrinãtis per desertum preuidit futuram prosperitatem et ornatum et pulchritudinem spiritualem ecclesie christi et eius victorias et triumphos et vniuersale regnũ christi. Ideo in persona et figura christi benedixit illum populũ et exercitum dicẽs. Quã pulchra tabernacula iacob: et tentoria tua israel:vt valles nemorose: vt horti iuxta fluuios irrigui:vt tabernacula q̃ fixit dñs. Quasi cedri prope aquas fluet aqua de sylua eius. Semen eius erit in aquas multas. Item infra subdit Orieẗ stella ex iacob. Et cõsurget virga de israel et percutiet filios moab:vastabitq3 oẽs filios seth Et erit idumea possessio eius. Hereditas seyr cedet inimicis suis. Israel vero fortiter aget. De iacob erit q̃ dominet et pdat reliquias ciuitatis ꝛc. In quibus verbis balaam predixit totum discursum et ꝓsperitatẽ illius pp̄li et futurũ regnum xp̃i ex illo populo nasciturũ:put sibi a deo fuerat reuelatum in illo sacrificio. Unde per hoc quod dicit. Quam pulchra tabernacula ꝛc. preuidit qualiter ille populus debebat capere totam terram moab et trãsire iordanẽ et capere totã terrã promissionis ꝛc. Item per hoc qd̃ ait. Uidebo illum sed non modo. Intuebor illũ sed nõ pp̄e. Orieẗ stella ex iacob

&c. predixit ꝓphetice ortū xp̄i et illo ppl'o ſm carnē. et predixit eius regnū vniuerſale et triūphos et victorias eius futuras de ppl'o iudaico et gētili. et oīa iſta prenotauit balaā in illa bn̄dictiōe. A

¶ Sed tūc inſurgit grāde dubiū: nam quō potuit balaā tā grāde myſteriū videre ex diuia reuelatione. cū ipſe eſſet ariol' et magus et necromāticus et ſacrificaret demonib'. ¶ Ad hoc rn̄det ꝙ lz balaam eſſet magus: tn̄ in illo ſacrificio nō ſacrificauit demonib' ſz deo iſrl'. Vn̄ mos et cōſuetudo erat apud magos et ſacerdotes gētiliū qn̄ erant in terra aliena ſacrificare diis indigenis et illius p̄rie vt pz ꝑ totū virgiliū. Et ſic legit' ꝙ multi gētiles inuocabāt deū iſrl' in aliq̄ neceſſitate. Vn̄ legit' ione. j. ꝙ qn̄ naute laborarēt in ꝑiculo tēpeſtatis acceſſit gubernator ad ionā dicēs. Surge & inuoca deū tuū ſi forte recogitet de' de nobis ne pereamus &c. Itē nabuchodonoſor expertus mirabilia q̄ fecerat deus iſrl' in eo inuocauit ipz: & cōfeſſus eſt ipſum eſſe ſup oēs deos. Itē cyr' multa donaria dedit ipſi zorobabel et Eſdre ꝓ fabrica tēpli vt ille ppl's oraret deū iſrl' ꝓ eo in tēplo &c. Ita ergo ꝑiter audiens balaā mirabilia q̄ fecerat de' iſrael in egypto et in mari rubro et in toto deſerto ꝓ illo ppl'o ſuo. Inde eſt ꝙ volens ꝑus ſcire voluntatē dei iſrael anꝙ malediceret. Iō ſacrificauit deo iſrl' illos ſeptē vitulos et arietes. Sed audita volūtate dn̄i et reuelata ſibi ꝓſperitate et diſcurſu illius ppl'i et qūo erat figura regni xp̄i ex illo ppl'o naſcituri: iō aſſumpta ꝑabola dixit: quā pulchra &c. Ex q̄b' pz ꝙ balaā nō ſacrificauit demonib' nec q̄ſiuit ab eis rn̄ſuz in illo ſacrificio: ſz deo iſrael. Et ſic a dn̄o dō iſrael hūit reuelationē de xp̄o futuro et de ꝓſperitate eccl'ie. et ſic ex ꝑte dei bn̄dixit xp̄m & eccl'iaz in illo ppl'o aſſūpta ꝑabola et iō dicit balaā ad balac. Non potero preterire ſmonē dn̄i dī mei: vt vl' boni vel mali q̄d ꝓferā ex corde meo. Sed q̄cq̄d dn̄s dixerit hoc ꝓferā &c. Et ponit' ibi nomē dn̄i tetragrāmaton: qd ſoli deo vero cōuenit ex quo pz ꝙ ver' de' eſt ille q̄ reuelauit ipſi balaā futurū regnū xp̄i & eccl'ie. Itē hoc idē pz Deut. xxiij. qn̄ ait moyſes ad ppl'm. Et qr cōduxerūt ꝯ te balam beor de meſopotamia ſirie: vt malediceret tibi: et noluit dn̄s deus tu' audire balaā: vertitꝗ maledictionē ei' in bn̄dictionē tuā: eo ꝙ diligeret te &c. Ex quib' pz ꝙ balaā cōſuluit dn̄z deū iſrael i illo ſacricificio an malediceret illi ppl'o. Sed qr deus reuelauit ei ꝓſperitatē et diſcurſuz illius ppl'i vſꝗ ad xp̄m: exinde reuelauit ipſi vniuerſale regnū xp̄i et ꝓſperitatē et pulchritudinē eccl'ie iō prophetice bn̄dixit illum exercitū dicēs. Quā pulchra tabernacula Jacob &c. Sed ſalomō multo ꝑfectius & clarius ꝑ eandē bn̄dictionē et verba ipſius balaā preuidit in ſpū totā ꝓſperitatē et pulchritudinē et ornatū eccl'ie xp̄i in bonis ſpūalibus et iō fecit iſtud q̄ntū cāticū aſſumēdo parabolā ꝑmo ex bn̄dictione balaā facta in monte phagor. Scdō ex bn̄dictiōe moyſi fctā in mōte abarim anteꝙ moreret': eo ꝙ vtraꝗ bn̄dictio fuit figura benedictionis et proſperitatis et dotationis eccleſie xp̄i. Et ideo Salomon primo cantat decorē et dotationem eccleſie ſpōſe xp̄i ſumendo parabolā et bn̄dictionem ipſius balaam. Scdō ex benedictione ipſius moyſi. ſcdō ibi. Vadā ad montē myrrhe et hoc facit ſub metaphora pulchre mulieris decenter ornate & dotate B ¶ Ad cuius intellectū eſt notandū ꝙ quatuor ſunt q̄ reddūt mulierem pulchrā et amabilē ſpōſo Primo pulchritudo corporis que cōſiſtit in optima diſpoſitione mēbrorū. Scdō ſuauitas eloquētie et facundie. Tertio decētia apparat' et ornatus que cōſiſtit i decētia veſtiū et moniliū. Quarto in ſuauitate et redolentia odoramentorū aromaticoꝝ: iſta ergo quatuor ſupradicta reddūt mulierem pulchrā et amabilē et ſpōſo deſiderabilē. Sed iterū eſt aduertendū ꝙ lz ſponſus mundan' poſſit dotare et ditare ſponſam ſuam in duabus vltimis ſcz in copia ornamentorū: & copia odoramētorū: eo ꝙ ſunt bōa fortune tn̄ nō poſſet eā dotare in duobus primis. ſ. in pulchritudine corporis & ſuauitate eloq̄ntie. eo ꝙ ſunt nature. Sz xp̄s ſponſus ſpūalis eccleſie in oibus quatuor ſupradictis donauit et dotauit et decorauit eccleſiam ſponſam ſuam: eo ꝙ ipſam regn̄auit et ex ſuo latere peperit et ſic nō ipſaz ornauit veſtibus ſpūalibus: ſed etiā ꝑ ſingula mēbra diſpoſuit et regn̄auit. Et ideo Salomō introducit xp̄m in hoc cantico alloquentē et decorantem et dotantē eccleſiaz ſponſam ſuā cōmendādo eā de quatuor bonis ſupradictis. Sed qr deū aliquē cōmēdare nil aliud eſt niſi ipm cōmendatū et bonuz facere qr dicere dei eſt facere. Ideo xp̄s cōmendando eccl'iam ſuā dotat et ditat et pulchrificat et ornat eā in bonis ſupradictis. Duo ergo facit xp̄us ꝑncipaliter in hoc cantico. Nā prio cōmendādo eccl'iam ſpōſaz ſuā dotat et btificat ipam i duob' ꝑmis. ſ. in pulchritudie corꝑis q̄ ꝯſiſtit in optia et decēti diſpoſitiōe mēbrorū et ſuauitate eloq̄ntie. Scdō dotat eā in duob' vltimis. ſ. in ornatu veſtiū et moniliū & in ſuauitate odoramētorū. ſcda ꝑs icipit ibi. C ¶ Vadā ad montē myrrhe. Quantū ergo ad ꝑmū eſt aduertendū ſm apl'm prio ad Cor. xij. ad ephe. iiij. ꝙ ſicut vnus hō naturalis cōſtat ex diuerſitate mēbrorū officialiū ſub vno capite a quo totū corpus recipit oēm ſenſum et motuz ꝑ ſpūs aiales: ita ꝑiter vniuerſa xp̄iana religio ſiue tota eccleſia cōſtat ex diuerſitate ſtatuū et cōditionum oim fideliū ſub vno capite xp̄o ex quo recepit oēs ꝟtutē & vitā & oꝑationē ſpūalē. Vn̄ ſicut caput naturale influit in totū corp' & vniuerſa mēbra ſenſuz et motū ad oēs oꝑationes naturales et dirigit et regit totū corp' ſimul. Et ꝑticulariter oīa mēbra ita ꝑiter xp̄s influit ſuā virtutē in totū corpus eccleſiaſticū et ſingulariter in oīa mēbra ad operandū ſpūaliter et meritorie et h' intn̄ ꝙ ſicut mēbra hois naturalis nihil poſſunt facere nec operari ſine capite et virtute eius ita ꝑiter eccleſia et quodlibet eius mēbrum nullā oꝑationē ſpūalem pōt exercere ſine xp̄o a quo hz oēs ſpūalē virtutē intm̄ ꝙ nemo pōt dicere ieſu niſi in ſpūſctō. ſ. niſi inſpiratus ꝑ xp̄m. Itē dicit rurſuz apl's ibidem ꝙ ſicut mēbra hois naturalis ſunt adinuicē cōnexa et cōneceſſitata: ita ꝙ vnūquodꝗ membrū officiale indiget opera et officio alterius ad perfectionem

sui officij et opationis.nā manus indiget officio pedū:et pedes officio manuū:ꝛ pedes et manus officio ventris:et sic de singulis:sed totū corpus indiget officio oculorū et auriū et toti⁹ capitis. Et tñ vnūquodqꝫ istorū mēbroꝝ hꝫ suū officiū ꝑprium:que quidē mēbra viuificanꝭ in vno corpore sub vno capite:ex quib⁹ oībus resultat vn⁹ hō naturalis:ita pariter xp̄s caput ecclesie taliter disposuit eccl'iaꝫ suā in diuersitate mēbroꝝ:qꝛ alios doctores:alios ꝓphetas:alios euāgelistas:alios doctores:alios virgines:alios cōtinentes:alios cōiugatos:alios prelatos et ep̄os:alios presbyteros:alios diacones ꝛc.Et sic vn⁹ xp̄s verus operatur oīa oībus istis.Et per oēs istos tanq̄ ꝑ sua mēbra mystica.Et sic apostoli dicunꝭ xp̄i inquantum xp̄s ꝑ ipsos peragrauit totū orbē ad predicandum euangeliū.Et dicitur oēs etiā lingua xp̄i inquantū per ipsos predicauit:vt patebit. Vñ xp̄s erat ille qui loquebaꝭ in ore aplorꝫ et qui dabat eis os ad loquendū et oculos ad videndū ꝛ intellectum ad intelligēdas sacras scripturas.put dicit eis Mat.x.Dū steteritis ante reges et p̄sides nolite cogitare quō aut quid loquamini. Dabiꝭ eñ vobis in illa hora q̄d loquamini.Non eñ vos estis q̄ loquimini sed sp̄us patris vestri q̄ loquiꝭ in vobis ꝛc.Ex quibus oībus cōcludit aplus ꝙ sicut oīa mēbra corporis naturalis nō sunt vnū mēbrū:sed multa se inuicē adiuuātia nec eundē actū habentia sed plures coexigentes corpus sed oīa sunt vnū:ita nos sumus adinuicē mēbra.et ita tota eccl'ia cōstans ex diuersitate mēbrorū et diuersorum statuū ꝛ officiorū est vnus xp̄s mysticus:eo ꝙ viuificaꝭ et regitur ab vno capite xp̄o.et qꝛ vn⁹ xp̄s verus est qui opatur oīa in oīb⁹ mēbris eius. vnde sicut sol per suū influxum.et virtutē operaꝭ in oībus istis inferioribus:ita xp̄s in oībus membris ecclesie.Et sic ista ecclesia sortiꝭ diuersa noīa sub xp̄o.Vñ inquantū recipit oēm virtutē a xp̄o:ꝛ christus operaꝭ et exercet virtutes suas in ea et ꝑ eam dꝛ corpus christi:et q̄libet status et quilibet fidelis dꝛ mēbrū xp̄i.et oēs simul dn̄r mēbra xp̄i Sed inquantū tota ecclesia exiuit de latere xp̄i sicut eua ex Adam:et sumus os ex ossibus christi:ꝛ caro ex carne eius vt inq̄t apostolus ad Ephe.v. et maxime qꝛ christus quotidie regenerat filios ꝛ multiplicat ꝓlē sp̄ualem ex eccl'ia per baptismū et ecclesia nutrit eos ꝑ eccl'iastica sacr̄a idō dꝛ vxor xp̄i.vnde dicit apl's ibideꝫ ꝙ christ⁹ valde diligit eccl'iam suā tanq̄ vxorē:qꝛ est os ex ossibus eius ꝛ caro ex carne ei⁹.sicut eua ex adā.Naꝫ illud q̄d dꝛ Gen.ij.Hoc nunc os ex ossib⁹ meis et caro ex carne mea:ꝓpter hoc dimittet hō patrē et matrem ꝛ adherebit vxori et erunt duo in carne vna ꝛc.licet fuerit carnaliter cōpletū in eua:tñ fuit magnum sacr̄m.postea fuit sp̄ualiter cōpletū in xp̄o ꝛ ecclesia.Qꝛ ex latere christi exiuit sanguis et aqua: vnde habēt efficaciā et virtutē oīa sacr̄a ecclesiastica:per que regeneranꝭ fideles et nutriunꝭ cōtinue et multiplicata est tota ecclesia.Et sic tota ecclesia dꝛ os ex ossibus christi quantū ad firmos ꝛ perfectos fideles et dꝛ caro ex carne christi:quātū ad infirmos et imbecilles.Sed latius dꝛ os ex ossibus quantū ad fidē articulorꝫ et caro ex carne quo ad grām sacr̄orū.Nā tā fides articulorum ꝙ grā sacr̄orū exiuit ex latere xp̄i qñ exiuit sanguis et aqua:vt ait Joh.in sua canonica p̄i ca.v.dicēs Tres sunt q̄ testimoniū dant in terra sp̄us aqua et sanguis:ista eñ tria prebuerūt nobis testimoniū fidei:ꝙ xp̄s erat verus hō:et fuit vere passus et mortuus ꝑ eccl'ia sua sponsa.

C ¶Itē ibideꝫ in cruce xp̄s dimisit patrē quantū ad apparentiā qꝛ quasi derelict⁹ a p̄re voluit pati:et mori:et dimisit matrē cōmendatā discipulo.Et idō nō appellauit matrē sed mulierē:notificādo ꝙ nō erat ibi. nec patiebaꝭ in cruce tanq̄ filius naturalis marie et tanq̄ homo particularis:sed tanq̄ sponsus ecclesie ꝛ redemptor vniuersalis.Et sic dicit apl's et Aug.ꝙ xp̄s ibi reliquit patrē et matrē:et adhesit ecclesie vxori sue quā ex suo latere edidit.et facti sunt duo in carne vna quadā mystica et sacr̄ali et indissolubili vnione.Ex qua ex ore christus cōtinue regn̄at et multiplicat et nutrit et sanat prolem suā ꝑ eccl'iastica sacr̄a.Et isto mō ecclesia dꝛ vxor xp̄i valde dilecta scd̄m apl'm et Augusti.Tertio autē modo tota religio xp̄iana siue ecclesia dꝛ sponsa xp̄i dilecta.et hoc dupliciter.Primo inquātum christ⁹ eā sibi in baptismo despōsauit:ꝛ ipsa sibi integrā et inconcussam fidē ꝓmisit.Scd̄o inquantum christus eā ditauit et varietate ornamētorum sp̄ualiū decorauit.vñ de primo dicit apl's ij.Cor.xi.Despondi eñ vos vni viro virgineꝫ castā exhibere xp̄o.De scd̄o aūt dꝛ psal.xliiij.Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate..Itē psal.lxvij.Rex virtutū dilecti et speciei domus ei⁹ diuidere spolia ꝛc.Itē Esa. lxi.Gaudēs gaudebo in dn̄o:ꝛ exultabit aīa mea in deo meo:qꝛ induit me vestimentis salutis et indumento iusticie circūdedit me:quasi spōsam decorauit me corona:et q̄si spōsaꝫ ornatā monilib⁹.

B ¶Ex oībus supradictis pꝫ qualr̄ ecclesia inter cetera sortiꝭ ista tria noīa qꝛ dꝛ corpus christi inquantū est cōstituta pulchra et bene disposita varietate mēbroꝝ officialiū:scd̄o put ꝓcessit ex latere xp̄i et christus cōtinue ex ea regenerat ꝓlem dꝛ vxor xp̄i:sed dꝛ spōsa inquantū christus ipsaꝫ summe diligit et tā magnis ornamentis decorauit et ditauit.Oīa ergo supradicta preuidēs Salomō in sp̄u marie cōtēplando psalmū.xliiij.et.lxvij.et ceteros psalmos dauid ꝑris sui:confecit hoc cāticum quintū et cetera sequentia in quibus dotat et cōmendat eccl'iam sponsam suā in pulchritudine et optima dispositiōe membrorū:ꝛ in pulchritudie et varietate ornat⁹.ꝛ pfectiōe odoramētoꝝ

C ¶Iterū est aduertendū ꝙ xp̄us sicut successiue ornauit et decorauit eccl'iam sponsam suaꝫ scd̄m diuersos stat⁹ et gradus:ita pariter successiue cōmendat eā in residuo huius libri ſm diuersos status et gradus.Idō in hoc quinto cātico cōmēdat eā pro statu aplorū et discipulorū añ passionem suā.In octauo aūt cantico cōmendat eaꝫ ꝑ statu apostolorū et oīum fideliū immediate post resurrectionē.In nono aūt commendat eam pro statu pugne martyrū et religiosorū et doctorū.In vltio aūt cōmēdat eā ꝑ statu ꝓsperitatis ꝛ pacis post

cōuersionē ꝯstātiā. Itē rursus est aduertēdum: ꝙ
xp̄s bis ornauit eccliam suaꝫ. Pr̄io in ꝑncipio sue
ostēsionis: qn̄ elegit sigillati oēs aplos ⁊ discipu
los ⁊ misit eos ad ꝑdicādū. Scd̄o immediate an̄
passionē qn̄ istituit sacr̄m eucharistie ⁊ dedit apo
stolis potestatē conficiēdi illud sacr̄m. Et iō duo
facit Salomō in hoc cātico. Nā pr̄io introducit
xp̄ꝫ decorantē ecclesiam suā in principio sue ostē-
sionis. Scd̄o introducit eundē xp̄m ornātē eādem
eccliam suā immediate ante passionē suā ibi. Va
dā ad mōtē. ¶ Quātū ad primū est aduertēduꝫ ꝙ
xp̄s nō solum ordinauit ecclesiā suā: sed etiā ꝑmo
formauit eam et parturiuit et ꝓduxit eā de latere
suo: et regenerauit per baptismum: ⁊ deposuit et
distinxit eam in varietate mēbroꝝ. qn̄ in principio
elegit aplos et discipulos et baptizauit eos. Et
tūc ornauit eam et decorauit qn̄ tradidit potesta
tem discipulis. Et misit eos ad baptizādū vt pꝫ
Mat.x. ⁊ Lu.ix. ⁊ x. Tūc enī xp̄s dedit ecclie sue in
aplis ⁊ discipulis oculos: ⁊ capillos: ⁊ dētes ⁊ la
bia: ⁊ collū: ⁊ vbera ⁊ cetera mēbra. Hoc ergo ꝑul
dens Salomon memorat in hac parte octo mem
bra spōse xp̄i. B ¶ Et introduxit xp̄m cōmēdā
tem ecclesiā spōsaꝫ suā in optima dispositiōe isto
rū octo mēbrorū q̄ sunt ista. s. oculi: capilli: dētes:
labia: eloquiū: gene: collū: vbera: ꝑ que q̄dē mēbra
intelligit octo status: siue officia ecclie. Unde per
oculos intelligit aplos ꝑlatos ecclie: q̄b⁹ xp̄s re-
uelauit secreta sua per quos q̄dem aplos ecclesia
videt mysteria sacre scripture tanq̄ per oculos: ꝑ
capillos intelligit populos. Naꝫ sicut capilli de
scendunt ⁊ ꝓcedunt ⁊ dependent a capite ⁊ mul-
tiplicantur in magnū numerū: ita populi fideles
descendūt ⁊ dependēt a xp̄o capite ecclie et multi
plicant̄ in magnū nūmerum ꝑ regenerationē ba
ptismalem. Itē per dentes intelligit eosdem apo
stolos et prelatos ⁊ doctores ⁊ predicatores eccle
sie: per quos ecclesia masticat ⁊ ruminat ⁊ dirigit
intelligētiam sacre scripture tanq̄ cibos spiritua
les ipius aie. Item ꝑ labia intelligit primo eosdē
apostolos ⁊ doctores q̄ predicarūt ⁊ predicāt po
pulis doctrinā euāgelicā. Et ex ꝯsequēti intelli-
git populos fideles q̄ cōfitentur fidem articuloꝝ
et veritatē euāgelicā. Et ꝑ eloquiū dulce itelligit̄
ipa veritas euāgelica quā apostoli predicauerūt
et ꝓut ipa ecclesia catholica cōfitet̄. Itē etiā per
eloquium dulce intelligūtur officia ecclesiastica
et orōnes fideliū que fiūt in ecclesia. Item per ge
nas intelligūtur viri religiosi ⁊ virgines ⁊ cōtinē-
tes in quib⁹ cōsistit honestas ecclesie. Itē ꝑ colluꝫ
intelligunt̄ prelati ecclie q̄ positi sunt in turri ec-
clesie tāq̄ supra turrim dauid ad speculādū: ne ve
niāt inimici ecclie ad inuadēdū eaꝫ de quibus dr̄
Eze.iij. ⁊ xxxiij. Fili hoīs, speculatorē dedi te do-
mui israel. Itē ꝑ duo vbera ecclesie similia duob⁹
gemellis capree intelligunt̄ duo testamēta: quoꝝ
lacte et doctrina nutriūtur fideles. Et ēt per vnū
vber intelligitur fides articuloꝝ siue doctrina sa
cre scripture. Et per aliud intelligitur gratia sa-
cramētorum: quib⁹ duob⁹ vberib⁹ tota xp̄iana re
ligio fruit̄ ⁊ crescit ⁊ nutritur in hac ꝑegrinatiōe.
Sub tali ergo dispositione membrorum decora-
uit ⁊ formauit xp̄s eccliaꝫ spōsaꝫ suā. Ipe enī xp̄s
dedit oculos colūbinos spōse sue qn̄ dixit aplis.
Estote prudētes sicut ꝯpētes ⁊ simplices sicut co
lūbe mat.x. Itē ipe dedit ipsi copiā capillorū qn̄
dixit ibidē. Messis q̄dē multa operarij aūt pauci
et Io.iiij. qn̄ dixit. Uidete regiones: q: albe sunt
ad messem. Itē tūc dedit xp̄s dētes ecclie ad rumi
nādū ⁊ suggerēdū qn̄ dixit. Ueniet spūs v̄itatis ⁊
docebit vos oēm v̄itatē ⁊ suggeret vobis oia q̄ di
xit vobis Io.xiiij. Itē qn̄ aperuit eis sensuꝫ vt in-
telligerēt scripturas Luc.xxiiij. Itē tunc dedit eis
labia coccinea ad loquēdū eloquium dulce qn̄ di
xit eis. Dū steteritis an̄ reges ⁊ ꝑsides nolite cogi
tare quō aut q̄d loquamini: dabit̄ enī vobis in il-
la hora quid loquamini Matt.x. Iteꝫ tunc dedit
xp̄s ecclie genas rubeas ad prebēdum bona exem
pla honestatis populo: qn̄ dixit aplis vos estis
sal terre: ꝙ si sal euanuerit: in quo salietur. et vos
estis lux mundi prebēdo sup. exēplū vite ⁊ doctri-
ne. Item tūc xp̄s dedit ecclie collū ⁊ turrim forti-
tudinis ad tolerādos ⁊ repellēdos incursus inimi
corū qn̄ dixit. Ecce ego mitto vos sicut agnos in
medio luporum. Nolite timere eos qui occidunt
corpus ⁊c. Itē tunc xp̄s dedit ecclie duo vbera ad
lactādos fideles qn̄ dixit petro. Pasce oues meas
⁊c. Io.xxi. ⁊ sic pꝫ qualr̄ xp̄s disposuit ⁊ decorauit
sponsam eccliam varietate membroꝝ ꝯm exigen-
tiā suam: ⁊ qualr̄ reddidit ipsam pulchraꝫ ⁊ suffi-
ciētem nec deficientē in necessarijs. Et de hac pul
chritudine ⁊ sufficiētia ⁊ optima dispositione cō
mēdat eā xp̄s in hoc quinto cātico dicēs. O q̄ pul
chra es amica mea spōsa in dispōne mēbroꝝ sup
ple. Et q̄ pulchra es in apparatu et ornatu vesti-
mētoꝝ ⁊ odoramētoꝝ supple. Et notāt̄ dicit bis
q̄ pulchra. s. vnū referat̄ ad dispōnē mēbroꝝ ⁊ al-
terū ad ornatū vestimētoꝝ ⁊ odoramētoruꝫ vt pa
tebit ⁊ ideo quo ad primū subdit. oculi tui colum
barum id est perspicaces ⁊ penetrantes mysteria
sacre scripture sicut oculi columbaꝝ. q.d. ꝙ apl'i ⁊
prelati ⁊ doctores per quos vides tanq̄ per ocu-
los sunt ꝑspicaces ⁊ penetratiui sicut oculi colū-
baꝝ: q: quecunq̄ audiui a patre meo nota feci eis
et ista scia quā dedi eis nō est inflata nec superba
et leonina: sꝫ humilis ⁊ colūbina ⁊ nō dedi aplis
et doctorib⁹ meis oculos leonū supboꝝ sꝫ oculos
simpliciū colūbaꝝ. Sed q: ista simplicitas ⁊ hūi
litas latebat in mente ⁊ cōsciētia aplorū: q: scien
tia eoꝝ erat non inflata: sed cū interiori hūilitate
et bona intētione ⁊ charitate: iō subdit. Absq̄ eo
qd̄ intrinsecus latet. q.d. Oculi tui intellectuales
sunt subtiles ⁊ perspicaces sicut columbe: nō cū eis
more superbie: sed cum humilitate ⁊ charitate in
cōscientiis latēte: ⁊ ideo nolui eligere ad aposto-
latū ph̄os ⁊ imperatores sꝫ simplices ⁊ piscato-
res: vt nō ꝑ philosophos lucrarer piscatores: sed
per piscatores, lucrarer ph̄os ⁊ imꝑatores. Et in-
firma ⁊ abiecta ⁊ humilia. huius mundi elegi: vt
fortia ⁊ superba queq̄ infunderē ⁊ vincereꝫ. Dein
de cum dicit. B ¶ Capilli tui ⁊c. cōparat capil
los. i. ꝑplos ecclesie spōse xp̄i gregibus capraruꝫ
q̄ generant̄ et multiplicant̄ in mōte galaath. Ad
cui⁹ intellectū est notādū sicut dictū est in expōne:

cātici Moysi legit͛ Nu. xxxij. ꝙ in mōte galaath ⁊ in tota terra basan q̄ adiacet iuxta mōtē galaath gñant͛ ⁊ multiplicant͛ magis greges capraꝝ q̄ alibi: sicut accidit ꝙ vna regio aut terra ē magis apta ad gñationē quorūdā aīaliū q̄ altera. Ita ⁊ illa regio ē apta ⁊ vberrima pascuis ꝓ aīalib᷑ alēdis ⁊ generādis. iō petierūt eā filij rubē in sortē tanq̄ maiores vt ptꝫ Nu. xxxij. iō spōsus cōparat capillos. i. pplos ecclie spōse sue gregibus caprarū que ascēderūt de mōte galaath. Vñ est aduertēdū ꝙ in hebreo ponit͛ vnū verbuꝫ qđ significat calefieri in gñatione: vbi đr. Capilli tui sicut greges capraꝝ q̄ calefiūt de mōte galaath. q. d. ꝙ populi tui sunt multiplicati in magnū numerū ꝑ totū orbē terrarū per regenerationē baptismalem sicut greges caprarū per calorē coitus carnalis multiplicant͛ in mōte galaath: ⁊ idē sens᷑ est. Nā ppls christian᷑ ascēdit ⁊ multiplicat᷑ in magnuꝫ numerū ꝑ baptismū: sicut capree ascēderūt ⁊ creuerūt in magnū numeꝝ in monte galaath ꝑ peregrinationē carnalē. Deinde cū dicit. Dētes tui sicut greges tōsarū: cōparat dētes huis spōse qui sunt apostoli ⁊ p̄dicatores ⁊ euāgeliste ⁊ doctores gregibus ouiū eiusdē regionis. C ¶ Vñ est aduertēdum ꝙ qꝛ illa regio est calida greges ouiuꝫ balneant͛ ⁊ lauant͛ i aq̄s illius planiciei basan ⁊ dū oues sunt lote ascendunt ad mōteꝫ galaath et ceteros mōtes circūadiacētes ⁊ sic fiūt albissime et pingues: ⁊ sic tā oues q̄ capre sunt valde generatiue: ⁊ sic multiplicāt ꝓlē ⁊ generationeꝫ in magnū numeꝝ: intantum ꝙ nulla est sine ꝓle: immo đr ꝙ pariunt geminos fetus vltra cōsuetudinem ouiū ⁊ capraꝝ aliaꝝ regionū. Et iō in duobus cōparat dētes ecclie gregibus capraꝝ ⁊ ouiū illius regionis. Primo in albedine et mundicia. Secundo in fecunditate ⁊ vbertate ꝓlis: dicit ergo. Dentes tui qui sunt apl'i ⁊ euāgeliste ⁊ doctores ⁊ predicatores sunt albissimi ⁊ mundi sicut greges tōsarum. i. ouium q̄ ascēderunt de lauacro ⁊ balneo in estate in illa regiōe: ⁊ sunt fecūde in generatiōe intantū ꝙ oēs sunt fecūde duob᷑ gemellis: qꝛ q̄libet eaꝝ parit duos gemellos: et nulla est sterilis sine ꝓle inter illas. q. d. ꝙ ita fuerūt apl'i ⁊ euāgeliste ⁊ doctores ⁊ p̄dicatores in p̄mitiua ecclia. s. mundi ⁊ purificati ꝑ xp̄m ex lauacro baptismali: et ita fecūdi per dona gr̄aꝝ ꝙ null᷑ fuit sterilis et sine fructu inter eos: qꝛ vnusquisq; eoꝝ nō solū cōuertit vnā ꝓuinciā per suā predicationē: sꝫ etiam duas vl' tres. B ¶ Ad cuius intellectū est aduertēdū ꝙ sicut in hoie naturali sunt dētes āteriores q̄ dñr incisorij ad scindēdū: ⁊ sunt alij collaterales q̄ dñr molares ad molēdū ⁊ terendū ⁊ rūinandū cibū materialē. Ita pariter ecclesia spōsa xp̄i habuit dētes anteriores in p̄ncipio. s. apl'os ⁊ euāgelistas qui inciderūt nobis sacrā scripturā in q̄tuor euangelia ⁊ ep'las canonicas ⁊ actus apl'oꝝ et apocalipsim. Sed postea dati sunt ecclesie dētes posteriores ⁊ molares. s. doctores ⁊ p̄dicatores q̄ cōtriuerūt ⁊ digesserūt ⁊ glosarūt ⁊ declararūt ⁊ rumiarūt nobis totā doctrinā euāgelicaꝫ et apostolicā quam p̄us inciderāt. Et sic null᷑ illorū fuit sterilis ⁊ sine fructu: immo q̄libet illoꝝ talētū sibi a xp̄o traditū geminauit: ⁊ oēs reuersi sunt ad xp̄m portātes manipulos suos: sicut xp̄s dixit eis Ego misi vos vt eatis ⁊ fructū afferatis ⁊c. Jo. xv. Sꝫ qꝛ ipsi apostoli ⁊ euāgeliste ⁊ doctores ⁊ p̄dicatores et p̄lati nō solū sunt dētes ecclie ad scidēdas ⁊ ruminādas sacras scripturas: sed etiā sunt labia ad loquēdū ⁊ predicādū doctrinā euāgelicā ⁊ apostolicā populis fidelib᷑. iō subdit. C Sicut vitta coccinea labia tua vñ labia apl'oꝝ ⁊ euāgelistaꝝ ⁊ oīm doctorū dñr coccinea: qꝛ nūq̄ fuerūt sine rubedine ⁊ ardore ⁊ igne charitatis: qꝛ finis toti᷑ legis est charitas. Et sic oēs loq̄bant͛ cū rubedine charitatis. Iō dñr habere labia coccinea vñ sicut rubedo cocci siue alcermes decorat labia pulchre mlieris. Ita rubedo charitatis decorat totā sacrā scripturaꝫ: nec pōt esse aliq̄s bon᷑ nec es᷑ opus meritorium nisi fundetur et procedat a charitate: ⁊ tendat in charitatem ⁊ ideo eloquium talium labiorū dicit͛ dulce ⁊ generat dulcedinem in animo audientium cum fide ⁊ charitate attendētium. Et qꝛ tota sacra scriptura procedit a talib᷑ labijs ⁊ inter talia labia versatur ⁊ ruminatur: iō dicit David psal. cxviij. q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua sup̱ mel ori meo. Item psal. xviij. Desiderabilia sup̱ aurum ⁊ dulciora sup̱ mel ⁊ fauū. Et hoc intendit innuere spōsus cū ait. Sicut vitta coccinea labia tua ⁊ eloquiū tuū dulce. Deinde cū dicit. Sicut fragmē mali punici ita ⁊ gene tue. Cōmēdat sponsaꝫ suā ecclīam quo ad statū religionis ⁊ honestatis siue de religione et honestate qua đꝫ nitere ⁊ pollere p̄cipaliter oīs prelatus et religiosus ⁊ ex ꝯsequēti oīs fidelis que quideꝫ religio ⁊ honestas maxime ostendit͛ in genis ⁊ in erubescētia genaꝝ. B ¶ Ad cui᷑ intellectū est notandū ꝙ gene sunt ille partes vultus q̄ sunt immediate sub oculis tenentes nasum in medio. Et sic sunt partes anteriores et nude: quas partes natura pilis non cooperuit sicut ceteras p̄tes capitis. nam natura cooperuit verticē capitis capillis et texit tympora et maxillas pilis barbe in viris: et tamen dimisit solas genas nudas sine pilis. vt ꝑ barbam ostendatur fortitudo ⁊ grauitas ⁊ autoritas in viro: et per genas circūquaq; siue ad altera contextas ostendat͛ veritas et honestas in eo quo ad cōuersationem. Unde gene sunt nuncie ⁊ quasi speculum cordis et interioris intentionis quo ad gaudium et leticiam et tristiciam: et timorem ⁊ audaciam et veritatem. Nam quando quis gaudet in corde ridendo ostendit gaudium in genis. Et quando tristatur demissis genis incipit flere. et sic ostendit in genis dolorem cordis: ⁊ quando timet mortem illico gene hominis pallescūt eo ꝙ sanguis fugit ad tegendū et subueniendū cordi sed si timet infamiam tunc gene rubescunt quodam leui rubore eo ꝙ sanguis exit ad superficiem genarum volens quasi eas cooperire: ne ledantur aliqua infamia. Item quando quis nil timet et loquitur veritatem: tunc loquitur vultu sereno non mutato cuius oppositum facit quando loquitur mendacium. Et sic patet qualiter gene sunt speculum honestatis et veritatis totius hois. Et ideo natura reliquit eas nudas: sꝫ circūtexit eas pilis

capitis et barbe in viris:sed q꞉ femine nō babēt
barbā.iō nutriunt comā et crines capitis vt pñt
tegere tympora et maxillas ad circūtegēdas ge/
nas.Et postq̄ sunt nupte:ꝯsuetudo et natura do/
cet q̄ velent ⁊ tegāt caput et collū et maxillas ar
tificialiter cū pānis lineis aut sericis:vt sol⁹ vul/
tus.s.oculi et gene et os maneat nudus ad exercē
da officia eoꝝ puta oculi ad videndū:et os ad lo
quendū et gustandū:et nares ad odorādū:et gene
vt sint speculū supradictoꝝ.s.vitatis et honesta/
tis.Et iō dicit Salomō in ꝑsona xp̄i in hac pte q̄
sicut ista sponsa xp̄i hꝫ oculos q̄ sunt apl̄i et prela
ti et doctores.Ita similiter habet genas q̄ est pre
latoꝝ status et religiosoꝝ in q̄bus tanq̄ in spe/
culo ostēdit veritas ⁊ honestas xp̄iane religiōis:et
debent esse speculū religionis et honestatis et ve
ritatis in vita et doctrina vt exēplo ⁊ doctrina eo
rum cetere moueantur ad credendū et bene ope/
randum.De quibus dicit xp̄s.Mat.v.Vos estis
sal terre:et vos estis lux mundi ⁊c. A ¶Et ideo
cōparat statū prelatoꝝ religiosoꝝ et toti⁹ xp̄ia/
ne religionis ad fragmē mali punici siue granati
per mediū secti.primo q꞉ ꝯtinet multa grana sub
quodā ordine cōgregata et situata.Scd̄o q꞉ om/
nia illa grana sunt vndiq̄ vna pelle cōtecta pre/
ter illā partē mediā.Tertio q꞉ illa grana ostēdunt
faciē rubeā.Quarto q꞉ talia sunt intrinsecus si/
cut extrinsecus quo ad ruborē et saporeꝫ q꞉ talia
sunt illa q̄ latēt sicut illa q̄ apparēt in supficie fra
gminis.Talis ergo erat illa sponsa xp̄i.s. eccl̄ia
apl̄oꝝ in p̄ncipio et talis dꝫ esse ois prelat⁹ et q̄/
libet religio.Nā primo tota illa multitudo erat
sub vno pastore xp̄o ordinata:et postea sub petro
Scd̄o oim erat aīa vna et cor vnū in deo vt pꝫ in
actibus apl̄oꝝ.Itē tertio q꞉ oēs rubebāt et ferue
bant rubore et igne charitatis.Quarto q꞉ quales
erāt in vultu et ore exterius tales erāt interius in
corde et ecōuerso.et ideo ibāt gaudentes a ꝯspe/
ctu cōsiliy cōtumeliā pati nō timētes minas prin
cipum dicentes.Magis opꝫ obedire deo q̄ hoi/
bus Actuū.v.Et sic prelati et religiosi debēt esse
sicut fragmē maligranati.s.viuere sub vna cōita/
tate et ordinata religione et ostēdere honestatē in
facie et veritatē in ore ad exemplū alioꝝ ⁊ debēt
rubere nō solū rubore charitatis nō ficte sed etiā
rubore erubescentie et verecūdie in facie.s. debēt
cauere et erubescere peccare ne oculos diuie ma/
iestatis offendāt et ꝓximis et inferioribus exem/
plū peccandi et scandalū prebeāt:eo q̄ sunt posi
ti tanq̄ speculū et lumē sup candelabrū:quib⁹ di
xit xp̄s.Sic luceat lux vestra coram hoibus:vt vi/
deant opera vestra et glorificent p̄rem vestrum q̄
in celis est Mat.v.Et sic etiā nō solū prelatus et
religiosus sed etiā q̄libet xp̄ianus debet erubesce
re peccare.nō solū ne offendant deū:sed etiā ꝓxi/
mum ipsum scandalizādo.Qđ maxime est in pre
latis et religiosis et ecclesiasticis attendēdū.Iō
dicit Aug.in sermone de cōmuni vita clericoꝝ:q̄
bona opa sunt facienda ꝓpter nos et conscientiā
nostrā:sed bona fama obseruanda est ꝓpter vos
et exemplū vestrū.Et sic pꝫ qual̄r status prelato
rum et religiosorum sunt gene ecclesie sponse xp̄i:
et qualiter sunt fragmē malipunici.et ideo xp̄s vo/
lens cōmendare sponsam suā eccl̄iam quo ad re/
ligionē et honestatē que maxime viguit in apl̄is
et doctoribus ⁊ martyrib⁹ ⁊ sacerdotibus in p̄mi/
tiua eccl̄ia dicit.o sponsa sicut fragmē malipuni/
ci est bn̄ ordinatū et rubicūdū:ita et gene tue. scꝫ
apl̄i et euangeliste:prelati et religiosi et oēs xp̄ia
ni sunt rubicūdi rubore charitatis et erubescētie
et honestatis et veritatis.Sed q꞉ talis honestas
non est ficta nec palliata:sed vera ⁊ intrīseca:talis
in corde qualis i facie.Iō subdit.Absq̄ eo q̄ intri
secus latet.s.vltra rectā intentionē et effectū cha
ritatis latentē in corde.Deide cū dicit.Sicut tur
ris dd̄ collū tuū ⁊c.Cōparat statū p̄latoꝝ ⁊ apl̄o
xp̄i cū nos videamus multa eius mēbra immūda et sorde diuersoꝝ pctōꝝ deturpata et maculata. ergo nō est tota pulchra sine macula? Ad h̄ rn̄det beatus grego. ꝙ quelibet aīa post pniaꝫ remanet tota pulchra sine macula: ꝛ sic verificant̄ vba spō ſ̄ de qualibet aīa iusti post pniam. Sed lꝫ hoc cō tineat veritā nō euacuat difficultatē lr̄e: qꝛ sponsus xp̄s lr̄aliter loquitur de tota ecclīa spōsa sua quā sufficienter ornauit et decorauit omīi genere ornamentoꝝ spūaliū: et ideo dicūt alij ꝙ qn̄qꝫ aliquid verificat̄ de aliquo: rōne ptis magis principalis sicut mulier dr̄ pulchra rōne vultus: licet habeat aliq̄s ptes turpes latentes: ita ergo tota ecclesia dr̄ tota pulchra sine macula rōne ꝟginis marie. que est principale mēbrū ecclīe post xp̄m: q̄ est caput: qꝛ ergo ꝟgo maria est ꝛ fuit semꝑ tota pulchra nunq̄ alicui macule pctī obnoxia: nec deturpata: ideo verificat̄ de tota ecclīa: ꝙ sit tota pulchra sine macula. Sed lꝫ virgo maria fuerit semꝑ tota pulchra sine macula, put dictū est in scđo cātico: et dicet̄ in sequēti questio. Tn̄ ista rn̄sio non euacuat difficultateꝫ. Nam aplūs scđe ad corin. xi. de tota ecclesia dicit. Despondi enim vni viro virginem castam exhibere Christo. Itē ad ephe. quinto dicit quod Christus exhibuit et reddidit ecclesiam sponsam nō habentē rugam neqꝫ maculā. A ¶ Et iō ad tollendā hmōi difficultateꝫ est aduertendū ꝙ iste terminus totus tota totum cōnotat in rebus totalitatē forme qn̄qꝫ totalitatē materie. vnde totalitas forme domus est ipa pulchra ꝛ decēs figura eius: sed totalitas materie dicunt̄ lapides ꝛ cementū et ligna ꝛ tegule: et sic domus poterit esse tota pulchra rōne optime ꝛ decētis forme: lꝫ habeat aliquā partē malam ꝛ turpē: puto aliquē lapidē vel lignū. Ita ergo pliter in ecclesia est ꝯsiderāda totalitas forme q̄ consistit in fide articuloꝝ ꝛ gr̄a sacr̄oꝝ et obseruātia preceptoꝝ ꝛ varietate et sufficiētia graduū ꝛ officiorū. Scđo est ꝯsiderāda totalitas materie q̄ ꝯsistit in multitudine ꝛ diuersitate mēbroꝝ tam infirmorū ꝙ sanoꝝ. Primo ergo mō rōne forme ecclesia spōsa xp̄i est tota pulchra sine aliqua macula: qꝛ sufficienter xp̄s decorauit se virtutibus theologalibꝰ scꝫ fide: spe et charitate. ꝛ septē donis spūssancti et gr̄a septē sacr̄oꝝ et optima lege euangelica et sufficienti copia ministroꝝ ꝛ graduū et officioꝝ ꝛ sic nihil deficit ad pulchritudinē forme eius. Sꝫ ꝓpter hoc nō tollit̄ quin ecclīa habeat aliq̄ membra materialia turpia per pctm̄ ꝛ infirma: nec tollitur quin aliquis minister ecclīe aut p̄latus possit male ꝛ indecēter vti officio suo absqꝫ hoc ꝙ detur per pulchritudinē forme ipsius ecclīe: vnde ecclesia ꝓpter hoc hꝫ copiā pulchritudinis sacr̄oꝝ et officioꝝ. vt possit assidue mūdare ꝛ pulchrifacere mēbra materialia que quotidie deturpantur sorde peccati. et sic ecclīa semꝑ est tota pulchra sine macula rōne forme: qꝛ fides ecclīe nō patit̄ secum aliqđ falsuꝫ aut mēdaciū: nec charitas aliqđ pctm̄: nec spes aliqđ terrenū quin tēdat in altum et sic de singulis partibus formalibus ecclesie. Est autem iterum aduertendū ꝙ formarū quedā est tota in toto: et tota in qualibet parte: sicut aīa intellectiua: et q̄dā est tota in toto: sꝫ nō in aliqua parte sicut forma circuli. Et quedā est tota in toto et in aliqua pte: sed nō in q̄libet parte sicut forma sensus tactus est in toto aīali ꝛ ē̄t in aliqua pte sꝫ nō in ossibus. Ita ergo est dicendū de forma ecclesie ꝙ est tota in toto corpore ecclīastico: sed nō in q̄libet pte ꝛ mēbro materiali: sed potuit reperiri ī ꝟgine maria tota forma ecclīe: puta fides articuloꝝ et tota gr̄a sacr̄oꝝ ꝛ obseruātia preceptoꝝ: et tota varietas et copia graduū ꝛ dignitatū: qꝛ fuit virgo ꝛ sponsa ꝛ fecunda: ꝛ euangelista: ꝛ martyr: put fuit dictū sup magnificat: ꝛ sic fuit tota pulchra quo ad formā ecclīe. A ¶ Sꝫ diceret forsaꝫ aliquis. ꝙ ꝟgo maria nō fuit sacerdos ꝛ per ꝯn̄s nō potuit cōficere eucharistiā: nec ministrare alia sacra: et per ꝯn̄s nō habuit totā pulchritudinem ecclīe? Ad hoc rn̄detur ꝙ lꝫ virgo maria nō fuerit sacerdos ad ꝯficiendā eucharistiā: tn̄ habuit aliquid equiualens et ē̄t superexcedens: qđ nūq̄ habuit aliquis sacerdos huius ecclīe. Nā illud ideꝫ corpus xp̄i qđ cōficit sacerdos per ꝟba ꝯsecrationis ꝯfecit ꝟgo maria in suo vētre ꝟginali ex puris sanguinibus suis ope spūssancti. Iteꝫ sicut sacerdos per illa ꝟba facit descēdere xp̄ꝫ in illud sacramentū. vt inquit Amb. ita ꝟgo maria dicendo. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ꝑm ꝟbū tuū fecit filiuꝫ dei descendere de celo et sumere illam carnem ex ea: quam consecrat sacerdos vt inquit Aug. Item sicut christus sacerdos sanctificat fideles per sacerdotes tēporales ministrantes ecclesiastica sacramenta: ita per vocem et salutationem virginis matris sue sanctificauit Joannē baptistā et illustrauit elisabeth spiritu prophetico: prout dictuꝫ est in expositiōe super magnificat: ꝛ sic ptꝫ q̄liter tota ista ecclīa est tota pulchra ꝛ sine macula quo ad formā: lꝫ habeat aliq̄ immo multa mēbra materialia infirma et sorde pctī deturpata: ptꝫ ē̄tiā q̄liter ꝟgo maria est tota pulchra sine macula nō solū quo ad formā totā ecclīe: sed ē̄t est tota materialiter pulchra: qꝛ nunq̄ in eius corpore aut aīa locus potuit inueniri pctī: vt inquit Augu. in sermone scđo de natiuitate virginis: ꝛ nūq̄ fuit in tenebris: sed semꝑ in luce ꝛ nunqꝫ in nocte: sed semꝑ in die vt inquit Hiero. sup psal. lxxvij. C ¶ Secūdo aūt dictū est in hoc cātico qūo ecclīa fuit coronata. i. triūphauit de capite amana: et de vertice sanir et hermō et de cubilibus leonū: et de mōtibus pdorū. et dictū est qūo oīa dicta in hoc cantico: et quatuor preteritis principalr̄ verificantur de virgine maria: eo ꝙ tunc erat principalius mēbrū ecclīe post xp̄m: et ideo est videndū qūo virgo maria triūphauit de capite amana et de vertice sanir. Et ad cuius intellectum est aduertenduꝫ ꝙ amana. est mons in fine terre ꝓmissionis inter aq̄lonē et meridiē plenus serpētibus: et iō interpretatur iniquus aut coangustiās aut comprimens: aut anguēs: qđ est ꝓpriū serpentibꝰ. vn̄. serpēs dr̄ anguis ab anguēdo: quod tortuoso circulo angit hoīem: et iniqua astutia insidiat̄ et iniquo ꝛ mortifero morsu mordet hominem. A ¶ Et ideo in hoc loco p amana intelligit̄ diabolus serpēs antiquus. qui astu iniquo et mēdaci decepit primos

parentes: et momordit eos septuplici morsu: scʒ morsu peccati in aīa: et morsu venenose concupiscentie in carne: ꝛ morsu mortis et incinerationis in corpore: ꝛ specialiter momordit mulierē morsu erūnarū in cōspectu ꝛ partu: et morsu subiectiōis ꝛ seruitutis: qꝛ subiecit eā sub ptāte viri que ante erat cōcors et equalis: ꝛ hos septē morsus transmiserūt pmi parētes ex sentētia dn̄i in oēs posteros: vt ptʒ Gen. iij. Et sic ptʒ qualiter serpēs antiquus triūphauit de pmis parētib⁹ ꝛ de coꝝ posteris per hos septē morsus. Sed si cū charitate ꝛ attentiōe volum⁹ cōtēplari hoc mysterium in sacra scriptura: videbim⁹ qualr̄ serpēs antiquus nō potuit mordere ꝟginē mariā matrē xp̄i aliquo morsu illoꝝ serpentū: nec p ɔn̄s triūphauit de ipso: immo ꝟgo maria triūphauit de ipso diabolo antiquo serpēte qđ sic probatur ex sentētia et decreto dei in ipsa sacra scriptura: vnde legit̄ Gen. iij. ꝙ postq̄ ex suasu ꝓpētis eua comedit fructū et dedit ex eo Ade viro suo: ambo cognouerūt se eē nudos et cōfusos: per qđ denotat̄ ɔfusio ꝛ corruptio culpe tam in corpe q̄ in aīa: ꝛ tunc deus ꝓmulgauit sententiā cōtra oēs tres: scʒ cōtra serpentē ꝛ oēs cōplices eius diabolos ꝛ cōtra euā ꝛ ɔtra Adam que q̄dē sn̄ia fuit data ꝛ ꝓmulgata scđm ordinē ꝓut peccatū fuerat ꝑpetratū: vn̄ qꝛ serpēs primo ex inuidia decepit mulierē: ꝛ exinde mulier ꝑsuasit viro vt comederet: ideo p prius fuit lata sn̄ia ꝛ maledictio cōtra serpētē: ꝛ exinde ɔtra mulierē: ꝛ vltimo cōtra virū: ꝛ totā coꝝ posteritatē. Sed antē q̄ deus ꝓferret et ꝓmulgaret sentētiā ɔtra euā et adam cū coꝝ posteritate simul in sn̄ia data contra diabolū fuit ꝟgo maria exēpta ꝛ priuilegiata a cōmuni sententia humane nature. lata in primis parentib⁹: immo in eadē sn̄ia lata cōtra diabolū deus ꝓnūciauit qualiter ꝟgo ma. debebat triumphare de diabolo: et nō subijci nec cōprehēdi in sentētia lata ɔtra primos parētes ꝛ coꝝ posteritatē: vn̄ dixit deus serpēti. Maledictus eris inter oīa animātia inimicitias ponā inter te ꝛ mulierē et semen tuū: et semē illius: ipsa cōteret caput tuū et insidiaberis calcaneo eius. Deinde deus pronūciauit ꝛ ꝓmulgauit sententiā ɔtra mulierē dicēs. Multiplicabo erūnas tuas ꝛ ɔceptus tuos: in dolore paries filios et sub ptāte viri eris ꝛ ipse dn̄abit̄ tibi. Deinde vltimo ꝓmulgauit sn̄iam cōtra virū: q̄ fuit cōis contra oēs posteros vtriusq̄ sexus dicēs. Maledicta terra in ope tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis dieb⁹ vite tue. Spinas ꝛ tribulos germiabit tibi: ꝛ comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terrā de qua assumpt⁹ es qꝛ puluis es: ꝛ in puluerē reuerteris. A ¶ Ex hac triplici sn̄ia ptʒ ꝙ septē mala ɔtraxerūt primi parētes et pctō et sn̄ia dei. Primo fuit inflicta eis corruptio et morbus ɔcupiscētie in carne ꝛ sensualitate: ex cuius ɔsortio aīa cōtrahit culpā originalē per hoc qđ dixit deus serpēti. Tu insidiaberis calcaneo ei⁹. i. inficies eius carnē ꝛ sensualitatē: q̄ est calcaneū aīe: ꝛ etiā p hoc qđ dixit deus ipsi Ade. Maledicta terra. i. maledicta caro et sensualitas in ope tuo. i. ex peccato et inobediētia et esu cibi

Septē mala traxerūt p. pētes

prohibiti: qꝛ spinas peccati originalis ꝛ tribulos pcti actualis germinabit tibi ꝛc. Hoc aūt dixit: qꝛ caro infecta p solū cōsortiū in aīa tn̄c infligit pcm̄ originale in aīa. Et postea sensualitas corrupta causat et infligit pcm̄ actuale in aīa ꝛ voluntate p solū ɔsensum et opatiōem. Itē ex sn̄ia data mulieri ptʒ qualr̄ triplicē penā incurrit mulier ex pctō. Primo penā erūnarum et miserie quā quelibet mulierū patit̄ oīn mēse ex mēstruo. Scđo dolorē in pariēdo. Tertio subiectionē sub ptāte viri. per sn̄iam autē datā ɔtra Adā incurrit totū genus humanū nō solū laborē corpalē: sʒ et maledictionē et corruptionē carnis et sensualitatis: q̄ cōtinue germinat spinas et tribulos peccatorū in aīa. ꝛ vltimo incurrit resolutionē et putrefactionē et incinerationē in morte. B ¶ Ex supradictis sequit̄ primo ꝙ septē mala incurrit totū genus hūanū ex pctō primoꝝ parentū ex sn̄ia dei quorū quattuor sunt cōia oib⁹ hoībus vtriusq̄ sexus descēdentib⁹ a primis parētibus p naturalē generationē. s. corruptionē carnis siue morbū cōcupiscentie. Scđo pcm̄ originale in aīa. Tertio actuale in volūtate p ɔsensum. Quarto resolutionē in terrā et putrefactionē et incinerationē per mortē. Sole aūt mulieres incurrerūt penā erūnarū in mēstruo et in cōceptu: et dolorē in partu et subiectionē viri: ꝛ sic ptʒ qualr̄ diabolus serpens antiquus supradictis septē morsib⁹ momordit totū gen⁹ hūanū: ꝛ p ɔn̄s triūphauit de pmis parētibus et de tota coꝝ posteritate p hos septē morsus. C ¶ Scđa seq̄tur ex sn̄ia et decreto dei ꝙ virgo maria nō fuit cōprehēsa in supradicta dei sententia lata ɔtra primos parētes ꝛ eorū posteritatem: imo ex dei decreto fuit preexempta ꝛ excepta a tali sentētia: et p ɔn̄s serpēs antiquus nō triūphauit de ea qđ ꝓbat̄. Nam anteq̄ ferret de⁹ sententiā cōtra primos parētes dixit diabolo inimicitias ponā inter te et mulierē: sed ipsa cōteret caput tuum: tunc manifestū est ꝙ ista que erat contritura caput serpētis nō fuit eua: qꝛ ipsa iam erat victa et cōtrita per serpentē: immo sibi data fuit sententia pro omnibus suis posteris. Ergo sequitur ꝙ illa mulier q̄ erat cōtritura caput serpentis erat sola virgo maria: ꝓut indifferēter tenent concorditer oēs catholici doctores: ergo seq̄tur ꝙ ille serpēs antiquus nunq̄ poterat mordere virginē mariā: postq̄ per eam caput eius erat conterendum. Ex quo patet ꝙ virgo maria nullo illorū septem morsuum fuit per serpentē morsa nec vulnerata: qꝛ aliter nō cōtriuisset caput serpentis: et sic etiā ptʒ ꝙ cū antiquus serpens triumphasset de oibus alijs: tamē nō valuit triūphare de virgine maria: postq̄ nullo morsu potuit ipsam mordere immo ipsa ꝟgo maria triūphauit de antiquo serpente: postq̄ cōtriuit caput eius. D ¶ Et sic ptʒ qualr̄ ex sententia ꝛ decreto dei fuit ꝓmulgatus triūphus ꝟginis marie ɔtra diabolū. ꝛ fuit ꝓnunciata exceptio eiusdē a cōi sententia alioꝝ anteq̄ cōis sentētia promulgaret̄: cuius effectus patuit postea per experientiā. Nā oēs doctores ɔcordāt ꝙ virgo maria fuit exēpta a triplici pena inflicta oibus mulieribus: qꝛ nō ex menstruo nec coitu: sʒ

ex purissimis sanguinib⁹ ope spūssancti xp̄m concepit: vt p3 Luce. j. et sine dolore peperit et non fuit viro subiecta: quia solum datus est ipsi in obsequiū et custodiam: et vt testis sue virginitatis. Item oēs concordant q̄ fomes carnis in ea a principio fuit extinctus vel ligatus: et oēs concordāt q̄ nō poterat peccare mortaliter nec venialiter: eo q̄ a principio fuit in gr̄a cōfirmata: etiam tota ecclesia cōmuniter tenet cum Aug. q̄ corpus eius non fuit in sepulchro incineratum: s3 q̄ aīa in tertia die recuperauit corpus gloriosum. Ex q̄bus p3 q̄ in bis sex virgo maria non fuit cōprehēsa nec subiecta cōi sententie date et late primis parentibus. S3 tota ecclesia non h3 aliunde vn̄ hoc possit excusare: nisi q2 virgo maria an̄ fuit exēpta q̄ promulgaretur cōis sententia eo q̄ erat contritura caput serpentis: ne morderet eā: ergo p eandē rōnem et locū autoritatis cogimur dicere q̄ virgo maria fuit exēpta a morsu peccati et culpe originalis: q2 aliter non contriuisset caput serpētis et p consequens sicut conceditur q̄ virgo maria triūphauit de serpente: quo ad sex morsus: ita triumphauit de illo quo ad septimum morsum qd̄ est peccatum originale q̄ est prim⁹ morsus quo serpēs mordet et sauciat hoīem in aīa. Et sic p3 q̄liter virgo maria perfecte cōtriuit caput serpētis et triūphat de ipso: et hoc est qd̄ intendebat dicere Salomō in persona christi dirigēs verba cantici ad virginē mariā dicens. Tota pulchra es amica mea: et macula non est in te: quasi dicat. nulla macula peccati nec aliqua illarū septē penarū est in te q̄ fuerunt inflicte in adam ex peccato eius et sentētia dei: ideo veni de libano puritatis et coronaberis. i. triūphabis de capite amana. i. de capite antiqui serpētis: qd̄ cōtriuisti qd̄ quidē caput cōtritū et calcatū sub pede: et calcaneo tuo nō potuit te mordere aliquo illorum septē morsuum. Quō aūt virgo maria fuit obligata in adam quo ad naturā: sed illa obligatio nō potuit trāsire ad personā propter preuiam sanctificationē factam in primo instanti sui esse: eo q̄ anima illa simul fuit creata et sanctificata et infusa: et sic simul fuit sanctificata caro cū anima et etiam caro potuit santificari ante animationē per virtutē sancti spūs. Et sic persona v̄ginis nō fuit obnoxia alicui pctō: sed semper fuit templum et tabernaculū spūssancti a principio sue creationis: et quō omnes autoritates sacri canonis et sacrorū doctorum inducte contra hoc ppositum nō procedūt nisi de peccato nature: iam ostēsum et declaratū fuit largo modo in expositiōe psal. xlv. et super magnificat et partim superi⁹ in cantico. ij. et ideo hic nō oportet immorari: sed sufficit ostendere quō virgo maria triūphauit de capite amana. i. de pctō originali et actuali et veniali: et quō triūphauit de corruptiōe et fomite carnis: et de triplici maledictiōe et miseria inflicta ceteris mulieribus. L. ¶ Ultimo triūphauit de morte q2 non potuit eā incinerare: immo resurrexit in corp⁹ gloriosum. Et sic p3 qualr̄ triūphauit de capite amana. i. de capite serpētis antiqui qd̄ ptriuit: et sic nō solū fuit benedicta inter oēs mulieres: s3 etiā inter oēs hoīes vtriusq3 sexus: q2 in oī maledictione fuit imunis: imo maledictio eue et oīm hoīm fuit cōuersa in bn̄dictionē marie: vt inquit Aug. Scd̄o est vidēdū quō virgo maria triūphauit de vertice sanir. Ad cuius intellectū est notandū: q̄ vltra amana quattuor mōtes pugnarūt ptra virginē mariā de quibus ipsa finaliter triūphauit. s. sanir et hermō et mōtes et cubilia leonū: et mōtes pardorum per quos quattuor mōtes intelliguntur quattuor ptātes et pditiōes hoīm qui conati sunt ipugnare virginē mariā et eius virginitatē et dignitatem Primus mons d̄r sanir qd̄ interpretat̄ deus lucerne siue sciētie et sic vertex sanir idem est qd̄ altitudo siue tumor aut elatio et fastus sciētie p̄hie mundane: per qd̄ intelligit̄ fastus et elatio p̄hor̄ hu⁹ mūdi. Hermon aūt interpretat̄ anathema. i. maledictio et separatio per quē montē intelligit̄ iste mūdus et sollicitudo eiusque separat hoīes a deo vel intelligūtur oēs iudei et oēs ifideles qui sunt a deo separati et maledicti. Per montes v̄o et cubilia leonū intelligunt̄ reges et principes huius mundi marie populi gētilis et infidelis: et etiā per cubilia leonū intelligūtur tēpla idolor̄: vt patebit. Per montes vero pardorū in scriptura cōiter intelligunt̄ oēs heretici: eo q̄ multis et falsis et fictis colorib⁹ concinnarūt et palliarunt sectas suas et inter se varias habuerūt opiniones. Oēs ergo isti pugnarunt cōtra virginē mariā: sed ipsa finaliter de eis triūphauit. Primo ergo oēs p̄hi volētes oīa cōprehēdere sub natura et de oībus volentes reddere rōnē conati sunt impugnare mysteriū incarnatiōis dicētes. Impossibile esse mulierē cōcipere sine viro et concipere et parere cū virginitate et esse matrem dei: et deum fieri hominē personaliter: sed finaliter virgo maria de p̄his triumphauit. Nam dionysius ariopagita qui apicē et verticē et principatū philosophie athenis obtinebat credidit mysteriū incarnatiōis et partū virginalem ipsius marie. Et factus est fidelis ad p̄dicationē Pauli cum multis alijs p̄his: vt p3 Act. xvij. Item Gregorius nazansenus: et Basili⁹: Eusebius: et Augustinus: et Clemens: et dionysius alexandrin⁹: et alij innumeri ex p̄his facti sunt catholici et doctores eccl̄ie: qui oēs innumeros libros et tractatus et sermōes luculētos ediderūt de virginitate et dignitate virginis marie. Ex quo pat3 q̄ virgo maria triūphauit de vertice sanir. i. de altitudie et fastu et elatiōe p̄horū. Itē scd̄o triūphauit de vertice hermon. i. de solicitudie hu⁹ mūdi. Nā in tertio anno renuit huic mundo: et fuit presentata in tēplo: et dedicata ad seruitiū dei vsq3 ad eius despōsationē: q̄n simul cū voto v̄ginitatis fuit desponsata ipsi Joseph viro sctō et iusto et virgini: et sic ambo cū virginitate et paupertate duxerūt vitam humilē et pauperē xp̄o ministrātes. Et sic p3 qualiter virgo maria triūphauit de fastu et pōpa huius mūdi. Et triūphauit etiā de hermon: idest de anathemate et de maledictiōe iudeor̄ qui sibi et sue dignitati cōtradixerunt. Nā. xlij. anno post passionē xp̄i partim fuerūt fame cōsumpti et partim trucidati: et partim in captiuitatem redacti: et per mundū dispersi: et ciuitas eorū simul cū regno fuit destructa et incensa. Et q2 reliquie illor̄ adhuc

hodie ↄtra vginē mariā blasphemare nō cessant ideo cōtinue patiunt̄ opprobria et frequētes cedes et clades et vastationes et expoliationes. et sic p₃ qualiter virgo maria triūphauit de hermō .i. de anatematizatis et maledictis iudeis: ⁊ cōtinue triūphat de ipsis. Itē vgo Maria triūphauit de montibus et cubilibus leonū .i. de regibus et imperatoribus q̄ per trecentos annos et vltra ꝑsecuti sunt xp̄ianā religionē: que xp̄m adorat et virginem matrē suā veneratur. Nam ipsi qui añ propter idola persequebant̄ xp̄ianos et virginē Mariā: postea ad fidem cōuersi deleuerūt idola et tēpla idolorū cōsecrauerunt in ecclesias xp̄i et virginis marie: et sic illa tēpla q̄ erant cubilia leonū facte sunt ecclesie xp̄i et vginis marie et cubilia sctōrū. Et in cubilib⁹ vbi prius habitabāt dracones ortus fuit viror calami et iunci et fuit fctā semita sancta: nec fuit ibi amplius leo nec mala bestia: vt dr̄ Esa. xxxv. Et sic p₃ qualiter virgo maria triūphauit dō cubilib⁹ leonū .i. impatoribus et tyrannis infidelibus: q₂ finalr̄ oēs subiecit iugo christi: et venerant̄ ipsam cum deuotione: et cubilia leonū .i. templa iudeorū cōsecrauerūt in ecclesias xp̄i et virginis marie et aliorū sctōrū: vn̄ pn̄cipales ecclīe cōiter sunt dedicate ipsi virgini marie pro maiori parte vbiqꝫ terrarū. B ¶ Itē vltimo triūphauit de montibus pardorū .i. de oi turba et prauitate hereticorū. Nā in primitiua ecclesia surrexerūt cōtra virgē mariam ebeon: et herintus dicentes vginem Mariam nō esse matrē dei sed pueri hoīs: et Iesum xp̄m totalr̄ ab ipsa incepisse tamen hos cōuicit btūs Iohānēs euāge. ostēdens xp̄m esse ab eterno ꝫm diuinitatē: et ex maria ex tp̄e ꝫm veram hūanitatē dicens. In principio erat verbū ⁊c. Et verbū caro factū est. Ite₃ postea surrexerunt nestorie dicentes duas esse ꝑsonas in christo .i. diuinā et hūanam: et per ↄn̄s virginem mariam nō esse matrem dei: sed solius hoīs. Sed oēs isti fuerunt condēnati per ecclesiā in concilio Ephesino vbi fuit ostensum et determinatu₃ per sacras scripturas in christo esse duas naturas in vna persona tantum et supposito: et per ↄn̄s virginem mariam esse verā matrem dei et hominis. Item manichei pugnarunt cōtra virginem Mariam dicentes ipsam nō esse matrē dei eo ꝙ christus nō erat verus hō nisi in apparentia: sed erit solus deus quē cū tota sua secta cōuicit Augustinus per multos libros et tractat⁹ ostēdēs xp̄m accepisse verā carnem ex virgine maria. et per ↄn̄s ipsam esse verā matrē xp̄i dei et hoīs. Postea surrexit elymdius blasphemās ↄtra perpetuā virginitatem marie et dicēs ꝙ l₃ vgo maria cōcceperit et peperit xp̄₃ cū itegra vginitate: tn̄ postea generat alios filios ex ioseph quē helymdiū btūs Hierony. et Aug. cōuicerūt et per singulas inuectiuas cōtra eū. et sic pat₃ qualiter virgo Maria triūphauit finalr̄ de montibus pardorū .i. de oibus sectis hereticorū: id de ea ipsa cantat ecclīa Gaude maria virgo cunctas hereses interemisti in vniuerso mūdo. Ex supradictis p₃ q̄uo virgo maria triūphauit de supradictis quinqꝫ montib⁹ per quos intelliguntur quinqꝫ ꝑtātes: quas ipsa superauit et per ↄn̄s virgo Maria nūq̄ habitauit in monte amana .i. in monte serpentum: immo ipsa cōtriuit caput antiqui serpentis: et per ↄn̄s nō potuit ipsam aliquo morsu mordere: nec habitauit in vertice sanir: idest in fastu et tumore mundane phīe: immo per suā humilitatē et fidem meruit transcendere oēm mūdanā scientiā et phiam q̄n fuit obūbrata per sp̄m sctm̄ in sua ānūciatione et rapta vsqꝫ ad tertiū celu₃: vbi vidit archana et mysteria incarnationis et nr̄e redēptionis perfectius q̄ Paul⁹. ꝓut dictū est sup psal. lxvij. ⁊ super magnificat. Itē virgo maria nunq̄ habitauit in hermon .i. in anathemate et obstinatiōe iudeorū nec in pōpa huius mūdi: q₂ renuens hūc mundū fctā est specialis ministra xp̄i: ⁊ ip̄m secuta est semp cu₃ vginitate et sctitate et humilitate vsqꝫ ad passionē et resurrectionē et ascensionem ꝓut dictū est sup Magnificat. Itē nō habitauit in cubilib⁹ leonū: nec montib⁹ pardorū: q₂ oēs iperatores et tyrannos supauit et oēs hereses exterminauit et interemit vt dictū est. Sed semp habitauit in monte libano .i. in monte candido: et in mōte puritatis et sctitatis in quo null⁹ serpens nec bestia nocens: nec aīal venenosum pōt habitare ꝓut supradictū est in .ij. cātico. Vn̄ sicut mons libanus eminet sup oēs illos q̄nqꝫ mōtes supradictos in altitudīe: q₂ est altior et excelsior illis et superat eos in vbertate et fertilitate: q₂ cu₃ oēs illi sint steriles: iste vō fecūdus germinans arbores fructiferas et dignissimas puta cedros et hmōi. Item supat illos montes in puritate. nā cum illi montes sint pleni serpentib⁹ et dracontib⁹ et leonibus et pardis et ceteris aīalibus nociuis et venenosis: solus liban⁹ est liber et mūdus ab oī bestia venenosa: idō secure pascunt̄ i eo greges ouiū et armenta boū: ita ergo a simili vgo maria per libanū figurata supauit oēs supradictas q̄nqꝫ ptātes. Primo in altitudine dignitatis. Scdo in fecunditate virtutū. Tertio in puritate et mūdicia ab oi malo et vitio ⁊ pctō. Et sic vgo maria dr̄ habitasse in libano et supasse et triūphasse de illis q̄nqꝫ ptātibus ꝑ illos quinqꝫ montes intellectas ideo dicit xp̄s ad virginē matrem suam in die sue assumptionis. O q̄ pulchra es amica mea ⁊macula nō est in te. Ueni de libano in quo semp habitasti per excellentiam dignitatis: q₂ mater dei. et per fecunditatem sanctitatis et omnium virtutū et gratiaru₃. Et per puritatem et mundiciam .et immunitatē ab omni vitio et pctō et morsu et veneno antiq̄ serpentis. Et idō coronaberis et coronam accipies et triūphabis de capite amana .i. de antiquo serpēte q̄ te mordere nō valuit. Et triūphabis de vertice sanir .i. de oi philosophia et scia mundana: et hermon .i. de pōpa mundi et anathemate et obstinatione iudeorū: et cubilib⁹ leonū .i. impatorꝫ et tyrānorū et de montib⁹ pardorū .i. de temeraria ꝓsumptiōe hereticorū: quasi dicat. Ueni de libano gr̄e in montes aromatū superne glorie et coronaberis et corona₃ glorie obtinebis ꝓ supradictis triūphis. Et sic p₃ q̄uo oēs isti triūphi vginis marie possunt applicari ad duodeci₃ dignitates eiusdē: que fuerunt assignate in expo

sitione super magnificat. Et ideo prudens et de/uotus lector nõ dedignetur hic et ibi contemplari Et hoc de scdo quesito. B ¶ Tertio dubitat̃ pro/pter id qd̃ dicit sponsus in hoc quito cantico scʒ. Uulnerasti cor meũ soror mea spõsa in vno oculo rum tuorũ et in vno crine colli tui. Et idõ videndũ est quis est iste ocul' et crinis quo virgo maria vulne rauit xp̃m et quõ potuit ipm̃ vulnerare: vt descen deret de celo. Ad qd̃ est dicendũ q̃ oculus dr̃ qua/si lumẽ oculorũ. Et ideo pri' v̓ificat̃ de oculo mẽ/tali interiori. s. de recta et occulta intentiõe: q̃ de oculo corpali et exteriori: de quo quidẽ oculo inte riori ait saluator Matt. vi. Lucerna corporis tui est oculus tu': si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuũ lucidũ erit. si aũt ocul' tu' fuerit neq̃ totũ corpus tuũ tenebrosum erit. Ex dictis salua toris ptʒ q̃ simplex et recta intẽtio est vnus cõis ocul' totius hoĩs q̃ quidẽ recta itentio fundat̃ in hũilitate et simplicitate cordis. Et sic dicit Aug. q̃ simplicitas et humilitas est fundamentũ et origo oim̃ virtutũ: et quasi lucerna et ocul' dirigẽs oẽs virtutes q̃ quidẽ hũilitas nascit̃ et puenit ex co/gnitione suijpsius in hoĩe. Nam hõ cognoscens seipsum et naturã suã miserã et fragilẽ et vitiatã ex inobedientia et pctõ pmorũ parentũ: tũc hũili tas incipiet a cõtemptu suiusq̃ ad amorẽ dei. Et videns se ita fragilẽ et pnũ ad peccanduʒ despi/ciet primũ: immo miserebit̃ fragilitati ipsius p/ximi. Et in hoc cõsistit vera hũilitas. s. incipiẽdo a cõtẽptu sui vsq̃ ad amoreʒ dei et pximi. Que q̃/dem humilitas nascit̃ in hoĩe ex cognitione sui/ipsius sicut supbus p oppositũ nascit̃ ex inconsi deratione ipsius. Qr̃ si q̃s ɔsideraret et cognosce ret seipsum nõ esset supbus: sed hũilis. Et idõ di/cit Juuenalis et oẽs phi et poete q̃ h v̓bũ cogno sce teipsum: descẽdit de celo in lamina aurea scri ptũ: in templũ Apollinis. Et sic dicit etiã augusti nus q̃ sicut superbia q̃ est initũ oĩs pctĩ: est prima suggestio diaboli: ita hũilitas que est initiuʒ oĩs virtutis est pmũ donũ dei. Et sic ptʒ qualiter hu/militas in hoĩe est quidã cõis oculus dirigẽs om nẽ virtutẽ: qr̃ castitas siue humilitate nihil pdest: vt inquit Grego. Potest etiã dici q̃ duplex est ocu lus interior hoĩs scʒ oculus rect' et simplex: et iste dr̃ oculus dexter: quo hõ iustus oĩa recte respicit. Alter aũt dicit̃ oculus sinister. quo hõ neq̃ oĩa su/perbe et ficte et fraudulenter videt. Et ideo v̓go Maria nõ vulnerauit Christum oculo sinistro: sʒ oculo dextro. s. humilitatis et simplicitatis vt fa ceret ipsum de celo in terram descendere. Jtẽ etiã est aduertendũ q̃ quelibet virtus dr̃ quidã oculus aĩe nã iusticia est q̃dam oculus quo aĩa oĩa recte iudicat et videt et opatur oĩa iusta. Et fortitudo est oculus quo oĩa fortia videt et aggredit̃: et tẽ/perantia est oculus quo om̃es delectationes tem perate videt: et oĩa caste videt. Sed humilitas est illa v̓tus et oculus qui oẽs virtutes dirigit et re/trahit a supbia. Et ideo hũilitas est tante perfe/ctionis q̃ nõ solũ est amabilis sed acceptabilis deo: sʒ etiã oĩbus hoĩb'. Sed qr̃ iste oculus hũili/tatis perfectius fuit in v̓gine maria q̃ in aliqua alia creatura ideo oculus hũilitatis virgis Ma

rie in tm̃ vulnerauit filium dei: q̃ fecit ipsum de/scendere de celo in vterũ eius et sumere carneʒ ex ea qñ dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi scdm̃ ver/bũ tuũ. et ideo dixit maria in suo cãtico. Qr̃ respe xit humilitatẽ ancille sue. Ecce eñi ex hoc beataʒ me dicẽt oẽs gñationes. vt ptʒ Luc. i. Et sic ptʒ q̃ inter alios oculos virtutũ virgis marie ocul' hu militatis fuit ille q̃ vulnerauit cor ipsius filij dei vt descẽderet de celo in vtero eius. C ¶ Sed est iterũ aduertendũ fm̃ Aug. q̃ sicut hũilitas est ori go et radix et oculus oim̃ virtutũ: ita pariter chari/tas est forma et vltima pfectio earũdem qr̃ nulla virtus theologalis aut moralis est meritoria nisi fuerit informata charitate: et sic oĩs v̓a virt' ici pit ab hũilitate et finit̃ in charitatẽ et ideo ostẽdit Aug. quinto de ciui. dei: q̃ apud Romanos et vni uersaliter oẽs gentiles nulla fuit vera virtus mo/ralis: eo q̃ eis nulla fuit vera humilitas nec cha/ritas: sed honoris ambitio: et glorie cupiditas. Sed qr̃ virtutes sunt ornatus animi vt inquit Ci cero. vnde sicut crines ornant collũ pulchre mulie ris: ita virtutes ornant animum. et ideo Salomõ in hoc loco per crinẽ colli sponse intelligit virtu/tes: q̃ ornabant virginẽ mariam et per collũ intel/ligit ipam virginẽ mariã: q̃ dr̃ collũ totius corpis ecclesiastici. Nã sicut in corpore hũano immedia te post caput et sub capite collocatur collum: per qd̃ a capite in oĩa mẽbra inferiora descendit oĩs sensus et motus et vita: ita pariter in corpore ec/clesiastico v̓go Maria collocat̃ immediate post xp̃m p quã a xp̃o descẽdũt ad nos oĩa dona graꝝ intercessiue put est mediatrix inter nos et xp̃m fi/lium suũ et caput nostrũ. Sicut fuit declaratũ in expositione sup Magnificat. et idõ qr̃ inter crines virtutũ que descendũt a capite nostro Xp̃o: et or/nent collũ virgis charitas dr̃ principalis et for/ma oim̃. Jdõ dicit sponsus: q̃ sicut sponsa vulnera uit cor eius in vno oculo. s. hũilitatis: ita vulnera uit cor eius in vno crine colli ei' q̃ fuit crinis cha/ritatis et sic asserit xp̃s q̃ hũilitas et charitas vir ginis marie vulnerauerũt cor ei': et fecerunt ip̃m dscẽdere d celo i terrã et i vterũ ei' qr̃ excelsus dñs et hũilia respicit: et alta a lõge cognoscit. ps. cxxxvi. Sʒ tũc isurgit maior difficultas et ma' dubiũ Nã si hũilitas dat̃ a solo deo et charitas cũ cete/ris v̓tutibus descẽdũt a solo xp̃o capite nr̃o: et or narũt v̓ginẽ mariã sicut crines descẽdẽtes a capi te ornãt collũ ergo quõ iste v̓tutes potuerũt vul/nerare et mouere filiũ dei ad veniendũ in carnẽ si virgo maria nõ habuit has v̓tutes a se nec ex na/tura sui: sʒ fuerũt ipsi largite ex grã xp̃i. C ¶ Ad hoc rñdetur sicut dictum est super magnificat: q̃ filius dei nõ respexit humilitatẽ cũ ceteris virtu/tibus in maria tanq̃ formã efficientẽ: sed tanq̃ for mã disponentẽ. vt a deo diligeret̃ et vt eius mr̃ ef ficeret̃ sicut aurifex facit anulũ: et celat gẽmã pre ciosaʒ i eo. Et sic diligit anulũ. et magnipẽdit ipʒ pp̃ter lapidem preciosum quẽ in ipso celauit: ita pariter deus creauit virginem Mariam et in creando oĩ genere virtutum ornauit et decorauit: et sufficiẽter disposuit: vt esset digna fieri mater dei: vt ex ipsa carneʒ assumeret. Et sic christus re/

spexit in virgine matre sua: et diflexit bonitatē et charitatem: et cetera bona spiritualia: que a primo instanti sue creationis in ea plātauit. Et sic ista humilitas casta siue humilis virginitatis fuit vnus oculus et charitas vnus crinis quibus virgo Maria vulnerauit cor christi sponsi sui: vt descenderet in vterum eius. Ex quo patet q virgo maria prius fuit sponsa christi q mater. Nā a principio sui esse fuit sponsa: ornata monilibus supradictis: sed postea in decimo tertio anno facta est mater eius per mysterium incarnationis. Et hoc de tertio questio: et toto quinto cantico.

Incipit sextum canticum.



Surge aqlo et veni auster.
Perfla hortu in meuz.
Et fluēt aromata illius
Ueniat dilectus meus in hortum suum.
Ut comedat fructum pomorū suorum
Ueni in hortū meuz soror mea spōsa
Messui myrrham meaz cum aromatibus meis.
Comedi fauum cum melle meo.
Et bibi vinum meū cuz lacte meo.
Comedite amici et bibite.
Et inebriamini charissimi.
Ego dormio et cor meum vigilat.
Uox dilecti mei pulsantis.
Aperi mihi soror mea.
Amica mea et columba mea.
Immaculata mea.
Qr caput meum plenum est rore.
Et cincinni mei guttis noctium.
Expoliaui me tunica mea.
Quomodo induar illa.
Laui pedes meos.
Quomodo inquinabo illos
Dilectus meus misit manum suam per foramen.
Et vēter meus intremuit ad tactuz eius
Surrexi vt aperirē dilecto meo.
Manus mee stillauerunt myrrham
Et digiti mei pleni myrrha probatissima.
Pessulum ostij mei apri dilecto meo
At ille declinauerat atq transierat
Anima mea liquefacta est.
Ut dilectus locutus est.
Quesiui et non inueni illuz.
Uocaui et non respondit mihi.
Inuenerunt me custodes.
Qui circuierunt ciuitatem.
Percusserunt me.
Et vulnerauerunt me.
Tulerunt pallium meum.
Custodes murorum.



Surge aquilo et veni auster ¶ Hoc est canticum sextū in quo salomō cantat et explicat mortē et passionē xpi vnā hēt virtutē et efficaciaz et originē oīa eccl'iastica sacramēta et omnia ornamēta et bona spiritualia: qbus xps ornauit et dotauit et decorauit ecclesiam sponsam suam prout Salomō preuidit in spiritu per mortez moysi. Ad cuius intellectum est notandum prout legitur deuter.xxxij.et.xxxiij. q postq moyses comminatus fuerat maledictionem et punitionez obstinatis filijs israel sm carnem: qui xpm erāt crucifixuri: et in eadez perfidia permansuri. Ascendit in montem abarim et considerando illam terram preuidit in spiritu totā futurā dispōnē et multiplicationē ecclesie et filiorum israel sm spm et pmissionē p xpm ex duodecim apostolis regenerādorum. Et sic bndixit filijs israel secūdū spiritū et pmissionē et postea mortuus est moyses in illo monte: et sepeliuit eū dns p angelū suū michaelē vt dr in canonica iude: nec amplius inuentum est corpus eius nec aliquis nouit ipsum vsq in presentē diē et ideo fleuerunt eum filij israel.xxx.diebus p qd mysterium preuidit salomon in spiritu qualr xps per Moysen figuratus primo debebat prenunciare et comminari iudeis crucifixoribus suis et obstinatis futuram dānationez prout fecit mat.xxij.et xxiij.et.xxiiij. Et postea bndicere ecclesie sue.s.apostolorum et discipulorum et oim fidelium futurorum prout fecit Ioh.xiij.capitulo vsq ad.xvij.inclusiue. Postea debebat ascendere in mōtē crucis et ibi p oibus nobis realiter mori: et in sepulchro sepeliri cuius corpus decetero nemo mortale et passibile poterat videre: qr postq surrexit amplius nō moritur nec mors illi vltra dominabitur. Item preuidit in spiritu qualiter tota ecclesia apostolorum et mulierū debebat facere magnū plāctū sup mortē xpi et querere euz in sepulchro sed nō amplius ipsum mortalem reperire sicut factum est: prout referunt oēs euangeliste. Dia ergo ista preuidēs Salomon in spiritu facit hoc sextū canticū in quo introducit xpm cantantem et explicantem mysteriū sue passionis et mortis. Duo ergo facit salomon in hoc cantico. Nā prius introducit xpm explicātē suā passionē. Scdo introducit ecclam discipulorū et mulierū deflentē passionē sponsi sui xpi et qrentem ipsum in sepulchro ibi surrexi vt aperirez dilecto meo. A ¶ Quantū ad primum est valde

notandũ q Salomõ cõsiderat xpz redẽptorẽ tanq̃ vnũ corp⁹ aromaticũ: siue tanq̃ vnã apotecã: siue tanq̃ vnũ hortũ plenũ arborib⁹ ꝛ plantis aromaticis: qui quidem hortus contrarijs vẽtis passionis agitat⁹ emisit diuersos odores p̃ciosissimos ex quibus fuerunt cõfecta preciosissima vnguẽta ad sanãda vulnera peccatoruz. Sed quia odor est valde diffusiu⁹ ꝛ multiplicatiuus prout dicit commẽtator in secundo de aĩa: qꝛ vultures vltra mille miliaria venerunt ad corpa mortuoꝝ in bello troiano sentiẽtes de lõginquo odorẽ coruz: ideo tãte ṽtutis fuit odor Christi q p quattuor mille ãnos ante eius aduẽtum oẽs pr̃es vete. testa. senserunt eius odorẽ. Et sic Adã ꝛ Abel et Noe oẽs posteri fideles iam currebant ad xp̃m p odorem fidei ipsius: prout dictũ est in p̃io cãtico. Itẽ scd̃o est etiã cũ fide ꝛ charitate aduertẽdũ ſm Augustinũ sup Jo. et super geñ. q sicut tota Eua erat ṽtualr̃ in illa costa Ade intra ipsum Adã anteq̃ formaret̃ et exiret de latere eius in mulierẽ: ita pariter tota ecc̃lia erat ṽtualiter in corpe ꝛ vẽtre xp̃i: ante passionez que postea exiuit de latere Christi: qñ Miles aperuit ipsum et exiuit sanguis et aqua vñ habẽt virtutem ꝛ efficaciã oĩa ecclesiastica sacramenta. Et sic asserit Augusti. q tota ecc̃lia erat virtualiter in corpe xp̃i. ꝛ exiuit realit̃ de latere eius p mortẽ ꝛ passionẽ. Sed cũ ista ecclesia xp̃i dicat̃ hort⁹ cõclusus ꝛ fons signatus: ꝛ hortus in quo crescunt ꝛ germinãtur poma ꝛ aromata ecclesiastica. Est ergo dicẽdũ q totus iste hortus aromatum ṽtualiter erat in corpore Christi añ mortẽ ꝛ passionẽ sz per talẽ passionẽ iste hort⁹ emisit ꝛ expirauit odorẽ ꝛ aromata fructuum ꝛ ecclesiasticorum sacrorũ et dextera. ¶ Ex quib⁹ aromatib⁹ constat formaliter ecclesia put dictuz est. Sed sicut arbores aromatice nõ emittunt odorem nisi qñ contrarijs vẽtis agitantur. Ita pariter corp⁹ Christi in quo virtualiter cõtinebãtur aromata ecclesiastica noluit illi emittere nisi valde agitatum ictibus ꝛ vulneribus percussum. Vñ arbor myrrhe duobus modis distillat liquorẽ suuz: vno modo in mẽse Martij et Aprilis qñ agitat̃ vẽtis cõtrarijs: illa dr̃ myrrha p̃ia sz pauca. Sed postea agricole faciũt incisuram in cortice lateris illi⁹ arboris: ꝛ tũc emanat myrrha copiosa. Ita pariter fuit in passione xp̃i nã p̃io iudei ꝛ gẽtiles tanq̃ venti cõtrarij agitarũt ꝛ pcusserunt ꝛ flagellarũt corp⁹ Christi. Et tũc ille sanguis flagellorũ ꝛ etiã clauoꝝ fuit quasi myrrha prima: sed postea miles aperuit lancea lat⁹ xp̃i: ꝛ tũc exiuit copiose sanguis ꝛ aqua quasi myrrha scd̃a in medelã ꝛ salutẽ oĩm peccatoꝝ. Et ĩo in hoc libro sp p myrrhã itelligit̃ sanguis ꝛ passio xp̃i. Et sic ẽt p oĩa alia aromata hic mẽorata. A ¶ Iteꝝ autẽ est aduertendum ſm Augustinuz et magistrũ primi sniarum distinctione vltia: q q̃tuor volũtates cõcurrũt in mortem ꝛ passionẽ xp̃i. i. volũtas bona dei patris: qui ppter nimiã charitatẽ qua dilexit nos: misit filiuz in silitudinẽ carnis pcti vt dãnaret pctm̃ nr̃z in carne ad Ro. viij. Secũda fuit mala volũtas iudeoꝝ: qui ex inuidia ꝛ malicia occiderũt eum: ne regnaret sup eos ꝛ ne perderẽt locũ ꝛ gẽtem Jo. xi. Tertia fuit bona voluntas pr̃is ꝛ archarũ ꝛ pphetarũ ꝛ oĩm fideliũ veteris testa. petẽtiũ xp̃m: vt veniret in carnẽ ad liberãdum genus hũanũ: vt pz per totũ discursuz legis et pphetarũ: vt patuit in primo cantico. Quarta fuit bona voluntas xp̃i qui spõte tradidit semetipz pro nobis. p̃io vt placeret ꝛ obediret deo patri: vt pz Matth. xxvi. ꝛ Luce. xxij. cum dixit patri. Fiat volũtas tua. Scd̃o vt toti generi hũano subueniret: ꝛ ipm liberaret: vt ipse dicit Jo. x. Animaz meã pono p ouibus meis. Et sic dicit Aug. q bona volũtas pr̃is ꝛ filij et etiã oĩm fideliũ fuit cõpleta per malã voluntatẽ iudeorũ. Sed mala voluntas iudeorũ dicit̃ ↄtraria voluntati pr̃is ꝛ filij et fideliũ quantũ ad intẽtionẽ ꝛ finem: ideo iste voluntates: scz dei patris ꝛ iudeorũ designãtur per duos ventos ↄtrarios: scz per aquilonẽ et austrũ. Quattuor ergo venti. i. quattuor voluntates designate p quattuor vẽtos pflauerũt et agitauerunt hortũ christi vt fluerẽt ꝛ expirarẽt aromata passionis eius ad nostrã salutẽ. ¶ Que quidẽ q̃ttuor volũtates designãtur per q̃ttuor ventos. Naz per aquilonẽ designat̃ mala ꝛ frigida et atrox et inuida volũtas iudeorũ. Et per austrũ designat̃ voluntas patris. Et per oriẽtalẽ ventũ designat̃ voluntas filij. Et per occidẽtalẽ designat̃ voluntas oĩm fideliũ. Et has quattuor volũtates cõcurrentes ad passionẽ christi explicat Salomõ per xp̃m in hac parte: vñ ait. O aquilo. i. aspa ꝛ frigida voluntas iudeoꝝ per defectũ charitatis surge cũ impetu et violẽtia ↄtra me. Et o tu auster. i. benigna et charitatiua volũtas patris veni ꝛ simul cũ aq̃lone pfla et gira hortũ meũ. i. corp⁹ meũ per mortẽ et passionẽ: et fluãt et expirẽt et emanẽt aromata illius per vulnera flagelloꝝ et clauorum ꝛ lãcee in virtutem ꝛ efficaciã sacramẽtorũ. Et nota q in hac locutione explicatur spõtanea volũtas Christi filij patris que excitat volũtatẽ patris ꝛ iudeorum vt surgãt et veniãt ad perflanduz hortũ eius vnde christus voluntarie ꝛ spõte se obtulit iudeis qñ dixit apostolis: ecce ascẽdimus hierosolimam et filius hoĩs tradet̃. Itẽ quãdo dixit iudeis: queꝝ queritis ego sum: si ergo me q̃ritis sinite hos abire. Item tunc se sponte obtulit patri quãdo dixit. Fiat volũtas tua. Et sic ptz triplex volũtas. Sed quarta scz voluntas omniũ fideliũ vete. test. explicatur cũ subditur in persona sponse. Veniat dilectus meus in hortũ suũ. Vñ sponsa. i. tota ecclesia fideliũ ve. test. vsq ad zachariã ꝛ Symeonẽ ꝛ Joseph: et virginẽ Mariã inclusiue cũ magno desiderio vocat xp̃m vt veniat in hortũ passionis ꝛ colligat et comedat ꝛ gustet fructũ sue passiõis ad fideles reficiẽdos ꝛ viuificãdos ꝛ nutriẽdos. Dicit ergo sponsa. Veniat dilectus meus in hortũ suũ. i. sue passionis: vt comedat fructũ pomorũ suorũ. i. recipiat alapas ꝛ flagella ꝛ vulnera. q̃si dicat sicut Adã comedit pomũ ligni phibiti in horto paradisi in pnicie toti⁹ gñis hũani: ita veniat dilectus me⁹ i hortũ passionis ꝛ comedat fructum pomorũ sue passionis in salutẽ oĩz credẽtiũ. Deide cũ dicit Veni in hortũ meũ soror mea spõsa. Hic ponitur gratiosa spõsi respõsio annuẽtis votis ꝛ petitionib⁹ sponse. Vñ aduertenduz q tota pas-

ſio xp̄i fuit actus iuſticie punitionis pro pctō pri
morum parentū et raptu cibi ꝓhibiti quē rapue/
runt in horto paradiſi ꝯtra volūtatē dei:q̄ q̄dem
fructus lȝ eis viſus fuerit pulcher et dulcis:tn̄ no
bis fuit fetidus et amarus inquantū corrupit to/
tum gen⁹ hūanū.Et iō Chriſtus q̄ voluit ſupare
diabolū:nō ſola potētia:ſed vera iuſticia voluit
in ſe pro nobis luere et pati penā illius pcti:et qđ
nō rapuit voluit exoluere.Vn̄ ſicut Adā in horto
paradiſi cōmiſit crimē:ita Xp̄s expiator illi⁹ ſce/
leris voluit intrare hortū gethſemani.et ibi ora/
uit p Adā et oibus poſteris ei⁹:et ibi voluit capi
et ligari:et trahi:et pcuti p miniſtros pontificū.
Itē q: Adā extendit man⁹ ad arborē:et rapuit fru
ctū ꝓhibitū:ita xp̄us extendit man⁹ et brachia in
arborē crucis.et ibi fuit manib⁹ et pedib⁹ ꝯclaua
tus et lancea pcuſſus.Itē adā comedit pomū dul
ce ad veſcēdū.lȝ xp̄s bibit acetū myrrhatū ⁊ ama
riſſimū in cruce.Sed lȝ illa paſſio fuerit xp̄o ama
riſſima ſicut myrrha tn̄ fuit nobis dulciſſima ſicut
mel quo ad effectū et fuit odorifera ſicut oia aro/
mata cōfortatiua:et inebriatiua ſicut vinū:⁊ nu/
tritiua ſicut lac.Et iō ponūtur hic et mēorant̄ ſex
liquores q̄bus paſſio xp̄i cōparat̄ quo ad effectū
quē facit in nobis.ſ.myrrha et cetera aromata et
fauus cū melle.et vinū cū lacte. Vn̄ lȝ myrrha ſit
amara:tn̄ eſt maloꝝ humorū purgatiua:et a cor/
ruptione preſeruatiua:ita paſſio xp̄i lȝ fuerit ipſi
amara et doloroſa tn̄ fuit maloꝝ humoꝝ nr̄i pcti
purgatiua et a futura corruptione preſeruatiua:
et hoc p v̄tutē quā cōtulit baptiſmo ad purgan/
dū pctm̄ originale ⁊ pnie ad purgandū actuale ⁊
veniale et eſt preſeruatiua a corruptione p ſacr̄m
cōfirmationis:et ſic paſſio xp̄i fuit ſicut myrrha q̄
diſtillat ex latere illius arboris.Itē ſicut oia aro/
mata lȝ ſemel ſint ex arbore collecta:tn̄ ſemp expi
rant et redolēt odorē ſuauiſſimū.Ita p̄iter paſſio
xp̄i lȝ ſemel fuerit facta et collecta ex arbore cru/
cis:tn̄ ſemp redolet et emittit ſuauiſſimū odoreȝ
aromaticū et diſtillat ſuū saporē dulciſſimū ſicut
fauus et ſicut mel.Eſt ergo nobis paſſio xp̄i p vir
tutem quā cōtulit ſacr̄is purgatiua ſicut myrrha
odorifera ſicut oia aromata et diſtillatiua virtu/
tis ſicut fau⁹ et dulciſſima ſicut mel et cōfortati/
tiua et inebriatiua ſicut vinū ⁊ nutritiua ſicut lac
marie p ſacr̄m eucbariſtie.Hos aūt fructus dixit
xp̄s ſe collegiſſe ex horto paſſionis et cōediſſe et
guſtaſſe in arbore crucis.Dicit ergo xp̄s:o eccle/
ſia ſoror mea p aſſumptionē hūanitatis:et ſpōſa
mea p myſticā vnionē ⁊ in fidē p deſpōſationē iā
veni in hortū meū hui⁹ pegrinationis et paſſiōis
et in hortū orationis vt annuerē votis et clamori
bus tuis q̄b⁹ ab initio mundi me vocaſti p p̄riar
chas et ꝓphas et fideles ve.te.Et iā meſſui myr/
rhā mee paſſionis cū aromatibus meis.i.cū odo
riferis effectib⁹ et virtutib⁹ mee paſſiōis et iā co
medi fauū cū melle meo oibus fidelib⁹ dulciſſi/
mo et iā bibi vinū vobis ꝯfortatiuū cū lacte meo
ad veſtrā nutritionē et refectionē.Comedite ergo
amici hūc fauū mellis qđ ꝓ vobis paui.⁊ bibite ⁊
inebriamini hoc vino charitatis et virtutis ine/
briatiue et nutritiue:q: hūc cibū et potū deſidera
runt oēs p̄triarche Et ꝓphe et oēs fideles ve.teſt.
quē cibū et potū nō potuit dare moyſes nec ēt lex
per ipſum data quē cibū nō poteratis recipe niſi
p mortē et paſſionē meā.Iaȝ ḡ eſt xp̄s recipiendi
iſtū cibū et potū ex paſſione manantē:q: et ſi ego
dormio ſomno mortis:tn̄ cor meū vigilat in nr̄a
redēptione.vn̄ lȝ videatis me vere mortuū in cruce
et i ſepulchro.tn̄ cor meū.i.aia mea vigilat. q: de
ſcendit ad iferos ad cōdēnandū diabolū et libe/
randos ſctōs p̄res et fideles.Unde nota ꝙ lȝ xp̄s
pēderet mortu⁹ in cruce et iaceret in ſepulchro tn̄
ſemp vigilabat in exercendo opa nr̄e redēptionis
nā aia eius vnita cū verbo iudicabat diabolū in
inferno diſcutiendo et examinādo cām noſtrā et
corp⁹ eius vnitū eideȝ v̄bo ſemp diſtillabat v̄tu/
tē et merita illi⁹ paſſionis ad nr̄aȝ ſalutē et diſti/
labat virtutē ſacr̄orū.naȝ poſt emiſſionem ſpūs
Miles lancea aperuit lat⁹ ei⁹ vn̄ exiuit ſanguis
et aqua in remiſſionē et preciū pctōrū et virtuteȝ
ſacr̄orū et ſic lȝ xp̄s eſſet vere mortuus tn̄ cor eius
ſemp vigilabat exercēdo opa nr̄e redēptionis:vn̄
mors eius dicta eſt dormitio ꝓpter facilitatē re/
ſurrectionis et euigilatiōis.Itē xp̄s dicebat ſe in
illa morte dormire ꝓpter firmā ſpē reſurrectiōis
et dicebat ſe vigilare pp ꝯtinuū exercitiū ⁊ vnicū
actū nr̄e redēptionis:q: dū eſſet iā mortu⁹ fuit in
latere vulnerat⁹ vn̄ exiuit preciū nr̄e redēptiōis ⁊
ſic vigilabat in nr̄a redpētione nō ſolum quo ad
aiam:ſed etiā quo ad corp⁹.Vn̄ notandū ꝙ totā
iſtā cantilenā cātauit et oia iſta v̄ba dixit xp̄us in
cruce et oia iſta v̄ba audierūt v̄go maria et Iohā
nes euangeliſta q̄ erāt ibi iuxta crucē tāq̄ ꝓcura/
tores p tota eccl̄ia:et etiā Magdalena ⁊ alie mu
lieres q̄ erant nō lōge a cruce.Nā cū xp̄s dixit:ſi/
tio vocabat oēs fideles cū magno d̄ſiderio ad gu
ſtandū fructū ſue paſſionis:vt inq̄t Aug.Iō ſpon
ſa audiens vocē xp̄i vocātis eā de cruce ad guſtā
dum fructuȝ ſue paſſionis dicit. Vox dilecti mei
pulſantis.i.audita ē mihi vox dilecti mei pulſan/
tis ad oſtiū meū. B ¶Ad cui⁹ intellectū eſt no/
tandū ꝙ ſalomō cōparat in hac pte ſolicitudieȝ
xp̄i in nr̄a redēptiōe ad ſolicitudinē ſpōſi et amā
tis tpalis erga ſuā ſponſam ſiue amaſiā.Nā con
ſuetudo eſt amātiū in nocte dū ceteri dormiūt ve
nire ad hoſtiū ſpōſe:⁊ ibi cātare et exponere amo
rē ſuū et laborē et doloreȝ quem patit̄ et ſuſtinet
amore ei⁹ imo ponit manū p feneſtrā pulſando ⁊
faciendo ſignū itra domū vt ipſum audiat ſpōſa
Et ſic ſi ſpōſa diligit eū cōpatiēs illi ſurgit a lec
to vt apiat ipſi:et ꝯfabulent̄ adiuicē et reddat ipſi
vicē amoris:ita ergo p̄iter fecit xp̄s ſpōſus nr̄ in
nr̄a redēptione.Nā dū nos eſſem⁹ in lecto tene/
brarū et pctōrū et ignorātie:et i nocte cerimonia
liū et ſupſtitiōis gētilitatis venit de celo in terrā
et p tres ānos pulſauit ad oſtiū nr̄m cantādo do
ctrinā euāgelicā et tādē venit ad oſtiū crucis p qđ
intram⁹ in iſtā eccl̄iam p gr̄aȝ et ibi poſuit manū
ſuā p foramē q̄n ibi fuit cōclauat⁹ ⁊ lācea pcuſſus
et ibi vocando nos ad fidē et gr̄am et fructuȝ ſue
paſſionis cātauit iſtā cantilenā quā Salomō ex/
plicat in hoc loco.In quo cātico xp̄s explicat la/
bores et dolores quos pro nobis ſuſtinuit et paſ/

tus est que dirigit in optimum finem: sed finis actuum Romanorum laudatorum et famosorum non erat optimus nec bonus: ergo actus illorum non erant officia vere virtutis: quia non operabantur nec fecerunt opera famosa gratia boni finis: sed sola cupiditate dominandi: sicut Cesar et Pompeius: aut cupiditate libertatis: vt fugerent seruitutem et verecundiam sicut Cato qui occidit seipsum ne viueret sub cesare victore: aut cupiditate immense et perpetue laudis: vt marcus regulus et marcus curtius. Unde hac triplici cupiditate: scz imperij et libertatis et perpetue laudis apud posteros. Brutus interfecit filios sub colore libertatis patrie. Unde ait Vergilius in sexto eneidos. Uis et tarquinos reges animamque superbum. Ultoris bruti: fascesque videre receptos. Consulis imperium hic primus senasque secures Accipiet natosque pater noua bella mouentes. Ad penam pulchra pro libertate vocabit. Infelix vtcunque ferent ea facta minores. Uincet amor patrie laudumque immensa cupido. Ex quibus versibus patet qualiter ipse Vergilius confitetur quod Brutus non fecit illum actum propter aliquem bonum finem: nisi ex propria passione et superbia: scz cupiditate imperij et laudis et libertatis. Et per consequens nec ipse nec ceteri fuerunt vere virtuosi: nec habuerunt veras virtutes quod non accidit nisi quia non habuerunt veram cognitionem: nec fidem de christo qui fuit et est metrum et mensura omnium virtutum et regula omnium actuum humanorum. Et per consequens quia non currebant in odorem vnguentorum christi: ideo errabant in via et in termino. Et ideo dicit Augusti. de verbis apostoli: quod vbi deest agnitio veritatis incommutabilis qui est deus per fidem: falsa est virtus etiam in optimis moribus que quidem virtutes non sunt vere virtutes: sed similitudines virtutum. B ¶ Secunda pars huius vndecime conclusionis probatur: scz quod philosophi gentium et famosi romani non vitarunt vitia et scelera enormia nec fecerunt bona opera sine gratia christi: sed non habuerint cognitionem de ipso. Unde presupposita sententia Aug. explicata in. iij. et. iiij. et. v. et. vi. et. vij. et. viij. conclusionibus manifestum est quod Socrates et Pythagoras qui fuerunt castissimi: et bias contemptor diuitiarum et ceteri famosi philosophi ex proprijs naturalibus non potuissent cohibere sensualitatem a vitijs: nec subijcere eam rationi: nisi ex aliquo superiori auxilio fuisset eorum liberum arbitrium roboratum quod quidem auxilium non potest dari nisi per gratiam christi vt dictum est. Sed quod tale auxilium esset necessarium humane nature in illo statu populi gentilis probatur. Nam si vnusquisque illorum gentilium fuisset derelictus absque aliquo auxilio in sua natura corrupta inclinata ad omne malum et infirma ad omne bonum et inepta: prout dictum est: tunc manifestum est: quod vnusquisque corruisset in preceps in omnia scelera detestabilia et enormia et in adulteria et homicidia: intantum quod nulla respublica potuisset permanere: nec ciuitates et oppida: nec societates hominum potuissent stare: nec perseuerare: nec durare. Et sic totum genus perijsset humanum. Et per consequens nullus illorum: nec nepotes eorum peruenissent ad fidem christi et sic fuisset frustra nostra redemptio. Et ideo licet illi non cognoscerent: nec haberent fidem christi: tamen vt ciuitates eorum permanerent vsque ad christum: fuit necesse vt christus ante suum aduentum in carnem daret gratiam specialem auxiliatiuam liberi arbitrij aliquibus philosophis et principibus de illo populo qui cohiberent passiones suas et vincerent et vitarent vitia et facerent bona multa: vt possent alios docere exemplo vite et instructione doctrine et similiter vt princeps conderet optimas leges: vt earum metu humana cohiberetur audacia tutaque esset inter improbos innocentia: vt inquit Augustinus et Isidorus. Et omnia ista fiebant: vt ille populus duraret et perseueraret vsque ad christum vt ipsi aut nepotes: aut pronepotes eorum peruenirent ad fidem christi prout vidimus fuisse factum. C ¶ Sed contra hoc fundamentum posset aliquis instare dicens: quod gratia christi non potest esse in aliquo peccatore: nec infideli. ¶ Ad hoc respondetur sicut dictum est in primo articulo: quod gratia christi est duplex. Nam quedam dicitur habitualis et gratificans animam ad merendum vitam eternam. Et ista non potest esse cum peccato: nec aliquo infideli: nec peccatore: eo quod non est sine fide et spe et charitate. Sz est alia que dicitur gratia actualis et motiua. quam diuidit Aug. in preuenientem et disponentem et operantem et cooperantem. Et ideo ista gratia actualis et auxiliatiua liberi arbitrij non solum est necessaria peccatoribus: sed etiam iustis: ne in tentationibus perdant gratiam habitualem et gratificam. Et non solum est necessaria omnibus fidelibus: sed et omnibus infidelibus ne derelicti in sua natura corrupta precipitentur in scelera detestabilia: et ne destruatur genus humanum. Ut dictum est Et ita datur talis gratia etiam sarracenis ad cohibendum iniquum appetitum eorum: ne destruant christianam religionem: sed faciant aliqua bona: et seruent iusticia inter eos et perseuerent vsquequo omnes conuertantur ad christum prout expectat et continue orat ecclesia. Et sic patet quomodo talis gratia est necessaria etiam infidelibus. Sed quod talem gratiam actualem preuenientem et auxiliantem habuerint specialiter aliqui de populo gentili ante aduentum christi probatur ex sacra scriptura: vnde legitur Exo. iiij. quod deus dixit Moysi. Ego indurabo cor pharaonis et non dimittet populum etc. vbi dicit glosa quod deus non indurauit cor pharaonis effectiue maliciam conferendo: sed defectiue gratiam subtrahendo et ipsum deserendo: quia si deus contulisset ipsi gratiam fuisset cor eius mollificatum et dimisisset populum israeliticum sicut fecit Cyrus qui dimisit captiuitatem babylonie et dedit licentiam vt possent reedificare templum et ciuitatem et dedit multa donaria etc. Sed oppositum accidit etiam ipsi Nabuchodonosor qui ex oratione Danielis obtinuit a deo gratiam et misericordiam et fecit penitentiam de peccatis suis et redemit peccata sua orationibus et elemosynis: vt patet Danielis quarto. de quo mysterio dicit. Aug.

gustinus.et habetur.xxiij.distinc.questione.iiij.capitulo nabuchodonosor:vbi dicit Augusti.q nabuchodonosor penitentiā meruit fructuosam eo q post innumeras impietates flagellatus penituit:⁊ ideo regnū quod perdiderat rursus accepit: sed pharao ipsis flagellis durior est effectus. Et ideo submersus est in mari rubro : que diuersitas non accidit vt inquit Augustin⁹ nisi qꝛ xp̄i bonus odor alijs est vite in vitam: ⁊ alijs odor mortis in mortē. Quia quantū ad naturā ambo erant homines. Et quantū ad dignitatē ambo erant reges:⁊ quantum ad causam captiuū dei populū possidebant:⁊ quantum ad penā ambo flagellis clementer admoniti. Quidā eorum fines fecit diuersos: nisi q vnus manū dei sentiens in recordatiōe proprie iniquitatis ingemuit. Alter libero contra dei misericordissimā veritatē pugnauit arbitrio. Ex quibus verbis Augustini sequitur:q isti ambo senserunt odorē gratie xp̄i: vnus per admirationem danielis:⁊ alter per admonitionē Moysi:sed ille admisit ⁊ recepit gratiam monentē ⁊ disponentē per quam egit penitentiā:iste autē ex iniquo libero arbitrio restitit gratie xp̄i ipsi oblate. Ex qb⁹ patet q ipsi nabuchodonosor data fuit gratia preueniens per quā egit penitentiā. Idem hoc ibidē patet de niniuitis:quoꝝ penitentiā cōmendat saluator. Math.xij.qꝛ ad predicationē Jone prophete egerunt penitentiā conuersi ex via sua mala. Et idō ex dei misericordia per quā datur gratia euaserūt subuersionē ciuitatis cōminatā:vt inquit Grego. Et habetur de pe.dist.iij. Niniuite quoq. Ex quo patet q illi lꝫ p illam gratiā nō euadebāt penam eternā inferni:tamē euadebāt penā temporalē in hoc seculo:⁊ per bona que faciebāt per illam gratiam:merebanť bona tēporalia huius mundi. Ex quibus ptꝫ q infideles ⁊ idolatre nō operabātur bonū nec vitabāt malū sine grā p̄ueniente.⁊ roborante eorū liberū arbitriū nec operabātur malum nisi inquantū erāt derelicti i sua natura corrupta que quidē gratia dicebať gratia xp̄i inquantū nō dabať nisi per xp̄m ⁊ ordinabať ad xp̄m: vt filii vel nepotes eoꝝ preuenirent ad fidē xp̄i:vnde licꝫ illa grā nō ordinabať imediate ad xp̄m nisi ad cōseruationē reipublice ⁊ hūani generis:tamē finaliter ordinabať ad christū:eo modo quo dictū est:ideo dicebať gratia christi. Ex quibus ptꝫ q etiā illi licet nō haberēt fidē christi tamē per illā gratiā adhuc currebāt in odorē vnguētorū christi:vt ipsi vel nepotes eoꝝ p̄uenirēt ad fidē christi. A

¶ Quarta conclusio qđ licet christus fuerit virtualiter generalis ⁊ sufficiens redēptor ⁊ reparator toti⁹ generis humani per suam passionē ⁊ resurrectionē: tamen non omnes fuerunt redēpti actualiter nec participarunt eius redemptionem nisi soli regenerati per baptismū. Prima pars probatur. Naꝫ passio christi fuit infinite virtutis et meriti transcendentis omnem culpam ⁊ malum: ergo omnes homines potuit redimere volentes eius merita participare et ad christuꝫ accedere: sicut sol omnia potest calefacere que ad suam presentiā accedūt. Secunda pars patet:nā sicut adam dissipator generis humani nno potuit transferre in omnes posteros reatum et penam sui peccati:nisi per generationē carnalē ⁊ libidinosam:ita christus reparator humani generis:vt p iustitiā vinceret astutiaꝫ antiqui serpentis:noluit trāsferre merita sue passionis in omnes homines nisi per baptismalem ⁊ sacram regenerationem. Et sic non possunt participare redemptionē nec merita passionis xp̄i:nisi regenerati per baptismū:per quē baptismū transfertur in nos gratia christi ⁊ imprimitur in nobis ymago eius. Et ideo dicit apostol⁹ prime ad Corinthi.xv.q sicut omnes portauimus ymaginē primi adam terreni portemus omnes ymaginem secundi Adam celestis qui est christ⁹. Ex quibus patet q si infideles nō sunt redēpti nec reparati in actu:hoc non est ex defectu passionis xp̄i q est infinite virtutis in virtute:sed hoc accidit ex defectu ⁊ obstinatiōe ifidelū nolentiū accedere ad baptismum per quē omnes regenerātur et participant gratiam christi:vnde sicut de precedentibus aduētum christi non fuerunt redempti nec participant passionē christi nisi illi qui facti sunt mēbra eius per fidem ⁊ spem christi futuri ⁊ accepcrūt signaculum fidei p circūcisionē ac oblationē ⁊c.ita postea non sunt redēpti:nec participant passionē xp̄i nisi baptizati baptismo christi:et reuocati per sacramēta. Unde sicut medicina non sanat nisi recipientes eam:nec sol:vel ignis calefacit nisi accedētes ad ipsum ita passio christi ac baptismus non iustificat nisi cum fide ipsum suscipientes. B

¶ Quinta conclusio q licet regeneratio baptismalis sufficienter mundet animā et tollat omnē culpā ab anima et liberet eam ab omni pena eterna:et ab omni debito. Tamen non tollit concupiscentiā nec fomitē nec ceteras penalitates ex carne:quia adhuc post baptismū omnia ista manent in carne. Prima pars probať Matthei vltio et Marci vlti. vbi dicit saluator q qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Item Johā.iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto:nō potest introire regnū dei ⁊c. Scđa pars ptꝫ per experientiā:qꝛ adhuc manent in nobis morbi corporales per quos egrotam⁹ ⁊ morimur:⁊ miserias patimur ⁊ manet sensualitas corrupta ⁊ sauciata per concupiscentiā:ex cuius consensu anima frequenter maculať mortali peccato post baptismū. Un apłus post iā regeneratus p baptismū adhuc cōqueritur dicens. Datus est mihi stimulus carnis sathane qui me colaphizet.ij.ad Corint.xj. Itē ad Romā.vij. in persona cuiuslibet xp̄iani ⁊ hoīs iam reparati per baptismū dicit. Scimus enim qꝛ lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor nō intelligo non quod volo bonū hoc ago: sꝫ quod odio malū illud facio. Si aūt quod nolo illud facio:cōsentio legi qm̄ bona. Nunc autem iam nō ego operor illud sed quod habitat in me peccatuꝫ. Scio eñi qꝛ iam non habitat in me:hoc est in carne mea bonū. Non velle adiacet mihi: perficere autē bonū non inuenio:nō enim qđ volo bonum hoc facio:sed qđ nolo malū hoc ago. Si aūt quod nolo illud facio iam non ego operor illud:sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem volenti mihi fa

cere bonū:q̄ mihi malū adiacet. Cōdelector enī legi dei ſm interiorē hoiem:video autē aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mentis mee ꝛ captiuantē me in lege peccati:que eſt i mēbris meis Infelix ego homo quis me liberabit de morte corporis huius gratia dei per ieſum xp̄m dn̄m nr̄m. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi dei:carne autem legi peccati ꝛc. Hec apl's. Ex verbis ergo apoſtoli cōcordādo cum Ariſtotele ptz totus diſcurſus operationis ꝛ diſpoſitiōis hominis nō ſolū poſt lapſum ſed etiā poſt baptiſmū ꝛ reparationē: puta qualiter adhuc poſt baptiſmū habitat malū ꝛ correptio et lex mēbrorū in eo per quā ſerui legē pcti. Et quō per legē dei quā hꝫ in mēte cognoſcit omne pctm̄ eſſe malū:ꝛ per ꝯn̄s vitandū:ſed ſibi repugnat lex mēbrorū ꝛ carnis:per quā agit id qȝ in conſciētia cognoſcit eſſe malū. Et quō talis peſtis ꝛ corruptio carnis ꝛ ſenſualitatis ineſt ipſi ex peccato quo fuit venūdatus in primis parētibus Et quō de tali peſte nemo pōt liberari: nec eā vincere niſi per gratiā xp̄i. Ex quibus ptz eſſe veram et firmam poſitionē Auguſtini cōtra pelagianos et oēs temerarios:ſcꝫ q nemo poteſt vitare peccatum nec implere diuina p̄cepta ex ꝓprijs viribus naturalib⁹:niſi fuerit adiutus gratia xp̄i auxiliatiua ꝛ roboratiua liberi arbitrij ad refrenandum inordinatū appetitum ꝛ refrenādas paſſiones. Et ideo ſemper eſt orandū pro iſta gratia et currendum in odorem vnguentorū chriſti vt ſanemur a ſupradicta peſte qȝ qȝ ipoſſibile eſt fieri ex noſtris viribus fiat nobis poſſibile per auxilium gratie xp̄i cui oīa poſſibilia ſunt. Matth. xix. Ex quibus oibus ptz qualiter ſolus xp̄s eſt generalis redemptor ꝛ humane nature perfectus et ſufficiens reparator et metrum et menſura:et principiū omnium bonorum. Et hoc de tertio cantico.



Quantum ad quartū articulum mouētur quattuor dubia q̄ inſurgūt ex dictis in p'o et ſcdo et tertio articulo vnde dictum eſt i tertio articulo q xp̄s fuit verus redēptor et reparator hūane nature lapſe ꝛ toti⁹ eius ruine: poſtea dictū eſt: q licet per baptiſmum tollatur peccatum ab anima:tamen adhuc manent penalitates in carne: puta egritudines ꝛ corruptio ꝛ ꝯcupiſcētia ꝛ mors ꝛc. put manifeſte experimur in nobis. Ex quibus ptz q xp̄s non fuit pfectus et ſufficiens redēptor ꝛ reparator totius ruine ꝛ miſerie humane nature:qȝ nō ſanauit nos a quinqȝ vulnerib⁹: quib⁹ fuimus fauciati in adā. B ¶ Ex quo arguūt iudei moderni q xp̄us nō fuit verus meſſias in lege promiſſus:eo q ille debebat ſufficiēter ꝛ totaliter liberare hūanā naturā ab oī infirmitate ꝛ morte et miſeria corpis et aie:vt ptz Eſa. xxv. vbi dr̄ q ipſe p̄cipitabit mortē in ſempiternū ꝛ auferet dn̄s deus lachrymā ab oī facie. Et opprobriū populi ſui auferet de vniuerſa terra:qȝ dn̄s locutus eſt:et dicent in die illa. Ecce de⁹ noſter iſte expectauim⁹ eum:ꝛ ſaluabit nos iſte dn̄s. ſuſtinuim⁹ eum ꝛ exultabim⁹ ꝛ letabimur in ſalutari eius:quia requieſcet manus domini in mōte iſto ꝛc. Ex ſupradictis in hac prophetia arguunt iudei q xp̄s nō fuit verus reparator nec meſſias:qȝ nō precipitauit mortē nec abſtulit oēm lachrymā a facie terre:qȝ adhuc manem⁹ mortales et infirmi et miſeri ꝛc. C ¶ Ad qȝ reſpōdeꝰ q ſi profunde volumus cōtemplari ordinē noſtre redēptionis:xp̄s vere ꝛ ſufficiēter ꝛ pfecte redemit genus humanū. nā p mortē ꝛ paſſionē redemit nos et reparauit quo ad aiam ꝛ p reſurrectionē nos reparauit quo ad corpus. Sed illa redēptio fuit virtualis et poteſtatiua inquātū p omnibus ſatiſfecit ꝛ habuit poteſtatē ꝛ virtutem ad liberādū oēs volētes participare ſuā mortē ꝛ paſſionē p baptiſmum ꝛ eccleſiaſtica ſacramēta quibus pbauit virtutem et efficaciā ſue paſſionis ſicut dictū eſt in quarta cōcluſione tertij articuli. Et ideo ſicut xp̄s per ſuā mortē ꝛ paſſionē meruit a mortuis reſurgere in corpus glorioſum ꝛ aſcēdere in celū: immo emere regnū celorum pro oibus membris ſuis: ita quilibet baptizatus in xp̄o ex meritis ſue paſſionis meretur nō ſolū liberari et mūdari a pctō in aia ſed etiā reſurgere in corpus glorioſum et poſſidere regnū celorū cum xp̄o:ſꝫ iſtud meritū datur baptiſato ſub quodā ordine nā p talē gratiā xp̄i collatā in baptiſmo merer̄ ilico liberari ꝛ de facto liberatur ab oī pctō ꝛ culpa aie de p̄nti ꝛ per eandē gratiā merer̄ euolare ilico aīa poſt mortē in celuꝫ ad futurā beatitudinē capeſſēdā. Et p eandē gratiam baptiſmalē meretur reſurgere in nouiſſimo die in corpus glorioſuꝫ ꝛ imortale ꝛ abſolui ab oī lachryma ꝛ miſeria corporali:ꝛ per ꝯn̄s p gratiaꝫ et regenerationē baptiſmalē merētur oēs fideles ſecundā regenerationē ſcꝫ glorioſam reſurrectionem in nouiſſimo die. Et ſic baptiſmus licꝫ p preſenti non ordinetur niſi ad regenerationē anime: tamen ordinatur in merito ad regenerationē corporis de futuro:ꝛ ideo xp̄us duas regenerationes promiſit fidelibus ſuis:ſcꝫ vnam de preſenti quo ad animā: de qua dicit Ioh. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpirituſancto nō poteſt introire regnū dei. Secūdam vero regnationē pmiſit in nouiſſimo die quo ad corpus de qua dicit Matt. xix. Uos qui ſecuti eſtis me in regeneratiōe cum ſederit filius hoīs in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis et vos ſuper ſedes. xij. iudicātes. xij. tribus iſrael ꝛc. Item Iohā. v. Qui bona egerūt in reſurrectionē vite ꝛc. Itē Iohā. vi. Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Item Apoca. xxi. Et abſterget deus oēm lachrymā ab oculis eorum: et mors vltra non erit neqȝ luctus neqȝ clamor neqȝ dolor erit vltra ꝛc. Ex quibus ptz q duas regeneratiōes pmiſit nobis xp̄s per ſuā paſſionē baptiſmū ſcilicet regenerationē anime ꝛ corporis:ſꝫ regenerationē primā ſcꝫ anime recipimus ilico in baptiſmo: ſed per illam regenerationē baptiſmalē meremur ſecūdam ſcꝫ regenerationē glorioſam corporis in nouiſſimo die. Et ideo dicit Auguſtinus in ſermone martyrū qui legitur tēpore reſurrectionis qui quidem ſermo attribuitur etiam beato ambro. q licꝫ martyres oēs nondū ſurrexerūt in corpe: attamē iā ſurrexerunt in merito:qȝ ſicut fuerunt ſocij paſſionis chriſti: ita erunt ſocij reſurrectionis ꝛ nos cū ipſo

Et ita etiã dicit aplˀs ad Ro. vj. ꝙ sicut oẽs fuimˀ baptisati in xp̃o: ita fuimus in eo cõsepulti ⁊ surreximus cũ eo .s. in merito qꝛ sicut xp̃us resurrexit: ita et nos resurgemus L ¶ Ex quibˀ ptꝫ ꝙ quatuor facit baptismus. nam p̃rio tollit oẽ pctm̃ ab aĩa. scdo tollit cõcupiscentiã nõ vt nõ insit in carne: sed vt nõ imputet̃: vt inq̃t Aug. in libro de nuptijs. Tertio facit ipsum baptisatũ meritoriũ vite eterne ilico post mortẽ. Quarto facit ipsum meritoriũ: vt resurgat in corpus gl'iosum in nouissimo die. Ex quo ptꝫ ꝙ gr̃a baptismalis cõtinet in se ista quatuor merita que trahit ex passione xp̃i: per q̃ quidẽ quatuor merita siue per quatuor effectus meritorum huius gratie successiue absoluitur homo ab omni miseria corporis et anime et consequitur perfectam beatitudinem ex quibus sequitur ꝙ christus fuit perfectus et sufficiens redemptor generis humani et reparator humane nature lapse. Et per hoc patꝫ responsio ad auctoritatem inductam qꝛ xp̃s vere precipitauit mortẽ in sempiternum: et abstulit oẽm lachrymam miserie corpis et aie: prout prophetauerat esayas. A

¶ Secũdo aũt dubitat̃ nã si per baptismũ datur nobis meritũ vt resurgamus in nouissimo die ab omni miseria: quare xp̃s nõ absoluit nos ilico a tali miseria corporis: sicut ilico nos absoluit a pctõ et quare voluit xp̃s vt tales penalitates relinquerẽtur nobis post baptismũ postꝙ̃ ita poterat ab eis nos liberare de presenti sicut ilico liberat animã de pctõ: postꝙ̃ ꝯtulit baptismo v̓tutẽ sue passionis. Ad hoc r̃ndet Aug. xiij. de ciui. dei. c. iiij. ꝙ hoc fecit deus ad malũ bonũ nr̃m. vñ dicit ꝙ p̃mo relictũ est nobis experimẽtũ mortis et ceterarum penalitatũ in carnẽ et cõtinuũ exercitiũ et pugnã: vt per victoriã talis pugne mereamur coronã glorie in futura btitudine qꝛ nõ coronabit̃ nisi q̃ legitime certauerit: qꝛ si tolleret̃ talis pugna tolleretur meritũ et corona martyrũ ⁊ oim istorũ. Et sic talis concupiscentia et tales penalitates sunt bonis bone: et malis male: qꝛ istis cedunt in gloriam, illis aũt in penã eternam. Scdo sunt nobis relicte iste penalitates ꝓpter meritũ spei future resurrectionis: qꝛ si oẽs baptisati ilico ꝑ baptismũ liberarentur ab hmõi penalitatibˀ ⁊ morte: tũc oẽs currerẽt ad baptismũ nõ virtutis amore nec spe resurrectionis: sed vt ilico liberarent̃ ab huiusmodi miserijs ⁊ sic oẽs cõtẽnerent passionem xp̃i que talem virtutem cõtulit baptismo: et nullus curaret nec appeteret futuram gloriam ex passione xp̃i promissam: nec etiã peteret gratiam auxiliatiuam et conseruatiuam. et per consequẽs de nouo posset homo peccare sicut fecit quotidie adam. L ¶ Tertio hoc factum est ad custodiẽdam et retinendam memoriam beneficiorum per xp̃i passionem receptorum nam si per baptismum tollerentur oĩa ista penalia de presenti: tunc oẽs liberati ab huiusmodi malis post longũ tempus obliuiscerentur deũ et beneficia recepta et sic putantes nunꝙ̃ amittere nec perdere presentem beatitudinẽ nec cadere a tali statu: nunꝙ̃ peterent a deo gratiã nec exhiberent ipsi latriã: nec curarent [...]ere aliquod bonum. et sic possent a diabolo superari sicut adam: et per consequens possent iterum cadere: vnde adam in tali felici statu erat ante lapsum et gratiam habitualem habebat vt cõmuniter tenetur: sed qꝛ non putabat cadere ab illo statu: ideo forsan nõ curauit petere gratiam actualem et auxiliatiuã: que cõseruat gratiã gratificam. vt dictũ est: ideo nõ resistit persuasiõi diaboli: et sic fuit superatus et cecidit: et sic perdidit nõ solum gratiam gratificam cum merito future beatitudinis: sed etiã perdidit bona modi et ordinis et finis sue nature. scꝫ beatitudinẽ naturalem quam in illo loco possidebat. A ¶ Quarto relicte sunt nobis predicte penalitates ꝓpter ruinã angelorum reparãdam: qꝛ illa ruina nõ poterat reparari nisi aliqui homines per gratiam et merita laborũ cõscenderent in gradũ illorũ angelorum qui ceciderunt per superbiam: sed hoc nõ potest fieri nisi per magnam pugnaꝫ et violentiã: qꝛ regnũ celorũ vim patitur et violenti rapiũt illud Mat. xj. Ergo opꝫ vt quidã hoĩes per violentam pugnam et violentiã vincant carnẽ et mundũ et diabolũ: vt mereantur illorũ sedes possidere que quidem pugna et per consequens corona tolleretur si tales penalitates nobis post baptismũ nõ relinquerentur et sic maneret irreparata angelica ruina: et ideo xp̃s voluit vt iste penalitates nobis post baptismum relinquerentur ad cõtinuaꝫ pugnam et coronã adipiscendã et sedes inter angelos: et ad reparandã angelicã ruinã vt ⁊ nos cognoscamus preuaricatorũ parentũ filios: et non cõfidamus de nr̃a natura peccatrice sed semper petamus istã gr̃am auxiliatiuam a xp̃o capite nostro: et semꝑ curramˀ in odorẽ vnguentorũ eiˀ. B

¶ Sed adhuc tertio ex dictis in quinta cõclusiõe tertij articuli et duobus dubijs precedentibˀ insurgit aliud dubiũ satis arduũ. Nã si hõ iam baptisatˀ nõ põt in adulta etate bene opari nec vitare pctã nisi fuerit adiutus noua gr̃a actuali auxiliatiua liberi arbitrij. Seq̃tur ꝙ frustra dat̃ fides et spes et charitas in baptismo: et dona spũsscti in cõfirmatione ad vincẽdas tentatiões: et ad bñ operandũ. Ad hoc r̃ndet̃ ꝙ oi hoi post lapsuꝫ est necessaria gr̃a baptismi cum tribus theologicis virtutibus habitualiter ĩfusis ad salutẽ añ ãnos discretionis et cuꝫ ꝑuenerit ad annos discretionis sunt ipsi necessarij habitus acq̃siti fidei spei ⁊ charitatis ad credendũ et diligẽdũ deũ ⁊ ꝓximũ actualiter et sperandũ bona futura: et est necessaria gr̃a actualis auxiliatiua ad opandũ et cõplẽdũ diuia precepta. Ad cuiˀ intellectũ saluo semꝑ meliori iudicio et determinatiõe sacroscẽ mr̃is ecclesie est aduertendũ: ꝙ aĩa nr̃a per cõsortiũ corporis corrupti i suo ꝓncipio nõ solũ ĩbit ꝑuatione et carentiã oim bonorũ modi et ordinis ⁊ gr̃e sicut dictũ fuit in quinta cõclusione: sed etiã contrahit odiũ et iram dei et debitum oim bonorum perditorꝫ in adã cũ suis opationibˀ: qꝛ obligatur ad recupandũ illũ statũ cũ oibus bonis nature inditis. s. cũ illa originali iustitia et volũtate et cũ oibus habitibus tam intellectualibus ꝙ̃ moralibus et cũ illo debito ordine et ꝯformitate sensualitatis ad rõnem et voluntatẽ ad deũ: et cum illa

tificam: quia disponit peccatorem ad illam recipiendam per penitentiam remouendo prohibens. quia iuuat liberum arbitrium ad detestandum peccatum et dimittendum illud et ad resistendum sensualitati et ceteris tentationibus exterioribus: et ad subiugandam carnem. Et sic recuperat per penitentiam gratiam gratificam: quam homo perdiderat per culpam. B

¶ Quod quidem mysterium explicat saluator Luce. xv. de filio prodigo per penitentiam ad gratiam patris reducto qui cum famelicus custodiret porcos ad se reuersus per gratiam preuenientem et motiuam liberi arbitrij dixit. O quanti mercennarij in domo patris mei abundant panibus: et ego hic fame pereo. Sed rursus magis motus per gratiam incipientem dixit. Uadam ad patrem meum et dicam pater peccaui in celum et coram te etc. Sed rursus per gratiam operantem procidens ad pedes patris dixit. Pater peccaui etc. Et tunc pater misericordia motus occurrens cecidit super collum eius et osculatus est eum. Et fecit ipsum indui stolam primam: per quam designatur gratia gratifica et charitas recuperata per illam penitentiam. Ex quibus patet quod ille filius prodigus per gratiam preuenientem cognoscendo seipsum detestatus est peccatum: et per gratiam incipientem proposuit dimittere cum dixit. Surgam et ibo ad patrem meum: sed per gratiam tam operantem procidens dixit. Pater peccaui etc. Sed tunc recuperauit gratiam gratificam: quando pater osculatus est eum et induit eum stolam primam etc. Ex omnibus supradictis soluitur quartus perplexus memoratus in primo articulo: nam quantumcunque sit aliquis peritus in scriptura vtriusque testamenti et habeat habitum fidei acquisitum tamen si non habet istam gratiam auxiliatiuam nunquam de se poterit resistere tentationibus nec implere diuina precepta et hoc propter morbum concupiscentie in carne manente. A

¶ Quarto dubitatur propter id quod dictum est in octaua conclusione secundi articuli et in quinta tertij articuli. Scilicet quod taliter fuit natura corrupta in adam: quod nemo ex proprijs naturalibus potest vitare peccatum nec implere diuina precepta nec agere aliquod bonum absque diuina gratia. Quia sequeretur quod homo non esset dominus suorum actuum nec compos sue voluntatis et liberi arbitrij quod esset contra illud ecclesiasti. xv. Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui. Item ibidem ait dominus ad hominem. Apposui tibi ignem et aquam ad quod volueris porrige manum. Item ibidem. Ante hominem vita: et mors bonum et malum quod placuerit et dabitur illi. Item genesis iiij. sub te erit appetitus eius et tu dominaberis illius. Item puer. xvi hominis est animum preparare. Item Aug. nil tam in nostra potestate quam voluntas. Item ex hoc sequerentur multa inconuenientia. Primo quod nemo ex frequentatis actibus posset consequi morales virtutes sine gratia quod est falsum: nam socrates et Plato et multi infideles non habentes talem gratiam consecuti sunt morales virtutes. Item secundo sequeretur quod nullus posset culpari de aliquo malo postquam de se illud non potest vitare. Et per consequens nemo deberet puniri pro malefactis: postquam talia non potest vitare. Item sequeretur quod frustra ponerentur leges. vt earum metu humana cohibeatur audacia et frustra assignarentur pene in legibus contra transgressores. Item sequeretur quod nemo obligaretur ad seruanda precepta: quia ad impossibile nemo obligatur. Ergo sequitur quod ex proprijs naturalibus vnusquisque potest implere ipsa. In oppositum est illud Iere. x. Non est hominis via eius nec viri est vt ambulet et dirigat gressus suos. Item ad Roma. vij. nec quod volo hoc facio etc. put in superioribus probatum est. Respondetur per quibusdam catholicis visa fuit nimis dura positio Augu. contra pelagianos: scilicet quod nullus de se potest vitare malum nec implere diuina precepta propter autoritates superius inductas. et propter illa inconuenientia que videntur sequi expositionem August. Ideo dixerunt quod Augustinus in predictis libris contra pelagianos non locutus est limitate nec determinate de ista materia immo locutus est figuratiue et excessiue ad modum volentis rectificare lignum tortuosum: qui curuat ipsum ad aliam partem vltra modum: vt deducat ipsum ad medium ita ergo vt dicunt fecit Augu. nam vt reduceret pelagianos ad rectitudinem veritatis: eo quod totaliter negabant gratiam: ideo excedebat modum in loquendo. Item dicunt isti quod ibi Aug. non est locutus nisi de gratia gratificante et meritoria. Et sic bene concedunt quod nemo potest implere diuina precepta nec agere bonum meritorie sine gratia gratum faciente: sed cum hoc stat quod quia ex solo influxu generali diuino absque aliqua gratia speciali possit vitare peccata et facere bona naturaliter et consequi virtutes morales et frequentatos actus licet non meritorie. A

¶ Sed in veritate si bene volumus inspicere fundamenta Augustini contra pelagianos et maxime in libro de perfectione iustitie hominis et de gratia et contra Julianum et in ceteris videbimus manifeste quod augustinus loquitur limitate et seriose et non excessiue, sed recte attentis fundamentis eius vt probatum est in quarta et quinta conclusione et ex fundamento apostoli ad Romanos. vij. cui valde concordat positio Aristote. iij. de anima. et. vij. Ethicorum quomodo aliter operamur quam ratio et scientia dictat vt in superioribus visum est: nec est dicendum quod Augustinus loquatur precise de sola gratia gratificante et meritoria immo loquitur etiam de ista gratia auxiliatiua voluntatis que secundum ipsum quandoque precedit et preuenit charitatem et gratiam gratificam et quandoque subsequitur et comitatur ipsam et non solum ex viris iustis: sed etiam peccatoribus sine qua non posset vitare aliqua peccata nec resistere alicui tentationi: nec posset velle aliquod bonum propter naturam corruptam: et hoc manifeste probat Augusti. iij. libro de libero arbitrio dicens. Illa est enim peccati pena iustissima: vt amittat quisque qua bene vti noluit potestatem. Item ibidem. homo igitur cum potuisset sine difficultate omnia mandata dei adimplere: nolens bene vti ista potestate perdidit eam: vt etiam volens non possit mandata dei adimplere. Item ibidem. Inflictum est homini propter peccatum: vt non videat quid recte sit faciendum. Et si videt et vult facere hoc non possit implere. Item ibidem. Nec tibi imputatur ad culpam quod vulnerata membra non colligis: sed quia volentem sanare contemnis. Ex supradictis verbis Au. patet quod homo ante lapsum et in sua natura integra ex libera potestate poterat vi-

tare om̄e malū ⁊ facere bonū ꝙ solis bonis natu⸗ralib⁹ sibi inditis. s. cum modo ⁊ ordine libero impe perio quod habebat supra sensualitatē. Sȝ post lapsuȝ in natura corrupta ⁊ diminuta ⁊ libero ar bitrio claudicato: iam nō pōt ex virib⁹ nature vi tare pctm̄ nec facere bonū nisi iuuet̄ p gratiā sup additā nature: eo ꝙ natura. s. vires naturales fue rūt expoliate modo ⁊ ordine ⁊ habit⁹ cōcreati: tā in appetitu sensitiuo ꝙ̄ intellectiuo q̄bus liberē ⁊ expedite poterāt operari absq̄ obice intrinseco. vn̄ lȝ aīa hoīs non perdiderit suas naturales po tētias p peccatuȝ que sunt potentie vegetatiue ⁊ sensitiue ⁊ itellectiue: nec pdiderit naturales opa tiōes earū: qꝛ sensitiue pn̄t sentire naturaliter sua obiecta ⁊ appetit⁹ tā sensitiu⁹ ꝙ̄ itellectiuus pōt apponere ⁊ nō appetere ⁊ volūtas de se pōt velle et non velle: sed qꝛ iste potētie perdiderunt modū ⁊ ordinē: qꝛ tā irascibilis ꝙ̄ cōcupiscibilis pdidit habitus morales concreatos quibus recte ⁊ recta appetebat. Et volūtas pdidit originalem iusti⸗tiam qua recte ⁊ iuste volebat ⁊ nō volebat: et per didit ordinē et imperium qd̄ habebat supra sen⸗sualitatē: ideo licet maneat libera i volendo ⁊ nō volendo: tamē non manet libera in recte volendo vel non recte volēdo. Et licet q̄nq̄ recte velit ta⸗mē nō paret ipsi sensualitas rebellis ⁊ sauciata et ipsa volūtas non solum fuit expoliata illa ori⸗ginali iusticia qua recte volebat ⁊ ordine quo di⸗uine volūtati conformabatur: ⁊ obediebat ⁊ sen⸗sualitati imperabat: sed etiā fuit totaliter ad sen sualitatē ꝯuersa amore naturali ⁊ per immodera tā cōplacentiā. Et iō volūtas nō cōcurrit ad pec cādū coacta sed allecta p sensualitatem inquātū ipsi ex amore cōsentit ⁊ ei⁹ inordinato appetitui vult satisfacere: ⁊ sic liberū arbitriū nō dicit̄ coa ctū: qꝛ volēs trahit̄ ꝓut dictū est in sexta ꝯclusiōe secundi articuli. Et per hoc patȝ respōsio ad obie cta nā voluntas semper manet libera in sua actio ne naturali. s. volēdo vel nolendo: sed nō manet re cta in recte volendo: eo ꝙ perdidit modū ⁊ ordi⸗nem q̄ añ lapsuȝ fuerat indit⁹ nature siue virib⁹ naturalib⁹. Et ideo homo est dominus suorum actuum primorum ipsius volūtatis sed nō actuū rectorum et iustorum propter defectum modi et ordinis: et ideo omnes autoritates prius inducte scilicet ꝙ deus ab initio constituit hominem: et reliquit ipsum in manu consilij sui ⁊c. Omnes il le autoritates tenent verum et sunt intelligende de homine ante lapsum in sua integra natura.

Sed omnes autoritates apostoli et Augustini du cte in contrarium tenent verum de natura corru⸗pta post lapsum: in qua voluntas nostra sic expo⸗liata non potest vitare peccatum nec resistere ma lo nec per consequens implere diuina precepta nisi fuerit superno auxilio adiuta et roborata. ❡ Ad aliud autem quando dicitur ꝙ philosophi gentiū consecuti sunt virtutes morales absq̄ gra tia xp̄i ⁊c. iā respōdit Augustin⁹ ꝙ illi philosophi et romani nunq̄ habuerunt veras sed fictas mo⸗rales virtutes inquantū vna passio vincebat aliā in eis: nā cupido laudis ⁊ dominandi vincebat in eis quādoq̄ luxuriam aut auariciā ⁊ cetera vicia aut passiones vt estimarētur et honorarent̄ apud vulgus vt dictū est in vndecima conclusione. Item etiam bona que faciebant nō faciebāt sine gratia dei ꝓpter conseruationē reipublice. vt ille popu⸗lus duraret vsq̄ ad aduentū xp̄i vt ibidem dictum est. Item leges ferunt̄ ⁊ assignantur pene in eis vt vna passio vitet aliam: scȝ vt metus penaȝ vincat et prohibeat audaciam male agendi et cohibeat alias passiones: ipellētes ad malū vt inquit Aug. et Isidorus quia leges ideo condite sunt vt earuȝ metu humana cohibeatur audacia. Et sic hoīes nō vitant mala publica virtutis amore: sed formi dine pene: vt inquit Horatius ⁊ August. ❡ Ad aliud quando dicitur ꝙ nemo obligaret̄ ad seruā da diuina precepta: eo ꝙ ad impossibile nemo ob ligaretur ⁊c. Respōdet Augu. cōtra Julianū et vt dictū est: super psalmo. cxviij. ꝙ q̄nq̄ quis obliga tur ad sibi impossibile quando ipse vel sui perpe⸗trarunt malū sicut homicida obligatur ad restituē dum quem occidit: ⁊ fur restituere furtū qd̄ iā dissi pauit. Item licet vitare peccatū sit impossibile ho mini ex eius viribus: tamē est possibile cū auxilio gratie: ideo petat gratiā cum ꝑseuerātia qꝛ opor⸗tet semper orare. Lu. xviij. ideo dicit Augu. contra Donatū ꝙ deus nō solū dānat peccatorē ꝙ pecca uit: sed qꝛ nō cucurrit ad medicum. Item libro de libero arbitrio. Nō tibi imputat̄ ad culpaȝ: ꝙ vul nerata mēbra non colligis: sed quia volentē sana re contēnis. Sed quod magis videtur militare cō tra positioneȝ Augustini est illa autoritas Gene. iiij. vbi dicit dominus ad Cayn. Quare iratus es et cur cōcidit facies tua: nōne si bene egeris reci⸗pies: sin autē male statim in foribus pecatū tuum aderit. Sed sub te erit appetitus eius: et tu domi naberis illius. Ex supradictis verbis domini vi⸗detur ꝙ adhuc post lapsum voluntas habet liber⸗rum imperiū ⁊ dominiū supra appetitum ⁊ supra sensualitatem: et per consequens per se potest vi⸗tare peccatum et facere bonum absq̄ alia gratia. Ad hoc respōdetur ꝙ voluntateȝ subijcere sensua litatem ⁊ ipsi dominari: pōt intelligi dupliciter. Uno modo ex ꝓprijs viribus sic expoliata habitu originali iustitie et vulnerata. Alio modo ꝓut est adiuta grā auxiliatiua liberi arbitrij. primo mō est impossibile sm̄ Augu. ꝓpter corruptionē ⁊ rebel⸗lionem carnis et claudicationeȝ liberi arbitrij: qꝛ perdidit liberū imperiū ad recte volendū ⁊ fuit vo luntas vulnerata amore inordinato erga sensua⸗litatē: vt dictū est. Sed scd̄o mō ipsa volūtas adiu ta per gratiā pōt dn̄ari sensualitati et cuilibet tē⸗tationi. Et isto mō sunt intelligenda verba dn̄i ad Cayn. q. d. si tu vis petere gratiā sicut frater tuus Abel: tunc adiut⁹ tali grā subijcies appetitū ⁊ do minaberis illis: qꝛ fuisses adiutus p gratiā ⁊ vicis ses iram et odiū qd̄ concepisti cōtra fratrē tuum. Et hec videtur esse intentio Aug. contra pelagia⸗nos. Uerūtamē quicq̄d̄ sit semp dicta in hac que⸗stione ⁊ ceteris locis per me: volo subijciātur de⸗terminatiōi ⁊ correctioni ecclesie catholice. ❡ Itē dubitatur ꝓpter illud quod frequēter dicit̄ in hac questione: scȝ ꝙ homo ꝓpter peccatū pdi⸗dit modū et ordinē et finē. Nam idem augustinus

dicit ꝙ species modus et ordo manent in : n · q̄ꝗ creatura tanꝗ vestigium creatricis trinitatis: ergo homo nō perdidit modū et ordinem per peccatum. Ad hoc respondet̄ ꝙ species modus et ordo dupliciter sumuntur in homine: vno modo per respectum ad deum et vniuersum et ad modū sui esse et sic idem est ꝙ numerus: pondus: et mensura et sic oīa fecit deus sub certo numero speciei q: species sunt sicut numeri et sub certo pondere et modo quia in certo loco vniuersi collocauit et sub certa mensura et ordine procedunt a deo ſm gradū perfectiōis. Et isto modo species modus et ordo respiciunt esse et essentiam rei. Secūdo autem modo species modus et ordo respiciunt operationes et finem et isto modo sequuntur formaꝫ et sic vires et potentie anime dicuntur bona naturalia speciei quibus anima immediate operatur Et habitus et dispositiones dicuntur modi potētiarum quibus potentie bene expedite operantur Et subalternatio inferiarum potentiarum ad superiores in operando dicitur rectus et debitus ordo et ista dicuntur bona naturalia. Nam sicut vires dicuntur bona anime: ita habitus et dispositiones dicūtur bona potentiarum. Et rectus ordo dicitur bonum operationum et potentiarum et habituuꝫ. Et isto secūdo modo dicimus ꝙ licet homo per peccatum non perdiderit bona speciei scilicet vires et potentias tamen perdidit bona modi et ordinis quia vires fuerunt expoliate et vulnerate et voluntas perdidit liberum imperiuꝫ supra sensualitatem nisi iuuetur per gratiam eo modo quo dictuꝫ est. Et ideo oportet semper orare et non deficere et currere in odorem vnguentorum christi: vt sanemur. B ¶ Ex solutione supradictorum quatuor dubiorū resultant quatuor conclusiones quarum prima est ꝙ licet per baptismum nō tollantur penalitates nec miserie corporales de presenti: tamen baptismus confert meritum baptisato vt possit resurgere in corpus gloriosum in nouissimo die. Et sic licet baptisatus nō resurgat ꝛ liberet̄ ab illis penalitatib' in actu tamen iam resurgit et liberat̄ in merito. Secunda cōclusio ꝙ ꝓpter maius bonū nostrū relicte sunt nobis penalitates in carne post baptismum, scꝫ ad pugnaꝫ pro maiori corona adipiscenda et ne tollatur meritum fidei et spei et vt repararet̄ ruina angelorum per homies. Tertia cōclusio ꝙ licet baptisatus recipiat habitū fidei ꝛ spei et charitatis per baptismum ad soluendum ab omni debito: tamē non potest per illos habitus operari nisi excitetur per habitus acquisitos et adiuuetur per gratiam auxiliatiuam liberi arbitrij tempore discretionis. Quarta conclusio licet homo ex proprijs viribus non possit implere diuina precepta nisi adiuuetur per grām xp̄i: obligat̄ tn̄ semp ad obseruandū diuia p̄cepta. Et sic obligatur ipsi ad impossibile: q: deus semp exigit ab hoīe bonos habit' quos Adam perdidit per culpam et exigit opationes eorū. ꝛ ideo opꝫ semper orare et petere grām per quā homo possit adiuuari ad cōplendū diuina p̄cepta per grām que non potest implere per naturam sauciatam. A

¶ Ex supradictis oībus patet et manifestatur nobis quinꝗ diuersi status hoīs successiue quorum primus fuit status innocētie ante lapsum in quo homo fuit in sua integra natura constitutus cum omnibus bonis humane nature proportionatis scꝫ cū modo et ordine in sua natura per que bona poterat ex proprijs viribus sic modificatis et ordinatis vitare omne peccatum et implere diuina precepta et sic merebatur de presenti illam naturalem beatitudinē possidere in illa terrestri paradiso sub illo fauorabili hemispherio australi: et sic poterat nō mori: nec pati miseriā. Sed vltra hoc per grām gratificam sibi supra facultatē nature largitam mereba̅t post longā vitam tpalem absꝗ morte trāsferri in vitā meliorē et celestem et eternam felicitatē. Scd̄s status hoīs fuit post lapsum in quo statu postꝗ hō ꝑdidit locuꝫ et situm illius padisi et perdidit lignum vite nō pōt mori nec infirmari: immo hꝫ necessitatē moriēdi et infirmitates et innūeras miserias patiēdi: ꝛ q: ꝑdiderunt modū et ordinē et vires naturales. Ideo nō pōt vitare pctm̄: nec implere diuina precepta absꝗ supnaturali auxilio diuine grē nature superaddito in supplementū honorū ꝑditorū. Et sic Adā cū tota sua posteritate māsit in ira ꝛ odio dei obligatus ad penā eternā sensus vel dāni: et per cōsequēs fuit priuatus illa gratia gratifica quo poterat transferri in vitaꝫ meliorē. Sed homo in isto scd̄o statu per gratiā fidei xp̄i futuri poterat vitare peccata et implere diuina precepta et merebatur redimi per xp̄m in aduentu vt pꝫ de adā et Abel et Enos et Noe et Abraam et ceteris patriarchis et ꝓphetis et fidelibus veteris testamēti qui cum ꝓtestatione fidei xp̄i futuri nō solum expiabant peccata sed etiā merebantur redimi ꝑ xp̄m in suo aduentu et participare passionē eius et ideo qui sub tali ꝓtestatione offerebāt oblationes et sacrificia et recipiebāt aliqua sacramenta in signū federis et in figura xp̄i: hinc est ꝙ meruerunt participare passiones xp̄i et recipere nobiscū repromissiones. Tertius stat' hominis est post aduentū xp̄i in quo omnes homies mūdi possunt participare passionē xp̄i ꝑ baptismum xp̄i et cetera sacramēta per quē baptismū datur gratia gratifica in actu et fides et spes et charitas in habitu que quidē gratia baptismalis tollit omne debitum et omne peccatū ex anima vt non insit: nec imputet̄ homini ad penam eternā: et tollit ex carne cōcupiscentiam nō vt non insit q: ibi manet in habitu: sed vt nō imputet̄ aīe ad pctm̄ ꝑ eius cōsortium: vnde ille fomes et cōcupiscentia que manet in carne post baptismū nō imputatur homini nec anime ad peccatum per solum habituꝫ sed reputatur ad peccatum per actū cum cōsensu scꝫ quādo voluntas cōsentit actibus concupiscētie. Item gratia baptismalis vltra hoc ꝙ tollit oīe debitū et pctm̄ cōfert duplex meritū primo q: ꝑ talem gratiā homo meretur vitam eternam post istam mortē corpalem. Secūdo meret̄ gloriosam resurrectioneꝫ in nouissimo die. Itē homo in isto tertio statu constitutus licet ex ꝓprijs viribus nō possit vitare peccatū: nec implere diuia precepta

ppter corruptionē & pcupiscētiā manētē in carne ꝛ impedientē habitus theologicos in suis operationibus: tamē per gratiam auxiliatiuā et actualem postulatam et largitam potest vitare omne peccatum ne admittat et consentiat voluntas cā tationibus: etsi homo est in peccato pōt per talē gratiam disponi ad pniam et grām gratificam. Quartus status hoīs est post mortē corporalē in quo si discedit ab hoc seculo cū grā ꝛ charitate lȝ corpus resoluat̄ in terram: tñ aīa fruitur in celo visione diuine essentie cū certa et firma spe recuperandi corpus gloriosuȝ in nouissimo die vt ait Aug. xij. super gene. et magister. iiij. sententiarum dicit. vltimo. Quintus et vltimus status hoīs erit post secūdam regenerationē et resurrectionē per quam aufertur ab hoīe omnis lachryma et miseria corporalis. Et sic erit homo in vltima sui perfectione et sufficienti repatione et perfecta beatitudine corpis et aīe: qꝛ possidebit gloriā vtriusq̄ scȝ corporis et aīe et totus hō fruetur toto xp̄o nam per oculos glorificatos corpis videbit hūanitatem xp̄i: et per parteȝ rōnalem videbit ꝛ fruetur tota trinitate in vnitate essentie: et sic erit perfecte beatus. Ex quo pȝ magna differentia inter istam secūdam regenerationē factam per resurrectionem et primam factā per baptismū ꝛ pniam que tantuȝ purgabat aīam a pctō et absoluebat ab omni debito cōtracto sed nō cōtrahēdo: et cōferebat gratiam gratificā meritoriam vite eterne et future resurrectionis vt dictum est sed nō tollebat nec auferebat causas pcti futuri qꝛ non tollebat corruptionem nec morbuȝ concupiscentie ex carne: nec recuperabat iusticiā originalem cum ceteris omnibus bonis perditis in Adam. Sed ista secūda regeneratio et finalis resurrectio nō solū beatificabit animā: sed etiam corpus et totū hominem: nec solū absoluet iustos ab omni debito sed etiā tollet et auferet oēm causam pcti et miserie ex aīa et corpore et recuperabit omnia bona corporis et anime que perdidimus in Adam imo adipiscemur omnia bona glorie corporis et anime cum securitate et satietate et tunc erimus perfecte beati in vltima perfectione. Ex quibus omnibus pȝ qualiter xp̄s fuit perfectus et sufficiens redemptor et reparator humane nature: et metrum et mensura et fons omniū bonorum nature et gratie et glorie. C ¶ Sed nunc restat respondere ad argumenta in principio totius questionis inducta. ad primum ergo patet responsio per secūdam cōclusionem positam in tertio articulo: qꝛ omnes fideles veteris testamēti erant mēbra christi per fidem: et iam per legem sacrificiorum et oblationum et ceterorum cerimonialium currebant in odorem vnguentorum xp̄i: et per cōsequens iam operantur per gratiam xp̄i. Ad secūdam autem patet responsio per tertiam cōclusionem tertij articuli: qꝛ licet philosophi gētium nō haberent fidem christi. Tamen nō operabant̄ aliquod bonuȝ: nec cohibebant vitia sine gratia xp̄i prohibitiua malorum ne periret genus humanū sed perseueraret vsq̄ ad aduentum xp̄i: et reciperet fidem eius. Et hoc idem est dicendum de sarracenis: vt sibi dictum est. A ¶ Ex dictis etiā in secundo articulo soluūtur tres primi perplexus positi in primo articulo. Nā qꝛ pmi parentes fuerūt creati cum quatuor bonis nature immortales et liberi ab omni miseria et cum copia omnium bonorum naturalium in illa paradiso delitiarum. Sed qꝛ propter peccatum fuerunt priuati et expoliati illo felici statu: ideo omnes homines desiderant naturaliter illum statum: qꝛ priuatio est causa appetitus. Item qꝛ homo nō solum fuit expoliat᷒ bonis nature modi et ordis ꝛ finis sed etiā fuit sauciatus in omnibus potētijs: ideo agit cōtra id qđ conscientia et scientia et ratio dictat et sic soluitur secūdus et tertius perplexus. Quart᷒ autem perplexus puta ꝙ scandalizantur et mirātur simplices xp̄iani quādo vident homīes sanctificos et in sacra scriptura vtriusq̄ te. peritos operantes cōtra id quod dicunt et predicant iste perplexus soluitur per hoc qꝛ gratia sermonū et sciētie acquisita ꝛc. Non sunt gratie gratifice sed gratis date aliquibus ad vtilitatem corporis mystici: ideo gratie dantur etiam malis que quidē gratie qꝛ non tollunt morbum et concupiscentiā carnis: ideo est semper necessaria gratia auxiliatiua liberi arbitrij ad vitanda peccata et implēda precepta quā grām contēnunt petere vt plurimū inflati de sua scientia et viribus presumētes et ideo confundunt̄ in operationibus suis. Alij autē dicunt ꝙ causa quare multi viri periti et mali prelati ducūt vitā prauaȝ est defectus fidei et per ꝯ̄ns charitatis: nā lȝ predicent legem euangelicam: et subtilissimis disputationibus reddant rationem de rebus diuinis et nouerint canonica iura tñ nō firmiter credunt articulis fidei: ideo factis negāt quod verbis confitentur. Et sic cōmittunt multa enormia et illicita cōtra legeȝ dei et sacros canones ecclesie. Ex quo pȝ ꝙ nō habēt firmā fidē sed solam opinionē de his que dicunt: sicut dicit Aristoteles de incōtinēte. Quicquid ergo fit semper hoc accidit ex defectu gratie motiue et auxiliatiue liberi arbitrij per quam virtutes theologicales excitantur ꝛ mouentur ad operādum: vt supra dictū est ꝛ magis explicabitur in euāgelica veritate. Oportet ergo pro ista grā semp orare: et nō deficere: et semper currere in odorem vnguentorum xp̄i. qui est principium et fons et largitor oīm bonorum nature et grē et glorie. Ad quam nos perducat ipse Christus qui cum patre et spiritu sancto viuit ꝛ regnat deus in secula seculorū. Amen.

¶ Laus deo.

¶ Finis optatus in Canticū canticorū Salomonis Lugduni in officina Jacobi myt impositus: expēsis honestorū virorū Stephani gueynard et Henrici Sauore impressus. Anno dn̄i. M. cccccxviij. die vltimo mēsis Augusti.



Ad laudem dei patris omnipotentis, et filij, et spiritus sancti, et gloriosissime virginis Marie Matris [illegible] patris mei Hieronymi, et beati doctoris Augustini et omnium sanctorum, et sanctarum dei, ego incepi hoc opus [illegible] anno domini M.D.lxxi. die 8° Mensis Augusti [illegible] de eodem anno in Mense [illegible] die [illegible]

Non videtur mihi bene dictum quod homo fuerit spoliatus solum gratuitis, et [illegible] in naturalibus vulneratus, et [illegible] omne bonum gratuitum, sed et quod fuerit in naturalibus vulneratus, quae recipitur a tota ecclesia pro significante [illegible] evangelica ex parabola de samaritano, quae [illegible] quod fuerit semivivus, et semivivus tunc arguo sic, si hoc esset verum, sequeretur quod fuerit [illegible] ita ut [illegible] relictus, sequentia probatur sicut [illegible] ad corpus, ita se habet gratia ad animam quae corpus [illegible] gratia est [illegible] modo, sed sic est quod [illegible] semivivus derelictus, [illegible] pars quod [illegible] gratia et [illegible] quod semivivus esset semivivus si postea verum esset quod fuisset vulneratus in naturalibus esset [illegible] media pars mortua et de illa media parte [illegible] vivens esset [illegible]

In lumine tuo videbimus lumen, i. in gratia tua videbimus
vitá eternā; que lux lucet in eternu
[illegible]

Sanello il Car. Sanello